

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>







IG. 231/4

PORTUGALIAE
MONVMENTA HISTORICA



PORTUGALIAE
MONUMENTA
HISTORICA

A SAECULO OCTAVO POST CHRISTVM VSQVE AD QVINTVMDECIMVM

IVSSV ACADEMIAE SCIENTIARVM OLISIPONENSIS

EDITA

LEGES ET CONSVETVDINES

VOLVMEN I

OLISIPONE

TYPIS ACADEMICIS

M DCCC LVI



Hoc *Monumentorum Historicorum* Portugaliae volumen veterum patrii iuris documentorum, quae ad aetatem a primordiis regni huius usque ad saeculi XV. finem ductam attinent, ex Academiae super his monumentis in lucem proferendis consulto, seriem ducit. Prima haec monumentorum, quae nunc edere licet, pars non solum antiquas nostrae regionis a Legionensi regno, ut hoc coalesceret novum, vix dissociatae complectitur leges; verum etiam quae sensim ab hoc temporis aevo ad Alphonsi III. regni finem latae fuere. In duas itaque classes haec iuris monumenta dividuntur; legum nimirum generalium, et peculiarium sive quorundam locorum: primaevae illa totius regionis leges, et ad unum etiam tantum ordinem, quibus tunc universa constabat civitas, spectantes; haec vero omne, seu publicum, seu privatum, scriptum, vel traditum, dummodo in una provincia aut loco vigen, comprehendit ius, quod in sic dictis, *foralibus*, et *consuetudinibus* continetur: *consuetudines* etenim quasdam chartulas consuetudinaria referentes municipiorum iura circa XIII. saeculi finem, vel XIV. initium conscriptas significant.

Iuris fontes, aut principia, quae secundam documentorum historicorum seriei partem perficient, generales, peculiareque leges a Dionisii regno ad Ferdinandi I. aetatem latas; ac simul iuris exteri, subsidiarii dicti, quae nobis in nostram translata lin-

guam supersunt, et eo, quod litteris mandata nostris, apud nos viguisse, probabile satis est, fragmenta comprehendunt: cuius generis sunt libri primus, et tertius Partitarum (*das Partidas*) Alphonsi X. et romani iuris excerpta, sub titulo nota: *Flores iuris Magistri Jacobi a legibus: (Flores de direito de Mestre Jacob das Leis.)*

Generales, ac peculiare leges, iurisque subsidiarii monumenta, ad epocham a Joanne I. rege ad saeculi XV. finem referenda, patrii iuris medii aevi corpus complebunt; quae etiam documenta Academia publici faciendae iuris, ut historica studia foveantur et amplificentur, merito statuit. Cum autem proprie, vereque nostras aliae antiquae leges, magis minusve ante regni nostri initium conditae, praecedant; nunc iam in historicis studiis minus versatos, qui fortasse haec monumenta ab huius operis consilio aliena putarent, causam monere volumus, cur et ipsa transcribimus; et simul documenta, quae, ut ipsos iuris fontes, quasi primordialium nostrarum legum praecursores, deducere, versare opus fuit, breviter indicabimus.

Regni huius nostri ab omni exterorum dominatione liberati legum generalium, quae ad nostra usque tempora integrae pervenerunt, etsi a latino-barbaro illa tempestate chartis usitato sermone, quo scriptae erant, in vernaculam linguam translatae, antiquissimae sunt, quae in comitiis, vel magnatum conventibus, anno 1211 sub Alphonso II. Conimbricae habitis latae fuerunt. Et quamquam antiqua illa tempora, et originibus proxima sub duobus prioribus regibus ad nascentis populi fines armis proferendos, agros et loca bello vastata novis civibus, vel exteris colonis tradenda, urbes oppidaque populata, et oppidanis aut omnino, aut magna ex parte vacua frequentanda, vix suffecisse videantur; et ex ea potissimum causa nullibi, praeterquam in *foralibus* legum ferendarum ius executioni mandatum appareat; non tamen credere libet, tot labentibus annis, rerumque hominumque tam magna varietate, nullam aut occasionem, aut necessitatem intervenisse novas quodammodo gene-

rales condendi leges, quibus publica civium iura, omnibus vel singulis societatis ordinibus communia munera et officia decernerentur; cum nulla alia praecipue re, praeterquam his legibus, publicus ordo, et socialis institutio servari, et coli possit: si ordinis, et socialis institutionis nomine civile illius temporis rudimentum decorari patiamur. Legum itaque generalium, si quae tunc temporis, ut ratio suadet, conditae sunt, memoriam ita temporum vetustas abolevit, ut ne, an extiterint, quidem certum nunc sit: unius tantum, ut vocant, *constitutionis*, Alphonso Henrico tributae, quae, feminas clericis inhoneste deditas in carcerem trudi, iubet, Gregorius IX. in quadam *bullâ* ¹ meminit: nec aliud, primo illo imperante rege, legiferae potestatis apparet indicium. Neque circa sequentis regni leges, quam sub primo rege acti, aliquod maius argumentum antiqua produnt documenta: Sancii etenim I. unum similiter tantum *diploma*, in hac *collectione* descriptum, ad nos pervenit; quod, etsi Portucalis urbis ad clericos referatur, omnem tamen ecclesiasticum ordinem respicere ex verbis, quibus conscriptum, facile intelligitur. In Alphonsi II. legibus, et in primis leges in unum colligendi Codicem tentamentis sub Alphonso III., ut videtur, coeptis nonnullae universalis iuris consuetudinarii (ut animadvertendum mox erit) adducuntur doctrinae, quae quamquam paulo antiquiores sint, non tamen utram in *epocham* referendae, liquet; cum referri eque possint, tam ad illam, qua Portugalia pars et provincia Legionensis regni erat; quam ad sequentem, qua praevalentis populi vires liberum iam constituerant regnum.

Caeterum quae legum monumenta aetatis non dubiae supra Alphonsi II. regnum nobis supersunt, magni equidem pretii, sed perpauca ita sunt, ut praeter leges ineunte XII. saeculo vigentes, vix ullum reperiatur: vigeant autem apud nos id

¹ cuiusdam pravae constitutionis, vel destitutionis, verius, quam proavus Regis eiusdem (Sancii II.) fecisse dicitur, videlicet ut mulier, cum qua invenitur clericus, capiatur: — Bulla *Ex speciali* 13 Kal. novemb. pontificat. 5 Gregor. IX. in collect. Vicomitis *da Carreira* N.º 10 scrin. public. vulgo *Torre do Tombo*, et in collect. *Biblioth. reg. da Ajuda* vol. 143 n. 2.

temporis Wisigothicus Codex, Concilii Legionensis statuta generalia anno 1020 edita, Coyacensis 1050, et Ovetensis 1115.

Wisigothici codicis magna et diuturna auctoritas in Legionensi regno a primordio suo ad XII. usque saeculum inter historicos praeclara et constans est; adeoque venerabilis codex ille fuit, ut ad nostram aetatem velut quadam religione cultus pervenerit, suasque per universam Hispaniam tamquam vigentes imponat leges, quoties per novas obrogatae non sint. Portugaliae igitur regnum a Legionensi et imperio et nomine discedens tempore illo rudi et turbulento ad nimium tunc arctos fines suos armis dilatandos, et seditiones et hostes assidue profligandos necessario intentum, minime novis condendis legibus, quae veteres, et non suas illas, quibus nuper regebatur, abrogarent, vix animum et curam intendere valebat. Temporum praeterea discrimina confundere vel ignorare videremur, si hanc nostram cum prisca et horrida illorum aetate componere ausi, quos in nobis superbos gerimus animos, et amorem et gloriam libertatis, illis quoque ita tribueremus, ut alienas leges alto despiciere vultu, et velut obnoxiae servitutis, aut male vindicatae libertatis indecorum indicium penitus delere pulchrum illorum fuisse munus iudicaretur. Sed contra illis temporibus leges, iuraque sancta et venerabilia vetustas multo magis reddebat: ideoque usus, et consuetudinarius ius scriptas leges tunc adeo antecellebant, ut saepe ipsae, nulla legislatoris habita cura, si illis usibus adversarentur, iniustae et irritae haberentur: nondum quippe iuris publici regulae stabiles et universales arbitrabantur, immo tunc ignorabantur: et saeculum etiam XIV. hoc discernendi, quod antiqui mores, etsi minime laudabiles, quin iuri publico infensi, vetustatis tamen veneratione servarentur, non semel nobis praebet exemplum. Ipsa ergo temporum ratio satis indicat, neque Wisigothicum Codicem, neque alias recentiores leges in Legionensi regno vigentes, unde hoc Portugaliae nostrum deductum, ex separationis vi abrogatas fuisse.

Hoc idem, quod ratio, ut diximus, suadet, non pauca in publi-

cis tabulariis vel quondam, vel etiam nunc servata documenta post Portugaliae separationem nos edocent. Sententiam itaque eorum, qui gothicas leges labente saeculo XI., quadam tantum forensi consuetudine laudatas asserere nitebantur, minime defendi posse, iam satis demonstratum est: neque ullam dubitandi materiam relinquunt apertissima haec documenta, quibus magna Wisigothici Codicis ad civilia negotia agenda, litesque pro tribunalibus dirimendas, auctoritas ostentatur. In cuiusdam donationis chartula anno 1110 scripta, quae in Vaironensis monasterii scrinio custoditur, inter caeteros subscriptores legitur: *Petrus Abba, iudex qui tenet lex Godorum*: ex quo patet, sub comite Henrico extitisse iudices, qui secundum scriptas leges iudicabant; in quo ab his distinguebantur, qui tamquam arbitri ius dicebant, et ab his simul, qui secundum consuetudines et usus cuiusque provinciae, territorii, locive lites dirimebant. Comes ipse Henricus in *donationis* cuiusdam agri iuxta Vimaranum Alberto Tibau, et aliis francis factae publicis litteris in Archivo publico *Torre do Tombo* asservatis leges has gothicas invocat: *in gotorum legibus continetur quatenus valet donatio sicut et venditio*. Permultis adeo documentis codicis istius leges per id temporis laudantur, ut saepe repetitae, tamquam merae iuris formulae, minus accurate legentibus visae sint: quod minime credendum; cum leges illae laudentur, ut demonstretur donationes abrogari a donatoribus non posse; cum semel sollemnis traditio testimoniis et instrumentis probetur. Quod perspicue alius eiusdem monasterii Vaironensis documenti ad ann. 1126 verba ostendunt: *Lex canet gotorum ut rem donatam, si presentibus tradita fuerit, nullo modo repetatur a donatore; sed per testes et per scripturam convincit*. Nec minus evidenter ad firmandum ius, non vero eruditionis ostendendae causa, in alio monasterii Petrosensis (de Pedroso) documento ann. 1128 scripto, et in Conimbricensis Academiae archivo asservato, doctrina tum Codicis Wisigothici, tum legum canonicarum adducitur: *Sicut canon docet et liber iudicialis*. Donationis item Sanctae Crucis monasterio Conimbricae factae in

chartula, quondam in eiusdem monasterii scrinio, nunc vero in tabulario publico *Torre do Tombo* servata, poena pecuniaria ei, qui eam donationem obrogare conaretur, in eodem codice sancita his comminatur verbis: *componat in quadruplum, et regie potestati quod liber iudicum precepit*. Sequentibus etiam annis repetitas earumdem legum citationes ex multis deprompserunt monumentis Amaral, Memor. Academ. R. Scient. Olisip. T. 7 Part. I. pag. 358 et seq. et Viterbus, Elucid. verb. *Juzgo et Crebantado*. Alia praeterea sunt documenta novissimis ab his scriptoribus laudatis, ad annum scilicet 1162 relatis recentiora, quorum aliqua proferre iuvat. In publico archivo *Torre do Tombo* servantur litterae cuiusdam permutationis monasterio de *Moreira* anno 1175 datae, in quibus leges gothicae laudantur: *sicut in libro iudiciale est decretum ut et contranmutatio nullo modo repetatur a contranmutatore*. Manumissionis etiam quodam scriptum regnante Sancio I., anno nimirum 1187 datum, in eodem Vaironensi monasterio conditum, ita refert: *Lex gotorum liberas a servicio duplicia non sedeat crebantado, sed semper sit ingenuo*. Quibus ex monumentis sane colligitur, legum Codicis Wisigothici iuridicas citationes ad id temporis prope accedere, quo nostrum hoc Portugaliae regnum proprias, regnante Alphonso II. anno 1211 latas habuit leges.

Ad nostram denique sententiam, aliis tametsi praeclaris documentis probatam, maxime firmandam eiusdem regis pernotum illud diploma proferendum putamus, edictum nempe, quo idem Alphonsus rex Suerii Gomes ex ordine praedicatorum circa negotia civilia leges in hoc regnum recipi vetuit, duas interserens potissimum interdictionis causas: primam nempe, quod leges illae: *sunt contra illum librum legum qui dicit quod non recipiamus novam legem in regno nostro, per quem librum et per quale forum debent iudicari filii-de-algo portug.* (quod proculdubio ad legem VIII. libri II. tit. I. Codicis Wisigothici refertur): alteram denique sic causam profert: *talia decreta nunquam fuerunt in tempore comitis D. Henrici, nec in tempore avi mei regis D. Alfonsi . . . nec in tem-*

pore regis D. Sancii patris mei. Satis superque, quod paulo ante animadversum fuit, hinc elucet: leges videlicet, consuetudinesque vetustate non antiquari; sed potius magis venerabiles, quo antiquiores, fieri. Fratrum ergo praedicatorum praesulis leges rex Alphonsus, non quod a privato auctore et illegitima prodibant origine, sed quod antiquis legibus, priscisque usibus adversarentur, recipere renuebat; et praesertim quod priscae illae leges et usus nobilium iura, et privilegia statuebant: nondum enim legislatoribus popularis ordo curae satis erat; sed universa plebs consuetudinario iure, et *foralibus* regebatur: primo tantum ordini, nobilibus nimirum, Codex ille Wisigothicus favores publicis consignabat legibus; cuius quanta auctoritas et amplitudo fuerit a comitis Henrici aetate, cum Legionensis regni Portugalia adhuc pars et provincia esset, ad Sancii I., patris sui, regnum, cum iam a dominatione exterorum omnino expers suam vindicaverit libertatem, Alphonsus laudatis superius verbis ostendit.

Quantacumque vero huius Wisigothici Codicis apud nos auctoritas fuerit, et diuturna veneratio, quippe qui, tamquam publica lex, ad saeculum XII., vel etiam XIII. pervaluerit; certum tamen est, nullum eius antiquum in nostris archivis reperiri apographum: unum tantum castellani Codicis castellano item sermone XIII. saeculo scriptum in publica Olisiponensi bibliotheca extat; et hoc insuper valde mutilum, et nullam exhibens alicuius momenti variam lectionem, si cum versionibus in Hispania extantibus conferatur.

Haec igitur ratio fuit, cur in hac nostra editione illam Matritensis academiae anno 1815 publici iuris factam, nec tamen inter nos vulgarem, et magna prae caeteris ellaboratam cura praesertim secuti sumus. Ab hac itaque editione in nostram non solum Wisigothici Codicis leges, verum etiam annotationes, quas latine hinc reddimus, lectionesque variantes ab hispanis editoribus ex aliis codicibus et editione Lindembrogiana collectas accuratissime transcripsimus. Sunt autem illi codices: duo, Vi-

gilanus, et Emilianensis saeculo X. scripti, in bibliotheca Escorialensi (*do Escorial*) asservati: tres similiter alii eiusdem bibliothecae cum illis primis attente ab editoribus collati: Cardonensis scilicet, a Joanne Baptista Cardona, apud quem inventus, sic dictus: et duo, quibus, quia nulla inscriptione discreti, primus, et secundus Escorialenses vocati, pro titulo numerus inditus est. Academici praeterea editores illi quatuor antiquos alios codices gothicis litteris conscriptos versare non desierunt; quorum unus in capitulo canonicorum Sancti Isidori Legionensis, alter in Academia Complutensi, tertius in capitulo item canonicorum Ecclesiae Toletanae, quartus denique in monasterio Sancti Joannis a Regibus asservati erant. Hos codices, et Lindembrogianam editionem brevitatis gratia hoc modo indicabimus: Vigil., Emilian., Card., 1 vel 2 Escur., Legion., Complut., Tolet.-goth., S. J. R., Lind.

Inter leges in monarchia Oveto-legionensi latas, quas quondam in hac nostra regione una cum Wisigothico Codice viguisse scimus, antiquiores sunt generalia statuta in synodo Legionensi anno 1020 condita. Generales non solum universae reipublicae leges in hoc concilio, quod, non minus ac caetera in wisigothica monarchia habita, ecclesiasticum simul et civile, seu politicum fuit; sed etiam peculiaris Legionensi urbi privilegia decreta sunt: unde statuta illa in duas suapte natura diversas partes, in omnibus quamvis editionibus unum promiscue redacta conficiant corpus, dividenda merito sunt: iuris nempe generalis, et specialis, sive localis, ut vocant. In hac nostra editione articulos tantummodo a I. usque ad XIX., caeteri quoniam nulli Portugaliae, ad urbem quippe Legionem vix spectantes, et pretio et usui esse possunt, comprehendere, tamquam communis iuris capita, statuimus. Ad hoc conficiendum opus incumbentibus editio *Muñoz y Romero (Coleccion de Fueros Municipales. Madrid 1847)* quod et prae caeteris recentior, et variis lectionibus, quas huc transcripsimus, ex pluribus collectis codicibus et editionibus abundantior sit, praecipuae nobis utilitati

fuit ¹. Quanti inter historicos et iuridicos scriptores acta Coyacensis vel concilii, vel Magnatum conventus, anno 1050 habiti facta sint; certum est, hoc pretium non ex eo repetendum, quod magnae ibi res agerentur, aut legibus aliqua summa decernerentur iura; sed ex eo potius, quod in illis actis de comitiis in Legionis urbe anno 1020 habitis agatur, et proditum memoriae sit, horum comitiorum leges, et statuta Portucalensem simul provinciam, qua imperium suum Ferdinandus Magnus proferre caeperat, comprehensura, ibi firmata et roborata fuisse: quod ex verbis eiusdem concilii (tit. VIII. actor.) satis elucet: *mandamus ut et in Legionis et in suis terminis et in Gallecia et in Asturia et in Portucale, sicut in decretis Adefonsi principis est constitutum, pro homicidio scilicet, rauso, sagione, vel per omnes suas exactiones, sicut in diebus suis, ita in diebus nostris permaneat firmum.* Hoc etiam monumentum in tom. 38 Hispaniae Sacrae Riscus, post Baronium, Aguirre, et Pellicer, a *Libro Gothico*, sic dicto, Cathedralis Ovetensis ecclesiae depromptum descripsit. Riscum Academia Historica Matritensis, quoad textum, in sua Comitiorum collectione (*Colleccion de Cortes*) secuta est: lectiones autem varias in quodam Mss. quondam apud Joannem Baptistam Peres asservato repertas adiecit. Muñoz y Romero tandem in collectione sua (*Colleccion de Fueros Municipales*) lectionibus his variis illas in *Libro Gothico* inventas addens, et vetus apographum cum illa Risci editione conferens illud quoque monumentum edidit.

Coyacensis huius concilii acta et apud nos descripta in perillustri illo, vel XII. iam labentis saeculi, vel XIII. incipientis chartulario, cui titulus *Liber Niger* (*Livro Preto*), ecclesiae cathedralis Conimbricensis servantur. Hoc tamen apographum, et

¹ Concilii huius Legionensis anno 1020 habiti acta in archivi Cathedralis Ecclesiae Bracharensis Chartulario, cui *Liber Fidei* titulus est, descripta sunt: primae vero huius codicis, qui ab ipsis actis exorditur, paginae ita mucidae, et corruptae sunt, ut ex illis paucas tantum, et parvi pretii lectiones varias depromere potuissemus: eas vero, quae inveniuntur in editionibus Academiae Historiae Matritensis, et Risci, nec non in codice pervetusto monasterii Sancti Joannis a Regibus, sub siglis A, R, S. J. R., suis locis adiecimus.

M.L. Tom. I.

editio Muñoz y Romero tanta inter se varietate dissentiunt, ut nos, et illud, et istam penitus in lucem prodendi, sic enim aequius visum, non poeniteat. In huius documenti apographo, adductum illud a quodam monasterii vaccaricensis (*da Vaccariça*) monacho, qui praedicto Coyacensi concilio interfuerat, subscriptio refert: sed inter alia non pauca illius monasterii autographa in eiusdem cathedralis archivo servata, et in *Libro Nigro* descripta, frustra perquirentibus hoc nobis invenire non contigit: magna vero illa cura, et summa fides quibus, quae invenimus, transcripta sunt, magnam item et auctoritatem et fidem apographo huic, quod sequi merito decet, quasi synchrono monumento, proculdubio conciliant.

Si ergo satis constat, statuta et huius Coyacensis concilii, ita enim sua decreta referunt, et Legionensis anno 1020 habiti per hanc regionem, in qua Portugaliae regnum conditum fuit, viguisse: non minus certum est, Ovetensis anno 1115 habiti decreta in hoc ipso regno pro generalibus legibus fuisse accepta. Non modo enim inter eos, qui huiusce concilii, vel Magnatum conventus, acta subscripserunt, regina Terasia item subscripta reperitur; sed etiam Alphonsi Henrici, primorumque eius ducum illis actis adiuncta testificatio, ipsum principem, provinciaeque suae primores easdem leges accepisse, ostendit. At nullum huius monumenti, per omnia quamvis nostri regni publica tabularia et archiva quaesitum, antiquum apographum inventum est nobis: extant tamen editiones Aguirri (*Collectio Maxima Concilior. Hispan. Vol. V. pag. 34*), et Risci (*España Sagrada Tom. XXXVIII. pag. 266*) quam nos correctiorem inventam secuti sumus.

LEGES INITIO SAECULI XII. IN PORTUGALIA VIGENTES.

I.

Codex Legum Wisigothorum, Monumentis Patriis sub titulis : Lex Gothorum, Lex Gothica, Liber Iudicialis, Liber Iudicum, Liber Legum, vel similibus, designatus.

II.

Concilium (sive Comitia) Legionense, sub Alphonso V., aera MLVIII. (anno P. C. MXX.) habitum.

III.

Concilium (sive Comitia) Coyacense, sub Ferdinando I., aera MLXXXVIII. (anno P. C. ML.) habitum.

IV.

Concilium (sive Comitia) Ovetense, sub Urraca Regina, aera MCLIII. (anno P. C. MCXV.) habitum.

PRIMUS¹ TITULUS

DE ELECTIONE PRINCIPUM

ET DE COMMUNIONE EORUM QUALITER JUSTE JUDICENT VEL DE ULTORE NEQUITER JUDICANTIUM.

EX CONCILIO TOLETANO QUARTO LXVI EPISCOPORUM EDITO IN PRESENTIA SISENANDI REGIS TERTIO

EJUSDEM REGNI² ANNO. ERA DCLXXI³.

Cum studio amoris Christi ac diligentia religiosissimi Sisenandi regis Hispaniæ atque Galliæ⁴ sacerdotes apud Toletanam urbem in nomine Domini in unum convenissemus, ut ejus imperiis atque jussis communis à nobis ageretur de quibusdam ecclesiæ disciplinis tractatus; primum quidem nos gratias Salvatori nostro Deo omnipotenti egimus. Post hæc cœtui nostro adesse dignatus⁵ jam factus excellentissimus et gloriosissimus princeps qui cum magnificentissimis et nobilissimis viris ingressus est, primum coram omnibus nobis Dei sacerdotibus humo prostratus cum lacrymis et gemitibus pro se interveniendum Domino postulavit: deinde religiosa prosecutione synodum exhortatus est, ut paternorum decretorum memores ad conservanda in nobis jura ecclesiastica studium præberemus, et illa corrigere quæ dudum per negligentiam malignitatis in usum venerant contra ecclesiasticos mores et licentiam sibi⁶ jam de usurpatione principum fecerant. Talibus igitur⁷ monitis nos omnes in Domino confidentes et in ipso clementissimo gratias agentes necessarium sane duximus, ut juxta ejus nostrumque votum tractaremus quæ Deo digna esse competunt sive in sacramentis divinis quæ diverso atque illicito modo in Hispaniarum ecclesiis celebrantur, seu quæ in moribus pravè usurpata in adversitate vel deceptione principum esse noscuntur. Terminum Deo annuente posuimus et quoquo modo ab illicitis sese unusquisque absteineat seditionibus et deceptionibus cum Dei timore et diligentia frenum disciplinæ ponere curavimus.

Quid sit rex et unde dicatur. Reges enim à regendo vocati sunt, nam regnum à regibus dictum est: et sicut reges à regendo vocati sunt, ita quoque regnum est à regibus nuncupatum.

Adhuc quid sit rex. Sicut enim sacerdos à sanctificando⁸ ita et rex à moderamine piè regendo vocatur. Non autem piè regit qui non misericorditer corrigit; rectè igitur faciendo regis nomen benignè tenetur, peccando vero miseriter amittitur; unde et apud veteres tale erat proverbium: *Rex ejus eris si recta facis, si autem non facis non eris.* Regiæ igitur virtutes præcipuæ duæ sunt, justitia et veritas⁹: plus aurem in regibus laudatur pietas, nam justitia per se vera est.

II. *Qualiter principes eligantur, et ut eorum acquisita succedenti regno mancant adepta. Ex concilio toletano VIII.*

Decimæ collocutionis assensu molestis actibus, quos sagax indagatio pietati obviare detexit et non bene regendi licentiæ, quam se mansuetudo impugnasse provabit, satis ut opinamur et lege præsentis gloriosi principis et decreto sanctæ synodi hujus contradictum esse conspeximus. Ita

enim Sanctus Spiritus per utrasque definitiones mortalium corda perflavit, ut in tali flatu verborum in posterum omnem exureret male concupiscentium rabiem animorum.

Factum namque est in definitionibus ipsis ut quia pietatis divinæ incomprehensibilis et ignota natura sese conditioni mortalium in unione personæ conjunxit in misterio redemptionis humanæ, nos quoque à membris capitis hujus et perfidiæ malum ex concupiscentia, quæ radix est omnium malorum, et ex avaritia quæ invenitur servitus idolorum, pari simul igneo mucrone totoque artificio radicatus evellamus ac desecemus. Abhinc ergo et deinceps ita erunt in regni gloria præficiendi rectores, ut aut in urbe regia aut in loco ubi princeps decesserit cum conventu pontificum majorumque palatii vel populi omnimodo eligantur assensu, non forinsecus, aut conspiratione pravorum¹⁰ aut rusticarum plebium seditioso tumulto. Eruntque ipsi principes catholicæ fidei assertores eamque et ab hac quæ imminet judæorum perfidia et à cunctarum hæresum defendentes injuria: erunt in actibus judicii mittissimi et vita modesti; erunt in provisionibus rerum tam parci amplius quam extenti, ita ut nulla vi, aut factione scripturarum¹¹ vel definitionum qualiumcunque contractu à subditis vel exigant aut exigenda intendant, quia non inter filios suos erunt dividenda sed succedenti regno erunt¹² concessa. Eruntque ipsi in conquisitis oblationis gravissimæ rebus non prospectantes proprii jura commodi, sed consulentes patriæ atque genti. De rebus vero congregatis ab eis illas tantum sibi vendicent unusquisque partes, quas ditaverit auctoritas principalis; rerum quæcumque inordinata reliquerint hæreditabunt gloriosi successores. Propria vero eorum, et ante regnum justissimè conquisita¹³ aut filii aut hæredes capiant jure proximitatis. De affinium vero successione vel munere si forsitan inordinata ab eis fuerint relicta, aut primò tantum filiis aut hæredibus sequenter proficiant vel propinquis: atque ita in eorum cunctis actibus atque rebus præfatæ legis erit auctoritas prævalitura, ut et perenniter maneat inconversa et ab omnibus sine aliqua hæsitacione adimplenda. Nullus tamen prius apicem regni percipiat quàm se illam per omnia suppleturum jurisjurandi taxatione definiat, quod firmiter custodiat et fideliter adimpleat: et ipsam pollicitationem coram Dei sacerdotibus et palatino officio promissam nullus audacter profanare præsumat, illam Domini pavens sententiam: *Non perjurabis in nomine meo nec pollues nomen domini Dei tui: ego dominus.* Et iterum: *Non assumes nomen domini Dei tui in vanum, nec enim habebit dominus insontem illum qui assumpserit nomen domini Dei sui frustra.* Et iterum: *Maledictus omnis qui jurat in nomine domini Dei sui mendaciter.* Cui etiam legi vel decreto episcopali non solum in futuro sed etiam in præsentibus deferentes sententiam apponentes decernimus: ut qui-

¹ Integer hic titulus desumptus est ex codice Complutensi cum variantibus lectionibus ejus qui in conventu S. Joannis à Regibus asservabatur.

² S. J. R. regni sui

³ S. J. R. Sisenandus Rex

⁴ S. J. R. Galleciæ

⁵ S. J. R. dignatus est

⁶ S. J. R. sicuti

M.L. Tom. I.

⁷ S. J. R. ejus monitis

⁸ S. J. R. sacrificando

⁹ Ex S. J. R. In Comp. pietas

¹⁰ S. J. R. paucorum

¹¹ S. J. R. scripturarum fraudulenta compositione vel

¹² S. J. R. fatentur

¹³ S. J. R. acquisita

cumque amodo et deinceps detractor et non potius venerator ejusdem decreti atque legis esse voluerit, sive religiosus ille sit sive laicus, non solum ecclesiastica excommunicatione verum etiam et sui ordinis dignitate privetur.

III. *Admonitio sacerdotum qualiter moderati et mittes maneant reges erga subjectos. Ex concilio toletano IV.*

Postquam enim cuncta quæ sunt ecclesiasticæ dignitatis peregrimus, ita quoque presentem piissimum regem Sisenandum, cujus oplatu vel jussu hæc instituta sancimus, futurosque principes ætatum sequentium humilitate qua debemus deprecemur, atque per indivisam Trinitatem sanctam convenimus ut moderati et mittes erga subjectos existentes cum justitia et pietate populos à Deo vobis creditos regatis, bonamque vicissitudinem qui vos constituit vel elegit largitori Christo respondeatis, regnantes in humilitate cordis cum studio bonæ actionis. Nec quisquam vestrum solus in causis capitum aut rerum sententiam ferat, sed in conventu Dei sacerdotum quorum obsecratione misericordiam impertiamini¹, et cum consensu publico, cum rectoribus terræ ex judicio manifesto delinquentium culpa patescat, servata vobis inofensis mansuetudine pietatis ut non severitate magis in illis quam indulgentia miserationis polleatis; ut dum omnia, actore Deo, pio à vobis moderamine conservata et impleta extiterint, et reges in populis et populi in regibus et Deus in utrisque lætetur. Felicius etenim jam tunc illa contra hostes principis congressio erit, quando domestica equitas anteibit, quia et seniores erunt in hostium populatione mucrones quos de domibus modestè prodixerint reges. Experimentum enim naturalis est rei, ut justitia illa confodiat hostem quæ tutavit principem et externam perliminet litem unde suorum internam possederit pacem. Sicut ergo modestia principum temperantia est legum, ita quoque concordia civium victoria est hostium. Ex mansuetudine etenim principum oboritur dispositio legum, ex dispositione legum institutio morum, ex institutione morum concordia civium, ex concordia civium triumphus hostium. Sicque bonus princeps interna regens et externa conquiens, dum pacem suam possidet et alienam litem absrumpit, celebratur quidem et in civilibus rector, et in hostibus victor, habiturus post labentia tempora requiem sempiternam, post luteum aurum celeste regnum, post diadema et purpuram gloriæ coronam. Cui potius non deficiet esse rex quam dum terrenum regnum relinquit, et cœleste conquirat, non erit amisisse regni gloriam sed auxisse. Sanè tam de præsentis quam de futuris regibus hanc sententiam cum Dei timore promulgamus, ut si quis ex eis contra reverentiam canonum vel legum venerit superba dominatione, et faustu regio in flagitiis et facinore pravitate sive cupiditatis et avaritiæ stimulis crudelissimam potestatem exercuerit in populis, anathematis sententia à Christo domino condemnetur et habeat à Deo separationem atque iudicium populi, quia præsumpsit prava agere et in perniciem regnum convertere.

IV. *Decretum iudicii universalis editum in nomine principis.*

Qualiter pietate deditus sibi à Deo commissum misericorditer regat populum. Ex concilio toletano VIII.

Soliditatem reddidisse fracturæ atque fecisse consurgere quod constiterat concidisse, et incrementum est usuate mercedis et plenitudo consummata perfectionis. Ponderi etenim collidentis ruinæ si æqualium pessimorum curam convenit obviare, quanto gravioris erit culpæ prælatos incuriæ discrimen incurrere si non quo valent excommunicationis onere commissos procurent populos sublevare? Properandum est ergo inter ruinas collusionum catervas eripere collisorum ut² ex die vel tempore jugiter et ultra nec vigorem nocendi habeat execranda pressura et omnis

compressus noverit sanctæ sanctionis esse sacra sibi collata remedia. Cum decursis ergo transactis temporibus duræ dominationis sese potestas gravis attolleret et in subjectis populis imperium dominantis non formaret jura regiminis, sed excidium ultionis, unum aspeximus subditorum statum non ex ordine vegetari rectoris sed dejici eis gravitudine potestatis. Contraxerant enim leges elata fastigia in bifonti discidio motionis, et aut in culpis lex ardua sæviebat, aut in spoliis favorem lex voluntaria commodabat; inde mæstos animos non spes fovebat ex munere sed tolerantia vexabat in funere. Verum jam in reparationis horum occursum non solum nos tantum abire sola ratio cogit, verum etiam et ipsa commonitio rerum impellit ut ex omnium animorum nostrorum deliberatione concordis illa emanet sententia dicti, quæ et finem ausibus rite ponat illicitis et consultum salvationis jure ferat in populis dignissimè. Quosdam namque conspeximus reges qui postquam fuerunt regni gloriam assequentes, extenuatis viribus populorum, rei propriæ ex ipsis conati sunt sibi congerere lucrum, et obliti quod regere populum³ à Deo sunt vocati et deffensionem in vastationem commutant qui vastationem deffensione pellere debuerant; illud denique gravius ipsi principes innectentes, quod ea quæ videntur post regnum acquirere non regni deputant honori vel gloriæ, sed ita malunt in suo jure confundi, ut veluti et⁴ debito proprio decernant hæc in liberorum posteritatem⁵ transmitti: quamobrem ita in proprietatis illa conantur redigere sinu, quæ pro solo constat illos imperiali percepisse fastigio; aut quo libitu in juris proprii collocant antro, quod publicæ utilitatis adquisitum esse constat obtentu? Nam numquid ad illos aut populorum adventus aut rerum poterant concurrere census, nisi extitissent gloriæ sublimati culminibus? aut de qualibet illi potuerant rerum coacervatione ditari nisi à subjectis glorioso⁶ apice potuissent atolli? Omnia certe totius plebis membra subjecta dum ad principale caput relevant attentum debitæ jussionis obtutum, ab illo negotiorum prospectant remedium, cui modo gratum, modo debitum irrogant censum. Regalis proinde ordo ex hoc cuncta sibi deberi convincit ex quo se regere cuncta cognoscit et inde conquisita non alteri quam sibi defendit: unde non personæ sed potentiæ suæ hoc deberi non ambigit. Reges enim jura faciunt, non persona, quia non constat sui mediocritate sed et sublimitatis honore; quæ ergo honori debentur honori deservant, et quæ reges accumulunt regno relinquunt, et quæ eos gloria regni decorat ipsi quoque regni gloriam non extenuent, sed exornent. Habeant ergo deinceps per hanc nostram sanctionem jure conditi reges cum Dei timore in regendo corda sollicita, in operando facta moderata, in decernendo iudicia justa, in parcendo pectora prompta, in conquirendo studia parca, in conservando vota sincera, ut tantò gloriam regni cum felicitate retentent quantò jura regiminis et mansuetudinis conservaverunt et æquitate direxerint, ut dum princeps pastorum advenerit percipiant inmarcesibilem gloriæ coronam, promissæ verò premium ditionis. Ne non prodidisse putetur ex fomite rationis, revelare convenit evidentissimam speciem operis, ut ex illo nos assertores idoneos habeat probitas veritatis ex quo se per semetipsam reservaverit qualitas actionis. Ecce etenim ita ex gentis nostræ mediocribus majoribusque personis multos hactenus corruisse reperimus et deflemus, ut eorum agnitis ruinis non aliud posimus considerare quam divino iudicio promissionis, quorum quidem domorum spolia et privatorum⁷ divitias simul ac prædia ita conspeximus prorsus exinanita, ut nec fisci usibus commoda nec palatinis officiis reperiantur in remedium salutare collata: cujus rei ex utroque concurrente defectu dum et adjudicatos sententia iudiciorum elisit et eorum bonis ad ipsorum vicem munificatus nemo surrexit, pene non res ista disciplinam in ordine, sed defectum posuisse pensatur in gente, illo majori salutis dispendio cumulato, quod tam hæc quæ judican-

¹ S. J. R. impertiat

² S. J. R. ut ex hoc jugitur et ulterius nec

³ S. J. R. populos

⁴ S. J. R. ex

⁵ S. J. R. potestatem

⁶ S. J. R. gloriæ

⁷ S. J. R. potentiarum

lis vigor judiciorum abstraxerat, quàm illa quæ qualiscumque proventus ordine proligationis concesserat, tota pietatis principum amplitudo in sinu suæ receptionis incluserat: sicque solo principali ventre supleto cuncta totius gentis membra vacuata languescerent ex defectu: unde evenit ut nec subsidium mediocres nec dignitatem valeant oblinere majores, quia dum solius potestatis vigor maxima occupavit, totius plebis status nec minima jura defendit. Pro his etenim illicitis præsumptionibus corrigendis à Domino cum omni palatino officio simulque cum majorum minorumque conventu nos omnes tam pontifices quam sacerdotes, qui à domino Jesu Christo constituti sumus populorum rectores atque precones, et universi sacris ordinibus famulantes, concordi definitione, fidentes in Domino, decernimus et optamus: ut omnis conquissionis proligatio in omnium rerum viventium ac non viventium, in mobilitatem et moveri valentium corpore, vel specie, forma vel genere, quæ à gloriosæ memoriæ Chindasvintho rege à die quo in regnum dignoscitur conscendisse repertus quolibet modo extiterit augmentasse, omnia in serenissimi atque clementissimi nomine domini nostri Jesu Christi Recesvinthi principis perenni transeant potestate et perpetuo deputentur jure, non habenda quidem parentali successione sed possidenda regali verè congressione, ita ut juste sibi debita quisque rationabiliter¹ percipiat, et de reliquis ad remedia subjectorum quæcumque elegerit principis voluntas exerceat, illis tantumdem exemplis quæ memoratus divæ memoriæ Chindasvinthus princeps ante regnum aut ex propriis aut ex justissimè conquisitis visus est habuisse: in quibus cunctis filiis ejus una cum glorioso domino nostro Recesvintho rege maneat et divisio libera et possessio pace plenissima. Sed et illæ res quas prædictus princeps de justis proventibus filiis suis vel quibuslibet justissimè visus est contulisse vel reliquisse, omnes eorum jure mancant inconvulsæ, illa igitur negotii hujus veritate servata, quia domino inspirante veritateque annuente grata voluntas gloriosi domini nostri Recesvinthi regis dignissimè adhæsit, ut quæque abstracta unicuique indebitè à divæ memoriæ genitoris sui Chindasvinthi omnia reddi decernit cuique justissima debita, et nemo invasionis per hoc calumniam moveat aut damna requirat propter quod gloriosæ memoriæ genitorem ejus quædam indebitè abstulisse constiterat.

V. *Ne quis sibi præsumat adipiscere regnum rege superstite. De reprobatione personarum quæ prohibentur adipiscere regnum. Ex concilio toletano V.*

Inexpertis, et novis morbis novam decet invenire medelam; quapropter inconsideratæ quorundam mentes, et minime semetipsos capientes, quos nec origo ornat nec dignitatis virtus decorat, passim putant licenterque ad regie majestatis pervenire fastigia. Hujus rei causa nostram omnium cum invocatione divina et cum consensu regie potestatis vel totius convenientia populi proferimus ultionis sententiam: ut quisquis talia meditatus fuerit, quem nec electio hominum provehit, nec gothicæ gentis nobilitas ad hunc honoris apicem trahit, sit à consortio omnium catholicorum privatus, et sententia legum abstractus, atque divino judicio anathemate condemnatus.

VI. *De his qui sibi regnum blandiuntur spe rege superstite. Ex concilio toletano V.*

Ergo quia et religioni inimicum, et cunctis hominibus constat esse superstitosum futura illicitè cogitare, et casus principum exquirere ac sibi in posterum providere, cum scriptum sit: *Non est vestrum nosse tempora vel momenta quæ Pater posuit in sua potestate*; hoc decreto cum Dei adjuvamine censemus, ut quisquis inventus fuerit talia perquisisse, et vivente principe in alium attendisse pro futura regni spe, aut alios in se propter id atraxisse, à conventu omnium catholicorum excommunicationis sententia repellatur.

¹ S. J. R. inviolabiliter

² S. J. R. vita

VII. *De his qui rege superstite, aut sibi aut aliis ad futurum provident regnum, et de personis quæ prohibentur ad regnum accedere. Ex concilio toletano VI.*

Quamquam in concilio anteriori quod anno primo gloriosissimi principis nostri habitum est, de hujusmodi re fuerit promulgata sententia, tamen placet iterare quod convenit custodire. Itaque regis jure² constante nullus sibi aliquo opere, vel deliberatione, seu cujuscumque dignitatis laicus, seu gradus episcopatus, presbiterii aut diaconii consecutus, ceterique clericali officio dediti regem provideat contra viventis regis utilitatem et proculdubio voluntatem, nullo blandimento vel suasionem pro eadem spe aut alios in se trahat aut ipse in alium acquiescat. Iniquum enim et valde execrabile à christianis debet esse futuris temporibus illicita prospicere et ignaros vitæ suæ futura disponere. Quod si quisquam jam talia iniqua deliberatione cum quocumque est meditatus, hoc sibi noverit esse sacerdotali moderatione concessum ut venerabiliter possit hoc sine mora præsentis principis auribus publicare: si autem obstinata deliberatione sua machinamenta noluerit dicere, pessimo plectatur in æternum anathematis judicio.

VIII. *De personis quæ prohibentur ad regnum accedere.*

Rege vero defuncto nullus tiranica præsumptione regnum assumat; nullus sub religionis habitus detonsus aut turpiter decalvatus; nullus originem servilem trahens, vel extraneæ gentis homo nisi genere Gothus et moribus dignis atque præclarus cum convenientia omnium Dei sacerdotum et totius primatus gothorum et consensu omnium populorum ad apicem regni provehatur: ut dum unanimitate et fidei conversatione permanserimus, tum pax et longanimitas bonorum judiciorum maneat Christo præsule sub nostrorum potestate regum et in futuro consortium invenire possimus cum cœtu omnium sanctorum: temerator autem hujus præceptionis nostræ feriat perpetuo anathemate.

IX. *De commonitione plebis ne in principes populos delinquat, et de transgressionem fidei quæ principibus à populo promittitur. Ex concilio toletano IV.*

Post instituta quædam ecclesiastici ordinis vel decreta quæ ad quorundam pertinent disciplinam, postrema à nobis cunctis sacerdotibus Dei sententia est adhibenda et firmiter in Domino conservanda pro robore omnium nostrorum principum et stabilitate gentis gothorum vel omnium terræ nostræ populorum pontificale ultimum sub Deo iudice indisolubile ferre decretum. Multarum quippe gentium, ut fama est, tanta extat perfidia animorum ut fidem sacramentorum promissam regibus suis servare contemnant et ore simulent juramenti professionem, dum retineant mente perfidiæ impietatem; jurant enim regibus suis et fidem quam pollicentur prævaricant, nec metuunt volumen istud³ iudicii Dei pro quo indicitur maledictio cunctaque pœnarum comminatio super eos qui jurant in nomine Dei omnipotentis mendaciter dum scriptum sit: *Non assumes nomen domini Dei tui in vanum, nec enim habebit insontem dominus eum qui assumpserit nomen domini Dei sui frustra*: et iterum: *Non perjurabis in nomine meo nec pollues nomen domini Dei tui; ego dominus: rursumque: maledictus omnis qui jurat in nomine Dei sui mendaciter*. Quæ igitur spes talibus populis erit contra hostes laborantibus adversos? Quæ fides eorum ultra cum aliis gentibus in pace erit credenda? Quod fœdus eorum poterit esse non violandum? Quæ in hostibus adversis sponsio eorum permanebit jurata, quando nec ipsi propriis regibus juratam fidem conservant? Quis enim adeo furiosus est, qui caput suum manu propria desecet? Illud enim notum est quia immemores sunt salutis suæ qui propria manu se ipsos interimunt, et dum in se-

³ S. J. R. illud

melipios suosque reges proprias ulciscendo convertunt vires, obliti sunt illud præceptum domini dicentis : *Nolite tangere Christos meos* : Et David dicit : *Quis extendit manum suam in Christum domini et innocens erit?* Et rursum : *Quare non timuiste manus tuas mittere in Christum domini?* Illis talibus malignis nec vitare metus est perjurium, nec regibus suis inferre mortis exitiunt. Quod si in bello data fides pacti valet, quanto magis in suis principibus et populis sine dubio servanda est? Sacrilegium quippe est si violetur à gentibus regum suorum promissa fides, quia non solum in eis fit pacti transgressio sed etiam in Deum in cuius nomine pollicetur ipsa promissio. Inde enim est quod multa regna terrarum cælestis iracundia ita permutavit et destruxit, ut per impietatem fidei ipsorum et morum allerum ab altero solveretur et ad nihilum redigeretur. Unde et nos qui Christi sanguine redempti sumus magis cavere oportet casum huiusmodi gentium, ne similis plaga feriamur præcepti, et pæna, quod absit, puniamur crudeli. Si enim Deus Angelis in se prævaricantibus non pepercit, qui per inobedientiam cæleste habitaculum perdiderunt, de quo etiam per Isaiam idem Dominus dicit : *Inebriatus est gladius meus in cælo* : quanto magis nos nostræ salutis interitum timere debemus ne per infidelitatem eodem sævienti Dei gladio pereamus? Quod si divinam iracundiam vitare volumus et severitatem misericordiæ ejus ac clementiam provocare cupimus, nos ipsi servemus erga Deum timorem atque religionis cultum. Custodiamus igitur erga principes nostros pollicitam fidem atque sponsionem, quam eis facimus in sanctæ Trinitatis nomine, quæ nos eruit¹ de diaboli potestate et fecit filios adoptionis esse. Ita enim promissam custodiamus fidem ut non sit in nobis sicut in quibusdam gentibus infidelitatis subtilitas impia, non subdola mentis perfidia, nec perjurii nefas, mente perversa, nec conjurationum nefanda molimina, si maneat in nobis fides certa, et charitas indisrupta, pro quo possimus Salvatoris nostri repromissam percipere gratiam, dicente Apostolo : *Deus charitas est, et qui manet in ea in Deo manet et Deus in eo* : Et dominus in evangelio dicit : *In hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli si invicem vos dilexeritis*. Nullus igitur apud nos superba præsumptione regnum arripiat : nullus excitet supervacuus mutuas seditiones gentium : nemo meditetur interitus regum : sed defuncto in pace principe primatus totius gentis cum sacerdotibus, qui ligandi solvendique acceperunt potestatem, quorumque benedictione vel unctione confirmantur principes, simul omnes unanimis Deo annuente successorem regni consilio communi constituent, ut dum unitatis concordia à nobis relinatur, nullum patriæ gentisque discidium per vim atque ambitum oriatur. Quod si hæc sancta admonitio mentes vestras² non corrigit et ad salutem communem cor vestrum nequaquam perducit, audite sententiam ferientis nostram gladii, quam cum Dei juvamine secundum quod data est nobis à Deo potestas, patulo ore, credulo corde, auribus vestris intonamus et profuturis pavendam et observandam conscriptam relinimus. Quicumque igitur à nobis vel totius Hispaniæ populis qualibet conjuratione vel studio sacramentum fidei suæ, quod pro patriæ gentisque gothorum statu vel conservatione regni salutis pollicitus est, supervacua mente temeraverit³, aut regem necesse attentaverit, aut potestate regni exuerit, aut præsumptione tyranica regni fastigium usurpaverit, sit ipse ille Deo primum reus atque ab ecclesia catholica quam perjurii crimine profanaverit efficiatur extraneus, et ab omni cœtu Christianorum alienus atque anathema in conspectu Dei patris et angelorum ejus cum omnibus impietatis suæ sociis, quia oportet quod una pæna teneat obnoxios, quos similis error invenerit implicatos. Quod iterum secundò replicamus dicentes : Quicumque amodo ex nobis vel cunctis Hispaniæ populis quolibet tractatu vel studio⁴ sacramentum fidei suæ, secundum quod supra taxatum est,

violaverit vel usurpaverit, sit ille ab omni consortio Christianorum alienus atque ab ecclesia catholica, quam perjurii crimine profanavit, efficiatur extraneus, sitque anathema in conspectu Christi et apostolorum ejus et damnatus in futuro ejus judicio habeatur cum participibus suis, quia dignum est qui talibus sociantur ipsi etiam damnationis eorum participationi obnoxii teneantur. Hoc etiam tertio adclamamus dicentes : Quicumque amodo è⁵ nobis vel cunctis Hispaniæ populis qualibet meditatione vel studio sacramentum fidei, quod pro patriæ salute gentisque gothorum statu vel columitate regni potestatis pollicitus est, violaverit vel usurpaverit, sit ipse ab omni Christianorum communionem alienus atque ab ecclesia catholica quam perjurio profanavit efficiatur extraneus, et ad extremum sit anathema in conspectu Sancti Spiritus, et sanctorum omnium martyrum, ita ut partem non habeat cum cœtu iustorum, sed cum diabolo et angelis ejus æternis suppliciis condemnatur una cum eis qui ad ejus conjurationem volare⁶ nituntur, ut par perditionis pæna constringat quos pernicie prava societas copulat. Et ideo si placet vobis omnibus qui adestis hæc tertia reiterata sententia, vestræ vocis et fidei cordis eam unanimes consensu firmate. Ab universo clero toto et populo dictum est : Qui contra hanc sententiam veramque vestram definitionem, quam pro animarum nostrarum instituistis salute, aliud agere præsumperit et intemperatam implere neglexerit, sit anathema Maranatha, hoc est perditio in adventu domini nostri Jesu Christi et cum Juda Scariotis partem habeat suppliciorum tam ipse quam et socii ejus. Quapropter nos ipsi Dei sacerdotes qui à Domino potestatem ligandi solvendique accepimus, omnem ecclesiam Christi ac populum admonemus pariter et convenimus per indivisam sanctamque Trinitatem, ut hanc tremendam et toties iteratam sententiam ita implere satagatis in hoc sæculo, ut nullum ex nobis præsentem atque æterno condemnetur judicio, sed fidem in domino promissam gloriosissimo domino Sisenando regi nostro, vel succedentibus regibus inviolabiliter custodientes ac sincera illis devotione famulantes non solum divinæ pietatis desiderabilem clementiam in nobis provocemus sed etiam gratam pro nostra benignitate antefati principis præsentiam mereamur percipere, secundum illud Apostoli observantes præceptum dicentis : *Omnibus potestatibus sublimioribus subditi estote : Non est enim potestas nisi à Deo, et qui resistit potestati Dei ordinationi resistit ; nam principes non sunt timore boni operis sed mali : vis autem non timere potestatem? bonum fac, et habebis laudem ex ea : Dei autem minister est vindex in ira ei qui malum agit.*

X. *De perfidis clericis sive laicis qui superstite principe in alterius electionem consentiunt. Ex concilio toletano VII. pars capituli I.*

Plerosque enim clericos tantæ levitatis interdum pravitas elevat ut prætermissa sui ordinis gravitate, ac polliciti sacramenti immemores, stante principe cui fidem servare promiserant, in alterius electionem temeraria levitate consentiant. Abrogare decet hanc omnino licentiam et à nostro consortio penitus extirpari, ita ut si quicumque laicorum quandoquidem intra fines patriæ gothorum superveniens regni apicem sumere fortasse tentaverit eique clericorum quilibet adiutorium vel favorem præstiterit, atque hunc qui superbire videtur eandem regni ambitionem prævalente delicto pervenire contigerit, ex eo quidem tempore vel die eundem episcopum vel cujuslibet ordinis clericum excommunicatum manere perpetim oportebit, quòd⁷ tali se scelere implicavit; tamen si improbitate principis cui iniquè consensit, non potuerit instantia sacerdotum à communionem suspendi, saltem qui superstitem eum post ejusdem regis obitum invenerit, superioris anathematis correctioni subiaceat. Quicumque vero illi præter in ultimo vitæ suæ termino, si tamen hunc legitime pœnitere proba-

¹ S. J. R. exuit

² S. J. R. nostras

³ S. J. R. temeraverit aut potestate etc.

⁴ S. J. R. studio amoris sacramentum

⁵ S. J. R. ex

⁶ Ex S. J. R. In Comp. violare

⁷ S. J. R. qui

verit, comunione gratiam consenserit impendendam, particeps illius effectus anathema fiat in perpetuum. Nova iterum ratio persuasit synodalis ut super hanc constitutionem deberemus ¹ aliud pro laicis decernere. Quicumque etiam laicorum in praedictis capitulis hoc est adversitate gentis vel regiae potestatis se conferre voluerit vel talibus opem praebendo noxius fuerit ultra repertus, non solum, ut dictum est, omnium rerum suarum proprietate privetur, sed etiam perpetua excommunicatione damnetur: nunquam illi praeter in ultimo die mortis suae communio tribuatur, excepto si aliter comunione ejus remedium adhibeatur, si legitime hunc poenitere probaverint ² vel impetratione sacerdotum apud principem fuerit impetratum. Nam si, quod omnino fieri non oportet, in derogatione aut contumelia principis adhuc reperiatur aliquis nequiter loqui, aut in necem regis seu dejectionem intendere vel consilium aliis praebere, nos siquidem hujus operantem excommunicatione dignum censemus, verumtamen ut sit illi quandoque licentia communicandi pietati principis discernendum relinquimus, cujus procul dubio pietatis ³ est et subjectorum culpas misericordiae judicis sententia temperare. Contestamur autem clementissimos principes nostros et per ineffabile divini nominis sacramentum obstantes unanimiter obsecramus, ne quandoquidem absque justitia ubi necesse fuerit imploratione sacerdotali excommunicationis hujus sententiam à perfidis clericis vel laicis talia perpetrantibus vel consensum praebentibus quacumque temeritate suspendant. Nam magis eorum principum utilitatibus videtur ferre consultum, si hujus constitutionis nostrae forma ab ipsis principibus servetur et omnibus subjectis impleri cogatur. Si quis vero haec instituta execranda putaverit et implere neglexerit, anathema fiat velut praevicator catholicae fidei, et semper apud Deum reus existat, quicumque regum deinceps canonis hujus censuram in quocumque crediderit vel promiserit violandam.

XI. De his qui juramenti sui profanatores extitisse noscuntur. Egica rex. Ex concilio toletano XVI. LX episcoporum.

Sicut ulcus quod graviter ⁴ serpit in corpore non nisi gravioribus medicaminibus aut ferro curatur aut ustione cohibetur, ita perfidorum obstinatio, quae nullatenus inhibetur durioribus sententiis, necesse est ut multiplicetur. Nam quamquam dominica sanctio protestetur: *Non morietur pater pro filiis nec filii pro parentibus, sed unusquisque pro peccato suo morietur*: et iterum: *filius non portabit iniquitatem patris, et pater non portabit iniquitatem filii*; tamen et quia jurisjurandi transgressio valde inolevit, et machinandi contra principes nostros consuetudo saeva concrevit, quod aut nece diversa princeps interimatur, aut regni dignitate privetur, quod nequaquam prohiberi potest nisi severiori censura; ideo per hujus institutionis nostrae decretum sancimus, ut quicumque deinceps cujuslibet sit honoris vel ordinis persona in necem vel dejectionem regiam quidpiam machinaverit eumque qualibet nocibilitate impetendum crediderit aut gentem ejus vel patriam quibuslibet factionibus vel machinationibus disturbare contenderit, tam ipse quam omnis ejus posteritas ab omni palatini ordinis honore ⁵ privati fisci juribus sub perpetua servitute maneat religati; potestate autem ⁶ gloriosi principis nostri vel succedentium regum servata, ut si ⁷ aut qui jam pro suae infidelitatis perfidia canonicè ac legaliter dijudicati sunt, aut eos qui deinceps à fidei suae juramento exorbitaverint et adversum principem nostrum vel ejus successorem aliquid nocibilitatis agere aut machinare studerint, si eos ut diximus pia indulgentiae voto quandoque relevare voluerit, licentia illius quaeque vera manebit, quia res eorum justo ac legali ordine in ejusdem principis nostri dominio perveniunt; ex

quibus etiam quaedam ejus principis nostri collatione tam ecclesiae Dei quam proles ejusdem principis nostri seu etiam alii plures ex populo pro sui servitii merito accipere meruerit; proinde instituentes decernimus ut nullo unquam tempore eorum filii qui juramenti sui profanatores extitisse noscuntur seu extiterint, vel subsequens eorum posteritas, in nocibilitatem eorum intendere audeant nec ipsa res eis auferre quoquo pacto studeant. Ideo denique, ut praemisimus, severissimam hanc decreti nostri curavimus promulgare sententiam, ut qui suum non formidat exitum, saltem filiorum cunctaque suae posteritatis pertimescat interitum. Si quis sane regum succedentium cunctas hujus constitutionis nostrae definitiones custodire aut implere distulerit, omnis linea generationis ejus perpetim condemnata depereat, et insuper ex divino judicio rebus omnibus et honore praesenti ⁸ in saeculo careat, atque Christo judicante cum diabolo ejusque sociis ad interitum gehennae perveniat; et ideo si placet omnibus qui adestis haec nostra sententia, vestrae vocis eam pari consensu firmate. Ab universis Dei sacerdotibus palatiique senioribus seu etiam clero et omni populo dictum est: Quicumque profanator contra hanc vestram definitionem et regiam electionem venire praesumpserit, sit anathema maranatha hoc est, perditio in adventu Domini nostri Jesu Christi et cum Juda Scariotis habeat partem perenniter obnoxius ipse et socii eorum.

XII. De custodia vitae principum et defensione praecedentium regum adhibenda à sequentibus sibi principibus. Ex concilio toletano VI.

Jam quidem in antecedenti universali synodo pro salute nostrorum principum constat esse consultum, sed tamen libet iterare bene sancita et digna auctoritate munire salubriter ordinata: ideoque contestamur coram Deo, et omni ordine angelorum coramque prophetarum, atque apostolorum, vel omnium martyrum choro, coram omni ecclesia catholica, et christianorum coetu, ut nemo deinceps intendat in interitum regis, nemo regni eum gubernaculis privet, nemo tyranica praesumptione apicem regni sibi usurpet, nemo quolibet machinamento in principis adversitatem sibi conjuratorum manum adsociet. Quod si in quodpiam horum quisquam nostrorum temerario ausu praesumptor extiterit, anathemate divino percussus absque ullo remedii loco habeatur condemnatus eterno judicio. Is autem qui ejus sedem fuit princeps assecutus, si vult se ipsum à tanto expiare piaculo, quasi proprii patris ejus ulciscatur interitum, in cujus defensionis auxilio universa regni gothorum sentiat fortitudo: si autem desidi cura et minori zelo tam funestum noluerit vindicare scelus, sit ex nostra omnium sententia oprobrium ceteris gentibus.

XIII. De indulgentia principum noxiis reservata. Ex concilio toletano VI.

In his omnibus quae praemisimus potestatem indulgentiae in culpis delinquentium principi servamus juxta pietatis et bonitatis suae moderamen ut ubi emendationem prospexerit mentium, veniam tribuat culpam.

XIV. De custodia salutis regum et defensione prolis praesentium principum et succedentium. Ex concilio toletano V.

Summa autem nobis vigilantia et grandi religionis cura providendum est, ut mala quae assidue prohibita perpetrantur conspecta ⁹ disciplinam ecclesiasticam extirpentur. Non enim incassum scriptum est: *Pestilente flagello stultus sapientior erit*. Quam ob rem quoniam praeponderante onere delictorum experientia pene semper ac saepe fieri addis-

¹ S. J. R. debeamus

² S. J. R. probabitur

³ S. J. R. potestatis

⁴ S. J. R. grande

⁵ S. J. R. dignitate

M.L. Tom. I.

⁶ S. J. R. tamen

⁷ S. J. R. sicut

⁸ S. J. R. in hoc saeculo

⁹ S. J. R. servata

¹⁰ S. J. R. circumscripta

cimus quod magnopere vitare debemus, quodque etiam custodituros nos cum divinis sacramentis spondemus superba temeritate violamus, ideo frequenter est compescendum quod crebrò invenitur transgressum. Sed ne succedentes præcedentibus ac deinde sequentes invidant anterioribus, ut cuncta quieta et paccata permaneant, hæc nostri concilii commuiter considerata defertur sententia, quatenus servata permaneant quæcumque universali et magna synodo provisiva atque conscripta circa principum salutem et utilitatem sunt, hæc quoque adjecta custodiantur, ita videlicet ut omni benignitate omnique firmitate circa omnem posteritatem principis nostri vel succedentium regum teneatur dilectio, et præbeatur rationabile defensionis adminiculum: ut ne rebus eorum justè provisus aut etiam parentum digna provisione procuratis vel juris proprietate possidendis à quolibet injustè fraudentur: ne à quoquam causæ illicitæ et exquisitæ lædendi eos assensus præbeantur; ne quocumque modo in quibuslibet rebus sprete dilectione molestentur, sed diligenter cuncta quæ de justo conquisitu vel donatu habentur feliciter possideantur; hæc enim licentia efficit et principes subjectis nimium esse suspectos in bonis principum cupidos. Quocirca ne hæc promissa tenerentur, et ut cupiditas radix omnium malorum auferatur, contestamur omnes præsentis et absentes, et etiam futuris temporibus subsequentes coram Deo et angelis ejus, quod si quisquam hujus nostræ constitutionis violator extiterit atque contemptor et quacumque argumentatione odiosè filios regum molestare, aut in aliquo fuerit eos conatus lædere, sit in christianorum anathema cœtu, atque superno condemnetur judicio; sit exprohabilis omnibus catholicis et abominabilis sanctis angelis in ministerio Dei constitutis, sit in hoc seculo perditus et in futuro damnatus qui tam rectæ provisioni nostræ noluerit præbere consensum.

XV. De incolumitate, et adhibenda dilectione regis prolis. Ex concilio toletano VI.

Sicut insolentia malorum regum odiosa semper et exorabilis extitit in subjectis, ita quæque honorum provida utilitas amabilis efficitur populis. Quocirca quis ferat aut quis toleranter christianus videat regis soboles aut posteritatem expoliari rebus aut privari dignitatibus? Quod ne fiat, generalis promittitur de principis filiis sententia nostra, id est de præsentis excellentissimi principis vel succedentium regum posteritate dantur à nobis aperta decreta, ut ea, quæ synodus præterito anno constituit circa omnem posteritatem ejus, universitas regni sui conservet: hoc est ut præbeatur filiis ejus dilectio benigna et firma, et tribuantur eis ubi loci oportunitas fuerit defensionis adminicula justa; ne de rebus justè prolatis, aut parentum dignitate procuratis, vel largitate principis adeptis, aut alicujus impensis attributis, aut etiam proprietate debitis fraudentur qualibet insidia calliditatis: neve à quoquam lædendi eos præbeantur argumenta machinationis, quia dignum est ut ejus regimine habemus securitatem, ejus posteritati decreto concilii impertiamus quietem atque honorem. Qui vero temerator hujus nostræ sententiæ extiterit, severiori ultioni subjaceat.

XVI. Item de munitione regis prolis. Ervigius Rex. Ex concilio toletano XIII.

Cognovit cœtus nostri reverentia aliquid promulgare quod valeat et pietati regis vicem beneficentiæ reddere et principali soboli ad futurum prodesse. De hoc sane principe nostro id nos definisse convenit cujus proinde paccato imperio regimur, affectu fovemur, præmiis fruimur; et ideo qui tot erga gentem suam ejus beneficia præsentimus ut saltim ejus filiis fortia tuitionis adfutura adminicula prorogemus. Contestamur ergo omnes præsentis ac absentes, seu etiam futuris temporibus subsequentes sacer-

dotes vel principes seu cujuscumque honoris aut ordinis homines coram Deo et sanctis angelis ejus, ut nulli in futuro posteritati ejus vel gloriæ conjugis suæ atque his qui gloriæ suæ filiis vel filiabus conjuncti esse noscuntur, seu etiam qui adhuc conjuncti non sunt, sed protinus conjungendi sunt, injustas lædendi occasiones exquirant: nullus occultè vel publicè per quæ abdicentur malitiæ suæ contra eos vota extendat: nemo eos gladio vel quolibet perniosa factione interimat: nullus consilium injustè vel opus quibus dejiciantur vel nudentur exhibeat: nullus his injustè violenter tonsure signaculum imprimat: nullus vestem contra ordinem gloriosæ conjugis ejus vel filiabus suis atque nuribus mutare præsumat: nullus etiam extra evidentis culpæ judicium aut exiliis eos relegandos inducat aut eorum corporibus quorumlibet detractionum vel flagellorum inferat detrimenta, quò cum præmemoratis omnibus omnis ejus in toto adfutura gloriosa posteritas læsionis injustam non perferat notam, nec rerum sentiat detrimenta. Siquis autem hominum, tam regia potestas quam etiam cujuslibet sit ordinis aut honoris, huic nostræ sententiæ non adquiescens filios filiasve de gloriæ suæ una cum serenissima conjugis sua vel supradictis omnibus amodo vel quandoque sine justo partis suæ negotio aut lædendos impetierit aut dejiciendos elegerit, vel ex propria deliberatione consenserit, quò aut de rebus sibi debitis injustè expoliati nudentur aut dolo vel machinamento quolibet dejiciantur, sit anathemate ultus¹ et futuri examinis judicio condemnatus.

XVII. Item de munitione conjugis atque prolis regis. Ex concilio toletano XVII.

Cum enim religiosissimus et gloriosissimus princeps noster zelo zelatus pro domino Deo exercituum inimicos veræ fidei sanctæ, qui diversa occasione maluerunt catholicæ credulitatis statum evertere, et jurisjurandi profanationem visi sunt incurrisse, ita recto judicii tramite digna cernitur ultione percutere, quatenus et injuriam crucis Christi vindicaret, et statum totius sanctæ ecclesiæ conservaret, atque genti ac patriæ suæ defensionis munimina necessaria provideret; ideo nos pro tot fantisque beneficiis, quibus tam ecclesiæ quam genti ac patriæ suæ propagare intendit, cupientes in aliquo eidem principi piam retributionem dependere, per hujus definitionis nostræ sanctiones depromimus et per individuæ Trinitatis inviolabile sacramentum cunctos tam nunc in præsentis consistentes quam futuris temporibus cujuslibet ordinis vel generis homines succedentes convenimus atque contestamur, ut si quandoque contigerit, ut gloriosa nostraque regina diutinis et felicioribus serenissimi nostri principis annis transactis religiosè existat in viduitate superstes, atque ex eo habuerit dulcissimas proles, nulla mordacitate invidiæ pulsus, nullis odii stimulis actus, nullo diabolicæ fraudis instinctu permotus contra eos quisquam conetur assurgere. Nullus citra evidentium culparum indicium per quascumque subtilissimas indagaciones nocibilitatis adversus eos perquirat occasiones. Nullis eorum vita cujuslibet instantia obteratur injustissimis tædiis, nullis maceretur inediis. Nullus quoque filiis ac filiabus eorum vel succedentium regum contra eorum voluntatem religionis habitum imponat, aut exilii ergastulis mancipandos statuat, neque flagellorum verberibus cruciet, per quod et dignitate priventur, et extra debitum justitiæ ordinem rerum suarum eis ambitio² auferatur; sed quietis ac tranquillitatis ope fulciti tam quod eis de parentali facultate debita successio dederit, quam etiam quod per auctoritatum oracula idem clementissimus dominus noster illis conferre maluerit, vel quæ ab illis justè conquisita extiterint, imperturbato³ jure possideant et de rebus ipsis judicare quod voluerint licentiam habeant. Necessarium enim unicuique debet videri ut sacerdotibus præmuniantur oraculis et eorum edictis per omnia reddantur liberales, et si quandoque extiterint destituti secundum

¹ S. J. R. condemnatus

² S. J. R. habitus

³ S. J. R. inturbato

canonici vigorem edicti, sacerdotum manebunt defensionibus contuendi. Si quis igitur hoc pietatis edictum violandum delegerit, infrmandum crediderit, aut quoquo pacto temerare intenderit, sit perpetui anathematis ullione damnatus, et a pagina cœlesti abrasus, atque cum diabolo ejusque sociis acrioribus supliciiis alligatus.

XVIII. *De remuneratione collata fidelibus regum.*

Primum fraudare fidelibus non solum inhumanum sed etiam extitit injustum: ideoque cum fidei meritum tam in rebus divinis quam in humanis non habeatur ingratum, dignum videtur ut sacerdotalis sententia consulat fidelibus regis. Proinde anno primo serenissimi principis nostri decrevit concilium sanctum, ut omnes qui fidei obsequio et sincero servitio voluntatibus vel jussis paruerint principis, totaque intentione salutis ejus custodiam vel vigilantiam habuerint à regni successoribus nec à dignitate nec a rebus pristinis causa repellantur injusta: sed et nunc ita pro uniuscujusque utilitate principis moderentur discretione, sicut eos prospexerit necessarios esse patriæ et sic illis impertiatur benignitas, ut in ceteris maneat gratiæ potestas, quatenus ita omnia in rebus justè conquisitis lu-

crentur, ut posteris reliquendi vel quibus voluntas eorum decreverit conferendi spontaneo fruantur arbitrio. Ceterum si infidelis quisquam in capite regio aut inutilis in rebus commissis præsentis piissimo domino nostro vel succedentium regum extiterit inclementiæ, ejus manu et potestatis nutu constet hujus moderatio. Nefas enim est in dubium deducere ejus potestatem cui omnium gubernatio superno constat delegata judicio: quod si prius ejus indicium quispiam repertus fuerit ejus vitæ fuisse infidelis, quicquid largitate ipsius in rebus habuerit conquisitis create, in confiscandum, et fidelibus largiendum. Hujus quoque sententiæ fortitudine vel valore decreti nostri seriem quam in serenissimi principis nostri eddidimus nomine, nos omnes hanc ex rectæ fidei vel pietatis ac justitiæ fonte manantem coram Deo et sanctis angelis ejus orthodoxis omnibus et nunc et in futurum impensissimè conservare commendamus, obsecrantes enixius ut hanc et reverenter cum Dei timore adimpleant et ab emulis defendant benignè; contemnentibus eam divinæ severitatis ultio pavenda perveniat, observantibus autem misericordia profluens, pax perpetua, et gloria sempiterna contingat. Amen.

FORI JUDICUM

LIBER I.

DE INSTRUMENTIS LEGALIBUS.

I. TITULUS DE LEGISLATORE ¹.

- I. *Quod sit artificium condendarum legum.*
- II. *Quomodo uti debeat artifex legum.*
- III. *Quid requirendum est in artifice legum.*
- IV. *Qualis erit in vivendo artifex legum.*
- V. *Qualis erit in consiliando artifex legum.*

I. ² *Quod sit artificium condendarum legum.*

SALUTARE daturi in legum constitutione præconium, ad novæ operationis formam antiquorum studiis novos artus aptamus, reserantes tam virtutem formandæ legis, quam peritiam formantis artificis. Cuius artis insigne ex hoc decentius probabitur enitere, si non ex coniectura trahat formam similitudinis, sed ex veritate formet speciem sanctionis. Neque syllogismorum acumine figuras imprimat disputationis, sed puris honestisque præceptis modeste statuat articulos legis. Etenim ut ars operis huius se in hac dispensatione componat, ordo magnæ ratiocinationis exoptat. Namque quum experimenta rerum manus tenet artificis ad dispositionem formæ, frustra quæritur investigatio rationis. In improvisis certe acuta se expetit ratio indagatio cognosci. In non ignotis autem experimento faciendi se properat reserari. Latentis ergo rei quia ³ species ignoratur, non immerito considerationis ordo requiritur; quum vero expertos usus in speculum visionis fides veritatis adducit, non iam materia formæ ratiocinationem dicit, sed operationem facti deposcit. Unde nos melius mores quam eloquia ordinantes, non personam oratoris inducimus, sed rectoris iura disponimus.

II. *Quomodo uti debeat artifex legum.*

Formandarum artifex legum non disceptatione debet uti, sed iure. Nec videri congruum sibi contentione legem condidisse, sed ordine. Ab illo enim negotia rerum non expetunt in theatriali favore clamorem, sed in exoptata salvationi populi legem ⁴.

III. *Quid requirendum est in artifice legum.*

Tunc primo requirendum est, ut id quod indicitur, ⁵ possibile credatur. Novissime ostendendum si non pro familiari compendio, sed pro utilitate populi suadeatur, ut appareat eum qui legislator existit, nullo privato commodo, sed omnium civium utilitati communimentum præsidiumque opportunæ legis inducere.

IV. *Qualis erit in vivendo artifex legum.*

Erit consequenter idem lator iuris ac legis mores elo-

- VI. *Qualis erit in eloquendo artifex legum.*
- VII. *Qualis erit in iudicando artifex legum.*
- VIII. *Qualis in publicis, qualis in privatis erit artifex legum.*
- IX. *Quod dare debeat legibus disciplinam artifex legum.*

quis anteponens, ut concio ⁶ illius plus virtute personet ⁷, quam sermone. Sicque quod dixerit amplius factis quam dictis exornet, priusque promenda compleat, quam implenda depromat.

V. *Qualis erit in consiliando artifex legum.*

Erit in adinventione Deo sibi que tantummodo conscius, consilio probis et parvis ⁸ admixtus, assensu civibus populisque communis: ut alienæ provisor salutis commodius ex universali consensu exercent gubernaculum, quam ingerat ex singulari potestate iudicium.

VI. *Qualis erit in eloquendo artifex legum.*

Erit concionans eloquio clarus, sententia non dubius, evidentia plenus: ut quidquid ex legali fonte prodierit, in rivulis audientium sine retardatione decurrat ⁹, totumque qui audierit ita cognoscat, ut nulla hunc difficultas dubium reddat.

VII. *Qualis erit in iudicando artifex legum.*

Erit iudicans in indagando vivax, in præveniendi fixus, in decernendo non anxius, in percutiendo parcus, in parcendo assiduus, in innocente vindex, in noxiis temperatus, in advena sollicitus, in indigena mansuetus. Personam tanto nesciat accipere, quanto et contemnat eligere.

VIII. *Qualis in publicis, qualis in privatis erit artifex legum.*

Erit quæcumque sunt publica patrio rectoris amore, quæcumque privata herili dispensaturus ex potestate; ut hunc universitas patrem, parvitas habeat dominum. Sicque diligatur in toto, timeatur ¹⁰ in parvo, quatenus et nullus huic servire paveat, et omnes amorem ejus morte compensandum exoptent.

IX. *Quod dare debeat legibus disciplinam artifex legum.*

Tunc deinde sciet ¹¹ in hoc maxime stare gravitatis publicæ gloriam, si det ipsis legibus disciplinam. Nam quum salus tota plebium in conservando ¹² iure consistat, leges ipsas corrigere debeat ¹³ antequam mores: veniunt enim ut

¹ Card. DE LEGISLATORIBUS. Codice Tolet.-goth. deest inscriptio.

² Codice S. J. R. hanc legem antecedit rubrica quæ in aliis codicibus est lex I et II tituli II.

³ Card. si

⁴ Card. S. J. R. et Lind. legem manifestam.

⁵ Tolet.-goth. Emilian. Legion. Card. S. J. R. et Lind. inducitur

⁶ Legion. et S. J. R. conditio. Lind. constitutio

⁷ Legion. et S. J. R. consonet

⁸ Lind. paucis

⁹ Lind. recurrat

¹⁰ Lind. ut timeatur

¹¹ Lind. sciat

¹² Legion. et Lind. consecrando

¹³ Tolet. et Lind. debet

quibuslibet¹ in contentione leges pro arbitrio suo ferunt, induunt sibi fictam de gravitate ac pudore personam: adeo ut sit illis lex publica, inhonestas privata, sicque obtentu

legum contraria legibus adoperiunt, qui vigore legis obvia legibus evellere debuerunt.

II. TITULUS DE LEGE.

I. *Quid observabit legislator in legibus suadendis.*

II. *Quid sit lex.*

III. *Quid agit lex.*

IV. *Qualis erit lex.*

V. *Quare fit lex.*

VI. *Quod triumphet de hostibus lex.*

I. *Quid observabit legislator in legibus suadendis.*

Item in suadendis legibus erit plena causa dicendi, non ut partem orationis meditandi² videatur gratia obtinere, sed desideratum perfectionis obtinuisse laborem. In earum namque formationibus non sophismata disputationis sed virtutem iuris mavult causa discriminis. Quæritur enim illic non quid contentio dicat, sed quid actio promat, quia³ et excessus morum non coercendi sunt cothurno loquutionum, sed temperamento virtutum.

II. *Quid sit lex.*

Lex est æmula divinitatis, antistes religionis, fons disciplinarum, artifex iuris⁴, bonos mores inveniens atque componens, gubernaculum civitatis, iustitiæ nuncia⁵, magistra vitæ, anima totius corporis popularis.

III. ⁶ *Quid agit lex.*

Lex regit⁷ omnem civitatis ordinem, omnem⁸ hominis ætatem, quæ sic feminis datur ut maribus, iuventutem complectitur et senectutem, tam prudentibus quam indoctis, tam urbanis quam rusticis fertur. Quæ summum salutis principum ac populorum culmen obtinet, et cum manifesto præclaroque præconio in modum lucidissimi solis effulget.

IV. *Qualis erit lex.*

Lex erit manifesta, nec quemquam in captione civium devocabit. Erit⁹ secundum naturam, secundum consuetudinem civitatis, loco temporique conveniens, iusta et æquabilia præscribens, congruens, honesta et digna, utilis, necessaria in qua prævidendum est ex utilitate, quæ prætenditur, an plus commodi, an plus iniquitatis oriatur, ut dinosci possit, si plus veritati prospiciat publicæ, quam religioni¹⁰ videatur obesse, an¹¹ et si honestatem tueatur, et non cum salutis periculo arguat.

V. *Quare fit lex.*

Fieri autem leges hæc ratio cogit, ut earum metu humana coerceatur improbitas, sitque tuta inter noxios innocentium vita, atque in ipsis improbis formidato supplicio¹² frænetur nocendi præsumptio.

VI. *Quod triumphet de hostibus rex.*

His in domestica pace ita perfectis, totaque primo a Principibus, secundo a civibus, exhinc a populis, et a domo iurgiorum peste seclusa, eundem est in adversis, et obviandum hostibus potentialiter ac fidenter, tanto in externis spe fida victoriæ, quanto nihil erit quod ex internis formidari valeat, aut timeri. Pacis enim oleo, et legum vino tota plebium massa in statu saluari concreta exseret¹³ hostibus¹⁴: inde invictos, unde inlæsos artus producere videntur iustis adiuta legibus tela. Eruntque viri melius æquitate quam telo muniti, et contra hostem ante iustitiam derigat Princeps, quam vibret spicula miles: felicior iam tunc illa Principis congressio erit, quam¹⁵ domestica æquitas anteibit; quia et sæviores¹⁶ erunt in hostium populatione mucrones, quos de domibus modeste producerint leges. Experimentum enim naturalis est rei, ut iustitia illa confodiat hostem, quæ tutaverit civem, et eternam inde perimat litem, unde suorum internam¹⁷ possederit pacem. Sicut¹⁸ ergo modestia Principum temperantia est legum, ita concordia civium victoria est hostium. Ex mansuetudine etenim Principum oboritur dispositio legum: ex dispositione legum institutio morum: ex institutione more concordia civium: ex concordia civium triumphis hostium. Sicque bonus Princeps interna regens, et externa conquirens, dum suam pacem possidet, et alienam litem abrumpit, celebratur et in civibus rector, et in hostibus victor, habiturus post labentia tempora requiem sempiternam, post lutum aurum cæleste regnum, post diadema et purpuram, gloriæ coronam; quin potius ne deficit esse Rex, quoniam dum regnum terrenum relinquit, et cæleste conquirat, non erit amisisse regni gloriam, sed auxisse¹⁹.

¹ *Legion.* ut cuiuslibet in constitutionem legis. *Lind.* ut cuique libet in contentione et leges

² *Legion.* meditando videatur gratiam obtinere

³ *Legion.* quia excessus

⁴ *Legion. et Lind.* juris boni

⁵ *Lind.* nunciatrix

⁶ *Lex hæc codice Tolet.-goth. haud invenitur. Suffecta est in locum ejusdem quædam pars legis VI hujus Tituli.*

⁷ *Lind.* agit

⁸ *Lind.* omnemque

⁹ *Lind.* Erit etiam

¹⁰ *Legion.* regioni

¹¹ *Lind.* an si

¹² *Legion.* iudicio

¹³ *Legion.* exercet

¹⁴ *Card.* hostes

¹⁵ *Legion. et Lind.* quam

¹⁶ *Tolet.-goth. Legion. et S. J. R.* severiores

¹⁷ *Legion.* in æternum possideret

¹⁸ *Tolet.-goth.* Si ergo

¹⁹ *Codice Legion. adduntur sequentia:*

Sane tam de præsentibus, quam de futuris Regibus hanc sententiam cum Dei timore promulgamus, ut si quisque ex cis contra reverentiam canonum vel legum superba dominatione et fastu regio in flagitiis et facinore pravitatis sive cupiditatis elatus, et avaritiæ stimulis incitatus crudelissimam potestatem exercuerit in populos, anathematis sententia a Christo Domino condemnatur, et habeat a Deo separationem atque iudicium, propter quod præsumpserit prava agere, et in perniciem regnum convertere.

LIBER II.

DE NEGOTIIS CAUSARUM.

I. TITULUS DE JUDICIBUS ET JUDICATIS.

- I. *De tempore quo debeant leges emendatæ valere.*
 II. *Quod tam regia potestas quam populorum universitas legum reverentiæ sit subiecta.*
 III. *Quod nulli leges nescire liceat.*
 IV. *Quod antea ordinare¹ oportebit² negotia Principum, postea populorum.*
 V. *De principum cupiditate damnata, eorumque initiis³ ordinandis, et qualiter conficiendæ sunt scripturæ in nomine Principum factæ.*
 VI. *De his qui contra Principem, vel gentem, aut patriam refugiunt, vel insolentes existunt.*
 VII. *De⁴ non criminando Principem, nec maledicendo illi.*
 VIII. *De remotis alienarum gentium legibus.*
 IX. *Ne excepto talem librum qualis hic super est editus, alterum quisque præsumat habere.*
 X. *De diebus festis et feriatis in quibus non sunt negotia peragenda⁵.*
 XI. *Vt nulla causa a iudicibus audiatur quæ legibus non tenetur⁶.*
 XII. *Vt terminatæ causæ nullatenus resolvantur, reliquæ vero ad libri huius seriem terminentur, adiciendi leges Principibus libertate manente.*
 XIII. *Quod nulli liceat derimere causas, nisi quibus aut Princeps, aut consensio voluntatis potestatem dederit iudicandi.*
 XIV. *Quales causas debeant audire iusfadi, et qualibus personis causas audiendas iniungant.*
 XV. *Vt iudices tam criminales quam communes iudicent⁷ causas. Pacis autem adsertores, et sola regia potestas ordinet, et tantundem⁸ a Rege commissa negotia iudicent⁹.*
 XVI. *De damnis eorum qui non accepta potestate præsumperint iudicare.*
 XVII. *De his qui admoniti iudicis epistola, vel sigillo ad iudicium venire contemnunt¹⁰.*
 XVIII. *Si iudex interpellantem audire contemnat, vel utrum fraudulenter, an ignoranter iudicium¹¹ promat.*
 XIX. *Si iudex, aut per commodum, aut per ignorantiam iudicet causam.*
 XX. *Si iudex dolo vel calliditate aut unam, aut ambas causantium partes dispendia faciat sustinere.*
 XXI. *Quid primo iudex servare¹² debet, ut causam bene cognoscat.*
 XXII. *Si cuiuscunque honoris vel ordinis iudex dicatur haberi suspectus, vel si iudex contra leges præsumat iudicium dare.*
 XXIII. *Iudex qualiter faciat iudicium¹³.*
 XXIV. *De commodis atque damnis iudicis vel saionis.*
 XXV. *Quod omnis, qui potestatem accipit iudicandi, iudicis nomine censeatur ex lege.*
 XXVI. *Vt omne vinculum, quod post datum iniustum iudicium a causidicis fuerit exactum habeatur invalidum.*
 XXVII. *Vt iniustum¹⁴ iudicium et definitio iniusta regio metu, vel iussu a iudicibus ordinata, non valeant.*
 XXVIII. *De data episcopis potestate distringendi¹⁵ iudices nequiter iudicantes.*
 XXIX. *Vt iudex, a quocumque pulsatus, noverit se penitentem reddere rationem.*
 XXX. *De damnis iudicum aliena contingentium.*
 XXXI. *De his qui regiam contempserint iussionem.*
 XXXII. *Quomodo iudex pro examine caldarie causas perquirat.*

IN NOMINE DOMINI FLAVIUS GLORIOSUS ERVIGIUS REX.

I. ¹⁶ *De tempore quo debeant leges emendatæ valere.*

Pragma suum emendatis legibus assignantes, illud primum ordine¹⁷ præfationis et loco præmittimus¹⁸, quia sicut

legum evidentia populorum est excessibus utilis, ita sanctionum obscuritas turbat ordines æquitatis. Nam plerumque dum quædam bene ordinata nebuloso verborum tractu consistunt, ipsa sibi repugnantiam nutriunt, dum litigantium controversias lucide non excludunt; sicque ubi debuerunt finem ferre calumniis, ibi novos contra se laqueos pariunt captivis. Hinc ergo¹⁹ diversitas causarum

¹ *Legion.* ordinari negotia. *Lind.* ordinari oportuit

² *Tolet.-goth.* oportuit

³ *Lind.* vitiis ordinandis

⁴ *Codicibus Legion. et Tolet.-goth. inter leges VI et VII huius tit. alia invenitur cum rubrica: De his qui novi Principis fidem servandam iurare distulerint: vel de illis qui ex palatino officio ad eiusdem obedientiam vel præsentiam venire neglexerint. Hæc lex in codice Card. et in editione Lind. ultima est huius tituli.*

⁵ *Tolet.-goth. Legion. et Lind.* exsequenda

⁶ *Legion. et Card.* continetur

⁷ *Legion. Tolet.-goth. et Lind.* terminent

⁸ *Legion.* tamen a Rege commissa iudicent

⁹ *Tolet.-goth.* ordinent

¹⁰ *Legion. et Lind.* contempserint

¹¹ *Legion.* iudicet causam

¹² *Legion.* observare. *Tolet.-goth.* observare debeat

¹³ *Legion. et Lind.* iudicatum

¹⁴ *Codice Tolet.-goth. desunt iniustum iudicium*

¹⁵ *Legion. et Tolet.-goth.* admonendi

¹⁶ *VI est, non I, lex hæc codice S. J. R.*¹

¹⁷ *Lind.* in ordine

¹⁸ *Legion.* præmittitur

¹⁹ *Legion.* etiam

¹ *Ante legem I huius libri, post rubricas, in codice Card. legitur, eisdem characteribus codicis exarata, sequens glossa:*

Emendatis legibus geticis, scilicet quia postquam primum editæ vel factæ fuerunt, ipsæ leges obscura dictatione postea emendatæ sunt propter aliqua inutilia et supervacua, quæ ibi erant, et propter obscuras loquutiones, pragma suum, vel causam suam, scilicet ipsarum legum causam, vel propter quam emendatæ fuerunt. Dicunt emendatores istarum legum adsignare se vel adscribere, videlicet prope vel iuxta inchoationem legum ponere, quia ad iuxta vel prope significat. Et illud pragma, vel causam de emendatione legum

primum in ordine et in loco præfationis vel prologi præmittere vel ponere excusantes se, ne culparentur propter prædictarum legum emendationem, et eloquii commutationem. Sed quomodo in ordine et loco præfationis iam dictum pragma vel causam emendationis legum præmittant, hoc est, anteponunt, vel ante scribunt, cum ordo vel locus præfationis vel prologi non sit in capite, vel ante inchoationem narrationis qualiscumque voluminis vel libri. Hoc autem pragma quod dicitur anteponi in ordine et loco præfationis non in capite voluminis legis gothorum, sed in medio duorum librorum eiusdem legis, vel post expletionem et finem primi libri, atque ante initium secundi positum sit, qui utique ordo vel loco præfationis

exoritur, hinc controversiæ litigantium generantur, hinc etiam hæsitatio ¹ iudicium nascitur, ita ut in finiendis vel compescendis calumniis habere terminum nesciant, quæ utique nutantia semper adprobantur et dubia. Et ideo quia perstringi tota quæ in controversiam veniunt brevi complicatione non possunt; saltem vel quæ in concione ² pertractanda sese gloriosis nostræ celsitudinis sensibus ingesserunt, ea in hoc libro specialiter corrigi, et elimata prohibitæ sententiæ decrevimus ordinari; evidentiam ³ videlicet dubiis præstantiam noxiis, clementiam mortiferis, adaptionem clausis, perfectionem cœptis imprimens institutis, quo nostri regni populos, quos una et evidens pax nostri ⁴ regiminis confinet, hæc deinceps institutio correctarum legum ordinandos adstringat atque retinet. Et ideo harum legum correctio, vel novellarum nostrarum sanctionum ordinata constructio, sicuti in hoc libro et ordinatis titulis posita, et subsequenti est serie adnotata, ita ab anno secundo regni nostri a duodecimo kalendas ⁵ novembris in cunctis personis ac gentibus nostræ amplitudinis imperio subjugatis innexum sibi a nostra gloria valorem obtineat, et inconvulso celebritatis oraculo valitura consistat ⁶. Leges sane, quas in iudæorum excessibus nostra gloria promulgavit, ab eo tempore valituras esse decernimus, ex quo his confirmationem ⁷ gloriosa serenitatis nostræ renolatione ⁸ impressimus ⁹.

II. ¹⁰ FLAVIUS GLORIOSUS RECESVINCTUS REX.

Quod tam regia potestas, quam et populorum universitas legum reverentiæ sit subiecta.

Omnipotens rerum Dominus, et conditor unus provi-

¹ Post verba hæsitatio iudicium, deest folium in Cod. Tolet.-goth., et cum eo reliqua hujus legis pars, leges II et III, iniitiumque IV usque ad verba: et intelligendi rigorem &c.

² Lind. contentione

³ Legion. et Lind. evidentia videlicet dubiis, præstantia noxiis, clementiora mortiferis

⁴ Legion. regni nostri

⁵ Lind. kalendarum novembrium

⁶ Card. et S. J. R. consistat. Vt sicut sublimi in throno serenitatis nostræ celsitudine residente, videntibus cunctis sacerdotibus Dei, senioribusque palatii atque gardingis, earum manifestatio claruit, ita earumdem celebritas vel reverentia in cunctis regni nostri provinciis debeat observari. Leges sane &c. Legion. consistat. Vt sicut in sublimi throno serenitatis nostræ celsitudine residente, audiantibus cunctis Dei sacerdotibus, senioribus palatii atque gardingis, omni que populo, harum manifestatio claruit, ita earumdem celebritas vel reverentia, in cunctis regni nostri provinciis hic legum liber debeat observari. Leges sane &c.

⁷ Legion. sanctione

⁸ Lind. renovatione

⁹ Codice Emilian. post hanc legem alia sequens, absque numero, auctore vel glossa, invenitur:

Quoniam novitatem legum vetustas vitiorum exigit, et innovare leges veterosas peccaminum antiquitas impetravit, ideo leges in hoc libro conscriptas ab anno secundo divæ memoriæ domini et genitoris mei Chindasvinthi regis in cunctis personis ac genti-

¹ Card. adiuvante. S. J. R. docente

non est, secundus enim dici non potest nisi præcesserit primus. Præfatio vero dicitur ante fatio vel ante loquutio, eo quod ante inceptio-nem cuiuscumque voluminis loquatur: præ vel ante fatio, loquutio. Et quomodo hic locus præfationis esse potest, qui post finem libri est? Attamen considerandum est, simulque adtendendum, quod non aliis legibus nisi iam emendatis, videlicet secundo libro, et aliis legibus sequentibus, quæ emendatæ sunt, dicunt ipsi emendatores legum assumi pragma suum vel causam suam, scilicet propter quam ipsæ leges emendatæ sunt. Et illud pragma primum præmittere in ordine et loco prologi, ideo non ponitur ante inchoationem loquutionis voluminis legis gothorum vel in capite primi libri ipsius legis, sed ante initium secundi, quia a secundo libro emendatio inchoata, et inde in ante perducta. Neque enim aliunde præfatio fieri debuit aut alicubi præponi nisi exinde, et ibi aut ex his unde emendatio legum sumpta est, et ubi aut ex quibus facta est. Primum namque librum in nullo apparet emendatum nec transmutatum, sed ita manere sicut primitus dictatus et ordinatus fuit, veluti compositio, ornatus, et capitula eiusdem libri demonstrant. Propterea non debuit illud pragma emendatarum legum loco et ordine præfationis præmissum primo libro prætitulari ac præscribi, sed secundo et cunctis qui emendati sunt libris. Hæc est igitur causa quare leges primitus emendatæ fuerunt, quæque etiam ipsis legibus adsignata et ad-

dens commoda humanæ saluti, discere iustitiam habitatores terræ, sacræ legis sacris decenter imperavit oraculis. Et quia solius tam immensæ divinitatis imperiis hæc cordibus imprimuntur humanis, convenit omnium terrenorum quamvis excellentissimas potestates illi colla submittere mentis, cui etiam militiæ cælestis famulatur dignitas servitutis. Quapropter si obediendum est Deo, diligenda est iustitia; quæ si fuerit dilecta, erit instanter operandum in illa, quam quisque tunc verius et ardentius diligit, quum unius æquitatis sententia cum proximo semetipsum adstringit. Gratanter ergo iussa cælestia amplectentes ¹¹, damus modestas simul nobis et subditis leges, quibus ita et nostri culminis clementia ¹² et succedentium regum novitas adfutura, una cum regimonii ¹³ nostri generali multitudine universa obedire decernitur, ac parere iubetur, ut nullis factionibus a custodia legum ¹⁴, quæ iniicitur subditis, sese alienam reddat cuiuslibet persona vel potentia dignitatis, quatenus subiectos ad reverentiam legis impellat necessitas principis et voluntas ¹⁵.

III. FLAVIUS RECESVINTUS REX.

Quod nulli leges nescire liceat.

Omnis scientia sana ordinabiliter dicat ¹⁶ ignorantiam execrandam. Nam quum scriptum sit: noluit intelligere ut bene ageret; certum est, quod qui intelligere noluit, bene agere contemnit ¹⁷. Nullus ergo idcirco sibi extimet illicitum faciendi licere quodlibet, quia se novit legum decreta, sanctionesque nescire: nam non insontem faciet ignorantia causa, quem noxiorum damnis implicaverit culpa.

bus nostræ amplitudinis imperio subiugatis omni robore valere decernimus, ac iugi mansuras observantia consecramus, ita ut reiectis illis quas non æquitas iudicantis, sed libitus impresserat potestatis, evacuatisque iudiciis, omnibusque scripturis earum ordinatione confectis, hæc solæ valeant leges, quas aut ex antiquitate iuste novimus, aut tenemus, aut idem genitor noster pro æquitate iudiciorum, vel pro austeritate culparum visus est non immerito condidisse, prolatis seu connexis aliis legibus, quas nostri culminis fastigium iudiciali præsidens throno coram universis Dei sacerdotibus sanctis, cunctisque officiis palatinis, ducante ¹ Domino atque favente, audientium universali consensu edidit et formavit, ac suæ gloriæ titulis adnotavit, ita ut tam hæc quæ iam prolata consistunt, quam illæ quas adhuc exoriri novorum iurgiorum eventus impulerit, valido ac iustissimo vigore perdurent, eternæ soliditatis iura retentent ².

Lex hæc in codice Card. V est, IV vero in Codice S. J. R. In utroque auctor legis dicitur: Flavius gloriosus Recesvintus Rex.

¹⁰ Codice S. J. R. est I.

¹¹ Legion. adimplentes

¹² Legion. præsentia

¹³ S. J. R. et Lind. regiminis

¹⁴ Legion. honestatis legumque

¹⁵ Lind. principisque voluntas

¹⁶ Legion. et Lind. vitat

¹⁷ Legion. non contendit

² Lind. retineant

iuncta est, ordineque ac loco prologi præmissa, videlicet propter obscuritatem ac profunditatem dictationis legum, et eloquii subtilitatem, quæ dum non intelligebatur, impediabat, conturbabatque rectitudines iustitiæ et sensum artificum. Et quoniam aliquando seu aliqua quæ bene aut constituta in ipsis legibus per subtilitates sermonum obscura prolongatione verborum composita erant ex ipsa sibi contrarietate ac contentione nutriebant, dum accusantium et se defendentium impugnationes, atque obliqua manifeste non determinabant vel exponebant, et sic ubi debebant terminare finireque querelas ac lites, ibi generabant contra se novella et recentia conligationis vincula, vel ibi innovabant. Emendatæ sunt etiam iam dictæ leges gothorum, quia propter impossibilitatem et obscuritatem intelligentiæ ex una parte surgebat sive nascebatur diversitas causarum, ex altera generabantur oppositiones et contentiones querelantium. De alia parte vero oriebatur dubitatio iudicium non intelligentium quæ legebant, et quæ in legibus scripta erant obscura loquutione compositis, ita ut non saperent habere terminum in terminandis, ac sedandis, vitandisque iurgiis et calumniis, utique quia hæc, quæ supradicta sunt, incerta comprobantur semper et dubia. Propter hoc pragma leges emendatæ sunt, pragma quippe dicitur causa, pragmatica causæ, unde et pragmaticus dicitur causidicus sive causarius.

IV. FLAVIUS RECESVINCTUS REX.

Quod antea ordinare oportuit¹ negotia principum, postea populorum.

Bene Deus conditor rerum disponens humani corporis formam, in sublime caput erexit, atque ex illo cunctas membrorum fibras exoriri decrevit. Vnde hoc etiam a capiendis initiis caput vocitari², percensuit, formans in illo et fulgorem luminum, ex quo prospici³ possent quæcumque noxia concurrissent; constituens in eo et intelligendi vigorem, per quem connexa et subdila membra vel dispositio regeret, vel providentia ordinaret. Hinc est et peritorum medicorum præcipua cura, ut ante capiti quam membris incipiant adhibere⁴ medelam. Quæ ideo non immerito ordinabiliter exerceri censetur, quum ab artificis peritia hæc dispensari patescunt; quia si salutare caput extiterit, rationem colligit qualiter curari⁵ membra cætera possint. Nam si arcem molestia occupaverit capitis, non poterit in artus dirivationes dare salutis, quas in se consumpserit iugis causa languoris. Ordinanda ergo sunt primum negotia principum, tutanda salus, defendenda vita, sicque in statu et negotiis plebium ordinatio dirigenda, ut dum salus competens prospicitur regum, fida valentius teneatur salvatio populorum.

V. FLAVIUS GLORIOSUS RECESVINCTUS REX⁶.

De principum cupiditate damnata, eorumque initiis ordinandis, et qualiter conscribendæ sunt scripturæ in nomine principum factæ⁷.

Eminentia celsitudo terrenæ tunc salubrius sublimia probatur appetere, quum saluti proximorum pia cernitur compassione prodesse: unde solet contingere ut plus commodi de aliena salute conquirat, quam de propria utilitate quisque percipiat. In multis enim, quia multorum salus adtenditur, maioris lucri summa percipitur. In se autem quia privati commodi fructus appetitur, non satis est si unius beneficii præmia conquirantur. Hinc et illa regendarum tantumdem salus est plebium, quæ non suos fines privata voluntate concludit, sed quæ universitatis limites communi prosperitati lege defendit. Quapropter ne salutaris ordo imperialibus videatur verbis potius obtineri quam factis, de sublimitatis obtentu reclinamus ad vota supplicum tranquillæ visionis aspectum. Vt inde salutaris compassio habeat commodum, unde turmæ⁸ plebium adeptæ fuerint supplicationis effectum. Quum igitur præcedentium serie temporum immoderatio aviditas principum sese prona diffunderet in spoliis populorum, et augetur reipublicæ⁹ censum ærumna flebilis subiectorum; tandem supernæ respectationis¹⁰ afflatu nobis est divinitus inspiratum, ut quia subiectis leges reverentiæ¹¹ dederamus, principum quoque excessibus retinaculum temperantiæ poneremus. Proinde sincera mansuetudinis nostræ deliberatione, tam nobis quam cunctis gloriæ nostræ successoribus adfuturis, Deo mediante, legem ponimus, decretumque divalis observantiæ promulgamus, ut nullus Regum impulsionis suæ quibuscumque motibus, aut factionibus¹² scripturas de quibuslibet rebus alteri debitis ita extorqueat, vel extorquendas instituat, qualiter iniuste ac nolenter debitarum sibi quisque privari possit dominio rerum. Quod

si alicuius gratissima voluntate quippiam de rebus a quocumque perceperit, vel pro evidenti præstatione lucratus aliquid fuerit, in eadem scriptura patens voluntatis ac præstiti conditio annotetur, per quam aut impressio principis, aut conferentis fraus evidentissime detegatur. Et si patuerit a nolente fuisse scripturam exactam, aut respiscat improbitas principis, et evacuet quod male contraxit, aut certe post mortem eius ad eum, cui exacta est scriptura, vel ad hæredes eius rei ipsæ sine cunctatione debeant revocari¹³. Ille autem res, quæ seclusa omni compressionis argumentatione, directo modo transierint in principis potestatem, in eius perenniter iure perdurent. Et quidquid ex rebus ipsis idem princeps ordinare voluerit, suæ potestatis arbitrio subiacet. Verum ut omne huius negotium actionis roboraret sinceritas veritatis, quum quarumcumque rerum scripturæ in Principis nomine extiterint factæ, mox testes qui in eadem scriptura subscriptores¹⁴ accesserint, ab his quos elegerit princeps, diligentissime perquirantur. Si non aliquod indicium aut de impressione¹⁵ principis, aut de fraude scripturam facientis modo quocumque cognoverint: ac sic aut rite facta series scripturæ permaneat, aut irrita confecta vanescat¹⁶. Similis quoque ordo de terris, vineis¹⁷, atque familiis observetur, si sine scripturæ textu tantummodo coram testibus quælibet facta fuerit definitio. De rebus autem omnibus a tempore Chintilani¹⁸ regis hucusque a principibus acquisitis, aut deinceps, si provenerit acquirendis, quæcumque forsitan princeps inordinata sive reliquit, seu reliquerit, quoniam pro regni apice probantur acquisita fuisse, ad successorem tantumdem regni decernimus pertinere: ita habita potestate, ut quidquid ex his elegerit facere, liberum habeat velle. In illis autem rebus quæ ipsi, aut de bonis parentum, aut de quorumcumque provenerint successionebus proximorum, ita eidem principi eiusque filiis, aut si filii defuerint, hæredibus quoque legitimis hæreditatis iura patebunt, sic ut etiam cæteris lege vel successione patere noscuntur. Quod si aliquid ex rebus de quorumcumque parentum, aut proximorum non solum successione, sed etiam qualibet conlatione, aut quocumque contractu ad ius ipsius pervenisse patuerit, si contingat hæc in ordinata relinqui, non ad successorem regni, sed ad filios vel hæredes eius qui acquisivit specialiter omnis eadem conquisitio pertinebit. Nam et de illis rebus, quas idem princeps ante regnum, aut ex proprio, aut ex iustissimo¹⁹ conquisitu dinoscitur habuisse, inrevocabili ordine, aut faciendi exinde quod voluerit potestatem habebit, aut certe filiis eius successio plena patebit. Quod si filii defuerint, legitimis hæredibus ex his quæ in ordinata reliquerit, hæreditatem adire licebit. Huius sane legis sententia in solis principum erit negotiis observanda, atque ita perpetim valitura, ut non antea quispiam solium regale conscendat quam iuramenti fœdere hanc legem se in omnibus implere promittat. Quemcumque vero aut per tumultuosas plebes, aut per absconsa dignitatis publicæ machinamenta adeptum esse constiterit regni fastigia, mox idem cum omnibus tam nefarie sibi consentientibus, et anathema fiat, et christianorum communionem amittat. Tam diræ percussione ultione conlatus, ut omnis divini ordinis cultor, qui illi communicaverit²⁰, simili cum ipso damnatione dispereat, et pœna tabescat. Nam et si quis legis huius seriem ex officio palatino malivole detrahendo lacerare voluerit, aut evacuandam quandoque, vel silenter musitans,

¹ Legion. oporteat

² Lind. vocari. Legion. vocitati præconsonuit

³ Lind. perspici

⁴ Legion. incipiat disponi medela

⁵ Lind. curare.... possit

⁶ Tolet.-goth. et Legion. absque auctore.

⁷ Codice S. J. R. adduntur: ex concilio toletano VIII.

⁸ Legion. turbæ

⁹ Emilian. S. J. R. Tolet.-goth. Legion. et Lind. rei propriæ

¹⁰ Lind. respirationis

¹¹ Emilian. refrenantiæ. Lind. legis reverentiam

¹² Card. addit: iustitiam a suo loco secludat, aut in statum suum redire contemnat, aut

M.L. Tom. I.

¹³ Card. et S. J. R. addunt: simile præceptum observari censemus, quum iustitiam motibus aut actionibus principis claruerit a suo esse loco seclusam, aut suum rigorem obtinere contempnam.

¹⁴ Legion. scriptores

¹⁵ Tolet.-goth. aut in depressione

¹⁶ Legion. evanescat

¹⁷ Card. seu de aliis quibuscumque rebus

¹⁸ Emilian. Legion. et Card. Suintilani

¹⁹ Legion. ex iustissima conquisitione

²⁰ Emilian. Card. S. J. R. Tolet.-goth. Legion. et Lind. edit. communicare præsumpserit

vel aperte resultans proloqui detectus extiterit, cunctis palatinæ dignitatis et consortiis et officiis mox nudatus, omnium rerum suarum dimidiam partem amittat, et in deputato sibi loco redactus, a totius palatii societate maneat seclusus. Religiosus etiam qui se in eadem culpa devolvit, simili rerum proprietatis suæ dispendio subiacebit.

VI. FLAVIUS¹ CHINTASVINTUS REX.

² *De his qui contra principem vel gentem aut patriam refugiunt, vel insolentes existunt.*

Quantis hactenus Gothorum patria concussa sit cladibus, quantisque iugiter quatiatur³ stimulis profugorum, ac nefanda superbia deditorum ex eo pene cunctis cognitum est, quod et patriæ diminutionem ostendunt⁴, et hac occasione potius quam expugnandorum hostium externorum arma sumere sæpe compellimur. Vt ergo tam dira temeritas tandem victa depereat, et huiusmodi transgressoribus manifesta scelera non relinquuntur ulterius impunita, hac⁵ omne per ævum lege valitura sancimus, ut quicumque ex tempore reverendæ memoriæ CHINTILANI⁶ principis usque ad annum, Deo favente, regni nostri secundum, vel amodo et ultra ad adversam gentem, vel extraneam par-

¹ *Emilian. Legion. Tolet.-goth. auctoris nomen desideratur: in Card. reperiuntur literæ: Res. S. J. R. Recs, et idit. Lind.: Fls. Gls. Recs. Rex.*

² *Tolet.-goth. et Legion. codices post hanc VI. et ante VII. duas sequentes leges producant: nec aliter Card. et Lind. editio, nisi tali numerandarum discrimine, ut harum prima XXXIII. in codice, XXXIV. in editione sub titulo I.; altera, tam in codice, quam in editione, sub titulo V. huiusce libri II., XIX. dinumerentur.*

LEX VII.

FLAV. GLORS. EGICA REX. NOVA.

De his qui novi principis fidem servandam jurare distulerint, vel his qui ex palatino officio ad eiusdem obedientiam vel præsentiam venire neglexerint.

Quum divinæ voluntatis imperio principale caput regnandi sumat sceptrum, non levi quisque culpa constringitur, si in ipso suæ electionis primordio aut iurare, ut moris est, pro fide regni differat, aut si eis palatino officio fuerit, ad eiusdem novi principis visurus præsentiam venire desistat. Si quis sane ingenuorum de sublimatione principali cognoverit, et dum discussor iuramenti in territorio illo accesserit, ubi eum habitare constiterit² quæsita occasione fraudulenter distulerit, ne aut pro fide regni conservanda iuramenti se vinculo alliget, aut ille qui, sicut præmissimus, ex ordine palatino fuerit, minime Regis obtutibus se præsentandum ingesserit, quidquid de eo vel de omnibus rebus suis principalis auctoritas facere, vel iudicare voluerit, sui sit incunctanter arbitrii. Quod si aut ægritudo illi obstiterit, aut quælibet publicæ utilitatis actio eum retinuerit, ut Regis se visibus³ nullatenus representet⁴, dum regni electionis sublimitas quilibet modis ad eius cognitionem pervenerit, statim per suam iussionem id ipsum clementiæ suæ auditibus intimare procuret, qualiter fidei suæ sinceritatem ostendens huius legis sententiam evadere possit.

LEX VIII.

FLAV. GLOR. EGICA REX. NOVA.

Vt nemo deinceps contra fidem regiam, vel propria causarum negotia in deceptione regni potestatis, vel cuiuslibet rei alterius se iuramenti vinculo alligare præsumat.

Plerumque solet humani generis inimicus pravis corda hominum suggestionibus interire⁵, et fidelium animas⁶ pestifero veneni poculo sauciare, id⁷ est quod quantum plus regni celsitudinis culmen sincera debet reverentia honorari⁸, tanto amplius⁹ in eius deceptionem retundi, ut ipsi tali edicto decernimus, ut nemo personarum videatur mentes levium excitare. Quidam enim dum sententiam illam canonis Toletani adtendunt, in qua decretum est, neminem licere citra manifestum et evidens culpæ indicium ab honore sui ordinis, vel servitio domus regni deiici,

¹ *Cod. Card. profert: vel de illis*

² *Card. contigerit*

³ *Card. obtutibus*

⁴ *Card. præsentet*

⁵ *Card. inretire*

⁶ *Card. animos*

⁷ *Card. inde quia quanto plebs. Lind. proinde qui quanto*

tem perrexit, sive perrexit, aut etiam ire voluit, vel quandoque voluerit, ut sceleratissimo ausu contra gentem Gothorum, vel patriam ageret, aut fortasse conetur aliquatenus⁷ agere, et captus, sive detectus extitit, vel extiterit, sive ab anno regni nostri primo, vel deinceps quispiam intra fines patriæ Gothorum quacumque conturbationem, aut scandalum in contrarietatem regni nostri vel gentis facere voluerit, sive ex tempore nostri regiminis tale agere aliquid, vel disponere conatus est aut fuerit, atque quod indignum dictu videtur, in necem vel abiectio-nem nostram, sive subsequentium Regum intendere, vel intendisse proditus videtur esse vel fuerit: horum omnium scelerum, vel unius ex his quisque reus inventus, intractabilem sententiam mortis excipiat, nec⁸ ulla ei de cætero sit vivendi libertas indulta⁹, quod si fortasse pietatis intuitu a principe fuerit illi vita concessa¹⁰, non aliter quam effossis oculis relinquatur ad vitam¹¹, quatenus nec excidium videat quo fuerat nequiter delectatus, et amarissimam vitam ducere se perenniter doleat. Res tamen omnes huius¹² tam nefarii transgressoris¹³ in Regis ad integrum potestate persistent¹⁴, et cui donatæ ab eo fuerint ita perpetim secure possideat, ut nullus unquam succedentium regum causam suam et gentis viliaturus has ullatenus¹⁵ au-

nec antea vinculum nexibus inligari, aut quæstionibus subdi, nisi prius in publica fuerint examinatione deducti, subtili se quondammodo iuramento in necem vel abiectio-nem regiam perfidiæ nituntur fraudibus inligare¹⁰, nec eam quæ nefandis moluntur pœnam quamdam consiliis ab alterutro testantur quandoquidem propalari, quod et temporibus nostris detectum facinus, manifestis eorum confessionibus retinetur, qui nostram gloriam conati sunt, aut gladio interimere, aut mortifera veneni potione decipere. His igitur nefariæ argumentationis consiliis legalibus congruit obviare censuris: quo nec principalis honor qualibet possit pravitate develli, et infidelium pectora condigna debeant ultione retundi. Vnde ipsi tali¹¹ edicto decernimus, ut nemo deinceps contra fidem regiam¹² se aut alios præsumat vinculis nequiter iuramenti aut in deceptionem potestatis regni, vel cuiuslibet alterius tam sceleratæ fraudis se audeat actione constringi. Si quis vero amodo aliter quam præmissum est huiusmodi iuramento se alligare præsumperit, legis periculis sanctionum, quæ de perfidis noscitur hæc contra Regem agentibus promulgatæ existere subiacebit.

³ *Tolet.-goth. partiatur*

⁴ *Tolet.-goth. Emilian. S. J. R. et Lind. edit. agnoscunt. Legion. cognoscunt.*

⁵ *Legion. Vigil. et cit. edit.: hanc... legem valituram*

⁶ *Tolet.-goth. CINTILANI*

⁷ *Legion. aliquid*

⁸ *Card. et si nulla mortis ultione plectatur, et pietatis intuitu a principe illi fuerit vita concessa, aut effossionem perferat oculorum, secundum quod in lege hac hucusque fuerat constitutum, aut decalvatus tamen centum flagella suscipiat, et sub arctiori vel perpetuo erit religandus exsilio pœnæ, et insuper nullo unquam tempore ad palatini officii reversurus est dignitatem, sed servus principis factus, et sub perpetua servitutis cathena in principis potestate redactus æterna tenebitur exsilio religatione obnoxius quatenus, &c. Tolet.-goth. idem ac in Card. præter hæc omnia: et pietatis intuitu a principe illi fuerit vita concessa. A verbo obnoxius pergit res tamen.*

⁹ *Lind. indulta libertas, et si nulla mortis ultione plectatur, et pietatis intuitu, &c.*

¹⁰ *Emilian. et iam nulla mortis ultione plectatur, non aliter, &c. Lind. concessa, effossionem perferat oculorum, secundum quod in lege hac hucusque fuerat constitutum... cætera ut in Emilian.*

¹¹ *Emilian. aut etiam aliud secundum quod in lege hac hucusque fuerat constitutum, decalvatus tamen centum flagella suscipiat, &c. nec a Card. usque ad quatenus dissidens.*

¹² *Legion. huius qui morte est pro tali scelere perimendus, vel huius cui vita propter suam nequitiam infelicissime reservatur in Regis, &c.*

¹³ *Card. transgressoris vel eius qui morte. Nihil in Legion., nisi verbum reservabitur differt.*

¹⁴ *Lind. consistent*

¹⁵ *Legion. nullatenus*

⁸ *Card. et Lind. edit. honorare*

⁹ *Lind. vel in eius deceptione vel aliarum personarum videtur mentes plebium excitare. Quidam enim*

¹⁰ *Lind. alligare: ne ea quæ fraudis moluntur peragenda consiliis, ab alterutro cernantur quandoquidem*

¹¹ *Lind. speciali*

¹² *Lind. vel propria causarum negotia se cum alio præsumat.*

ferre præsumat. Verum quia multi plerumque reperiuntur qui dum his et talibus pravis meditationibus occupantur, argumento quodam fallaci in Ecclesiis, aut uxoribus, vel filiis atque amicis, seu in aliis quibuscumque personis suas inveniantur ¹ transduxisse vel transducere facultates, etiam et ipsa quæ fraudulenter in dominio alieno contulerant, iure præcario reposcentes sub calliditatis studio in suo denuo dominio possidenda recipiant, unde nihil de suis rebus visi sunt amisisse, nisi solum concinnatione falsissima fictas quasi veridicas videantur scripturas conficere ²: ideoque hanc nequissimam argumentationem præsentis legis decreto amputare elegimus, ut calcatis, vel evacuatibus, seu rescisis scripturis hac fraude confectis, quidquid ³ ex eo quisque tempore possidere reperitur quo fuerit in prædictis criminibus deprehensus, totum continuo Fisci viribus ⁴ ad integrum adplicetur. Ut concedere iam dictas facultates sicut supradictum est cui Rex voluerit, vel facere exinde quidquid elegerit in suæ potestatis consistat arbitrio, alia vero quæcumque ⁵ ab hac fraude aliena inventa extiterint ordinata legibusque confecta, vigore legum maneant solidata. Illis ab huius legis sententia personis evidenter exceptis, quibus a præcedentibus Regibus culpa dinoscitur fuisse concessa; nam si humanitatis aliquid cuicumque perfido Rex largiri voluerit non de facultate eius, sed unde placuerit principi tantum ei solummodo concessurus est, quantum hæreditatis eiusdem culpæ vicissimam portionem fuisse constiterit.

VII. FLAVIUS GLORIOSUS RECESVINTUS REX ⁶.

De non criminando principe, nec maledicendo illi.

Sicut in persona principis omnibus prohibemus, aut commovere nequitiam cogitationis, aut manus incere ultionis, ita etiam nullum patimur in eum, aut notam ponere criminis, aut verba congerere maledictionis. Sacræ namque auctoritas scripturæ ⁷, et non iubet accipi ⁸ opprobrium ⁹ adversus proximum suum, et hunc, qui maledixerit principem ¹⁰ populi sui, demonstrat existere reum. Quapropter quicumque in principem aut crimen iniecerit, aut maledictum intulerit, ita ut hunc de vita sua non humiliter et silenter admonere procuret, sed huic superbe et contumeliose insultare pertentet, sive etiam in detractio- nis eius ignominia turpia et iniuriosa præsumat, si ex ¹¹ nobilibus idoneisque personis fuerit, seu sit religiosus, sive etiam laicus, mox detectus extiterit et inventus, dimidiam omnium rerum suarum partem amittat, de qua idem princeps faciendi quod sibi placuerit potestatem obtineat. Nam si de vilioribus, humilioribusque personis fuerit, aut certe quem nulla dignitas exornavit, quod de illo vel de rebus eius princeps voluerit, iudicandi licentiam habebit ¹². Simili quoque præcepto, defuncto etiam principe, ausum opportune interdiciamus detrahendi. Incassum etenim is qui vivit, detractio- nis in defuncto iacula mittit, quum iam defunctus nec constitutionibus ¹³ imbui, nec increpationibus possit argui. Sed quia pro certo illius insania innotescit, qui frustra in non sentientem detractio- nis verba transmittit; ideo idem præsumptor L. verberibus vapulabit, et præsumptionis suæ opportuna silentia dabit, reser-

vata cunctis hac plenius libertate ut, principe tam superstite quam mortuo, liceat unicuique pro negotiis ac rebus omnibus, et loqui quod ad causam pertinet, et contendere sicut decet, et iudicium promereri quod debet: ita enim ponere ¹⁴ nitimur humanæ reverentiam dignitati, ut devotius servare probemur iustitiam Dei.

VIII. FLAVIUS CHINTASVINTUS ¹⁵ REX.

De remotis alienarum gentium legibus.

Alienæ gentis legibus ad exercitium utilitatis imbui et permittimus et optamus: ad negotiorum vero discussionem, et resultamus et prohibemus. Quamvis enim eloquiis polleant, tamen difficultatibus hærent: adeo quum sufficiat ad iustitiæ plenitudinem et perscrutatio rationum et competentium ordo verborum, quæ codicis huius series agnoscitur continere, nolumus sive romanis legibus, seu alienis institutionibus amodo amplius convexari.

IX. FLAVIUS GLORIOSUS RECHESVINTUS REX ¹⁶.

Ne excepto talem librum qualis hic qui nuper est editus, alterum quisque præsumat habere.

Nullus prorsus ex omnibus ¹⁷ regni nostri præter hunc librum qui nuper est editus, atque secundum seriem huius amodo translatus librum alium ¹⁸ legum pro quocumque negotio iudici ¹⁹ offerre pertentet ²⁰. Quod si facere præsumpserit ²¹, XXX. libras auri fisco persolvat. Iudex quoque si vetitum librum sibi postea oblatum dirumpere fortasse distulerit, prædictæ damnationis dispendio subiacebit. Illos tamen a damno huius legis immunes esse iubemus, qui præteritas et anteriores leges non ad confutationem harum legum nostrarum, sed ad comprobationem præteritarum causarum proferre in iudicio fortasse voluerint.

X. FLAVIUS GLORIOSUS CHINDASVINTUS REX ²².

De diebus festis et feriatis, in quibus non sunt negotia exercenda ²³.

Die dominico nemini liceat exsequutione constringi, quia omnes causas religio debet excludere, in quo nullus ad causam dicendam, nec ²⁴ propter aliquod debitum fortasse solvendum, quemquam inquietare præsumat. Diebus etiam paschalibus nulla patimur quemlibet exsequutione teneri: id est, per XV. dies, septem qui paschalem solemnitatem præcedunt, et septem alios qui sequuntur. Nativitatis quoque dominicæ, Circumcisionis, Epiphaniæ, Ascensionis et Pentecostes, singuli dies simili reverentia venerentur. Necnon et pro messivis feriis a quinto decimo kalendas agustas usque ad XV. kalendas septembris. In Carthaginiensi vero provincia propter locustarum vastationem assiduam, a XV. kalendas iulias usque in ²⁵ kalendas XV. agustas, messivas ferias præcipimus observandas, et propter vindemias colligendas a XV. kalendas octobris usque ad XV. kalendas novembris. Omnibus hac constitutione concedimus, ut per hæc tempora nullus ad causam dicendam

¹ Tolet.-goth. et Lind. inveniuntur

² Card. conferre vel proferre

³ Vigil. et Lind. quidquid eo

⁴ Lind. iuribus

⁵ Vigil. et Emilian. quæcumque voluerit

⁶ Card. Noviter emendata. Tolet.-goth. auctorem non indicat: et Legion. Flavius Cindus. Rex. Nova.

⁷ Legion. scripturæ non

⁸ Lind. accipere

⁹ Lind. opprobrium

¹⁰ Tolet.-goth. principi

¹¹ Tolet.-goth. ex hominibus nobilibus

¹² In Tolet.-goth. desunt, quæ a verbis Simili quoque usque ad silentia dabit leguntur.

¹³ Lind. institutionibus

¹⁴ Lind. proponere

¹⁵ Card. Emilian. et S. J. R. Recesvindus. Legion. Antiqua.

Flavius Cindasvintus Rex. In Tolet.-goth. nec auctoris nomen, nec annotatio reperiuntur.

¹⁶ Card. Noviter emendata. Tolet.-goth. auctoris nomine, et annotatione vacat. Legion. Antiqua. Flavius Cindasvintus Rex. Lind. Nov. emdat. Fls. Rcds.

¹⁷ Tolet.-goth. hominibus

¹⁸ Card. et Legion. librum legum

¹⁹ Card. in iudicio

²⁰ Legion. præsumat

²¹ Legion. et Lind. si præsumpserit

²² Card. S. J. R. et Lind. Recesvindus. Tolet.-goth. et Legion. auctorem, vel annotationem non referunt.

²³ Emilian. Card. Legion. S. J. R. et Tolet.-goth. exsequenda

²⁴ Legion. vel

²⁵ Card. Tolet.-goth. et Legion. usque in kalendas augusti

venire cogatur, vel sub exsequutione aliqua deputetur; nisi forte causa de ¹ qua compellitur, cœpta iam apud iudicem fuisse videatur. Nam procul dubio si inchoata fuisse actio reperitur ad peragendum negotium, absque ulla feriaturum dierum obiectione cogendus est qui pulsatur. Ita ut si persona est, cui facile credi possit, placito districtus abscedat. Si certe sit de cuius fide dubitetur, pro se fideiussorem adhibeat, quatenus peractis temporibus supradictis ad finiendam cum petitore causam, ubi iudex elegerit, remota dilatione occurrat: præter qui tale crimen admiserint, quos necesse sit sententia mortis puniri, qui etiam in talibus omnino diebus et comprehendendi sunt, et ardua in vinculis custodia retinendi, quousque peracto die dominico, vel feriis supradictis, debita eos subsequatur ultio iudicantis. Messivis sane, vel vindemialibus feriis in criminosas et dignas morte personas legalis nullatenus censura cessabit. Sed nec illum ista lex excusatum habebit, qui necdum ad iudicium ante compulsus, et ² tamen sciens se esse quandoquidem compellendum, reliquis se temporibus dilatans ad hoc in prædictis feriis illi, a quo pulsandus est, se indubitanter ostendit: quia putat se ad causam dicendam nulla legis sanctione posse teneri, quem tamen aut per placitum distringi præcipimus, quando cum petitore causam finire sit præstitus. Aut si forte talis est, de quo suspecta sit placiti fides, neque fideiussorem pro se adhibere potuerit apud iudicem, sub custodia maneat, ut expleto tempore feriato ³, causa, pro qua compellitur, finem accipiat. Si quis autem contra decretum legis huius agere præsumpserit, et ad iudicem ex hoc querela pervenerit, L. ictus flagellorum publice extensus accipiat.

XI. ⁴ *Vt nulla causa a iudicibus audiatur, quæ legibus non continetur.*

Nullus iudex causam audire præsumat, quæ in legibus non continetur; sed comes civitatis vel iudex, aut per se, aut per exsequutorem suum conspectui principis utrasque partes præsentare procuret, quo facilius, et res finem accipiat, et potestatis regie discretionem tractetur, qualiter ⁵ exortum negotium legibus inseratur.

XII. FLAVIUS RECHESVINCTUS REX ⁶.

Vt terminatæ causæ nullatenus revolvantur, reliquæ vero ad libri huius seriem terminentur; adiciendi leges principibus libertate ⁷ manente.

Quæcumque causarum negotia inchoata sunt, nondum vero finita, secundum has leges determinari ⁸ sancimus. Illas autem causas quæ antequam istæ leges a nostra gloria emendarentur, legaliter determinatæ sunt, id est, secundum legum modum qui ab anno primo regni nostri in præteritis observatus est, resuscitari nullatenus patimur. Sane leges adiciendi, si iusta novitas causarum exegerit, principalis electio licentiam habebit, quæ ad instar præsentium legum vigorem plenissimum obtinebunt.

¹ Legion. pro qua

² Tolet.-goth. et Legion. sed tamen

³ Legion. feriaturum

⁴ Card. et S. J. R. Flavius gloriosus Recesvintus Rex. Legion. Antiqua noviter emendata.

⁵ Lind. quatenus

⁶ Tolet.-goth. auctoris nomen, et annotatio desunt. Legion. Flav. Recesvintus Rex. Antiqua

⁷ Legion. potestate

⁸ Lind. terminari

⁹ Tolet.-goth. nec auctorem, nec ullam refert annotationem. Legion. Nova lex, et auctorem tacet.

¹⁰ Card. vel . . . iudicium

¹¹ Legion. electio iudicis trium testium fuerit signis

¹² Lind. commissariam

¹³ Card. et Legion. iudiciaria.

¹⁴ Legion. funguntur

¹⁵ Legion. fuerit iudicandi

XIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECESVINTUS REX ⁹.

Quod nulli liceat derimere causas, nisi quibus aut princeps, aut consensio voluntatis, aut informatio iudicis ¹⁰ potestatem dederit iudicandi.

Derimere causas nulli licebit, nisi aut a principibus potestate concessa, aut ex consensu partium electo ¹¹ iudice trium testium fuerit electionis pactio signis, vel subscriptionibus roborata. Nam et si ii qui potestatem iudicandi a Rege accipiunt, seu etiam ii, qui per commissoria ¹² comitum vel iudicum iudiciali ¹³ potestate utuntur ¹⁴, vices suas aliis, quibus fas fuerit, scriptis peragendas iniunxerint, licitum erit illis per omnia, similemque et ipsi, qui informati a iudicibus fuerint ¹⁵ in iudicando, sicut et illi a quibus determinandi acceperunt vigorem, habebunt in discernendis, vel ordinandis quibusque negotiis potestatem.

XIV. FLAVIUS GLORIOSUS RECESVINTUS REX ¹⁶.

Quales causas debeant audire tiumfadi ¹⁷, et qualibus personis causas audiendas iniungant.

Cum cæteris negotiis criminalium etiam causarum tiumfadis iudicandi concessa licentia sit, criminosos a legum sententia ipsi vindicare ¹⁸ non audeant, sed debitam in eis ut competat censuram exercent ¹⁹, qui tiumfadi tales eligant ²⁰, quibus vicissitudines suas ²¹ audiendas iniungant, ut ipsis absentibus illi causas temperate ²² discutiant, et iuste decernant.

XV. FLAVIUS GLORIOSUS RECESVINTUS REX ²³.

Vt iudices tam criminales, quam communes terminent causas.

Omnium negotiorum causas ita iudices habeant deputatas, ut et criminalia et cætera negotia terminandi sit illis concessa licentia. Pacis vero adsertores non alias dirimant causas, nisi quas illis regia deputaverit ordinandi potestas. Pacis autem adsertor ²⁴ est, qui sola faciendæ pacis intentione regali sola destinatur auctoritate.

XVI. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ²⁵.

De damnis eorum qui non accepta potestate præsumpserint iudicare.

Nullus in territorio non sibi commisso, vel ille qui iudicandi potestatem nullam habet omnino commissam, quemcumque præsumat per iussionem aut saionem, vel distringere, vel in aliquo molestius ²⁶ convexare, nisi ex regia iussione vel partium electione, sive consensu, vel commissoriis adinformationibus ²⁷ comitum, sive etiam iudicum, sicut in lege superiori tenetur, iudex quisque fuerit institutus. Certe quia ²⁸ prædictus non institutus iudex præsumptuosus ²⁹ inlicite hæc quæ prohibentur præsumpserint agere, confestim ut causa pervenerit ad provinciæ ducem, an per se velit, an per quem ipse præceperit, tam

¹⁶ Tolet.-goth. et Legion. auctorem omittunt, et carent annotationibus.

¹⁷ Legion. et Lind. tiumfadi, eodem modo Emilian. et Card. constanter scribunt.

¹⁸ Lind. iudicare

¹⁹ Tolet.-goth. debita . . . censura coercent

²⁰ Tolet.-goth. eligant, ut ipsis absentibus

²¹ Card. suas iniungant

²² Legion. temperanter

²³ In Tolet.-goth. auctoris nomen omissum est, similiter et in Legion. ubi tantum notatur Antiqua.

²⁴ Legion. et Lind. adsertores . . . destinantur

²⁵ Tolet.-goth. auctorem omittit, et annotatione caret. Legion. Noviter emendata. Card. Nova emendata

²⁶ Tolet.-goth. molestiis

²⁷ Tolet.-goth. Card. et Lind. atque informationibus

²⁸ Tolet.-goth. certe si non

²⁹ Lind. præsumptuosus

inlicitam præsumptionem coercere procuret: et illi siquidem cui præsumptiosus ¹ præsumptor extitit, si solum contumeliam vel iniuriam fecerit, libram auri coactus exsolvat. Si vero rem aliquam temeranter abstulerit, vel auferre præceperit, tantumdem cum eadem re quam tulerit ², aliud tantum de suo coactus exsolvat ³. Quod si quicumque iudex servum suum seu alienum ad discutenda negotia elegerit deputatum ⁴, pro his quæ idem servus contra iustitiam et leges adtentaverit ⁵ agere ad omnem satisfactionem legis, iudex qui hunc ordinaverit, se noverit retinere. Saio ⁶ vero, seu quisquis fuerit, qui huic obsequens præsumptori alium consenserit comprehendere, distringere, vel aliquid rerum auferre, centum ictus flagellorum accipiet, et hanc præsumptionem tali emendatione coerceat.

XVII. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ⁷.

De his qui admoniti iudicis epistola vel sigillo, ad iudicium venire contemnunt.

Iudex quum ab aliquo fuerit interpellatus, adversarium querelantis admonitione unius epistolæ vel sigilli ad iudicium venire compellat, sub ea videlicet ratione, ut coram ingenuis personis is qui a iudice missus extiterit, illi, qui ad causam dicendam compellitur, offerat ⁸ epistolam vel sigillum. Et si tali admonitione conventus, aut se dilataverit ⁹, aut ad iudicium venire contempserit, pro dilatione sola quinque auri solidos petitori, et pro contemptu ¹⁰ quinque alios iudici coactus exsolvat. Quod si non habuerit unde componat, L. flagellis contemptor idem vel dilator ¹¹ coram iudice verberetur, ita ut non ei flagellorum ista correptio inducat notam infamiæ. Sin autem solummodo contemptor extiterit, et non habuerit unde compositionem ¹² exsolvat, absque ulla testificandi iactura XXX. flagella ¹³ suscipiat. Is autem, qui pulsatur, si ad accipiendam ultionem ¹⁴ iudicis sese dixerit nullatenus dilatasse vel contempsisse, et hoc nullo potuerit teste convinci, et sacramentum ¹⁵ reddiderit, quod per nullam occasionem vel contemptum hoc fecerit, a damnis vel flagellis superius comprehensis habeatur indemnis. Quod si quilibet episcopus admonitionem iudicis fretus honore sacerdotali contempserit, et pro sua persona adsertorem dare distulerit, confestim a iudice negotii, seu a provinciæ suæ duce vel comite compulsus L. solidorum damnum excipiat, ex qua summa pecuniæ XX. solidi iudici contempto ¹⁶ proficiant, XXX. vero sacerdotis ipsius petitor consequatur. Si certe presbyter, diaconus ¹⁷ atque clericus vel monachus ad accipiendam iudicis epistolam vel sigillum se dilataverint, aut pro sui persona ad respondendum minime direxerint prosequutorem, vel contumaciter fuerint contemptores, unusquisque eorum iuxta legis huius sententiam, quæ in laicos superius lata est, indicta damna suscipiat; et si non habuerit unde componat, eius episcopus moneatur, ut pro eo si voluerit satisfacere licentiam habeat. Si autem noluerit, sacramentis coram iudice se noverit obligandum, quod supradictis personis distractionem talem adhibeat ¹⁸, ut per XXX. dierum spatium ieiuniis continuis adfligantur, sufficiatque illis circa solis

occasum per dies singulos panis et aquæ ¹⁹ refectionem accipere, quæ contumacis vitam rationabili possit discretionem corrigere. Illa omnino discretionem ²⁰ servata, ut si aut ætatis aut ægritudinis instantia patuerit, quæ hanc disciplinam sustinere non posse demonstret, tam in clericis cuiuscumque ordinis, quam in laicis non tam durissimæ sententiam castigationis instantia compleat iudicis, sed adhibita consideratione pro ægritudine vel ætate, ita contemptorem corrigat, ne ipse contemptor aut langorem magnum ²¹, aut debilitationem vel mortem incurrat. Ille vero qui ad implendam commonitionem iudicis contemptor extiterit, seque ita dilataverit ²², ut eum iudex tam facile reperire non possit, et si post tempus indictum in diebus quatuor non occurrat, si quinta die venerit, omnem huius legis sententiam se noverit evasurum. Pari modo et qui longius centum millibus convenitur, si ad undecimum diem post tempus institutum occurrerit, et hunc nullatenus sanctionis huius pœna damnavit. Similiter et qui in ducentorum millium spatio constitutus ²³ in vicesima prima die, postquam iussus fuerat, seipsum iudici præsentaverit ad audiendum, eo modo a iactura legis huius habeatur indemnis: Similis quoque servabitur ordo ubi fuerit amplior itineris longitudo. Ii denique quibus tam rationabile tempus adiectum est, si se ulterius dilatantes minime ad institutum diem superadijectionis occurrerint, confestim iudex ea, quæ pars petit querelantis, reservato negotio dilatoris ²⁴ tradere non differat petitori, ita ut dum contemptor in postmodum ad negotium dicendum successerit, si vicesimum primum diem transcenderit, XX. auri solidos coactus exsolvat. Nam et is qui de centum millibus superiorem ordinem præteriens, constitutionem ²⁵ undecimi diei fuerit supergressus, et idem decem solidorum damnum excipiat, de quibus damnis superius institutis medietatem sibi iudex exquirat ²⁶, alteram vero medietatem petitor obtineat. Si tamen admonitum aut ægritudo ad veniendum nulla suspenderit, aut inundatio fluminum non retinuerit, vel aditum non obstruxerit, in quo montes transituri sunt, conspersio superflua nivium, quæ necessitas utrum evidenter evenerit, an per excusationem videatur opponi, aut idoneis testibus, aut suo iuramento firmabit ²⁷.

XVIII. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ²⁸.

Si iudex interpellantem audire contemnat, vel utrum fraudulenter an ignoranter iudicium ²⁹ promat.

Si quis iudici pro adversario suo querelam intulerit, et ipse eum audire noluerit, aut sigillum negaverit, et per diversas occasiones causam eius protraxerit, pro patrocínio aut amicitia nolens legibus obtemperare, et ipse qui petit hoc testibus potuerit adprobare; det ille iudex ei ³⁰ quem audire noluit, pro fatigatione eius tantum quantum ipse ab adversario suo secundum legale iudicium fuerat accepturus, et ipsam causam ille qui petit, usque ad tempus legibus constitutum ita habeat reservatam, ut quum eam proponere voluerit, debitam sibi percipiat veritatem. Certe si fraudem aut dilationem iudicis non potuerit petitor adprobare, sacramento suam iudex conscientiam ex-

¹ Lind. præsumptuosus² Lind. tulerat³ Tolet.-goth. et Legion. restituat⁴ Emilian. Card. Tolet.-goth. et Lind. deputandum⁵ Vigil. tentaverit⁶ Tolet.-goth. desunt quæ sequuntur a verbo Saio ad fidem.⁷ Tolet.-goth. auctor abeat, et annotatio.⁸ Tolet.-goth. efferat⁹ Card. aut se dilataverit, vel admonitionem epistolæ, vel sigilli recipere contempserit, pro dilatione, &c.¹⁰ Tolet.-goth. pro contumelio¹¹ Tolet.-goth. Card. Emilian. et Lind. dilatator¹² Legion. componat¹³ Tolet.-goth. XX. flagella¹⁴ Tolet.-goth. Legion. et Lind. admonitionem¹⁵ Tolet.-goth. Legion. Card. et Lind. dum sacramentum¹⁶ Lind. pro contempto

M.L. Tom. I.

¹⁷ Tolet.-goth. Legion. Emilian. Card. et Lind. insuper addunt vel subdiaconos¹⁸ Lind. exhibeat¹⁹ Vigil. et Legion. vel aquæ²⁰ Lind. distractione²¹ Tolet.-goth. Legion. Emilian. Card. et Lind. maximum²² Card. seque ita dilataverit, ut tarde veniat ad institutum diem super definitionem epistolæ, si post tempus &c.²³ Legion. si in²⁴ Tolet.-goth. Card. et Lind. dilatatoris²⁵ Tolet.-goth. constitutionem et ipse fuerit supergressus²⁶ Emilian. Card. Tolet.-goth. Legion. et Lind. adquirat²⁷ Tolet.-goth. firmaverit. Legion. firmabitur²⁸ Tolet.-goth. et Emilian. nec auctorem indicant, nec annotationibus explicantur.²⁹ Legion. iudicet causam³⁰ Lind. ei pro fatigatione

piet, quod eum nullo malignitatis obtentu, vel quolibet favore aut amicitia audire distulerit, et propter hoc culpabilis idem iudex nullatenus habeatur. Eidem tamen iudici liceat, ut in una hebdomada duobus diebus, vel omnibus meridianis horis, si voluerit, absque causarum audientia suæ vacet domui pro quiete. Reliquo vero tempore prolata sibi negotia frequens, et absque dilatione quilibet examinet.

XIX. ¹ *Si iudex per commodum aut per ignorantiam iudicet causam.*

Iudex si per quodlibet commodum male iudicaverit, et cuicumque ² iniuste quidquam auferri præceperit; ille qui a iudice ordinatus ad tollendum fuerat destinatus, ea quæ tulit restituat. Nam ipse iudex contrarius æquitati aliud tantum de suo, quantum auferri iusserat, mox reformet, id est, ablata rei simpla redintegratione ³ concessa pro satisfactione suæ temeritatis aliud tantum quantum auferri præceperat, de sua facultate illi, quem iniuste damnaverat, reddat. Quod si ⁴ non habuerit unde componat, cum his qui habere dinoscitur, ipse iudex illi cui componere debuit, subiaceat serviturus, aut L. publice extensus flagella suscipiat. Sin autem per ignorantiam iniuste iudicaverit, et sacramentis ⁵ se potuerit excusare, quod ⁶ non per amicitiam, vel cupiditatem, aut per commodum quodlibet, sed tantumdem ⁷ ignoranter hoc fecerit, quod iudicavit non valeat, et ipse iudex non implicetur in culpa.

XX. FLAVIUS CHINTASVINTUS REX. ⁸

Si iudex dolo vel calliditate, aut unam, aut ambas causantium partes dispendia faciat sustinere.

Tranquille ac sollicite instantia magnitudinis nostræ præmonet iudices omnes non debere dilatari causidicos, ne gravi dispendio aliquatenus onerentur. Quod si dolo vel calliditate aliqua ad hoc videatur iudex differre negotium, ut una pars, aut ambæ naufragium perferant, quidquid dispendi super octo dies a die cœptæ actionis causantes pertulerint, reddito sacramento, totum eis iudex reddere ⁹ compellatur. Sin autem vel ægritudo, vel publicæ utilitatis indictio ¹⁰ suspenderit iudicem a negotio ¹¹ peragendo, nullam moram exhibeat litigantibus, sed sub hac eos definitione confestim absolvat, ut at causam expedientiam competenti tempore indubitanter occurrant.

XXI. ¹² *Quid primo iudex servare ¹³ debeat, ut causam bene cognoscat.*

Iudex, ut bene causam agnoscat, primum testes interroget, deinde scripturas requirat, ut veritas possit certius inveniri, ne ad sacramentum facile veniatur. Hoc enim iustitiæ potius indagatio vera commendat, ut scripturæ ex omnibus intercurrant, et iurandi necessitas sese ¹⁴ inopinata omnino suspendat. In his vero causis sacramenta ¹⁵ præ-

stentur, in quibus nullam scripturam, vel probationem, seu certa indicia veritatis discussio iudicantis invenerit ¹⁵.

XXII. FLAVIUS CIINDASVINTUS REX ¹⁷.

Si cuiuscumque honoris aut ordinis iudex dicatur haberi suspectus, vel si iudex contra leges præsumat ¹⁶ iudicare.

Si quis iudicem aut comitem vel vicarium comitis, seu tiufadum ¹⁹ suspectos habere se dixerit, et ad suum ²⁰ ducem aditum accedendi poposcerit, vel fortasse eundem ducem suspectum habere se dixerit, non sub hac occasione petitor, ac præsertim pauper quilibet patiatur ultra dilationem. Sed ipsi, qui iudicant eius negotium unde suspecti dicuntur haberi, cum episcopo civitatis ad liquidum discutiant, atque pertractent, et de quo iudicaverint pariter conscribant, subscribantque iudicium: et qui suspectum iudicem habere se dixerat, si contra eum deinceps fuerit querelatus, completis prius quæ per iudicium statuta ²¹ sunt, sciat sibi apud audientiam principis appellare iudicem esse permissum. Ita ut si iudex vel sacerdos reperti fuerint nequiter iudicasse, et res ablata querelanti restituatur ad integrum, et a quibus ²² aliter quam veritas habuit iudicatum est, aliud tantum de rebus propriis ei sit satisfactum. Si certe iniustam ²³ contra iudicem querelam detulerit, et causam, de qua agitur, iuste iudicatam fuisse consiterit, damnium, quod iudex sortiri debuit, petitor sortiatur. Et si non habuerit unde compositionem ²⁴ exsolvat, C. flagellis extensus publice in eiusdem iudicis præsentia verberetur. Nam si forte quisquam pro utilitate regia aliquid scire se dixerit, aditus ²⁵ ei ad conspectum nostræ gloriæ negari non poterit.

XXIII. FLAVIUS CHINTASVINTUS REX ²⁶.

Iudex qualiter faciat iudicatum

Si de facultatibus vel de rebus maximis, aut etiam dignis negotium agitur ²⁷, iudex, præsentibus utrisque partibus, duo iudicia de re discussa conscribat, quæ simili textu et subscriptione roborata litigantium partes accipiant. Certe si de rebus modicis mota fuerit actio, solæ conditiones, ad quas iuratur apud eum qui victor extiterit, pro ordine iudici habeantur. De quibus tamen conditionibus, et ille qui victus est, ab eisdem testibus roboratum exemplar habeat. Quod si pars, quæ pro negotio quocumque compellitur, professa fuerit apud iudicem non esse necessarium a petitore dari probationem, quamlibet parvæ rei sit actio, conscribendum est a iudice, suaque manu iudicium roborandum, ne fortasse quælibet ad futurum ex hoc intentio moveatur. Si vero, ordinante iudice, una pars testes adduxerit, et dum oportuerit eorum testimonium debere recipi, pars altera de iudicio se absque iudicis consultu substraxerit: liceat iudici prolatos testes accipere, et quod ipsi testimonio suo firmaverint, illi qui eos protulit sua ²⁸ instantia consignare. Nam ei qui

¹ *Legion.* Flavius Cindasvintus Rex. *Card.* Antiqua et noviter emendata. *Lind.* Novit. emdata. antiqua

² *Legion.* cuicumque quidquam auferre

³ *Legion.* ablata rei simpla et intemerata iussione concessa

⁴ *Tolet.-goth.* Quod si tantum quantum abstulerit non habuerit unde componat, saltem vel id ipsum ex toto quod habere videtur, illi, quem damnaverat, pro omni compositione exsolvat, et L. publice extensus flagella suscipiat. *Legion. Card. et Emilian.* usque ad verbum compositione cum *Toletano congruunt, sed addunt: restituat.* Quod si ex omnibus nihil habuerit unde compositionem exsolvat, &c.

⁵ *Legion. et Lind.* sacramento

⁶ *Legion.* quod per ignorantiam, et non per amicitiam

⁷ *Lind.* tantummodo

⁸ *Tolet.-goth. auctor deest, et annotatio. Legion.* Flav. Cindasvintus Rex. Antiqua

⁹ *Legion.* de suo reddere

¹⁰ *Lind.* inductio

¹¹ *Legion.* ad negotium peragendum

¹² *Legion. et Card.* Antiqua

¹³ *Tolet.-goth. et Legion.* observare... agnoscat

¹⁴ *Tolet.-goth. Legion. Card. et Lind.* sese omnino

¹⁵ *Lind.* iuramenta

¹⁶ *Card. et Lind. addunt: In quibus tamen causis, et a quo iuramentum detur pro sola investigatione iustitiæ, in iudicis potestate consistat*

¹⁷ *Tolet.-goth. et Legion. auctoris nomine, et annotatione carent: Lind. Fls. gls. Rcds. rex*

¹⁸ *Legion. Card. et Lind.* iudicium dare: *in Tolet.-goth. cætera a conjunctione vel omnino desiderantur.*

¹⁹ *Legion.* tiufadum

²⁰ *Tolet.-goth.* ad summum ducem

²¹ *Tolet.-goth.* instituta sunt

²² *Tolet.-goth.* et quibus

²³ *Card. et Lind.* iniuste. *Legion.* Si quis iniuste

²⁴ *Legion.* componat aut exsolvat

²⁵ *Tolet.-goth.* auditus ei negare non poterit

²⁶ *Tolet.-goth. auctorem reticet, et annotatione eget.*

²⁷ *Tolet.-goth. Card. et Lind.* agitetur

²⁸ *Tolet.-goth.* sua investigatione instantia consignare

iudicio fraudulenter se sustulit, producere testem alium omnino erit illicitum, qui scilicet hoc sibi tantum noverit esse concessum, ut antequam testes illi, qui testimonium dederant¹, moriantur, si habuerit quod rationabiliter in eis accuset, patienter audiatur a iudice; et si accusatus testis fuerit evidenter convictus, eius testimonium pro nihilo habeatur. Unde etsi duo testes non remanserint, qui digne in eodem testimonio maneant: ille qui prius testem obtulerat, infra trium mensium spatium testes alios, qui ceptum negotium firment, inquirere non desistat. Quod si invenire nequiverit, rem universam ille recipiat, qui eam ante visus fuerat possedisse. Iudex sane de omnibus causis quas iudicaverit, exemplar penes se pro compescendis controversiis reservare curabit.

XXIV. FLAVIUS CINTASVINTUS REX².

De commodis atque damnis iudicis vel saionis.

Cognovimus multos iudices³ eo quod per cupiditatis occasionem supergredientes legum ordinem, ex causis⁴ tertiam sibi præsument tollere partem. Propterea nunc præsenti lege constituitur, ut hæc talis iudicum cupiditas auferatur, et non⁵ amplius iudex pro labore suo et⁶ iudicata causa, ac legitime deliberata, quam, sicut constitutum fuerat in lege priori, vicessimum solidum præsumat accipere. Quod si quacumque fraude quisquam super hunc numerum plus auferre tentaverit, omnia, quæ legitime debuerat accipere, perdat. Illud vero quod iniuste contra huius legis ordinem super vicessimum solidum tulerit, duplum illi exsolvat, qui hoc auferri præceperat. Similiter quoque quia cognovimus quod saiones, qui pro causis alienis vadunt, maiores pro labore suo mercedes, quam merentur, accipiunt; propterea simili decreto legis huius edicatur, ut qui pro causis alienis vadunt, decimum tantumdem solidum pro suo labore conquirant. Quod si aliquis super hunc constitutum numerum usurpare præsumperit, et mercedes, quas legitime debuit accipere, perdat, et quidquid super decimum solidum fraude quacumque perceperit, duplatum⁷ illi cui abstulit reddat. Quam datam commodi summam ex lege, tam iudex, quam saio de restitutæ rei compositione conquirat. Id tamen noviter adiciendum huic legi innectimus, ut si talis causa occurrerit unde compositio exsolvi minime possit, tunc ab illo ratio præscripta commodi exigenda est iudicis vel saionis. Quia aut commodatam sibi rem in constituto die reddere non occurrerit, aut qui rei alienæ debitor, vel iniustus possessor extiterit, pro celebrandis autem divisionibus, si causa extiterit, iam quia⁸ utraque pars et competentia sibi iura reposit, et debitam sibi partem portionis requirit ab utrisque partibus prædicta commoda exigenda sunt. Similiter autem et in huiusmodi causis, ubi nulla est culpa, præsumptio, usurpatio, vel debitum possessorum, hic ordo servabitur, ut commodum iudicis vel saionis de utrisque causantium partibus exigatur. Quod si divisionem quisque⁹ cupiens celebrare, dilationem¹⁰ habere de suo pertulerit, quum hæc causa ab eo qui dilationem pertulit, iudici intimata extiterit, ab eo iudex commodum suum vel saionis exigere debeat, qui tardus pro ipsa di-

¹ Legion. dixerint. Vigil. et Lind. dederunt

² Tolet.-goth. auctoris nomine, et annotatione destituitur. Legion. Antiqua. Flavius. Lind. novt. em.

³ Legion. iudices vel saiones

⁴ Legion. ex causis alienis

⁵ Legion. ut non

⁶ Tolet.-goth. ex iudicata

⁷ Lind. duplum

⁸ Legion. extiterit et utraque pars. Lind. extiterit, iam quod si utraque pars rei competentia

⁹ Legion. quisque voluerit celebrare, et dilationem de hærede suo habere pertulerit

¹⁰ Lind. dilationem ab hærede suo pertulerit

¹¹ Legion. decreverit

¹² Lind. persolvat. Idem vero si super duas uncias

¹³ Tolet.-goth. auctorem, et annotationem non profert. Legion. Antiqua. Lind. Fls. gls. Chds. rex

visione extitit facienda. Quod si ea, quæ iudex ordinare decernit¹¹, saio callidus implere neglexerit, si res, de qua agitur, si unciam auri vel infra valere constiterit, illi, cui res debita est, idem saio de suo auri solidum reddat. Si certe plus valuerit, per singulas uncias singulos solidos pro sua tarditate persolvat¹². Certe supra duas uncias usque ad libram auri eadem res valere probatur, decem flagella suscipiat. Ac sic crescente librarum numero auri, crescat et pœna flagelli. Idem vero saiones quum pro causis alienis vadunt, si minor causa est et persona, duos caballos tantum ab eo, cuius causa est, accipiat fatigandos. Si vero maior persona fuerit et causa, non amplius quam sex caballos, et pro itinere, et pro dignitate debet accipere.

XXV. FLAVIUS RECESVINTUS REX¹³.

Quod omnis qui potestatem accipit iudicandi, iudicis nomine censeatur ex lege¹⁴.

Quoniam negotiorum remedia multimodæ diversitatis compendio gaudent, adeo¹⁵ dux, comes, vicarius, pacis assertor, tiufadus¹⁶, millenarius, quingentenarius¹⁷, centenarius, decanus¹⁸, defensor, numerarius, vel qui ex regia iussione, aut etiam ex consensu partium iudices in negotiis eliguntur, sive cuiuscumque ordinis omnino persona cui debite iudicare conceditur, ita omnes in quantum iudicandi potestatem acceperint, iudicis nomine censeantur ex lege: ut sicut iudicii acceperint iura, ita et legum sustineant, sive commodum, sive damna.

XXVI.¹⁹ *Ut omne vinculum quod post datum iniustum iudicium a causidicis²⁰ fuerit exactum, habeatur invalidum.*

Vidimus interdum iustitiam ab iniquis iudicibus et suo loco seclusam, et debito vigore solutam: iniustitiam autem et loco iustitiæ introductam, et multis modis decretorum vinculis adligatam. Quidam enim postquam iudicia iniusta conscripserint, aut unam, aut ambas causantium partes placitorum inter se nexibus ligant: ne iniuste datum iudicium quandoque iusta contentione resolvant; adco ubi non directus et beneplacitus est convenientiæ modus, sed ubi pro comprimenda iuste causantis intentione, vel voce reperiuntur quocumque modo definitiones, vincula conligata omnibus modis habeantur invalida, nec sint alicuius adinventionis connexionem firmata.

XXVII. FLAVIUS RECESVINTUS REX²¹.

Ut iniustum iudicium et definitio iniusta regio metu, vel iussu a iudicibus ordinata non valeant.

Nonnumquam gravedo potestatis depravare solet iustitiam actionis²², quæ dum sæpe prævalet²³, certo²⁴ est quod semper²⁵ nocet. Quia dum frequenter vigore ponderis iustitiam premit, nunquam in statu²⁶ suæ rectitudinis hanc redire permittit. Ideoque quia sæpe principum metu vel iussu solent iudices interdum iustitiæ, interdum legibus contraria²⁷ iudicare: propter hoc tranquillitatis

¹⁴ Legion. ex antiqua

¹⁵ Lind. ideo

¹⁶ Tolet.-goth. et Legion. triumphadus

¹⁷ Legion. millenarius, centenarius

¹⁸ Tolet.-goth. et Legion. centenarius, defensor

¹⁹ Legion. Flav. Glor. Recesvintus Rex. Antiqua. Lind. Fls. gls. Rcds. rex

²⁰ Legion. violenter fuerit

²¹ Legion. Fls. Glor. Rcds. R. Cindasint. Antiqua. Lind. Fls. gls. Rcds. rex

²² Lind. sanctionis

²³ Tolet.-goth. Legion. et Lind. valet

²⁴ Legion. et Lind. certum

²⁵ Lind. sæpe

²⁶ Lind. statum

²⁷ Legion. contradicere

nostræ uno medicamine concedimus duo mala sanare, discernentes ut quum repertum fuerit, qualemcumque scripturæ contractum, seu quodcumque iudicium non iustitia, vel debitis legibus, sed iussu aut metu principum esse confectum; et hoc, quod obvium iustitiæ vel legibus iudicatum est, atque concretum, in nihilo redeat, et eos qui iudicaverint, vel hoc facere coegerint, nullius infamiæ nota conspergat, vel rei alicuius damnum affligat; qui tamen iudices tunc erunt a legum damnis immunes, si se iuramento firmaverint, non sua pravitate, sed regio vigore nequiter iudicasse.

XXVIII. FLAVIUS RECESVINTUS REX ¹.

De data episcopis potestate distringendi ² iudices nequiter iudicantes.

Sacerdotes Dei, quibus pro remediis oppressorum vel pauperum divinitus cura commissa est, Deo mediante testamur, ut iudices perversis iudiciis populos opprimentes paterna pietate commoneant, quo male iudicata meliori debeant emendari sententia. Quod si ii qui iudiciaria potestate funguntur, aut iniuste iudicaverint causam, aut perversam voluerint in quolibet ferre sententiam: tunc episcopus, in cuius hoc territorio agitur, convocato iudice ipso, qui iniustus asseritur, atque sacerdotibus, vel idoneis aliis viris, negotium ipsum una cum iudice communi sententia iustissime terminet ³. Quod si perversa contentione iudex ipse permotus iniquum a se datum iudicium, exhortante episcopo, noluerit reformare in melius, tunc episcopo ipsi licitum erit iudicium de oppressi causa emittere, ita ut quid ⁴ a iudice ipso perverse iudicatum, quidve a se correctum extiterit, in speciali formula iudicii sui debeat adnotari. Sicque idem episcopus, et eum qui opprimitur, et emissum a se de oppressi causa iudicium nostris procuret derigere sensibus pertractandum, utque pars videatur veritatis habere statum, glorioso serenitatis nostræ oraculo confirmetur. Iam vero si iudex eum, qui male opprimitur, episcopo dare præsumserit ⁵, quomodo nostræ gloriæ debeat præsentari, iudex ipse duas auri libras nostræ gloriæ debeat partibus persolvere.

XXIX. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ⁶.

Ut iudex, si a quocumque fuerit pulsatus, noverit se petenti reddere rationem.

Iudex a quacumque si fuerit persona pulsatus, sciat se, vel ante comitem civitatis, vel ante eos, quos ad personam suam comes elegerit, rationem plenissimam legali ordine redditurum. Sane si regia in hoc negotio fuerit postulata ⁷ præceptio, remoto episcopo, aliisque iudicibus,

¹ *Tolet.-goth. nec auctorem indicat, nec annotationem exhibet.*

² *Tolet.-goth. admonendi*

Hæc lex in codice Legion. dinumeratur XXXI. sub hoc titulo, et sequenti modo transcribitur:

FLS. GLOS. ERVIGIUS R. ANTIQUA XXXI.

De data episcopis potestate admonendi iudices nequiter iudicantes.

Sacerdotes Dei, quibus pro remediis oppressorum vel pauperum divinitus cura commissa est, Deo mediante testamur, multimode occurrere debere miserorum penuriis nostræ remedium pietatis. Adeo quemcumque pauperem contigerit causam habere, adiunctis sibi viris aliis honestis, episcopus inter eos negotium discutere vel terminare procuret. Ita ut si contemni se a comite, vel etiam non acquiescere veritati sacerdos inspexerit, potestatis siteius, eundem comitem legis huius permissione constringere, et misso iusto iudicio cum rei compositione rem de qua agitur petentibus partibus consignare. Quod si comes iudicium episcopi fuerit contemptus implere, tantum episcopo pro contemptu solo dare cogatur, quantum quintam partem valere constituerit, de re illa unde actio commota videtur. Si vero episcopus fraudis communionem cum comite tenens repertus fuerit pauperi facere dilationem, quintam partem eidem episcopus querelanti coactus exsolvat: stante nihilominus negotio pauperis, donec iu-

causam, qui fuerint iudices instituti, terminare curabunt. Et si cœpta iam aut finita, seu apud sacerdotem, seu apud comitem actione, causidicus ille iterum cum regali iussione occurrerit, is qui causam iudicare cœpit, seu finivit, illis rei gestæ redditurus est rationem, qui per regium decretum instituti sunt iudices, quatenus si male iudicasse cognoscitur ⁸, iuxta leges satisfaciatur petitori. Certe si iniuste fuerit advexatus, legali se noverit petitor sententia damnaturum.

XXX. FLAVIUS RECESVINTUS REX ⁹.

De damnis iudicum aliena contingentium.

Quum constet iudices remediorum causa esse creatos, quidam ex his per contrarium, quod debuerunt iudicii æquitate defendere, inlatis contendunt præsumptionibus impugnare. Accepta namque auctoritate iudicis, præsumunt non debitam in alienis rebus exercere licentiam, et pro ¹⁰ quibuslibet non metuunt alienorum ¹¹ bonis inferre dispendia noxiæ potestatis. Proinde quicumque iudicum contra iussa, et ordines legum de alienis rebus quippiam auferre, vel in eis aliquid noxium præsumserint agere, iuxta omnem censuram damni, qua poterant alios iudicare, severitas illos legis debeat condemnare.

XXXI. FLAVIUS RECESVINTUS REX ¹².

De his qui regiam contempserint iussionem.

Quicumque ingenuorum regiam iussionem contemnere invenitur, aut taliter se egisse probatur quod sub calliditatis aliqua fictione proponat, et dicat eandem iussionem se nec vidisse, nec accepisse; dum calliditatis huius fraus manifeste patuerit, si nobilior persona est, tres libras auri fisco persolvat: si autem talis ¹³ est, qui non habeat unde hanc rei summam ¹⁴ adimpleat, sine suo ¹⁵ infamio dignitatis C. ictus flagellorum accipiat. Quod si eventus ægritudinis, commotio tempestatis, inundatio fluminis, conspersio nivis, vel si quid inevitabile noxiæ rei obviansse veris patuerit iudiciis; non erit reus regie iussionis ¹⁶, aut damnis ¹⁷ indictis, cui obvians fuit causa manifestæ necessitatis.

XXXII. ¹⁸ *Quomodo iudex pro examine caldarie causas perquirat.*

Multos cognovimus querelasse ab ingenuis multa mala pati, credentes in trecentorum solidorum numero quæstionem agitari: hæc nos modo per salubrem ordinationem censemus, et quamquam parvæ rei sit factum ab aliquo crimen, eos per examinationem caldarie a iudice distri-

dicium inveniatur veritatis. Et comes vel iudex, qui hunc audire noluit, ultionem sustineat legis, et partibus gloriæ nostræ duas libras auri persolvebit.

³ *Tolet.-goth. et Lind. terminabit*

⁴ *Lind. quod . . . quodve*

⁵ *Tolet.-goth. et Lind. distulerit*

⁶ *Tolet.-goth. auctoris nomine, et annotatione eget. Legion.*

⁷ *Fls. Rsiut. R. Antiqua*

⁸ *Lind. prætolata*

⁹ *Tolet.-goth. Legion. et Lind. convincitur*

¹⁰ *Legion. addit: Antiqua. Tolet.-goth. non refert auctorem, neque annotationem.*

¹¹ *Tolet.-goth. et Lind. et prout cuique libet. Legion. et prout cuilibet*

¹² *Legion. et Lind. aliorum*

¹³ *Legion. addit: Antiqua. Tolet.-goth. auctoris nomine, et annotatione indiget.*

¹⁴ *Legion. Tolet.-goth. et Lind. sit*

¹⁵ *Legion. rei compositionem*

¹⁶ *Tolet.-goth. suæ infamio dignitatis. Lind. suæ infamia dignitatis*

¹⁷ *Legion. iussionis cui*

¹⁸ *Lind. damni indicti*

¹⁹ *In codicibus Tolet.-goth. Card. S. J. R. et editione Lind. lex ista III. sub titulo I. lib. VI. dinumerata invenitur.*

ctos pervenire ordinamus, et dum facta temeritas patuerit, iudex eos questionari non dubitet, et dum suam dederit professionem, superiori legi subiacebit. Quod si per examinationem caldariae dignus apparuerit, qui impetitur

nullam pertimescat calumniam. Hic quoque, et de suspectis habitis personis qui ad testimonium venerint dicendum, ordo servabitur.

II. TITULUS DE NEGOTIORUM EXORDIIS.

- I. *Quod nullus se ideo denegare¹ poterit respondere petenti, quare causam cum petentis auctore non dixerit.*
- II. *Ut nullo audientia clamore aut tumultu turbetur.*
- III. *Ut de plurimis litigatoribus duo eligantur, qui suscepta valeant expedire negotia.*
- IV. *Ut ambæ partes causantium a iudice vel saione placito distringantur, quo possint ad prosequendum negotium pariter convenire.*
- V. *Ut ii, qui negotia sua iudicialiter incipiunt finienda, nullatenus pro his inter se pactire postea citra iudicium audeant.*

- VI. *Quod ab utraque causantium parte sit probatio requirenda.*
- VII. *De quantitate itineris, quo alium quisque innocentem fatigare præsumperit.*
- VIII. *Si quilibet ex alterius iudicis potestate in alterius iudicis territorio habeat causam.*
- IX. *De his qui in causis alienis patrocinare præsumpserint.*
- X. *Ut petenti servo alieno respondere ingenuus non recuset.*

- I. ² *Quod nullus se ideo denegare poterit respondere petenti, quare causam cum petentis auctore non dixerit.*

IV. FLAVIUS CINTASVINTUS REX¹¹.

Nullus quemcumque repetentem³ hac obiectione suspendat, ut dicat idcirco⁴ se non posse⁵ de negotio conveniri, quia ille qui pulsat, causam cum eius auctore non dixerit, nec eum aliqua repetitione pulsaverit, excepto si legum tempora obviare monstraverit.

Ut ambæ partes causantium a iudice vel saione placito distringantur, quo possint ad prosequendum negotium pariter convenire.

II. FLAVIUS CINTASVINTUS REX⁶.

Ut nullo⁷ audientia clamore aut tumultu turbetur.

Audientia non tumultu aut clamore turbetur, sed in parte positus qui causam non habent, illi soli⁸ in iudicio ingrediantur, quos constat interesse debere. Iudex autem si elegerit auditores alios secum esse præsentis, aut forte causam, quæ proponitur, cum eis conferre voluerit, suæ sit potestatis. Si certe noluerit, nullus se in audientiam ingerat, partem alterius quacumque superfluitate, aut obiectu impugnaturus, qualiter uni parti nutriri⁹ possit impedimentum. Quod si admonitus quisquam a iudice fuerit, ut in causa taceat, ac præstare causando patrocinium non præsumat, et ausus ultra fuerit parti cuiuslibet patrocinari; decem auri solidos eidem iudici profuturos coactus exsolvat. Ipse vero in nullo resultans, contumeliose de iudicio proiectus abscedat.

- III. ¹⁰ *Ut de plurimis litigatoribus duo eligantur, qui suscepta valeant expedire negotia.*

Si pars adversariorum litigatores una plures habeat, et alia pauciores, iudicantis inter eos erit electio, ut utraque partes impugnantes se invicem eligant, qui eorum negotia suscipiant. Quia omnes ad causam dicendam consurgere non debent, sed, ut diximus, ab utraque parte electi in iudicio ingrediantur, ut nulla pars multorum intentione, aut clamore turbetur.

Sæpe negligentia iudicum vel saionum, dum duarum partium sponsio non exigitur, una pars superflue convexatur. Nam occurrente uno ad placitum, et alio differente, non parum¹² dispendium uni parti concutitur. Statuimus ergo cunctosque iudices, vel quibuscumque iudicandi potestas est, commonemus, ut quotiens pro quocumque negotio pro¹³ sponsione placiti constituendum est tempus, quauda aut ubi causa dicatur, vel debitum fortasse reddatur: pars utraque, hoc est, tam petentis quam petiti, ita placito distringatur¹⁴, ut in constituto die, aut per se, aut per mandatarios¹⁵ suos præsti sint in iudicio, qualiter aut propositum negotium finiatur, aut debitum reformetur. Et pars quæ se distulerit, ac sese a præfinito die suspenderit, aut si infirmitas eum, vel itineris necessitas impedierit, et hoc ipsam iudici, aut causidico suo non intimaverit, neque ad peragendum negotium infra tempus alia lege constitutum occurrerit, stante negotio, pœnam placiti sui illi cogatur exsolvere, quem iuxta suam promissionem iudicio adesse constiterit. Quod si iudex hæc aut saio adimplere neglexerit, et unam partem placito distringens, alteram prætermiserit, pœnam illam, qua illum damnare voluit, quem solum sub placito missit, de suo illi adimpleat, cui placitum visus est exegisse. Certe si in damno partis alterius placitum, quod ab altero exegit, alteri parti iudex vel saio reddiderit, aut fortasse reperit vel absconderit, pœnam quidem, quæ in placito inserta fuerat, de suo illi persolvat, pro cuius causa conscriptum placitum esse constabat: actionem tamen ille cui competit, peragendam insistat: damnum sane, quod per placitum in nomine iudicis aut saionis institutum esse dinoscitur¹⁶, non ad saionem vel iudicem ex omnibus pertinebit, sed salvo negotio veritatem habentis, medietatem sibi exinde iudex et saio, et medietatem pars petentis per omnia vindicabit.

¹ *Tolet.-goth. negari, et simili modo in lege scriptum est. Legion. denegari*

² *Legion. et Lind. Antiqua*

³ *Legion. petentem*

⁴ *Legion. idcirco propterea*

⁵ *Emilian. in iudicio atque negotio*

⁶ *Tolet.-goth. auctorem, et annotationem omittit. Card. Recesvindus. Legion. Antiqua*

⁷ *Tolet.-goth. Legion. et Lind. nulla M.L. Tom. I.*

⁸ *Tolet.-goth. soli iudicio. Lind. iudicium*

⁹ *Tolet.-goth. nutrire*

¹⁰ *Legion. Antiqua*

¹¹ *Card. Recesvindus. Legion. adjungit: Antiqua.*

¹² *Tolet.-goth. et Lind. parvum*

¹³ *Legion. et Lind. per sponsionem*

¹⁴ *Legion. et Tolet.-goth. distringantur*

¹⁵ *Legion. assertores*

¹⁶ *Legion. constiterit*

V. ¹ *Ut ii, qui negotia sua iudicialiter incipiunt finienda, nullatenus pro his inter se pactire, postea citra iudicium audeant.*

Si cœpta causantium negotia dirimentis non terminet discreta censura, non solum difficile sedantur altercantium negotia, sed diversis quassatur obligationibus iustitia perquisita: solent enim plerique, postquam suarum intentionum iurgia principali adpetunt examine finienda, quadam resoluti licentia legalem fugiendo iacturam, ad convenientiæ finem deducunt, quam Regis auditibus protulerunt causam. Ne ergo sub fraudis huius argumento pars causantium iudicialis fori æquitatem effugiat, ideo præsentis legis sanctione decernimus, ut quicumque deinceps causam suam contra alium regio intinaverit culmini decernendam, nulla ratione se de iudicio submoveat, ne quamlibet cum suo adversario convenientiam agat; sed tamdiu cœpti negotii propositionem intendat, donec regalis clementia speciale partibus iudicium promat. Quod si incohatum negotium coram Principe, vel quos idem Princeps arbitrio suo elegerit, expedire neglexerint, et quamcumque cum suo causidico definitionem peregerit, tam petitor, quam pulsator, tantum regiæ potestati persolveri se noverint, quantum ille, cuius petitio extiterit, per causam ipsam conquirere poterat: ita videlicet, ut quod regia potestas exinde facere, vel iudicare decreverit, in arbitrio voluntatis suæ subiaceat. Simili quoque damno et illi multandi sunt, qui iurgia intentionum suarum iudiciali appetunt examine finienda, et post causæ initium renuentes iudicium de incohato præsumpserint inter se depactire negotio. Sic quoque ut tam iudex, quam saio damni ipsius exsolutionem inter se dividere debeant, suoque iure habituram obtineant. Quod si ipsi causidici non habuerint unde damnum ipsum exsolvant, centenos ictus flagellorum uterque accipiat: etsic denuo iudex ille causam ipsam terminandi licentiam habeat. Illos tantumdem a legis huius iactura indemnes esse decernimus, quibus aut regalis iussio licentiam deliberationis induxerit, aut quos iudex ille qui causam terminat, inter se pacificandos absolverit.

VI. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ².

Quod ab utraque causantium parte sit probatio requirenda.

Quotiens causa auditur, probatio quidem ab utraque parte, hoc est, tam a petente, quam ab eo qui petitur, debet inquiri, et quæ magis recipi debeat, iudicem discernere competenter oportet. Tamen si per probationem rei veritas investigari nequiverit, tunc ille qui pulsatur, sacramentis se expiet, rem, vel si quid ab eo requiritur, neque abuisse, neque habere, nec aliquid de causa unde interrogatur se conscium esse, vel quidquam inde in veritate scire, nec id quod dicitur, et illi parti cui dicitur, commississimam: et postquam ita ³ iuraverit qui pulsatus est, quinque solidos ille qui pulsavit, ei cogatur exsolvere.

VII. FLAVIUS RECESVINTUS REX ⁴.

De quantitate itineris quo alium quisque innocentem fatigare præsumpserit.

Removeri debet iniuria ab his, quorum probatur in-

nocentia, et a molestiis improborum existere aliena. Proinde quum quisque alium ad Principis conspectum, vel ad discussionem quorumlibet iudicium iniuste compulerit ad prosequendum negotium, et mox probata fuerit non iusta petentis esse contentio, si supra quinquaginta ⁵ millium, vel infra quinquaginta millia quamlibet parum ⁶ spatium compulsus iniuste extiterit convexatus, quinque solidos pro iniusta tantumdem petitione a petitore percipiat. Si per LX. millia, idem iniustus petitor sex solidos reddat: ac sic deinceps crescente decem millium numero, singulorum solidorum crescat et numerus; ut per centum millia indebite fatigato X. solidi a petitore dentur iniusto, sicque ex hoc per L. millia solidos quinque, et per centum millia crescentibus solidis X, usque adeo ⁷ perveniat summa compositionis ⁸, usquequo pervenerit et ductus itineris.

VIII. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ⁹.

Si quilibet ex alterius iudicis potestate in alterius iudicis territorio habeat causam.

Si quisquam ingenuorum, atque servorum extra territorium in quo commanet, in alterius territorio iudicis causationem habuerit; iudex ad cuius ordinationem idem petitor pertinet, epistolam manu sua subscriptam, atque sigillatam ¹⁰ eidem iudici dirigat, in qua præmoneat, ut negotium querelantis audire et ordinare non differat: et si ad unam conventionem ipse rationem eius implere distulerit, tunc ille iudex, de cuius territorio est ille qui petit, de rebus iudicis illius ad quem direxit epistolam, in quibuscumque locis reperire potuerit, tantum usurpet, quantum res illa esse dinoscitur, de qua petitor querelam intulerit, quod eidem petitori possidendum nihilominus dabit. Quam rem ita possideat qui acceperit, ut, conservatis aliis rebus, de solis frugibus usum et expensas obtineat ¹¹. Quum vero ille iudex qui ad epistolam alterius iudicis negotium querelantis audire noluit, iustitiam ex eodem negotio querelanti priori fecerit, ea quæ ille iudex qui commonuit de rebus eius abstulerat ¹², ipse alteri iudici sine retardatione restituat. De frugibus ¹³ vero rationabiliter expensis, ille qui expendit, nihil ¹⁴ reddat. Quod si postea iustissime discusso negotio, inveniatur iudex ille per iniustam petitoris querelam rem indebite amississe ¹⁵, tunc iniustus petitor rem quam accepit, illi iudici, cuius fuit, ex integro reddat, et aliud tantum de suo ei coactus exsolvat. Quod si iudex ille, qui dilationem facit, rerum suarum possibilitatem in vicino ¹⁶ non habeat, unde alter iudex, qui commonuit, petitori repenset ¹⁷, tunc de territorio eiusdem iudicis differentis cuiuscumque rem ¹⁸ tantum auferat, quantum ¹⁹ petenti consignet, aut certe obsignatam petitori faciat cessionem, in qua pignoris quantitatem adnotet, per quam petitor præsumendi sibi habeat potestatem. Dum vero ille, qui pignoratus ²⁰ extiterit, Regi, iudici vel comiti pro tali fuerit pignore ²¹ querelatus, eadem pignoris damna, quæ idem suggerens pertulit, in quadruplum ei de suo iudex ipse dilationis coactus restituat ²². Quod si de rebus debitoris petitor pignus abstulerit, ad superiorem satisfactionem iudex teneri non poterit. Certe si idem iudex admonitus absque dilatione causam audierit petitoris, in qua eum perveniat habere nullatenus veritatem, iudicium per quod eius ius-

¹ Ex Tolet.-goth. codice hæc lex transcripta fuit; nec minus et in Leg. invenitur lib. II. tit. I. sub numero XIV. enumerata, ac similiter in Card. libro et titulo relatis, sed numero X., et sequenti inscriptione: De his qui negotia sua iure principali appetunt, et postea renuenter inter se citra principale iudicium ad convenientiam redeunt, ut pacificare præsumant.

² Legion. superaddit: Antiqua.

³ Card. ipse

⁴ Legion. adjungit: Antiqua.

⁵ Emilian. supra quadraginta

⁶ Lind. parvum

⁷ Tolet.-goth. usque ad ca

⁸ Lind. compositiones per quinquaginta millia, usquequo

⁹ Card. Res. Legion. addit: Antiqua.

¹⁰ Emilian. Legion. et Lind. signatam

¹¹ Legion. accipiat

¹² Legion. et Card. abstulerit

¹³ Card. fructibus

¹⁴ Vigil. Emilian. et Lind. nihilominus. Legion. nihilum

¹⁵ Card. admississe

¹⁶ Emilian. et Card. in vicino

¹⁷ Legion. se præsentet

¹⁸ In omnibus gothicis codicibus legitur: cuiuscumque rem. Lind. rei

¹⁹ Legion. quam repetenti

²⁰ Legion. et Lind. pigneratus

²¹ Legion. et Lind. pignere... pigneris... pignerantis... pignerandum

²² Legion. exsolvat

titia ¹ patuit, evidentibus scriptis ² emittat ³, de cuius textu exemplar fideliter translatum, suaque manu subscriptum, atque signatum iudici, a quo admonitus fuerat, dirigere non moretur. Et si post hoc æquitatis iudicium patuerit præsumptio pignorantis, ingenuus siquidem ea quæ causa pignoris abstulit ⁴, dupplam, id est, amissam rem cum simili re satisfactione restituat. Servus autem, qui talia commississe detegitur, centum ictus accipiat flagellorum, atque turpiter decalvatus in integrum mox reformet rem, quam causa pignoris occupavit. Illi vero qui ad pignorandum convenerint, si servi sint, et sua sponte concurrerint, centenis et ipsi verberentur flagellis. Si vero ingenui, aliud tantum domino restituant, quantum ei abstulisse probantur, sequestrata illius compositione, qui pignus indebite fecisse vincitur.

IX. ⁵ *De his qui in causis alienis patrocinare præsumpserint.*

Quicumque habens causam ad maiorem personam se propterea contulerit, ut in iudicio per illius patrocinium adversarium suum possit opprimere ⁶, ipsam causam de qua agitur, etsi iuxta fuerit, quasi victus perdat ⁷: iudex autem mox ut viderit quemcumque potentem in causa cuiuslibet patrocinari ⁸, liceat ei de iudicio eum ⁹ abiicere. Quod si potens contempserit iudicem, et proterve resistens, de iudicio egredi, vel locum dare iudicanti noluerit; potestatem habeat iudex ab ipso potente duas auri libras, unam sibi, alteram parti eius, cui potens ipse adversarius extitit, profuturas exigere, et hunc cum iniuria violenta a iudicio propulsare. Reliqui vero ingenui sive servi, qui admoniti a iudice de iudicio abscedere non consenserint; singuli publice extendantur, et quinquagenis flagellorum ictibus verberentur.

X. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ¹⁰.

Ut petenti servo alieno respondere ingenuus non recuset.

Superflue excusantem lex ideo corripit, ut omnis præsumptio coerceri facillime possit. Nonnulli enim ingenui servos alienos lædere ¹¹ prompti sunt, et ad servi petitionem iudicio adesse contemnunt, asserentes se utique cum eo causam dicere non debere, a quo eis componi non poterit, si victores extiterint. Sed ne per hanc dilationem etiam servi dominus supra quinquaginta millia ¹² absens est, aut utilitate domini sui fiat impedimentum, aut ipse servus indebite perferat fortasse periculum; id consullissime decernendum elegimus, ut nulli penitus audientia denegetur, sed cuiuscumque servus cum quolibet se adseruerit, seu suum sive domini sui, vel domine habere negotium, statim ille contra quem habet, præstus esso ad iudicium compellatur, aut petenti proculdubio responsurus, aut compositionis summam legaliter impleturus, si a servo fuerit iustissime superatus: ita ut si servus, quod proponit, convincere non potuerit, ingenuus idem conscientiam suam expiet sacramentis, se nihil horum, unde appellatur, scire vel habere, neque fecisse vel fieri præcepisse. Et post tale sacramentum servus pro iniusta petitione, sicut et ingenuus, componere non moretur. Ne tamen pro eadem compositione ultra resultet, dominus eius tantum, ut si minor est actio, quam decem solidi possunt valere, servus compositionis medietatem, hoc est, duos ¹³ semis solidos cogatur exsolvere. Quod si infra L. millia servi dominum esse constiterit, non aliter servus ingenuum petere poterit, nisi forte per se dominus eius in iudicio adesse non possit, et ad proponendum a servo negotium epistolam manu sua subscriptam per eundem servum iudici destinaverit ¹⁴. Quod si servus domini sui proponens negotium, aut fraude, aut negligentia domini sui vitiaverit, aut perdiderit causam, liceat domino eius eandem vitiatam causam, aut per se aut per legitimum mandatarium suum resolvere, et iustissimis iterum vocibus partis suæ negotium reparare.

III. TITULUS DE MANDATORIBUS ET MANDATIBUS.

- I. *Quod Principum et Episcoporum negotia non per eos, sed per subditos sint agenda.*
- II. *Ut iudex a litigatore perquirat, utrum propria, an aliena sit causa prolata.*
- III. *Ut qui per se causam non dicit, scriptis adsertorem informet.*
- IV. *Ut in personis nobilibus quæstio per mandatum nulloatenus agitetur, et qualiter humilior ingenuus, si ve servus per mandatum quæstioni subdatur.*
- V. *Ut si dilationem in causa patiat, qui mandatum facit, liceat ei immutare mandatum.*
- VI. *Ne causam suscipiat femina per mandatum, licite ¹⁵ vero propriam exsequatur.*
- VII. *Ut sicut lucrum, ita et damnum revertatur ad mandatorem: de commodis etiam mandatum accipientis.*
- VIII. *Ut si mortuus fuerit is qui mandatum accepit, commodum illi debitum hæredes eius accipiant.*
- IX. *Qualibus personis potentes, et qualibus pauperes prosequendas actiones iniungant.*
- X. *Quod liceat his quibus commissus est fiscus, pro re fisci, quibus voluerint, exsequendas iniungere actiones.*

I. FLAVIUS RECESVINTUS ¹⁶.

Quod Principum et Episcoporum negotia non per eos, sed per subditos sint agenda.

Maiorum ¹⁷ culminum ¹⁸ excellentia quanto negotiis rerum dare iudicium decet, tanto negotiorum molestiis se-

se implicare non debet. Si ergo Principem vel Episcopum cum aliquibus constiterit ¹⁹ habere negotium, ipsi pro suis personis eligant, quibus negotia sua dicenda committant; quia tantis culminibus videri poterit contumelia inrogari, si contra eos vilior persona in contradictione causæ videatur adsistere. Cæterum, et si Rex voluerit de re qualibet propositionem adsumere, quis erit qui ei audeat ullate-

¹ *Tolet.-goth. Emilian. Legion. et Lind.* iniustitia

² *Lind.* scripturis

³ *Legion.* amittat

⁴ *Card.* abstulit rem

⁵ *Tolet.-goth. Antiqua. Legion. Antiqua, noviter emendata. Card. Flav. Glor. Chds. Rex*

⁶ *Tolet.-goth. et Card.* oprimere iudex

⁷ *Lind.* perdat, liceat iudici mox ut

⁸ *Lind.* patrocinari, de iudicio

⁹ *Legion.* de iudicio contumeliosum eum abiicere

¹⁰ *Tolet.-goth. auctorem, et inscriptionem omittit. Legion. addit: Antiqua.*

¹¹ *Lind.* ludere

¹² *Lind.* milliaria, et similiter scribit deinceps.

¹³ *Tolet.-goth.* duos et semis solidos

¹⁴ *Legion.* præsentaverit

¹⁵ *Lind.* liceat vero ei, ut propria exsequatur negotia, et hæc in eodem codice dum legem transcribit, repetita inveniuntur.

¹⁶ *Tolet.-goth. auctorem, et inscriptionem omittit. Legion. superaddit: Antiqua.*

¹⁷ *Tolet.-goth. Emilian. et Lind. Magnorum*

¹⁸ *Legion.* magnorum culminum potestas, aut pontificum excellentia

¹⁹ *Legion.* contigerit

nus resultare? Itaque ne magnitudo culminis huius ¹ evacuet veritatem, non per se, sed per subditos agat negotium actionis.

II. ² *Ut iudex a litigatore perquirat, utrum propria, an aliena sit causa prolata.*

Iudex primum a litigatore perquirat, utrum propriam causam dicat, an alienam fortasse susceperit. Interrogatur etiam cuius mandatum habeat, et postquam causam iudicaverit iudex, comprehendat in iudicio, quem aut ex cuius mandato audierit negotium prosequentem, ac præterea mandati exemplar accipiat illius assertoris apud se cum iudicati exemplaribus reservandum. Liceat tamen illi qui pulsatus est, mandatum a petitore coram iudice petere, ut quam ob causam fuerit iudicio præsentatus, vel quid tenor mandati contineat, indubitanter possit agnoscere.

III. ³ *Ut qui per se causam non dicit, scriptis assertorem informet.*

Si quis per se causam dicere non potuerit, aut forte noluerit, assertorem per scripturam suæ manus, vel testium signis, aut subscriptionibus roboratam dare debet. Ita ut si idem assertor aliquod conludium fecerit qualiter ab adversario suo possit in iudicio superari, aliud tantum ⁴ de facultate sua mandatori restituat, quantum de rebus eius perdidit aut everit, aut etiam quæ ipse mandator obtinere, vel acquirere debuit exsolvat. Servo tamen non licebit per mandatum causas quorumlibet suscipere, nisi tantum Domini vel Dominae suæ, Ecclesiarum quoque, vel pauperum, sive etiam negotiorum fiscalium de mandato ⁵. Quod si vero per tepiditatem, aut fraudulentiam iudicium, sive falsorum testimonium aliquid ex voce mea inutilitatum fuerit, tunc robore vocis meæ adfuturum mihi reservetur, facto mandato.

IV. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ⁶.

Ut in personis nobilibus quæstio per mandatum nullatenus agitur, et qualiter humilior ingenuus, sive servus per mandatum quæstioni subdatur.

Quæstionem in personis nobilibus ⁷ nullatenus per mandatum patimur agitari. Ingenuam vero, et pauperem personam, atque in crimine iam ante repertam non aliter ex ⁸ mandato subdendam quæstioni permittimus, quam ut mandator de eadem persona, non servo, sed ingenuo per mandatum manu sua, vel trium testium adnotatione firmatum specialiter committat agendum. Et si fortasse innocentem fecerit tormentis affligi, sciat se idem mandator censura illius legis noxium retineri, quæ ⁹ continetur in libro sexto, titulo primo, capitulo secundo, ubi præcipitur pro quibus et qualibus rebus ingenuorum personæ subdendæ sunt quæstioni. Reliquas autem criminales causas ita per mandatum liceat committendas ¹⁰, ut, sicut prædictum est, contra personam ingenui ¹¹ ingenuo assertori quæstionis actio committatur. Servum vero per mandatum subdere quæstioni, tam ingenio, quam servo iure conceditur; hac videlicet constitutione servata, ut si tormenta vel damna innocentibus fuerint inrogata, ad omnem satisfactionem mandator iudicis compellatur instantia. Nec dimittendus est tamen is, qui mandatum accepit, donec aut mandator sit coram iudice præstus, aut satisfac-

tionem adimpleat legum. Et tamen qui quæstionem ex mandato agiturus est ante se velut proprii iuris dominus per placiti vinculum a iudice se noverit obligandum.

V. ¹² *Ut si dilationem in causa patitur qui mandatum fecit, liceat et immutare mandatum.*

Qui causam alicuius ex mandato susceperit, ut negotium peragatur insistat: quod si protrahit tempus, et causa, quam forsitan celerius poterat ¹³ expediri ¹⁴, occasionibus superfluis, aut fraudulenta dilatione suspenditur, mandator recurat ad iudicem. Et qui mandatum acceperat, si malitiæ alicuius aut cupiditatis, vel negligentiae vitio, adversario præsentem, vel iudice, susceptum negotium ultra decem dies absque præcepto iudicis dilataverit, is qui mandaverat, aut per se proponere, aut alicui quem elegerit, suam liceat committere actionem.

VI. Antiqua ¹⁵. *Ne causam suscipiat femina per mandatum, licite vero propria exsequatur.*

Femina per mandatum causam non suscipiat, sed suum proprium negotium in iudicio proponere non vetetur. Maritus sane non sine mandato causam dicat uxoris, aut certe ante iudicem ¹⁶ se tale obliget cautione, quod uxor negotium eius non revolvat; et si revolverit, damnum quod cautio demonstrat, maritus excipiat, qui sine mandato causam dicere præsumpsit uxoris. Quod si maritus causam, quam sine mandato coniugis suæ prosequatur, amiserit, uxor nullum præiudicium pertimescat; sed aut per se negotium prosequatur, aut cui voluerit ea quæ ipsi competunt prosequenda commendet. Ita ut si marito per iudicium iuste superato, denuo ad causam dicendam adversarium illum, qui victor extiterat, pars mulieris crediderit convexandum, atque in iudicio secundo patuerit eundem eius maritum non indebite victum fuisse; noverit eadem mulier non solum se iudici, qui causam prius examinavit, sed et illi causidico, quem iteratim ad iudicium compulit, iuxta legis sententiam esse satisfacturum.

VII. Antiqua. *Ut sicut lucrum, ita et damnum revertatur ad mandatorem: de commodis etiam mandatum accipientis.*

Sicut lucrum, ita et damnum iuxta conditionem mandati ad eum, qui causam mandaverit, revertatur; ita ut qui causam ex mandato dixerit, et fideliter, ut negotium peragatur, instituerit, ab eo mandator nec mandatum repetat, nec ipsam postea ad alium transferat actionem. Quia iniustum est, ut mercedem sui laboris amittat, qui pro suscepta causa fideliter elaborasse cognoscitur; ita ut is qui negotium prosecuturus est, ante causæ principium cum mandatore definiat, quantum pro commodo sui laboris finito negotio ab eo sit accepturus. Quod si receptam rem prosecutor infra tres menses reddere neglexerit mandatori, quidquid de eadem causa per quamcumque definitionem consequi potuit, perdat, et mandator iudicis instantia rem sibi competentem accipiat.

VIII. ¹⁷ *Ut si mortuus fuerit is qui mandatum accipit, commodum illi debitum hæredes eius accipiant.*

Qui mandatum fecit, si mortuus fuerit antequam causa

¹ Lind. eius

² Card. Antiqua. Flav. Recesvindus Rex. Legion. Antiqua

³ Card. Legion. et Lind. Antiqua

⁴ Legion. aliud tantum ipse assertor de facultate sua &c.

⁵ In codicibus Card. Emilian. Tolet.-goth. et Legion. quæ sequuntur a verbis de mandato usque ad huius legis finem, desiderantur.

⁶ Card. addit: Antiqua. Legion. Antiqua, noviter emendata. Tolet.-goth. auctorem, et inscriptionem prætermittit.

⁷ Legion. nobilium

⁸ Emilian. et Card. per mandatum

⁹ Codicibus Vigil. et Legion. desunt, quæ continentur a ver-

bo quæ ad periodi huius finem: nec ea tamen hic, quippe cæteris gothicis codicibus reperta, referre dubitavimus.

¹⁰ Tolet.-goth. committere committendas

¹¹ Card. et Lind. ingenuam

¹² Card. Flavius Recesvindus. Legion. Antiqua

¹³ Tolet.-goth. Emilian. et Legion. potuerat

¹⁴ Tolet.-goth. expedire

¹⁵ Card. Flav. Recesvindus. Antiqua. Tolet.-goth. et Emilian. auctoris nomine, et inscriptione destituuntur.

¹⁶ Card. et Lind. iudicem, seu alios quos iudex elegerit, se tali

¹⁷ Card. Legion. et Lind. Antiqua

dicatur, mandatum quod fecerat non valeat; et qui mandatum suscepit, si antequam causa dicatur, fuerit morte præventus, mandatum nullam habeat firmitatem. Quod si antequam moreretur causam dixisse dinoscitur, atque per suam instantiam ad fines usque legitimos perduxerit¹, et tamen quocumque casu intercedente, nec dum per finita² res, aut exacta remansit, si ad hunc forte terminum fuerit causa deducta, quo eam ille qui per mandatum sequutus est, iam ante acceleraverat, omne lucrum quod ipse fuerat habiturus, hæredibus eius a mandatoris partibus exsolvatur.

IX. FLAVIUS CINTASVINTUS REX³.

Qualibus personis potentes, et qualibus pauperes prosequendas actiones iniungant.

Nulli liceat potentiori quam ipse est qui committit, causam suam ulla ratione committere, ut non æqualis sibi eius possit potentia opprimi vel terreri. Nam etiam si potens cum paupere causam habuerit, et per se adserere nolue-

rit, non aliter quam æquali pauperi, aut fortasse inferiori a potente poterit causa committi. Pauper vero, si voluerit, tam potenti suam causam debeat committere, quam potens ille est, cum quo negotium videtur habere.

X. FLAVIUS CINTASVINTUS REX⁴.

Quod liceat his, quibus commissus est fiscus, pro re fiscali quibus voluerit exsequendas iniungere actiones.

Nullus quidem rerum fiscalium temerator debet existere. Tamen quandoquidem si pro iure fisci contra quemlibet provenerit intentione moveri, ille cui commissa res est, apud comitem civitatis, vel iudicem habebit licentiam legaliter negotium prosequendi: quem si absentem a loco, ubi res agenda est, esse contigerit⁵, vel occasio eum quæcumque suspenderit, aut etiam per se proponere fortasse noluerit, eandem utilitatis publice actionem per mandatum iniungere prosequendam cui elegerit, sui erit indubitanter arbitrii.

IV. TITULUS DE TESTIBUS ET TESTIMONIIS.

- I. De personis quibus testificari non licet⁶.
- II. Quod testibus sine sacramento credi non possit: et si utraque pars proferat testem, cui debeat credi: et si vera testificare neglexerit testis.
- III. De investiganda iustitia, si aliud loquitur testis, aliud scriptura.
- IV. Servo non credendum, et qualibus regiis servis debeat credi.
- V. Ne testis per epistolam testimonium reddat, et qualiter iniungi testimonium possit.
- VI. De his, qui falsum testimonium dicunt.
- VII. De his, qui falsum probantur testimonium protulis-

I. FLAVIUS CINTASVINTUS REX⁹.

De personis quibus testificari non licet.

Homicidæ, malefici, fures, criminosi, sive venefici, et qui raptum fecerint, vel falsum testimonium dixerint, seu qui ad sortilegos; divinosque concurrerint, nullatenus erunt ad testimonium admittendi.

- II. ⁹ Quod testibus sine sacramento credi non possit: et si utraque pars proferat testem, cui debeat credi: et si vera testificare neglexerit testis.

Iudex, causa finita, et sacramento secundum leges, sicuti ipse ordinaverit, a testibus dato, iudicium emittat: quia testes sine sacramento testimonium perhibere non possunt. Quod si ab utraque parte testimonia æqualiter proferantur, discussa prius veritate verborum, quibus magis debeat credi, iudicis extimabit electio. Certe si admonitus quisquam a iudice de re, quam novit, testimonium perhibere noluerit, aut si nescire se dixerit, id ipsum etiam iurare distulerit, et per gratiam, aut per venalitatem vera suppresserit; si nobilis fuerit, testimonium postea in nullo iudicio dicere permittatur, nec testimonium

se, et de spatio sex mensium quo testem liceat infamare, sive aut super mortuum non liceat testimonium dare.

- VIII. De his, qui ad falsum testimonium dicendum alios provocant, vel servos alienos ad libertatem impellunt.
- IX. In quibus causis possint testificari servi.
- X. De his qui se placitum scriptis⁷ obligant, ne pro aliorum causis veritatem dicant.
- XI. De quibus annis poterint testificari minores.
- XII. Ut contra extraneos parentela et propinquitas testimonium minime dicant.

ipsius recipiatur ulterius. Quod si, licet ingenuæ, minoris tamen fuerint dignitatis personæ, et testimonio careant, et centum flagella infamati suscipiant: quia non minor reatus est vera suppressere, quam falsa confingere.

III. FLAVIUS CINTASVINTUS REX¹⁰.

De investiganda iustitia, si aliud loquitur testis, aliud scriptura.

Quotiens aliud testis loquitur quam ea scriptura continet, quam¹¹ ipse subscripsisse dinoscitur; quamvis contra scripturæ textum diversa verborum sit a testibus impugnatio, scripturæ tamen potius constat esse credendum. Quod si testes dixerint eam, quæ offertur, scripturam minime roborasse, prolator eius probare debet, utrum ab eisdem testibus scripturam fuisse roboratam constiterit: et si hoc ipse quibuslibet aliis documentis convincere fortasse nequiverit, experientia iudicis id requirere sollerter curabit; ita ut pro manus contropatione¹² testis ille qui negat, iudice præsentem scribat, qui etiam plus¹³ cogatur scribere, ut veritas facilius innotescat, ubi scilicet, et hoc omnino quærendum est, ut scripturæ quærantur, et præsententur quas ante fecit, sive scripsit¹⁴. Et si tota ista defecerint¹⁵, tunc conditionibus editis iurare non differat,

¹ Tolet.-goth. Card. et Lind. perduxisset

² Legion. et Lind. finita

³ Tolet.-goth. auctorem et inscriptionem omittit. Legion. addit: Antiqua

⁴ Legion. addit: Antiqua. Tolet.-goth. nec auctorem, nec inscriptionem commemorat.

⁵ Card. et Legion. constiterit

⁶ Legion. Tolet.-goth. et Lind. liceat

⁷ Legion. vinculis

⁸ Legion. addit: Antiqua. Tolet.-goth. auctor, et inscriptio desunt.

M.L. Tom. I,

⁹ Card. Flav. Glor. Cds. Rex. Legion. Antiqua

¹⁰ Legion. addit: Antiqua. Tolet.-goth. auctorem non indicat, nec inscriptionem.

¹¹ Tolet.-goth. Card. Legion. et Lind. in qua ipse subscripsisse dinoscitur

¹² Tolet.-goth. ita pro manus contropatione. Card. ita ut per manus contropationem. Lind. pro manus comprobatione

¹³ Legion. publice cogatur

¹⁴ Tolet.-goth. et Lind. subscripsit

¹⁵ Lind. defuerint

quod nequaquam inibi ¹ subscriptor accesserit : et si post hoc ² quocumque modo patuerit pro extinguenda veritate mentitum eum fuisse, falsitatis notatus infamia, si honestior persona fuerit, quantum ille perdere potuerat cuius parti testimonium perhibere contempsit, tantum dupla ei satisfactione compellatur exsolvere. Si certe inferior est persona, et unde duplare ³ non valeat, et testimonium amittat, et centum flagellorum ictus extensus accipiat ⁴. In duobus autem idoneis testibus, quos prisca legum recipiendos sanxit auctoritas, non solum considerandum est quam sint idonei genere, hoc est, indubitanter ingenui, sed etiam si sint honestate mentis perspicui, atque rerum plenitudine opulenti. Nam videtur esse cavendum, ne forte quisque compulsus inopia, dum necessitatem ⁵ non tolerat, præcipitanter periurare non metuat.

IV. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ⁶.

Servo non credendum, et qualibus regis servis debeat credi.

Servo penitus non credatur, si super aliquem crimen obiecerit, aut etiam si dominum suum in crimine impetierit. Nam etiam si in tormentis positus exponat quod obiecit, credi tamen illi nullo modo oportebit, exceptis servis nostris, qui ad hoc regalibus servitiis mancipantur, ut non immerito palatinis officiis liberaliter honorentur, id est, stabulariorum, gillonariorum ⁷, argentariorum, cocorumque præpositi, vel si qui præter hos superiori ordine vel gradu præcedunt. Quos tamen omnes et regia potestas iugiter non habet ignotos, et nullis eos esse constat pravitatibus aut criminibus implicatos ⁸, quibus utique vera dicendi vel iustificandi licentia, sicut et cæteris ingenuis, hac lege conceditur. De reliquis autem ad palatinum servitium pertinentibus, quicumque aliquem ad testimonium crediderit advocandum, non aliter ei fides accommodabitur, nisi regis potestatis electio iusta et honesta permisisset esse credendum, quod ille a se noverit ⁹ esse testificandum.

V. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ¹⁰.

Ne testis per epistolam testimonium reddat, et qualiter iniungi testimonium possit.

Testes non per epistolam testimonium dioant, sed præ-

¹ Legion. ibidem

² Card. et Legion. post hæc. Tolet.-goth. et si post ex quocumque. Lind. postea quocumque

³ Tolet.-goth. et unde duplam rem dare non habet. Card. et Lind. et unde duplam rem dare debeat, non habeat. Legion. et unde duplam rem dare non habeat

⁴ Card. accipiat. Simili investigatione perquirere iubemus scripturarum veritatem, si auctores causaverint, nullatenus eas roborasse; sed cum claruerit mentitos eos fuisse, decreto legis quod de falsariis scripturarum latum est, percuti eos iubemus. In duobus autem &c.

⁵ Legion. et Lind. necessitatem tolerat

⁶ Legion. superaddit: Antiqua

⁷ Tolet.-goth. gillonariorum

⁸ Tolet.-goth. implicatos

⁹ Legion. noluerit

¹⁰ Legion. addit: Antiqua. Tolet.-goth. auctorem et inscriptionem omittit.

¹¹ Legion. et Lind. noverint

¹² Card. Legion. et Lind. in alia

¹³ Card. ubi iudex commanet, qui ex ipsis videntur idonei congregentur

¹⁴ Tolet.-goth. Card. et Legion. cognitum per conditionum seriem

¹⁵ In Card. codice inter V. et VI. duæ sine dinumeratione deteguntur leges hac epigraphe: Leges romanas apocrifas, quæ, quamvis erasis litteris, tamen legi possunt, et sequentis sunt carminis:

Ut testes priusquam de causa interrogentur, sacramento constringantur.

Testes priusquam de causa interrogentur, sacramento debere constringi, ut iurent se nihil nisi rei veritatem esse dicturos.

sententiam, quam noverunt ¹¹, non laceant veritatem. Nec de aliis negotiis testimonium dicant, nisi de his tantummodo, quæ sub præsentia eorum acta esse noscuntur. Certe si iidem testes, aut parentes, vel amici, sive ætate decrepiti, vel infirmitate gravati, aut in aliena ¹² et longinqua provincia constituti de re, quæ ipsis est cognita, testimonium aliquibus iniungendum putaverint; et si non sint omnes de uno territorio, qui testimonium dicendum committunt, in eo tamen territorio, ubi ille ¹³ commanet qui plus ex illis videtur idoneus, congregentur, et ante eiusdem territorii iudicem, vel coram his, quos iudex elegerit, et mandatum faciant idoneis ingenuis, quibus voluerint, et de quo illis est cognitum ¹⁴ ad personam suam per conditionum seriem iurare procurent, qualiter quibus testificandi vicissitudo committitur, id indubitanter, ubi necesse fuerit, suo sacramento confirmet, quod iurare mandatores suos iustissime et evidentissime per semetipsos audierint: aliter autem mandatum de talibus negotiis editum, apud omnes iudices semper erit invalidum.

VI. ¹⁵ FLAVIUS CINTASVINTUS REX ¹⁶.

De his qui falsum testimonium dicunt.

Si quis contra alium falsum testimonium dixerit, et in mendacio invenitur, aut certe si ipse dixerit quia falsum testimonium dedit; si maioris ¹⁷ loci persona est, det illi de propria facultate sua contra quem falsum testimonium dixerat, tantum quantum per testimonium eius perdere debuit, et testificare ultra non noverit. Quod si minoris ¹⁸ loci persona est, et non habuerit unde componat, ipse tradatur in potestatem illi ¹⁹, contra quem falsum testimonium dixerat, serviturus. Nam omnino per talis testimonium, qui se primitus false ²⁰ testificasse prodiderit, causa ipsa revolvitur non poterit: excepto si aliter evidentior ²¹ ordo veritatis claruerit, id est, aut per legitimum alium et melioratum testem, aut per iustos et legales ordines scripturæ. Quicumque autem, vel beneficio corruperit aliquem, vel circumventionem qualibet falsum testimonium dicere persuaserit, dum evidens huius rei commentum patuerit, tam auctor sceleris, qui in interitum intendit alterius, quam is, qui rerum aviditate cupidus testificandæ ²² præbuit falsitatis adsensum, pari simul sententia falsarii ²³ teneantur ²⁴.

Hoc etiam iubemus, ut honestis magis, quam vilioribus testibus fides potius admittatur. Unius autem testimonium, quamlibetque splendida et idonea videatur esse persona, nullatenus audiendum.

De sacramentis leviter non iurandis.

Volumus ut sacramenta cito non fiant, sed unusquisque iudex prius causam veraciter cognoscat, ut eum veritas latere non possit, ne facile ad sacramentum veniant.

¹⁶ Tolet.-goth. auctorem, et subscriptionem prætermittit. Legion. Antiqua, noviter emendata

¹⁷ Card. et Lind. si maior loci

¹⁸ Card. et Lind. minor loci

¹⁹ Legion. et Lind. illius

²⁰ Lind. falsa

²¹ Tolet.-goth. evidenter

²² Legion. et Lind. testificandi

²³ Lind. ut falsarii

²⁴ Card. prosequitur: Et insuper ad aliorum terrorem centenis flagellis publice verberati, turpiter decalvati perenni infamia subiacebunt.

In hoc Card. codice inter VI. et VII. leges alia etiam his verbis legitur:

Antiqua VII. *De his qui animas suas periurio necant.*

Si quis animam suam periurio necaverit, seu quisque præsumptuose periurasse detegitur, aut si quislibet videns se esse impressum, sciendo veritatem negaverit; dum hoc certius iudex agnoverit, addicatur, et centum flagella suscipiat, et statim sic notam infamiae incurrat, ut postea ei testificari non liceat. Et si potentior fuerit secundum superiorem legem, quæ de falsariis continetur, insistente iudice, quartam partem facultatum rerum

VII. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ¹.

De his qui falsum probantur testimonium protulisse, et de spatio sex mensium quo testem liceat infamare, si ve ut super mortuum non liceat testimonium dare.

Falsorum testium obstinata nequitia nescit habere modum falsa dicendi, sed crimini crimen nititur copulare periurii. Et ideo, quia detestandos huiusmodi sceleris praesumptores divina lex mortis sententia damnat, illos scilicet quos contra fratrem suum falsum dixisse testimonium potestas iudiciaria comprobatur: nos proinde tam nefariis personis ausum secundo testificandi subducimus, quos non humanis, sed divinis vocibus iam mortuos adprobamus. Et ideo si quis testimonium pro qualibet re in praesentia iudicis dederit, et causa per eius testimonium adprobata ² extiterit; si forte in postmodum favore, terrore, vel munere pulsatus illius causidici, qui victus primum per eius testimonium fuit, dicat se idem testis falsum dixisse testimonium, quod primitus protulit, et secundo aliud testificare, unde prima quae dixerat subvertere velit; stante superiori lege, id novella tenendum sanctione praecipimus, ut nec testificare illi secundo sit licitum, nec causa ipsa, de qua ipse periurus testis antea iuraverat, ulterius per eius testimonium resolvatur: excepto si aliis melioribus et legitimis testibus, seu etiam veridicis scripturis revolutio ordinatae causae possit accidere, ut secunda determinatione iudicii ³ per alium, sicut dictum est, testem, vel verissimae scripturae ostensionem, licentia sit negotium reparandae causae retexere. Nam et si quis causae suae cupiens adcelerare propositum, testem in iudicio protulerit; si ille contra quem causam habet, praesens adfuerit, et quid in reprobatione oblatis testibus opponat, nescire se dixerit, res siquidem ipsa, de qua agitur, per oblatores testium testimonium in iure illius, ad cuius partem testificaverunt, iudicis instantia contradatur. Illi tamen personae, quae se in ⁴ derogatione prolatis testibus nescire dixerit quid obicere possit, licentiam consulta pietate porrigimus, qualiter infra sex menses, et vitia ignorati testis perquirat, et causae suae negotium reparare intendat. Quod si infra sex menses non potuerit, et vitia praedictorum testium quaerere, et coram iudice eorum infamiam comprobare, transactis ⁵ sex mensibus, nullum iam ei ultra temporis spatium dabitur, quo aut prolatum testem infamem esse convincat, aut alium testem pro eadem causa in iudicio proferat: sed quod testimonio eorum extiterit adligatum, valebit perpetuo modis omnibus inconvulsum. Et tamen si is, cui licitum est per sex menses vitia testium accusare,

suarum amittat, illi consignandam, cui fraudem periurio moliri conatus est.

Juxta hanc legem recentioris aevi litteris scripta adnotatio ait: En Concilii Carthaginensis V. lex. Nec non et in Tolet.-goth. altera Ervigii lex his complectitur verbis:

FLS. ERVIGIUS REX.

*De derogandis testibus quod per triginta annorum spatium pro-
telentur ad obiectam illis infamiam comprobendam.*

Divalis est officii proprium, et iustitiam populis pandere, et indiscreto iure legum promulgatas sententias aequitatis sanctione corrigere. Vnde quia hactenus in lege constitutum fuisse cognovimus, ut si quisquam in derogatione prolatis testibus nescire se dicere quod praesentialiter ¹ obicere possit, infra sex menses et vitia ignoti testis perquirere, et causae suae negotium reparare. Quod si hoc probare non potuisset exactis sex mensibus nullum in postmodum temporis spatium haberet, quando testem ipsum proferre deberet; sed quod probatione eiusdem testis alligatum fuisset inconvulsa stabilitate valeretur ², et alium testem dare ulterius non auderet, quod iniustum omnino nostra perpendit clementia, ut iustitia, quae Deus est, temporis brevitate succumbat, dum nullo saeculorum fine deficiat. Ideo sub generali edicto omnibus regni nostri populis reparabilem in huiusmodi negotiis causandi licentiam pandimus: ut ex tempore quo idem legis ordo est conditus, tam causae, quam in praeteritis per huius sanctionem

legitimam fortasse infra constitutum tempus probationem invenerit, qua prolatum contra se testem infamem possit convincere, supra eos quos viventes potuit infamare, licitum erit causidico adductum testem producere. Nam si aliquem de numero illorum testium, qui primum iurasse noscuntur, constiterit fuisse defunctum, nullum super mortuum testimonium dabitur. Nec in talibus, vel quibuslibet aliis causis testimonium vivi super mortuum ullo modo admittetur: excepto si per legitimum et manifestum scripturae textum, ubi ipse, qui defunctus est, aut reum se criminis esse agnoscens subscripsit, aut iusto aequitatis iudicio publice denotatus apparuit. Et haec quidem de infamatione, qua quisque ille obnoxius ad dicendum testimonium non admittatur, dicta sufficiant. Ceterum si debitum defuncti, vel praesumptio accusetur, iuxta legem aliam licitum erit causidico, aut per veridicum testem, aut per legitimam scripturam debitum mortui, vel praesumptionem convincere, et propositum partis suae negotium consummare.

VIII. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ⁶.

De his qui ad falsum testimonium dicendum alios provocant, vel servos alienos ad libertatem impellunt.

Si quis contra hominem ingenuum, et adversus libertum aliquem provocasse convincitur falsum dicere testimonium tantum illi componat, quem ⁷ per falsam testificationem conabatur addicere vel damnare, quantum ⁸, si iuste obtinisset ⁹, potuerat de statu, vel de rebus eius acquirere. Si vero testis simpliciter ab alio ad testimonium invitatus, falso ¹⁰ contra ingenuum, atque libertum testificasse dinoscitur ¹¹, qualiter per eius testimonium in servitutem quisque humiliaretur, et tamen ille qui testem protulit, conscius fraudis huius non invenitur, solus testis ipse superiori sententia multandus ¹² est, id est, sicut ille qui testem ad falsum testimonium provocavit, ei quem suo testimonio decipere voluit, obnoxius maneat. Ita ut si non habuerit unde componat, in potestate eius cum hoc quod habere videtur, perenniter serviturus tradatur. Id autem, et de illis decernimus observandum, qui ut servos alienos ad libertatem producerent, aut falsum testimonium dixisse reperiuntur, aut eam intentionem adhibere conati sunt, ut ab eis provocati per eorum instantiam ad ingenuitatis libertatem indebitam ¹³, possint aliquatenus insultatione venire.

nem discussae iustitia caruerint, quam etiam illae deinceps novis intentionibus fuerint ortae, ad eiusdem legis seriem eodem capitulo non teneantur adstrictae. Sed disrupta mensium ipsorum institutio, cunctis liceat causas suas legitima testium probatione iuxta anteriorem domini Chindasvindi Principis legem proprium negotium reparare, et alium testem proferre, quod debita cunctis iustitia iudicium discreto examine debeat promulgari.

Haec ipsa lex in Legion. codice VIII., in S. J. R., tamquam in Tolet.-goth., VII. dinumeratur.

¹ Tolet.-goth. auctorem et inscriptionem omittit. Legion. Ervigius Rex. Antiqua. Card. Flav. Ervigius

² Legion. et Lind. probata

³ Tolet.-goth. et Legion. iudicis

⁴ Tolet.-goth. interrogationem

⁵ Tolet.-goth. Card. et Legion. exactis

⁶ In Tolet.-goth. auctor desideratur et inscriptio. Legion. Antiqua

⁷ Legion. contra quem

⁸ Card. quantum sibi iuste poterat de statu vel de rebus suis acquirere

⁹ Tolet.-goth. et Lind. eum obtinuisse. Legion. eum obtinuisse poterat.

¹⁰ Card. falsa

¹¹ Legion. convincitur

¹² Hoc verbum multandus est in codicibus Tolet.-goth. Card. Legion. et Lind. minime reperitur.

¹³ Legion. et Lind. libertatem, indebita possint &c.

¹ Legion. praesentialiter

² Legion. maneret.

IX. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ¹.

In quibus causis possint testificare servi.

Quod utilitati multorum est congruum, non est nostræ legis decreto prætermittendum: ne tanto cuiquam pateat nocendi facilitas ², quanto nihil esse putat ex lege quod metuat. Quia ergo multotiens inter ingenuos reperitur exorta cædes, et nullus adesse ingenuus, qui cædis ipsius patefaciat evidenter scelus; adeo ³ si nullus ingenuorum adfuerit, credi servis omnimodo oportebit, ut qualiter inter eos cæsis facta constiterit, agnosci eisdem testificantibus possit. Verum quia et interdum iustitiæ cognitio deperit, dum ingenuorum dignitas, aut longe posita, aut de proximo incognita consistit; tunc credi permittitur servis, quum ingenui nullatenus adfuerint, qui aut vicini sint, aut de re qua agitur cogniti habeantur. Certe nec de aliis causis, nec de maioribus rebus esse sibi credendum sciunt, nisi de minimis quibuscumque rebus, ac de terris et vineis, vel de edificiis, quæ non grandia esse constiterint, propter quod solet inter hæredes aut vicinos possessores intentio ⁴ exoriri. Sed et de mancipiis credendum est eis, quare contingit ea vel ab aliis occupari, vel indebitè retineri, aut etiam a dominorum iure inlicitè evagare; ut per eorum veram cognitionem valeant res ipsæ dominis reddi, et ipsorum indubitata notitia iuste possit intentionis causa sopiri. Non tamen aliter illis credi poterit, nisi et ab omni crimine alieni extiterint, et gravi depressi paupertate non fuerint, ita ut contra ingenuorum dignitatem eorum testimonium accipi nullatenus possit, nisi, ut supra dictum est, cædem exoriri contigerit.

X. ⁵ FLAVIUS CINTASVINTUS REX ⁶.

De his qui se placitorum scriptis ⁷ obligant, ne pro aliorum causis veritatem dicant.

Plerosque cognovimus ita sese interdum per placitum obligare, ut pro sua suorumque utilitate testificari non differant: si quis autem contra eos habuerit testimonium dicere, nullatenus adquiescant. Quod quia satis est contrarium veritati, hanc omnes iudices se noverint habere licentiam, ut talia commenta instantè inquirent, et inventa dirumpant, atque quos eadem ⁸ placita nominaverint, centenis flagellis verberandos insistant. Ita tamen, ut ista disciplina non ad infamiæ notam eis pertineat, sed testificandi quod cognitum habuerint, sit illis ex lege concessa semper, et indubitata libertas.

XI. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ⁹.

De quibus annis possunt testificari minores.

Hæc ætas erit constituta in minoribus annis ad testimonium admittenda, ut postquam puer, aut puella quatuordecim vitæ suæ annos impleverint, sit illis in causis omnibus testificandi indubitata licentia.

XII. *Ut contra extraneos parentela, et propinquitat testimonium minime dicant.*

Fratres, sorores, uterini, patrum, amitæ, avunculi, materteræ, sivi eorum filii, item nepos, neptis, consubrini ¹⁰, vel amitini in iudicium adversus extraneos testimonium dicere non admittantur; nisi forsitan parentes eiusdem cognationis inter se litem habuerint, aut in causa de qua agitur, aliam omnino ingenuitatem deesse constiterit ¹¹.

V. TITULUS DE SCRIPTURIS VALITURIS ET INFIRMANDIS,
AC DEFUNCTORUM VOLUNTATIBUS CONSCRIBENDIS.

- I. *Quales debeant scripturæ valere.*
- II. *Ne incognitam scripturam quisquis ¹² ille testis scribere ¹³ audeat.*
- III. *De pactis et placitis conscribendis ¹⁴.*
- IV. *Contra priorum definitionem filio vel hæredi non licet ¹⁵ venire.*
- V. *De damnis eorum, qui contra pacta et placita sua venire contendunt.*
- VI. *Ne valeant definitiones vel pacta ¹⁶ servorum.*
- VII. *De turpibus et inlicitis rebus.*
- VIII. *Ne sub unius nomine causæ res alia ¹⁷, vel persona callidis definitionibus obligetur: de pœna etiam, quæ sit in placitis inserenda.*

- IX. *Quod omnis scriptura vel definitio, quæ per vim et metum extorta fuerit, valere non poterit.*
- X. *Quæ scripturæ valere ¹⁸ non poterint, si ab his factæ fuerint, qui sunt in annis minoribus constituti.*
- XI. *Qualiter confici vel firmari conveniat ultimas hominum voluntates.*
- XII. *Qualiter firmentur voluntates eorum, qui in itinere moriuntur.*
- XIII. *Ut defuncti voluntas ante sex menses sacerdoti, vel testibus publicetur.*
- XIV. *De contropatione ¹⁹ manuum, si scriptura vertatur in dubium.*
- XV. *De holographis ²⁰ scripturis.*

¹ *Tolet.-goth. Fls. Recesvindus. Legion. adjungit: Antiqua*

² *Card. et Lind. facultas*

³ *Lind. ideo*

⁴ *Lind. instantia*

⁵ *In Legion. codice post superiorem et ante hanc legem intromissa sine dinumeratione vel epigraphe sequens invenitur:*

Clericos ad testimonium non pulsandos in principio statuendum, ut si quis forte in ecclesia qualibet causam iure apostolico ecclesiis imposito agere voluerit, et forte decisio clericorum uni parti displicuerit, non liceat clerico in iudicio devocari ad testimonium, qui cognitor vel præsens fuit, ut nulla ad testimonium dicendum ecclesiastici cuiuslibet persona pulsetur.

⁶ *Tolet.-goth. auctore et inscriptione vacat. Legion. Antiqua*

⁷ *Legion. vinculis*

⁸ *Tolet.-goth. per eundem placitum*

⁹ *Tolet.-goth. Antiqua. Legion. Flav. Recesvintus Rex. Antiqua, noviter emendata. Lind. Antiqua, emendataque noviter.*

¹⁰ *Legion. consuprini et consuprinæ*

¹¹ *Legion. codex circa propinquitatis gradus explanationis in*

modum hoc tradit: « Fratres et sorores, de uno patre et una matre: uterini, de uno utero, et diversis patribus: patruus, frater patris: amita, soror patris: avunculus, matris frater: matertera, soror matris: nepos, neptis, priores congermani: consuprini, de duobus sororibus nati: quasi consororini, consuprinorum filii: amitini, amitæ filii. »

¹² *Lind. quisquam*

¹³ *Tolet.-goth. Legion. et Lind. subscribere*

¹⁴ *Tolet.-goth. conservandis. Lind. conservandis vel conscribendis.*

¹⁵ *Legion. liceat*

¹⁶ *Legion. placita*

¹⁷ *Lind. aliena*

¹⁸ *Tolet.-goth. valere poterint. Legion. et Lind. valere poterunt*

¹⁹ *Lind. comprobatione. Legion. contropatione manuum, et earum pœna solvenda*

²⁰ *In omnibus codicibus gothicis legitur litterarum errore, ut credere licet: ologravis*

XVI. *De contropatione ¹ scripturarum, et earum pœna exsolvenda.*

I. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ³.

Quales debeant scripturæ valere.

Scripturæ, quæ diem et annum habuerint evidenter expressum, atque secundum legis ordinem conscriptæ nascuntur, seu conditoris, vel testium fuerint signis aut subscriptionibus roboratæ, omnes ⁴ habeant stabilem firmitatem. Simili ⁵ quoque et illæ scripturæ valore constabunt, quas et si ⁶ auctor conscribere ⁷ ægritudine obsistente non valuit, in eis tamen, qui subscriptores accederent, postulavit. Sicque subscriptionem, vel signum ad vicem illius auctoris, ille qui est rogatus impresserit, hoc tantum est observandum, ut si conditor talium scripturarum de hac ipsa ægritudine, qua definebatur, revaluerit, si hoc ipsum, quod in huiusmodi scripturis testavit ⁸, firmum esse voluerit, manu sua illud solita subscriptione conroboret, et sic plenam, quod testare visus est, obtineat firmitatem. Sin autem eundem testatorem de hac ipsa ægritudine mori contigerit, testis ipse, qui ab eo rogatus accessit, iuxta aliam legem, infra sex menses scriptas ⁹ a se scripturas roborare curabit.

II. FLAVIUS EGICA REX ¹⁰.

Ne incognitam sibi scripturam quisquis ille testis subscribere audeat.

Quarumlibet scripturarum seriem advocatus testis, si non aut per se antea legerit, aut coram se legentem audierit, subscribere penitus non audebit. Quod si præsumpserit testimonium eius, quod illi incaute perhibuit, in nullo permittendum est accipi, quia incognitus illic subscriptor accessit; nec stabilis illa iudicabitur scriptura, quam nulla testium firmaverit cognitio vera.

III. Antiqua. ¹¹ *De pactis et placitis conscribendis* ¹².

Pacta vel placita, quæ per scripturam iustissime ac legitime facta sunt, dummodo in his dies vel annus sit evidenter expressus, nullatenus immutari permittimus.

IV. Antiqua. ¹³ *Contra priorum definitionem filio vel hæredi non liceat venire.*

Filio vel hæredi contra priorum iustam et legitimam definitionem venire non liceat: quia iuste repellitur præsumptio illius, qui facta seniorum iniuste conatur inrumperere.

V. ¹⁴ *De damnis eorum, qui contra pacta et placita sua venire contendunt.*

Qui contra pactum vel placitum iuste ac legitime conscriptum venerit, quod non forsitan persona potentior vio-

XVII. *Ne aliud quis per testem, aut ² per scripturam alligare præsumat.*

lenter extorserit, antequam causa dicatur, pœnam, quæ in pacto vel placito legitime continetur, exsolvat. Deinde quæ sunt in pacto vel placito definita, serventur. Pactum vero placitumve convenienter ac iustissime inter partes conscriptum, si etiam pœna in eis inserta non fuerit, revolvi aut immutari nulla ratione permittimus. Et ideo quæ in pactis vel placitis continentur et monstrantur scripta, plenam habeant firmitatem, si tamen quisque ¹⁵ ille pactum vel placitum iustissime, et de re sibi debita, conscripsisse videatur.

VI. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ¹⁶.

Ne valeant definitiones vel pacta servorum, sine iussu dominorum.

Honestas hoc habet, et iustitia hoc adfirmat, ut quæ servi non iubentibus dominis suis, seu per scripturam paciscuntur, sive per testem definiunt, nullo firmo robore penitus habeantur.

VII. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ¹⁷.

De turpibus et inlicitis rebus.

Inter quascumque personas, sicut nullum pactum, aut mandatum vel placitum, ita nec damnum, seu quacumque definitionem ex omnibus ullo tempore decernimus posse valere.

VIII. ¹⁸ *Ne sub unius nomine causæ res alia ¹⁹ vel persona callidis definitionibus obligetur: de pœna etiam quæ sit in placitis inserenda.*

Pravis ac malignis moribus improborum iustitiæ semper est sententiis obviandum. Ideoque quia dira perversorum cupiditas ita sæpe plurimos novarum fraudum molitione conlaqueat, ut quum pro re qualibet adimplenda sit pactio, res eorum simul obligent ac personas; hoc fieri omnimodo prohibemus. Sed quotiens undelibet placitum conscribetur ²⁰, non amplius in transgressoris pœna, quam duplatio ²¹ reddendæ rei vel triplatio nummorum satisfactio taxetur. Res tamen omnis aut persona nullatenus obligetur: quia iniustum penitus adprobamus, ut unius causa debiti rerum fiat omnium perditio, vel personæ. Quodcumque igitur contra legis huius decretum conscriptum placitum, vel definitio facta fuerit, ubicumque reperta fuerit, vacua omnimodis et invalida reputetur ²².

IX. ²³ *Quod omnis scriptura vel definitio, quæ per vim et metum extorta fuerit, valere non poterit.*

Pactum quod per vim et metum extorserit persona po-

¹ Tolet.-goth. comprobatione

² Legion. et Lind. aliud

³ Tolet.-goth. et Card. prætermittit auctorem et inscriptionem. Legion. noviter emendata

⁴ Tolet.-goth. omnino habeantur stabiles. Firmitate simili quoque et illæ scripturæ constabunt. Lind. omni habeantur stabiles firmitate

⁵ Legion. Similiter

⁶ Legion. et auctor

⁷ Tolet.-goth. Legion. Card. et Lind. subscribere

⁸ Card. et Lind. testatus est

⁹ Lind. subscriptas

¹⁰ Tolet.-goth. auctoris et inscriptionis mentionem non facit. Legion. et Lind. Antiqua. Card. cod. et Lind. editio hanc denominationis rationem ita invertunt, ut quæ hic lex II. est, ibi III., et quæ III., contra II. sit.

In codicibus Vigil. et Emilian. adnotatio ad marginem litteris illius ævi scripta hoc lectores admonet: Intromissa lex in lib. II. tit. V. era II. Flavii gloriosi Egicani Regis.

¹¹ Card. Flav. Chnds. Rex

M.L. Tom. I.

¹² Tolet.-goth. et Emilian. conservandis. Card. et Lind. conscribendis vel conservandis

¹³ Tolet.-goth. auctorem obliviscitur, et inscriptionem. Card. Fls. Chnds. Rex. Lind. Fls. Gls. Egiga Rex

¹⁴ Emilian. et Card. Fls. Chnds. Rex

¹⁵ Legion. et Lind. quisquis

¹⁶ Tolet.-goth. nec auctorem, nec inscriptionem refert. Emilian. Recesvindus. Legion. Rcdus. Antiqua. Lind. Fls. Gls. Rcdus. Rcds. Rex

¹⁷ Tolet.-goth. auctoris et inscriptionis haud meminit. Legion. Rcdus. Antiqua. Lind. Fls. Rcds. Rex

¹⁸ Emilian. et Card. Flav. Chindasvindus. Legion. Antiqua. Lind. Fls. Gls. Chds. Rex

¹⁹ Tolet.-goth. aliqua. Lind. aliena

²⁰ Lind. conscribitur

²¹ Vigil. duplicatio... triplicatio

²² Card. et Lind. hanc apponunt sententiam: Sola vero potestas regia erit in omnibus libera, qualemcumque iusserit in placitis inserere pœnam

²³ Legion. Antiqua noviter emendata

tentior vel inferior, sive placita vel reliquas scripturas, id est, si ille qui paciscitur, aut in custodia mittitur, aut sub gladio mortem forte timuerit, aut ¹ pœnas quascumque, vel ignominiam patiat, vel certe si aliquam iniuriam passus fuerit, huiusmodi pœctio vel scriptura quœlibet nullam habeat firmitatem.

X. ² FLAVIUS RECESVINTUS REX ³.

Quæ scripturæ valere poterint, si ab his factæ fuerint, qui sunt in annis minoribus constituti.

In minoribus annis constitutis testandi de rebus suis, vel alias quascumque definitiones faciendi, seu per scripturam, sive per idoneum testem in quibuscumque personis elegerint, infra quartum decimum annum non illis aliter licentia erit, nisi gravis langor occurrerit, per quem eos fortasse mori suspicio sit. Quod si eos necessitas huius causæ compresserit, utrisque a decimo ætatis ipsorum anno faciendi quod voluerint, libertas plena manebit. Quod si ab ægritudine convalescere potuerint, quidquid eos ordinasse constiterit, invalidum erit, donec aut rursus ægrotautes iterum quæ ordinaverant nova ordinatione reforment, aut venientes usque ad plenum quartum decimum annum, in omnibus iudicandi de rebus suis liberam ⁴ habeant absolutamque licentiam. Ab infantia vero, vel in qualibet ætate dementes effecti, et in eo vitio absque intermissione temporis permanentes, nec testimonium reddentes ⁵, nec sic quam forte voluntatem ediderint ⁶, ullam poterit firmitatem habere. Nam qui per intervalla temporum, vel horarum salutem videntur recipere, et integra interdum mente persistere, de suis rebus ferre iudicium prohiberi non poterunt.

XI. FLAVIUS GLORIOSUS RECESVINTUS REX ⁷.

Qualiter confici vel firmari conveniat ultimas hominum voluntates.

Morientium extrema voluntas, sive sit auctoris, et testium manu subscripta, sive utrarumque partium signis aut subscriptionibus ⁸ extiterit roborata, seu etiam etsi auctor subscribere, vel signum facere non prævaleat, alium tamen cum legitimis testibus subscriptorem vel signatorem ordinationis suæ instituat; sive quoque si tantummodo verbis coram probatione ordinationis eius, qui moritur, patuerit promulgata: ordinationum quatuor genera omni perenniter valore subsistant. Id tantum magnopere procurandum est, ut scripturæ illæ, quæ secundum primi et secundi ordinis confectionem sunt alligatæ, id est, sive quæ auctoris et testium manu subscriptæ, seu ⁹ utrarumque partium signis extiterint roboratæ, infra sex menses iuxta legem aliam sacerdoti pateant publicandæ. Et si forsitan contigerit, ut in huiusmodi scripturis auctor, qui

subscribere debuit, signum impressit, hoc ipsum testis, qui in eadem scriptura subscriptor accessit, iurare curabit, quia signum ipsum a conditore factum extiterit ¹⁰. Illæ vero scripturæ, quæ sub tertii ordinis alligatione sunt editæ, id est, in quibus advocatus a conditore legitimus testis subscripsit, tunc omni habebuntur stabiles firmitate, quando infra sex menses, et ille qui in eadem scriptura ad vicem morientis subscriptor accessit, et reliqui testes, qui ab eo rogati sunt, coram iudice conditionibus factis iuraverint, quod in eadem scriptura a se subscripta nulla sit fraus impressa, sed secundum voluntatem ipsius conditoris habeatur conscripta, et quod ab eo qui eam condere voluit rogati extitissent, ut in eadem scriptura subscriptores accederent, et ad vicem conditoris eam legitime roborarent. Illa vero voluntas defuncti, quæ iuxta quarti ordinis modum verbis tantummodo coram probatione promulgata patuerit, quæ instante quocumque periculo ¹¹ conscribi nequiverit, et tamen ab eo qui moritur ¹² iussa fuerit alligari, tunc robur plenissimum obtinebit, si testes ipsi, qui hoc audierint, et rogati a conditore extiterint, infra sex mensium spatium, hoc quod iniunctum habuerint, sua coram iudice iuratione confirment ¹³, eisdemque iuramenti conditionem tam sua, quam testium manu corroborent. Dumque hæc res plenum venerit in effectum, pro instantia sui laboris idem testis ex defuncti bonis tricesimæ pretium portionis prosequatur ¹⁴, in solis tantummodo numis, chartarum instrumentis, et librorum voluminibus sequestratis, quæ pertinebunt ad hæredes integritate successionis. Qui testes infra sex menses procurerent illi denunciare, in cuius nomine per talem ordinationem res translata dinoscitur extitisse. Quod si omne legis huius decretum testes illi quibus commissum est infra constitutum tempus distulerint adimplere, noverint se falsariorum ¹⁵ damno multari. Excepto si se ¹⁶ aliorum fraude vel calliditate, seu etiam regia iussione ¹⁷, qua id infra sex menses explere nequiverint, impeditos se esse probaverint.

XII. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ¹⁸.

Qualiter firmantur voluntates eorum, qui in itinere moriuntur.

In itinere pergens, aut in expeditione publica moriens, si ingenuos secum non habuerit ¹⁹, voluntatem suam propria manu conscribat. Quod si litteras nescierit, aut præ langore scribere non valuerit, eandem voluntatem servis insinuet, quorum fidem episcopus atque iudex probare debent. Et si nullatenus antea fraudulentum fuisse patuerint, quod sub iuramenti taxatione protulerint, conscribatur, et sacerdotis atque iudicis subscriptione firmetur; ac postmodum auctoritate regia roboratum, firmum quod decreverit, habeatur.

¹ Tolet.-goth. Legion. et Lind. aut ne pœnas

² Inter duas leges, hanc X. et superiorem, in codice Card. alteram legimus sequenti modo:

ANTIQUA X. FLs. Rcds. R.

De superfluis scripturis confectis.

Plene discretionis ordo est incertis adhibere cognitionem, et dubiis conicere fidem. Quia ergo de statu scripturarum solet dubietas in controversiis exoriri, ideo præcepto evidenti decernitur, ut quicumque virorum ac feminarum testamenta, donationes, dotes, vel quascumque scripturas conficit, amplius quam lex iubet, in quibuscumque partibus sive personis, contra sanctionem legis de quarumcumque rerum distributione decernerit, non ideo ex toto habeantur invalidæ, quia ordo præfixus videtur esse transgressus, sed manentibus cunctis, quæ salubrius ex legis auctoritate subsistunt, illa sola decidant, quæ contra legem inveniuntur manere descripta atque decreta: huius rei evidenter iudices negotiorum hoc tenore descripta ordinabunt, ut ille cui ¹ plus conficitur per scripturæ seriem, quam oportuit, hoc solum accipiat, quod auctoritas legis demonstrat, et reliqua hi, quibus legitime debentur, vigore iustitia sequantur ².

¹ Lind. qui plus conficit. Tolet.-goth. ut cum tales scripturæ fuerint ipsorum iudicio præsentatæ, non ex toto invalidæ iudicentur; sed hoc sui iudicis conscriptione notetur, ut cui plus confe-

Hanc etiam legem in editione Lindemb. sub eodem numero X. reperimus.

³ Tolet.-goth. nec auctorem, nec inscriptionem exhibet. Card. Chindasvindus. Legion. addit. Antiqua

⁴ Legion. libertatem

⁵ Legion. reddere. Lind. reddant

⁶ Legion. dederint, nullam. Lind. nullam

⁷ Card. Fls. Rds. R. nova. Legion. Antiqua noviter emendata.

⁸ Emilian. Card. Legion. et Lind. signis extiterit

⁹ Legion. et Lind. seu quæ

¹⁰ Card. et Lind. adiiciunt: et tunc stabilis erit

¹¹ Card. adiungit: vel forsitan cuiusque impedimenti actione

¹² Card. qui moriturus est, iussa fuit alligari

¹³ Card. confirmaverint. . . corrobora-verint

¹⁴ Emilian. consequatur

¹⁵ Legion. et Lind. falsorum

¹⁶ Emilian. et

¹⁷ Card. addit: aut difficultate vendicatoris præsentia, qua &c.

¹⁸ Legion. adiicit: Antiqua

¹⁹ Emilian. Card. et Legion. non habeat

ctor scripturæ contulit, quam oportuit, hoc solum. . . iuste consequantur

² Lind. consequantur.

XIII. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ¹.

Ut defuncti voluntas ante sex menses coram sacerdote, vel testibus publicetur.

Scripta voluntas defuncti ante sex menses coram quolibet sacerdote vel testibus publicetur. Et si quis eandem qualibet fraude suppresserit, tantum illis, in quibus testatus est ², de proprio cogatur exsolvere, quantum per eiusdem scripturæ seriem conquirere potuerant, vel habere.

XIV. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ³.

De contropatione ⁴ manuum, si scriptura vertatur in dubium.

Omnes scripturæ, quarum et auctor et testis defunctus est, in quibus tamen subscriptio vel signum conditoris, atque testium firmitas reperitur, dum in audientiam prolata constiterint, ex aliis chartarum signis vel subscriptionibus contropentur, sufficialeque ad firmitatem, vel veritatis huius indaginem agnoscendam, trium aut quatuor scripturarum similis, et evidens prolata subscriptio. Quod si talibus scripturis legum tempora non occurrerint ⁵, pro certo decernitur, quia valere non poterunt.

XV. FLAVIUS RECESVINTUS REX ⁶.

De holographis scripturis.

Quia interdum necessitas ita sæpe concurrat, ut solemnitas legum libere compleri non possit, ideo ubi qualitas locorum ita constiterit, ut non inveniatur testes per quos iuxta legum ordinem unusquisque suam alliget voluntatem, manu propria scribat ea, quæ ⁷ ordinat, ita ut specialiter adnotentur quæcumque iudicare ⁸ voluerit, vel quæ de rebus suis habere quemquam elegerit: dies quoque et annus habeatur in eis evidenter expressus. Deinde toto scripturæ textu conscripto, rursus auctor ipse subscribat, et dum hæc scriptura infra triginta annos ad eum, in cuius nomine facta est, vel ad successores eius pervenerit, eam episcopo vel iudici infra sex menses non differat præsentare. Quam sacerdos idem, et iudex adlatis sibi tribus aliis scripturis, in quibus testatoris subscriptio reperitur, ex earum contropatione considerent, si certa et evidens scriptura est, quam idem conditor holographa ratione conscripserit, et dum ista præviderint eadem chartula quæ offertur vera nihilominus habeatur, atque etiam continuo sacerdos ipse vel iudex, sive alii testes idonei eandem holographam scripturam sua denuo subscriptione confirmant, et sic voluntas ipsius testatoris plenissimam obtineat firmitatem.

XVI. FLAVIUS RECESVINTUS REX ⁹.

De contropatione scripturarum, et earum pœna solvenda.

Sicut ubi convenit miseranter occurrere salutaria remedia non negamus, ita ubi contentio irrationabilis exoritur, censuram ponere iuste debemus. Proinde cum de quibus-

libet scripturis parentum, quas tamen iustissime ac legitime, et de rebus sibi debitis patuerit esse conscriptas, fuerit exorta contentio, si ille, cui scriptura profertur, nescire se dixerit ipsius scripturæ veritatem, mox prolator ille iurare cogatur ¹⁰ nihil fraudis, nihil læsionis in ea quandoque aut a se factum esse, aut ab alio quocumque factum, omnimodo cognovisse vel nosse, sed ita manere sicut auctor eius eam voluit, vel ordinare, vel roborare. Deinde ille, qui hanc ¹¹ renuit accipere, cogatur iurare se hanc scripturam veram esse nescire, nullaque evidenti cognitione sapere, seu ab auctore suo legitime ac legaliter confectam existere, neque subscriptionem vel signum auctoris veridice factum cognoscere. Post hæc quærenda sunt ab utrisque partibus in scriniis domesticis instrumenta chartarum, ut contropatis aliarum scripturarum subscriptionibus atque signis possit agnosci, utrum habeatur idonea, an res ¹² probetur indigna. Iam tunc si in domesticis scriniis scripturæ auctoris repertæ non fuerint, ad quarum similitudinem scriptura prolata firmetur, ita demum ille, qui scripturam profert, ubicumque potuerit, alias scripturas auctoris procuret inquirere, per quarum similitudinem scripturam, quam profert, veram esse confirmet. Sicque per talem convenientiam latenti veritate reperta, nec ille qui scripturam profert in convincendo eam esse idoneam ex longinquo testes advocans, damna sustineat; nec ille qui hanc contemnit recipere, pœnam scripturæ cogatur implere. Quibus ita actis, si ille qui scripturam indignam esse contendit, non pro veritatis cognitione, sed pro sola commotione partis adversæ ad convincendam dignitatem scripturæ, et in adducendis testibus, et in suslinendis dispendiis laborare adversantem fecerit, tunc ipse qui scripturam profert veram, exhibitis testibus esse idoneam et inlæsam scripturam adfirmet, ac postea sic ille, qui per contentionem indebitam in adducendis testibus laborem intulit adversanti, pœnam damni quam scriptura continet, evidenter adimpleat. Certe si aut tanta res non est unde pœnam suppleat, quam auctor eius instituit, quum de rebus suis legitimum iudicium ferret, aut etiam sponte sua hanc ipsam pœnam noluit implere; rem, quæ illi de eiusdem auctoris competit iure, ei quem convexabit indebite, cogatur cessionis ordinem ¹³ dare. Hanc sane legem in solis parentum scripturis servandam esse decernimus, propter quod filios vel nepotes iniusta contentione ab alterutro, aut se, aut extraneorum partes vidimus convexare. Ista evidenter conditione servata, ut si ex aliis oppositionibus legum eadem scriptura dicitur ¹⁴ convellenda, vox impugnantis pro certo sit libera.

XVII. ¹⁵ FLAVIUS CINTASVINTUS REX. ¹⁶.

Ne aliud quisque per testem, aliud per scripturam alligare præsumat.

Quum, sive sint verba, sive scripturarum quædam indicia, quæ tamen vera esse oportet, atque simplicia, per quæ unus in alterius cognitionem transferat notitiam suam, novellis nunc peragitur argumentis, ut in donationibus, transactionibus, vel causis scripturarum prompta videatur quorundam donatorum voluntas, quæ tamen testibus occulte aliud alliget, quam quod patulæ per scripturæ seriem nos-

¹ *Tolet.-goth. auctorem, et inscriptionem tacet. Legion. adiungit: Antiqua*

² *Emilian. et Card. referunt: vel scriptura facta esse dinoscitur, de proprio &c.*

³ *Tolet.-goth. auctoris, et inscriptionis obliviscitur. Card. Rcs. Rex. Legion. Antiqua*

⁴ *Vigil. cod. ad marginem huius epigraphes legitur: adplicatione vice verbi: contropatione*

⁵ *Emilian. Card. et Lind. tempora obviaverint*

⁶ *Tolet.-goth. auctoris nomine, et inscriptione destituitur. Legion. adauget: Antiqua*

⁷ *Tolet.-goth. manu propria subscribant ea, quæ ordinare desiderant. Card. Legion. et Lind. manu propria scribat ea, quæ ordinare desiderat*

⁸ *Lind. ordinare*

⁹ *Tolet.-goth. auctorem, et inscriptionem præterit. Legion.*

addit: Antiqua

¹⁰ *Tolet.-goth. cogatur nihil læsionis*

¹¹ *Card. et Lind. eam*

¹² *Tolet.-goth. Emilian. et Card. an reprobetur indigna. Legion. an reprobetur indigna*

¹³ *Lind. ordine*

¹⁴ *Legion. noscitur*

¹⁵ *In codice Emilian. super huius XVII. legis epigraphen sequens adnotatio litteris, quibus codex, conscripta invenitur: Intromissa lex ista in libro secundo, titulo quinto, era quinta. Infra mox prosequitur: Flavius Glosus Egica Rex*

In Toletano vero huiusce legis XVII. ibi non repertæ in locum suffectam, quam nuper inter IX. et X. memoratam reliquimus sub hoc titulo, legimus.

¹⁶ *Card. et Lind. Fls. Gls. Egica Rex. Legion. addit: Antiqua.*

citur definisse, in qua bifariæ duplicitatis astutia quid aliud quam duplex comprobatur voluntas, quia simplicitatis puritate exclusa, aliud foris publicet, aliud per occultum alliget testem? Quapropter cum quisquis de quibuslibet rebus scripturam donationis vel venditionis in alterius nomine faciens aliud reperiatur conligare per testem, quam quod per manifestas scripturas agnoscitur definisse, noverit se parti illi pœnam scripturæ debere persolvere, cui circumventionem callida noscitur illusisse¹, et insuper cum infamia suæ personæ quod semel eum constat dedisse, nulla unquam poterit repetitione reposita, nec testes illic ad testificandum aliud admittatur², qui aliquid aliud pro-

testetur, quam quod prolata donatoris scriptura testatur: ut repulsa deinceps omni argumentationis sollicitudine, quidquid per manifestam et legitimam scripturarum seriem definitur, nulla subornati testis machinatione devocetur³ in irritum: et hæc quidem lex inter æquales gradu vel ordine promulgata servabitur. Cæterum si eiusdem potestatis atque conditionis sit ille, qui scripturam se accipisse obiecerit, ut potius exacta ab eo, quam oblata ei scriptura credatur: quidquid de huiusmodi occasionibus⁴ ab auctore scripturæ convinci poterit, tunc et scriptura ipsa invalida erit, et res in donatoris iura possessura transibit.

LIBER III.

DE ORDINE CONIUGALI⁵.

I. TITULUS DE DISPOSITIONIBUS NUPTIARUM.

- I. *Ne sine dote coniugium fiat.*
- II. *Ut tam goto romanam, quam romano gotam matrimonio liceat sociari.*
- III. *Si puella contra voluntatem patris alio nubat, quum sit alteri dispensata.*
- IV. *De non revocandis datis arris.*
- V. *Ne viris minoris ætatis maiores femine dispensentur⁶.*

- VI. *De quantitate rerum conscribendæ dotis.*
- VII. *Ut dotem puellæ pater exigat et conservet.*
- VIII. *Ut, patre mortuo, utriusque sexus filiorum coniunctio in matris potestate consistat.*
- IX. *Si fratres, nuptias puellæ differant, aut si puella impudice nuptias præsumat.*
- X. *Ut de quibuscumque rebus dos conscripta fuerit, firmitatem obtineat.*

I. FLAVIUS GLORIOSUS RECHESVINTUS REX⁷.

Ne sine dote coniugium fiat.

Nuptiarum opus in hoc dinoscitur habere dignitatis nobile decus, si dotalium scripturarum evidens præcesserit munus. Nam ubi dos nec data est, nec confirmata⁸, quod testimonium esse poterit in coniugii dignitate futura, quando nec coniunctionem celebratam publica roborat dignitas, nec dotalium tabularum adcomitatur⁹ honestas?

II. FLAVIUS RECESVINTUS REX¹⁰.

Ut tam goto romanam, quam romano gotam matrimonio liceat sociari.

Sollicita cura in Principe esse dinoscitur, quum pro futuris utilitatibus beneficia populorum¹¹ providentur: nec parum exultare debet libertas ingenua, quum fractas vires habuerit priscae legis absoluta¹² sententia; quæ incongrue dividere maluit personas in coniuges, quas dignitas compares exæquavit in genere. Ob hoc meliori proposito salubriter censentes, priscae legis remota sententia hac in perpetuum valitura lege sancimus, ut tam gotus

romanam, quam etiam gotam romanus, si coniugem habere voluerit, præmissa petitione dignissima, facultas eis nubendi subiaceat, liberumque sit libero liberam, quam voluerit, honesta coniunctione consultum¹³ perquirendo prosapiæ, solemniter¹⁴ consensus¹⁵ comite percipere coniugem.

III.¹⁶ *Si puella contra voluntatem patris alio nubat, quum sit alteri dispensata.*

Si quis puellam cum voluntate patris, aut aliorum propinquorum parentum, quibus ex lege huiusmodi potestas tribuitur, sponsatam habuerit, et ipsa puella contemnens voluntatem patris¹⁷, ad alium tendens patri¹⁸ contradicat, ut illi non detur cui a patre¹⁹ fuerit pacta, hoc ita eam nullo modo facere permittimus. Quod si ipsa puella contra voluntatem²⁰ paternam ad alium quem ipsa cupierat, forte pervenerit, et ipse eam uxorem habere voluerit²¹, ambo in potestatem eius tradantur, qui eam cum voluntate patris²² sponsatam²³ habuerat. Et si fratres vel mater eius, aut alii parentes malæ voluntati eius consenserint, ut eam illi traderent, quem ipsa sibi contra paternam voluntatem²⁴ cupierat, et hoc ad effectum perduxerint; illi, qui hoc machinaverunt²⁵, libram auri dent

¹ Legion. qnam inclusisse
² Legion. admittatur quam quod
³ Legion. revocetur
⁴ Legion. actionibus
⁵ Tolet.-goth. De origine coniugali.
⁶ Lind. dispensentur, et de biennio placiti, quod etiam in lege.
⁷ Omnes gothici codices hanc legem, haud dubie mendose, legi X. adiungunt, quamvis alia ab alio rege lata sit, sicut in Vigil. animadversum est.
⁸ Card. et Lind. conscripta. Legion. scripta
⁹ Legion. comitatur
¹⁰ Tolet.-goth. et Card. auctorem, et inscriptionem prætereunt.
¹¹ Legion. populo
¹² Tolet.-goth. Legion. et Lind. abolita. Card. oblita

¹³ Lind. consulta
¹⁴ Tolet.-goth. solemnem consensu comitem percipere coniugem. Emilian. solemniter consensu comite percipere coniugem.
¹⁵ Card. solemnem consensu, comite permitente, percipere coniugem
¹⁶ Lind. consensu, comite permitente, percipere coniugem
¹⁷ Legion. Antiqua noviter emendata. Card. Antiqua
¹⁸ Tolet.-goth. Emilian. et Card. voluntatem parentum
¹⁹ Tolet.-goth. Emilian. Card. Legion. et Lind. parentibus
²⁰ Tolet.-goth. Emilian. Card. et Lind. a parentibus
²¹ Emilian. Card. et Lind. voluntatem parentum
²² Emilian. Card. Legion. et Lind. præsumperit
²³ Tolet.-goth. Emilian. Card. Legion. et Lind. parentum
²⁴ Card. et Legion. dispensatam. Lind. sponsam
²⁵ Emilian. et Card. contra parentum voluntatem
²⁶ Legion. annuerint

cui rex iusserit. Sic tamen ut voluntas eorum non habeat firmitatem; sed ipsi, sicut superius diximus, ambo tradantur cum omni substantia sua illi, cui antea fuerat sponsata. Eandem legem præcipimus custodiri, si pater de filiæ nuptiis ¹ definierit, et de pretio dotis convenerit, ac si ab hac vita transierit ante quam eam pater suus nuptui tradat, ut illi puella tradatur, cui a patre vel a matre pacta constiterit.

IV. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ².*De non revocandis datis arris.*

Dum præteritorum facta recolimus, futuris ponere præsumptionibus terminum consultissimum arbitramur. Quia ergo sunt plerique, qui factæ sponsionis immemores, nuptialium fœderum definitionem differant adimplere; abrogare decet huius rei licentiam, ut non unusquisque pro suo velle alteri dilationem exhibeat. Ideoque a die latæ huius legis decernimus, ut quum inter eos, qui disponendi ³ sunt, sive inter eorum parentes, aut fortasse propinquos pro filiorum nuptiis coram testibus præcesserit definitio, et annulus arrarum nomine datus fuerit, vel acceptus, quamvis scripturæ non intercurrant, nullatenus promissio violetur ⁴. Nec liceat uni parti suam immutare aliquatenus voluntatem, si pars altera præbere consensum noluerit; sed secundum legem, altera constitutione dotis impleta, nuptiarum inter eos peragatur festa celebratas.

V. FLAVIUS RECESVINTUS REX ⁵.*Ne viris minoris ætatis maiores femine disponantur.*

Ius naturæ tunc directum ⁶ in spem procreationis futuræ transmittitur, quum nuptiarum fœdus totius solemnitatis concordia ordinatur. Nam si aut ætatum ⁷, aut personarum incompetenti conditione adnectitur copulum ⁸ nuptiale, quid restat in procreationis origine, nisi ut quod nasciturum est, aut dissimile maneat, aut bifforme ⁹? Nec enim poterit in pacis concordiam nasci, quod per discordiam originis nascitur seminari. Vidimus enim quosdam non avidos amore naturæ, sed infectos cupiditatis ardore filiis suis tam inordinatim disponere fœdera nuptiarum, ut in eorum actis nec ætatum consors sit ordo, nec morum. Nam quum viris res illa dederit nomen, quod vi feminas agant, isti per repugnantia ¹⁰ naturæ conamina maribus puellulas ¹¹ anteponunt, dum infantibus adulescentulas disponationis copulo ¹² iungunt; sicque per ætatis præpostere tempus honestatis lucrum dilabi cogunt ad impudicitiam lapsum, dum puellarum avidior et maxima ætas seros tardosque virorum contemnit expectare proventus. Ut ergo male ordinata propagatio generis in ordinem a transductionibus reducat inlicitis, huius sanctione decernitur legis, ut femine minoris semper ætatis viris maioribus in matrimonio disponantur. Aliter disponatio facta, si una pars contradicere videatur, nullo modo manere iubetur. A die vero sponsionis usque ad nuptiarum diem non amplius quam biennium expectetur, nisi aut parentum, aut cognationis, vel certe ipsorum sponsorum,

si profecta sint iam ætatis, honesta et convniens ad fuerit consensio voluntatis. Sin autem in hoc fœdere inita pacta, vel definitiones prolongatione ¹³ nuptiarum communis voluntas immutare decreverit, aut si per necessitatem una persona defuerit, non amplius quam duorum annorum tempus prolongatio continebit. Et si rursum, vel quotiens fieri ita convenerit, biennii tantummodo in definitione spatium erit. Aliter quandoque arrarum, aut scripturæ deliberata ¹⁴ confectio non valebit. Si quis sane constitutum definitionis tempus absque necessitate ¹⁵ vel voluntatis consensione implere distulerit, suamque voluntatem a promissione coniugali removerit; et pœnam, quæ in placito continetur, adimpleat, et quod definitum est immutare non liceat. Mulierem autem, quam constiterit, aut unum aut plures habuisse maritos, post eorumdem virorum obitum alii viro ab adolescentiæ eius annis, seu illi qui nec uxorem habuit, sive ei quem unius, vel plurimarum coniugum vita destituit, honeste ac legaliter nubere nullatenus inlicitum erit.

VI. ¹⁶ FLAVIUS CINTASVINTUS REX.
Antiqua.*De quantitate rerum conscribendæ dotis.*

Quum de dotibus diversa sæpe inter nubentes oriatur intentio, plurimorum fit utilitati consultum, si evidens rei huius institutio nihil ultra relinquat ambiguum. Decernimus igitur, ac legis huius perpetim servatura sanctione censemus, ut quicumque ex palatii nostri primatibus, vel senioribus gentis gotorum filiam alterius, vel cuiuslibet relictam filio suo poposcerit in coniugio copulandam, seu quisquis ex prædicto ordine uxorem sibi elegerit expelendam, non amplius unusquisque in puellæ vel mulieris nomine dotis titulo conferat vel conscribat ¹⁷, rebus omnibus intromissis, quam quod ¹⁸ decimam partem rerum suarum esse constiterit. Quod si contigerit, ut quicumque parentum pro filio suo in nurus suæ nomine dotem conscribere debeat, eodem modo de eo quod eidem filio post obitum parentum suorum in portione poterit ¹⁹ evenire, decimam exinde partem per dotis titulum conferat, quod mulier vel puella nuptiis traditura obtineat, atque insuper decem pueros decemque puellas, et caballos XX., seu in ornamentis quantum mille ²⁰ solidorum summa esse constiterit, dare debet. Ita ut de his omnibus rebus in coniugium mulier adsumpta, si non reliquerit filios, facere quod voluerit liberam se noverit habere licentiam. Aut si intestata decesserit, ad maritum, aut ad propinquos mariti hæredes eadem donatio redeat. Nec erit ultra licitum puellæ parentibus, seu etiam puellæ vel mulieri ab sponso vel ab sponsi parentibus plus quidquam petere ²¹, vel in suo nomine conscribendum optare, nisi quantum nunc legis huius institutio continet. Aut si forte iuxta quod ex legibus romanis recolimus fuisse decretum, tantum puella vel mulier de suis rebus sponso dare elegerit, quantum sibi ipsa dare poposcerit. Quod si forsitan præventus sponsus scripturæ alicuius, vel sacramenti vinculo nuptiarum tempore alligetur amplius se sponsæ ²² daturum, quam quod hac lege constat esse permissum, id

¹ Legion. nuptias finierit² Tolet.-goth. et Legion. auctoris nomine, et inscriptione indigent.³ Legion. disponati⁴ Card. et Lind. violetur; cum qua datus est annulus, et definitio facta coram testibus⁵ Tolet.-goth. auctorem omittit et inscriptionem. Legion. Flavius Cintasvintus Rex. Antiqua⁶ Tolet.-goth. directum⁷ Lind. ætate⁸ Card. et Lind. copula nuptialis⁹ Card. diforme. Lind. deforme¹⁰ Tolet.-goth. per pugnantia¹¹ Legion. et Lind. puellas¹² Lind. copula¹³ Tolet.-goth. Card. et Lind. pro elongatione¹⁴ Legion. et Lind. celebrata

M.L. TOM. I.

¹⁵ Tolet.-goth. absque necessitatis aut voluntatis confessione transcendere voluerit, suamque &c.¹⁶ Tolet.-goth. auctor, et inscriptio desiderantur. Card. Fls. Rcs. Rex. Legion. additur: Antiqua noviter emendata¹⁷ Tolet.-goth. Card. et Lind. conscribat, quam quod¹⁸ Emilian. quam quod pretiatum rationabiliter mille solidorum decimam partem, &c. Legion. quam quod adpretiatum rationabiliter decimam partem, &c.¹⁹ Tolet.-goth. et Legion. evenire poterat. Emilian. venire potuerat²⁰ Emilian. quantum tot solidorum valere summa esse constiterit, sit illi conscribendi, dandique concessa libertas. Card. et Lind. quantum mille solidorum valere summam constiterit, sit illi conscribendi, dandique concessa libertas.²¹ Legion. repetere²² Card. se sponsæ datum vel daturum

postea ipse convellere, et in iuris sui potestate reducere, libero potiatur arbitrio. Sin autem aut iuramenti reverentia pavidus, aut, ut solet, negligentiae deditus, quod amplius sponsae dederat revocare aut evacuare noluerit, vel nequiverit, non oportebit unius tepiditate nullis adfuturam ¹ damna nutriri. Sed dum sponsi parentes vel propinqui tale factum agnoverint, universaque plus quam supra taxatum est, sponsae conlata sunt, suo iure absque cuiusquam praedicio perenniter vindicabunt. Certe si iam vir habens uxorem, transacto scilicet anno, pro dilectione vel merito coniugalis obsequii ei aliquid donare elegerit vel voluerit, licentiam incunctanter habebit. Nam non aliter infra anni circulum maritus in uxorem, seu mulier in maritum, excepta dote, ut praedictum est, aliam donationem conscribere poterint, nisi gravati infirmitate periculum sibi mortis imminere perspexerint ². De caeteris vero qui nubendi voluntatem habuerint, salubri etiam proposito providendum, decernendumque curabimus: ut qui in rebus omnibus decem millium solidorum dominus esse dinoscitur, ad mille solidos, rerum universarum contropatione ³ habita, in nomine sponsae suae dotem conscribat. Cui autem mille solidorum facultas est, de centum solidis tali adaeuratione dotem facturum est. Et sic ista constitutio dotalis tituli ad ultimum usque ad summum omnium controversia sopita pervenit. Data et confirmata lex sub die ⁴ II. idus ianuaris, anno feliciter tertio regni nostri ⁵.

VII. Antiqua. *Ut dotem puellae pater exigat et conservet.*

Dotem puellae traditam pater exigendi vel conservandi ipsi puellae habeat potestatem. Quod si pater vel mater defuerint, tunc fratres, vel proximi parentes dotem, quam susceperint, ipsi consorori suae ad integrum restituunt.

VIII. ⁶ Antiqua. *Ut patre mortuo, utriusque sexus filiorum coniunctio in matris potestate consistat.*

Patre mortuo, utriusque sexus filiorum coniunctio in matris potestate consistat. Matre vero mortua, aut si ad alias nuptias forte transierit, fratres eligant cui dignius puer vel puella iungatur. Quod si fratres eius ⁷ aetatis

non fuerint, ut eorum iudicio debeat germanus, aut germana committi, tunc patruus de coniunctione eorum habeat potestatem. Certe si germanus iam adulescentiae habeat aetatem, et proximorum renuit sollicitudinem, sit illis potestas condignam sibi coniunctionis querere copulam. De puella vero, si ad petitionem ipsius ⁸ is, qui natalibus eius videtur aequalis, accesserit petitor, tunc ⁹ patruus, sive frater cum proximis parentibus conloquantur, si velint suscipere petitorum, ut aut communi voluntate iungantur, aut communi iudicio denegetur.

IX. *Si fratres nuptias puellae differant, aut si puella impudice nuptias praesumat.*

Si fratres nuptias puellae sub ea conditione suspendant ¹⁰, ut ad maritum illa confugiens, iuxta legem portionem inter fratres suos de bonis parentum non possit accipere, et bis aut tertio removerint petitorum; puella, quae fratrum calliditate perspecta, maritum natalibus suis aequalem crediderit expetendum, tunc integram a fratribus, quae ei de parentum haereditate debetur, percipiat portionem. Quod si rursus nihil fratres contra sororem meditentur adversum, et idcirco morentur, ut sorori provideant digniorem, et illa honestatis suae oblita, personae suae non cogitans statum, ad inferiorem forte maritum devenerit; portionem suam sive divisam, sive non divisam, quam de facultate parentum fuerat consequutura, amittat. In fratrum vero, et sororum ¹¹, vel aliorum parentum haereditatem ingrediendi eis concedimus potestatem.

X. FLAVIUS CINTASVINTUS REX.

Ut de quibuscumque rebus dos conscripta fuerit, firmitatem obtineat.

Quum quisque aut pro se, aut pro filio, vel etiam proximo suo coniunctionis copulam appetit, an ¹² de rebus propriis, an de principum dono conlatis, an quibuscumque iustis profligationibus conquisitis iuxta modum legis latae conscribendi dotem habeat potestatem. Quodcumque autem legitime in dote conscripserit, modis omnibus plenum robur habebit.

II. TITULUS DE NUPTIIS INLICITIS.

- I. *Si post mortem mariti infra annum mulier nubat.*
- II. *Si mulier ingenua servo, vel liberto proprio sese commisceat.*
- III. *Si mulier ingenua servo alieno, seu ingenuus ancillae alienae sese coniungat.*
- IV. *Si mulier liberta servo alieno, vel libertus ancillae alienae se societ.*

I. ¹³ Antiqua. *Si post mortem mariti infra annum mulier nubat.*

Si qua mulier, post mortem mariti sui, se alii infra annum coniunxerit ¹⁴ inlicita ratione, vel adulterium fecerit, medietatem rerum suarum filii sui ex priori coniugio procreati recipiant, aut si filii desunt, alii propinquiores

- V. *Si quicumque servo alieno ancillam suam, seu servo suo alienam coniungat ancillam.*
- VI. *Si mulier, absente viro, alium sibi maritum adsumat.*
- VII. *Si domini servos suos esse mentientes ingenuos, mulieribus eos coniungant ingenuis.*
- VIII. *Si absque voluntate parentum mulier ingenua marito se coniungat ingenuo.*

defuncti viri haeredes per iudicis instantiam ipsarum rerum consequantur medietatem. Quam idcirco mulierem praecipue huic volumus subiacere dispendio, ne haec ¹⁵, quae a marito gravida relinquitur, dum immoderato desiderio ad secundi coniugii vota festinat, vel adulterium perpetrans, spem partus sui, prius quam nascatur, extinguat. Illas tantumdem a legis huius sententia iubemus ma-

¹ Legion. et Lind. ad futurum

² Tolet.-goth. persenserint

³ Lind. comprobatione

⁴ Legion. pridie idus ianuaris. Card. die pridie idus ianuarii. Tolet.-goth. et Emilian. sub die pridie idus ianuaris

⁵ Legion. addit: Recesvindi Regis Era 689. Lind. in Dei nomine Toletio

⁶ Tolet.-goth. et Emilian. auctorem et inscriptionem praeterunt. Legion. Antiqua noviter emendata

⁷ Legion. eius legitimae aetatis nondum fuerint

⁸ Tolet.-goth. si ad petitionem ipsius qui natalibus eius

⁹ Card. tunc avus vel patruus

¹⁰ Card. differant

¹¹ Tolet.-goth. consororum

¹² Lind. aut . . . aut . . . aut

¹³ Tolet.-goth. auctorem tacet et inscriptionem.

¹⁴ Tolet.-goth. Legion. Card. et Lind. coniunxerit, vel adulterium

¹⁵ Card. ne aliae quae a maritis gravidae relictae sunt . . . festinant, vel adulterium perpetrant, spem partus, priusquam nascatur, extinguant

nere indemnes, quas principalis auctoritas, infra tempus hac lege constitutum, cuilibet in coniugio decreverit copulandas.

II. *Si mulier ingenua servo vel liberto proprio sese commisceat.*

Si ingenua mulier servo suo vel liberto proprio se in adulterio miscuerit, aut forsitan eum maritum habere voluerit, et ex hoc manifesta probatione convincitur, occidatur: ita ut adulter, et adultera ante iudicem publice fustigentur, et ignibus concrementur. Quum autem per reatum tam turpis admissi quicumque iudex, in quacumque regni nostri provincia constitutus, agnoverit dominam servo suo, sive patronam liberto fuisse coniunctam, eos separare non differat: ita ut bona eiusdem mulieris, aut si sunt de alio viro idonei filii evidenter oblineant, aut propinquis eius legali successione proficiant. Quod si usque ad tertium gradum defecerint hæredes, tunc omnia fiscus usurpet¹: ex tali enim consortio filios procreatos constitui non oportet hæredes. Illa vero, sive virgo², sive vidua fuerit, pœnam excipiat superius comprehensam. Quod si ad altaria sancta confugerit, donetur a rege, cui iussum fuerit perenniter servitura.

III.³ *Si mulier ingenua servo alieno, seu ingenuus ancillæ alienæ sese coniungat.*

Si mulier ingenua servo alieno, sive Regis se matrimonio sociaverit, sive etiam per adulterium iungere præsumperit; statim ubi primum hoc iudex agnoverit, eos ad separandum festinare non differat, ut pœnam, quam merentur, excipiant, hoc est, singuli eorum centena flagella suscipiant. Et si post hanc contradictionem se iterum coniunxerint, iudex eos comprehendi iubeat, et in sua præsentia exhiberi, ut unicuique eorum iteratim centena flagella imponere non desistat. Quod si tertia vice se separare noluerint, similiter centena flagella eisdem imponi iubemus, et ipsa mulier parentibus suis in potestate tradatur. Quod si postmodum eam parentes retrorsum dimiserint, sit ancilla domino eius servi. Filii tamen, quandocumque, et quanticumque ex ea iniquitate fuerint procreati, conditionem patris sequantur, ut in servitio permaneant. Facultatem vero mulieris propinqui sui legali successione conquirant⁴. Quod si hi, qui de tali contubernio extiterint geniti, XXX. annos per testem legitimum se ingenuos mansisse docuerint, a servitutis catena soluti ingenuitatis se gaudeant annulo⁵ decorati, si tamen parentes eorum infra illud tricennium, quo filii ipsorum se ingenuos esse probaverint, nihil de conditione servitutis dominis suis persolverint, unde ipsi filii eorum videbantur servituti obnoxii. Ipsam autem legem præcipimus custodiri, et de viris ingenuis, qui regias ancillas, vel etiam cuiuscumque habuerint copulatas, ut conditionis hæc forma servetur.

IV.⁶ *FLVS. CTSTS. REX.*

Si mulier liberta servo alieno, vel libertus ancillæ alienæ se societ.

Si mulier liberta servo alieno se coniunxerit, aut in matrimonio sociaverit, contestetur ei tertio dominus servi præsentibus tribus testibus, ut ab hac coniunctione discedat: et si post trinam conventionem⁷ se separare noluerit, sit ancilla domino eius, cuius servo coniunxit. Si

vero non contestata fuerit, antequam filii nascantur, illa in libertate permaneat. Agnatio autem servi domino deputetur, quia liberi esse non possunt qui ex tali conditione nascuntur. Similis et de manumissis viris, qui se cum ancillis alienis miscuerunt, huius legis forma servetur. Nam si cum domini voluntate et permissione servo alieno manumissi se forte coniunxerit, et cum ipso domino servi placitum fecerit, omnino placitum ipsum iubemus stare.

V.⁸ *Si quicumque servo alieno ancillam suam, vel servo suo alienam coniungat ancillam.*

Quicumque ancillam suam servo alieno sine conscientia domini sui uxorem dederit, et hoc certis probationibus inveniatur, dominus servi ancillam ipsam cum filiis⁹ omnimodis suis vindicabit. Similiter et de illis ordinamus, qui servo¹⁰ suo ancillam alienam coniunxerit, ut conditionis hæc forma servetur.

VI.¹¹ *Si mulier, absente viro, alium sibi maritum assumat.*

Nulla mulier, viro suo absente, alteri viro se præsumat coniungere, usque dum de viro suo certis agnoscat iudiciis, si vere mortuus fuerit; quod similiter, et ille inquirat, qui eam sibi vult in coniugium copulare. Si vero hoc facere distulerint, et sic se illicita præsumptione coniunxerint, et postmodum prior maritus reversus fuerit, ambo ei in potestate tradantur, et quod de eis facere voluerit, seu vendendi, seu quodlibet faciendi habeat potestatem.

VII. *FLAVIUS CINTASVINTUS REX*¹².

Si domini servos suos esse mentientes ingenuos, mulieribus eos coniungant ingenuis.

Resistendum est pravorum ausibus, ne pravitalis amplius frena laxentur. Plerique enim studio cupiditatis inlecti solent interdum mulieres ingenuas, puellasque prave decipere, et simulantes ad tempus servos suos esse ingenuos, hortantur eas maritos illos accipere, quos postea natis prolibus in servitum facile possint reducere¹³. Ut ergo fraudis huius aditus extirpetur, præsentem iugiter mansura lege sancimus, ut deceptores rei istius manifeste detecti crimine notentur infamiæ. Et illi, quos sub nomine ingenuitatis antedictis personis reperiuntur associasse, sic ingenui cum filiis suis perenniter maneat, sicut eos ipsorum domini ingenuos professi iam antea fuerant; sed et res omnes tempore nuptiarum acceptas seu promissas, mulier vel puella sibimet vindicabit, si per idoneam probationem convicerit¹⁴, maritum de quo agitur sub ingenuitatis spe¹⁵ sibi sociatum fuisse. Certe si puella vel mulier, aut etiam ipsorum parentes, id quod prædictum est, ita factum adprobare nequiverint, servos pariter, et eorum filios una cum rebus omnibus indubitanter petitor obtinebit. Hic et de illis ancillis ordo servandus est, quæ viris ingenuis tali fraude noscuntur esse coniunctæ. Nam et de libertis, quos ita constiterit copulatos existere ancillis aut servis¹⁶, huius servanda erit sanctio legis.

VIII.¹⁷ *Antiqua. Si absque voluntate parentum mulier ingenua marito se coniungat ingenuo.*

Si puella ingenua ad quemlibet ingenuum venerit in ea conditione, ut eum sibi maritum adquirat, prius cum

¹ *Legion.* suscipiat

² *Card.* seu virgo, aut corrupta, sive vidua fuerit

³ *Legion.* Cindasvindus Rex. Antiqua. *Card.* Antiqua.

⁴ *Tolet.-goth. et Emilian.* conquirant. Ipsam autem legem &c.

⁵ *Legion. Card. et Lind.* titulo

⁶ *Lind.* Fls. gls. Rchds. Rex. *Legion.* Antiqua.

⁷ *Card.* contestationem. *Lind.* commonitionem vel contestationem

⁸ *Legion.* Fls. glo. Cindasvindus Rex.

⁹ *Card. et Lind.* cum filiis sibi omnimodis vindicabit

¹⁰ *Card.* qui servos suos ancillis alienis

¹¹ *Legion.* Antiqua nova lex.

¹² *Tolet.-goth. auctoris caret nomine, et legis inscriptione. Legion.* Flav. Cindasvindus Rex. Antiqua noviter emendata.

¹³ *Tolet.-goth. Emilian. Card. et Lind.* redigere. *Legion.* recipere.

¹⁴ *Tolet.-goth.* convincitur. *Lind.* convicerit

¹⁵ *Legion.* specie

¹⁶ *Tolet.-goth.* servulis

¹⁷ *Tolet.-goth. Emilian. et Card.* auctorem, et inscriptionem tacent.

puellæ parentibus conloquatur; et si ¹ obtinuerit uti eam uxorem habere possit, pretium dotis parentibus eius, ut iustum est, impleatur. Si vero hoc non potuerit obtinere, puella in parentum potestate consistat. Quod si absque cognitione et consensu parentum eadem puella sponte fuerit viro coniuncta, et eam parentes in gratiam recipere

noluerint, mulier cum fratribus suis in facultate parentum non succedat, pro eo quod sine voluntate parentum transierit pronior ad maritum. Nam de rebus suis, si aliquid ei parentes donaverint ², habeat potestatem: ipsa quoque de donatis et profligatis rebus, faciendi quod voluerit libertatem habebit.

III. TITULUS DE RAPTO VIRGINUM, VEL VIDUARUM.

- I. *Si ingenuus ingenuam rapiat mulierem, licet illa virginitatem perdat, iste tamen illi coniungi non valeat.*
- II. *Si a potestate raptoris puellam parentes eripere potuerint.*
- III. *Si consentiant raptori parentes de sponsata puella.*
- IV. *Si fratres, vivo an ³ defuncto patre, consentiant raptori sororis.*
- V. *Si quicumque rapiat alienam sponsam.*
- VI. *Si quispiam de raptoribus occidatur.*
- VII. *Infra quod tempus liceat accusare raptorem, et si*

parentibus vel puellæ cum raptore de nuptiarum definitione conveniat.

- VIII. *Si servi mulierem ingenuam rapuerint.*
- IX. *Si servus mulierem libertate traditam rapuerit.*
- X. *Si servus ancillam alterius rapuerit.*
- XI. *De sollicitatoribus filiarum, vel uxorum alienarum, vel etiam viduarum, ac de his, qui puellam vel viduam ingenuam, absque regio iussu, violenter dare marito præsumpserint.*
- XII. *De ingenuis atque servis quos in raptu interesse constiterit.*

- I. ⁴ Antiqua. *Si ingenuus ingenuam rapiat mulierem, licet illa virginitatem perdat, iste tamen illi coniungi non valeat.*

- III. ⁹ *Si consentiant raptori parentes de sponsata puella.*

Si quis ingenuus rapuerit virginem vel viduam, si, antequam integritatem virginitatis aut castitatis amittat, puella vel vidua potuerit a raptu ⁵ revocari, medietatem rerum suarum ille qui rapuit perdat, ei quam rapuerat consignandam. Si vero ad immunditiam quam voluerit raptor potuerit pervenire, in coniugio puellæ vel viduæ mulieris quam rapuerat per nullam compositionem iungatur; sed cum omnibus rebus suis tradatur ei, cui violentus fuit, et CC. insuper in conspectu omnium publice ictus accipiat flagellorum, et careat ingenuitatis suæ statu, parentibus eiusdem, cui violentus extiterat, aut ipsi virgini vel viduæ quam rapuerat, in perpetuum serviturus: ita ut ad eius, quam rapuerat, coniugium nullo unquam tempore redeat. Quod si factum fortasse constiterit ⁶, quidquid de raptoris rebus pro contumelio suo perceperat, una cum ipso raptore amittat, illis proculdubio parentibus profutura, quorum hoc negotium fuerit exsequutum instantia. Quod si vir de alia uxore filios habens legitimos, raptum postea fecisse convincitur, ipse videlicet solus in eius quam rapuit serviturus potestate tradatur. Res tamen raptoris filii eius legitimi obtinebunt.

Si parentes raptori consenserint, pretium filiæ suæ quod cum priore sponso definisse noscuntur, in quadruplum eidem sponso cogantur exsolvere. Idem vero raptor legibus sponso inexcusabiliter maneat abdicatus.

- IV. ¹⁰ Antiqua. *Si fratres, vivo an defuncto patre, consentiant raptori sororis.*

Si, vivo patre, fratres consenserint raptori, aut in raptu sororis conscii comprobantur ¹¹, excepta morte, damnum quod de raptoribus est constitutum, excipiant. Si vero post obitum patris fratres sororem suam raptori tradiderint, vel raptori levandam consenserint, pro eo quod eam vel vili personæ, vel contra voluntatem suam nuptui tradiderint, cuius etiam honorem debuerant exaltare, medietatem facultatis suæ amittant, ipsi nihilominus sorori suæ tradendam, et insuper in præsentia aliorum a iudice quinquagena flagella suscipiant; ut hoc alii commo-niti terrore formident. Adiutores vero raptoris, qui cum ipso fuerint, disciplinam legis accipiant, sicut est in lege alia constitutum. Raptor autem inexcusabiliter superiori lege, et in rebus et in status sui dignitate damnetur.

II. FLVS. RGSNTS. REX ⁷.

- V. Antiqua. *Si quicumque rapiat alienam sponsam.*

Si a potestate raptoris puellam parentes eripere potuerint.

Si parentes mulierem vel puellam raptam excusserint, ipse raptor parentibus eiusdem mulieris vel puellæ in potestate tradatur, et ipsi mulieri penitus non liceat ad eundem virum se coniungere. Quod si facere præsumpserint, ambo morti tradantur. Si certe ad episcopum vel ad altaria sancta confugerint, vita ⁸ concessa, omnibus modis separentur, et parentibus raptæ servituri tradantur.

Si quicumque alienam sponsam rapuerit, de facultatibus raptoris ipsius medietatem puellæ, aliam vero medietatem sponso iubemus addici. Quod si minimam aut nullam habeat facultatem, his quos supra memoravimus, cum omnibus quæ habuerit, tradatur ad integrum, ita ut, venundato raptore de eius pretio æquales habeant portiones. Ipse autem raptor, si peractum scelus est, puniatur.

- VI. Antiqua. *Si quispiam de raptoribus ¹² occidatur.*

Si quis de raptoribus ¹³ fuerit occisus ¹⁴, pro homicidio non teneatur, quod ¹⁵ pro defendenda castitate commissum est.

¹ Tolet.-goth. Emilian. et Legion. et si obtinuerit eam uxorem habere posse

² Tolet.-goth. Emilian. Legion. et Card. donare voluerint

³ Legion. et Lind. aut. quemadmodum in lege statuitur.

⁴ Tolet.-goth. et Emilian. auctoris nomine, et inscriptione vacant. Card. Antiqua noviter emendata.

⁵ Legion. a raptore

⁶ Legion. contigerit

⁷ Card. Fls. Rcs. Tolet.-goth. auctorem, et inscriptionem prætermittit.

⁸ Emilian. et illis a Rege fuerit vita concessa

⁹ Legion. et Card. Antiqua.

¹⁰ Legion. Fls. Cindasvindus Rex.

¹¹ Legion. probantur

¹² Card. de raptoribus aut adulteris

¹³ Card. aut adulteris

¹⁴ Legion. occisus, mors eius pro homicidio. Lind. occisus, ille qui percussit ad homicidium non teneatur

¹⁵ Legion. quia

VII. FLVS. CNTSNTS. REX.
Antiqua.

Infra quod tempus liceat accusare raptorem, et si parentibus vel puellæ cum raptore de nuptiarum definitione conveniat.

Raptorem virginis vel viduæ infra XXX. annos omnino liceat accusare. Quod si cum puellæ parentibus, sive cum eadem puella vel vidua de nuptiis fortasse convenerit, inter se agendi licentia negari non poterit. Transactis autem XXX. annis, omnis accusatio sopita manebit.

VIII. FLVS. RCSTS. REX ¹.

Si servi mulierem ingenuam rapuerint.

Æquitatis opportunitas exigit legem ponere sequuturis, unde dubitationis occasio inter præsentis occurrit. Si servi igitur, sciente domino vel iubente, raptum ² facere præsumpserint, ad omnem legalem ³ satisfactionem servorum dominus iudicis instantia compellendus est. Quod si extra voluntatem domini servi talia perpetraverint, iudicis iidem sententia comprehensi, ac decalvationis fœditate mulctati, trecentenis insuper singuli flagellorum ictibus verberentur. Ille tamen servus, qui idem se ingenuæ mulieri per rapinam copulari quæsivit, pœnali sententiæ subiacebit.

IX. FLVS. CNTSNTS. REX ⁴.

Si servus mulierem libertati traditam rapuerit.

Si servus libertam rapuisse detegitur, quoniam iam non unius conditionis esse noscuntur, ideo si idoneus est servus, qui talia fecisse ⁵ detegitur, et idoneam libertam rapuisse invenitur, si voluerit ⁶ dominus eius C. solidos pro eo componat. Si certe ⁷ noluerit, eundem servum tradere non desistat, ita ut ipsi mulieri ultra non liceat eundem raptorem sibi in coniugio copulari ⁸. Quod si ad eius aliquando coniugium venerit, et filii exinde fuerint procreati, dominus ille, cuius servus rapti crimen admiserat, et servum et agnationem sibi vindicet servituram. Sin autem rusticus, aut vilissimus servus esse noscitur, et similem libertam rapuisse cognoscitur; quantum ipsum servum valere constiterit, tantum pretium dominus servi prædictæ mulieri persolvere procurabit ⁹: ipse vero servus centenis flagellorum ictibus verberetur, et turpiter de-

calvatus, et in potestate domini sui erit perpetim permanens.

X. FLAVIUS CINTASYINTUS REX ¹⁰.

Si servus ancillam alterius rapuerit.

Si servus ancillam iuris alieni rapuerit, ducentorum flagellorum verberibus cæsus ac decalvatus, ab ancilla etiam, si dominus ancillæ voluerit, absque dubio separetur.

XI. *De sollicitatoribus filiarum, et uxorum alienarum, vel etiam viduarum, ac de his qui puellam aut viduam ingenuam, absque regio iussu, violenter dare marito præsumpserint.*

Omne quod honestatem vitæ commaculat, legalis necesse est ut censura coerceat. Idcirco sollicitatores adulterii uxorum, vel filiarum alienarum, atque viduarum, sive sponsarum, si per ingenuum vel ingenuam, seu per servum aut ancillam, atque etiam libertum aut libertam, mox manifestis indiciis talium scelerum mandatum deferentes patuerint, cum his etiam, a quibus misi fuerint ¹¹, iudicis instantia comprehensi, in eius potestate tradantur, cuius uxorem, vel filiam, aut sponsam sollicitasse reperiuntur: ut illi quoque de eis quod voluerit sit iudicandi libertas, quem vel coniugalis ordo, vel parentalis propinquitas huius ultorem criminis legaliter esse demonstrat. Illi quoque, qui puellam ingenuam vel viduam, absque regia iussione, marito violenter præsumpserint tradere, quinque libras auri ei, cui vim fecerint, cogantur exsolvere, et huiusmodi coniugium, si mulier dissentire probatur, irritum nihilominus habeatur.

XII. FLAVIUS GLORIOSUS RECESVINTUS REX ¹².

De ingenuis atque servis quos in raptu ¹³ interesse constiterit.

Qui in raptu ¹⁴ interfuisse dinoscitur, si liber est, sex auri uncias reddat, et L. ictus flagellorum publice extensus accipiat. Nam si servus fuerit, et sine domini voluntate hoc fecerit, centum publice flagella suscipiat. Quod si servus in raptu ¹⁵ interfuerit cum domini voluntate, dominus ita pro eo componat, sicut et ingenuis est constitutum.

IV. TITULUS DE ADULTERIIS.

- I. *Si, connivente, aut non connivente uxore, cum alio viro adulterium fiat.*
- II. *Si puella vel mulier disponata adulterasse reperiatur.*
- III. *De adulterio uxoris.*
- IV. *Si adulter cum adultera occidatur.*
- V. *Si pater vel propinqui in domo adulteram occiderint filiam.*
- VI. *Quod servi præventos adulteros occidere non iubentur.*
- VII. *Si puella, vel vidua ad domum alterius pro adulterio venerit, eamque vir ipse coniugem habere velit.*
- VIII. *Si mulier ingenua sponte adulterio cuicumque se misceat ad viro.*

- IX. *Si mulier ingenua marito alterius sese adulterii iungat stupro.*
- X. *Pro adulterio torquendos servos et ancillas in capite dominorum.*
- XI. *Si pro celando adulterii scelere mancipium libertati tradatur.*
- XII. *De adulterorum coniugum rebus.*
- XIII. *De personis quibus adulterium accusare conceditur, et qualiter perquiri aut convinci iubetur.*
- XIV. *Si ingenuus sive servus virginem aut viduam ingenuam violenter polluisse adulterio detegitur ¹⁶.*
- XV. *Si ingenuus, sive servus, nesciente domino, alienam consentientem adulterasse convincitur ancillam.*

¹ Tolet.-goth. Flvs. Cnds. Rex. Legion. addit: Antiqua.

² Emilian. raptum virginum

³ Legion. legis

⁴ Legion. Antiqua.

⁵ Tolet.-goth. Emilian. Card. Legion. et Lind. commisisse

⁶ Emilian. si voluerit pro servo compositionem dominus dare, aut C. solidos mulieri componat, aut si noluerit, eundem servum pœnæ supplicio tradere non desistat, ita &c.

⁷ Legion. Si autem

⁸ Tolet.-goth. Legion. et Lind. copulare.

M.L. Tom. I.

⁹ Legion. procuret

¹⁰ Legion. adauget: Antiqua.

¹¹ Card. fuerint, aut si minime missi extiterunt, iudicis instantia &c.

¹² Tolet.-goth. auctorem, et inscriptionem omittit. Card. Fls. Chds. Legion. Fls. Cnds. R. Antiqua.

¹³ Card. in raptu vel adulterio

¹⁴ Card. in raptu vel adulterio

¹⁵ Card. in raptu vel adulterio

¹⁶ Legion. et Lind. detegatur.

XVI. *De adulterio ancillæ, si cum adultero violenter id fecisse probetur.*
 XVII. *De meretricibus ingenuis, vel ancillis, aut si ea-*

rum scelus iudices perquirere, vel corrigere noluerint.

XVIII. *De immunditia Sacerdotum et Ministrorum.*

I. Antiqua. *Si, connivente, aut non connivente uxore, cum alio viro adulterium fiat.*

Si quis uxori alienæ adulterium intulerit violenter, si ipse adulter filios habens legitimos talia perpetraverit, ipse solus absque rebus addicatur marito mulieris. Si autem filios legitimos non habuerit, quibus facultas sua deberi legitime possit, cum omnibus rebus suis in potestate mariti mulieris deveniat, ut in eius potestate vindicta consistat. Quod si mulieris fuerit fortasse consensus, marito similis sit potestas de his faciendi quod ei placet.

II. ¹ Antiqua. *Si puella ² vel mulier dispensata adulterasse reperiatur.*

Si inter sponsum et sponsæ parentes, aut cum ipsa forsitan muliere, quæ in suo consistit arbitrio, dato pretio, et sicut consuetudo est, ante testes facto placito de futuro coniugio, aut cum parentibus ³ eius, quibus lex potestatem tribuit, facta fuerit definitio, et postea puella vel mulier adulterium commisisse detegitur, aut fortasse alteri viro se dispondisse, vel in coniugio sociasse probatur, una cum adultero, sive iniusto marito, vel sponso illicito, quem sibi contra priorem definitionem sociare præsumpsit, in potestate prioris tradantur sponsi cum rebus suis omnibus servituri; si tamen filios de priori coniugio adulter ille vel transgressor, seu mulier ipsa non habuerit. Quod si filios legitimos habere probantur, tunc omnes res ad eosdem filios pertinebunt. Ipsi tamen, id est, tam mulier ipsa scelerata, quam etiam vir ille, qui eam adulterasse, aut dispensasse, vel in coniugio sibi sociasse dinoscitur, in potestate illius, cui primum prædicta mulier pactita ⁴ fuerat, servituri tradantur ⁵.

III. Antiqua. ⁶ *De adulterio uxoris.*

Si cuiuslibet uxor adulterium fecerit, et deprehensa non fuerit, ante iudicem competentibus signis vel indiciis maritus accuset. Et si mulieris adulterium manifeste patuerit, adulter et adultera secundum superioris legis ordinem ipsi tradantur, ut quod de eis facere voluerit, in eius proprio consistat arbitrio.

IV. Antiqua. *Si adulter cum adultera occidatur.*

Si adulterum cum ⁷ adultera maritus vel sponsus occiderit, pro homicidio non teneatur.

V. FLVS. RCSTS. REX ⁸.

Si pater vel propinqui in domo adulteram occiderint filiam.

Si filiam in adulterio pater in domo sua occiderit, nullam pœnam aut calumniam incurrat. Si certe eam reservare ⁹ voluerit, faciendi de ipsa et de adultero quod voluerit habeat potestatem. Similiter et fratres, sive patrum post obitum patris faciendi habeant potestatem.

¹ *Tolet.-goth.* Noviter emendata antiqua.

² *Legion.* Si puella dispensata

³ *Legion.* aut cum parentibus eius virginis, aut cum muliere, quæ in sua manet potestate, facta fuerit definitio

⁴ *Tolet.-goth. et Lind.* pacta

⁵ *Lind.* tradantur: ut de his quod voluerit faciendi habeat potestatem, et pretium ad illum sponsum, qui dederat, revertatur.

⁶ *Tolet.-goth.* Noviter emendata antiqua.

⁷ *Vigil.* adulterum vel adulteram

⁸ *Tolet.-goth. auctoris nomine, et inscriptione distituitur. Legion. et Card.* Antiqua.

⁹ *Tolet.-goth. et Legion.* servare

VI. Antiqua. *Quod servi præventos adulteros occidere non iubentur.*

Sicut parentibus in domo repertos adulteros necare conceditur, ita præventos a servis perimi non iubetur. Sed quam eos servi repererint, sub honesta custodia teneant, donec aut domino domus, aut iudici præsentandos exhibeant, et detectos certis indiciis legalis pœna percellat.

VII. Antiqua. *Si puella vel vidua ad domum alterius pro adulterio venerit, camque vir ipse coniugem habere velit.*

Si puella ingenua seu vidua ad domum alienam adulterii perpetratione ¹⁰ convenerit, et ipsam ille uxorem habere voluerit, et parentes, ut se habeant, adquiescant; ille pretium det parentibus quantum parentes puellæ velint, vel quantum ei cum ipsa muliere convenire poterit. Mulier ¹¹ vero de parentum rebus nullam inter fratres suos, nisi parentes voluerint, habeat portionem.

VIII. Antiqua. *Si mulier ingenua sponte adulterio cui-cumque se misceat viro.*

Si ingenua mulier cuicumque viro se adulterio volens miscuisse detegitur, si eam ipse uxorem habere voluerit, habeat potestatem. Si autem noluerit, suæ imputet culpæ, quæ se adulterio volens miscuisse cognoscitur.

IX. Antiqua. *Si mulier ingenua marito alterius sese adulterii iungat stupro.*

Si qua mulier ingenua marito alicuius adulterio se sociaverit, et hoc ¹² manifestis ¹³ indiciis convicta patuerit, addicatur uxori cuius marito se miscuit, ut in ipsius potestate vindicta consistat ¹⁴.

X. ¹⁵ Antiqua. *Pro adulterio torquendos servos et ancillas in capite dominorum.*

Pro causa adulterii etiam in domini dominæve capite, servi vel ancillæ torquendi sunt, ut veritas certius possit inveniri, et indubitanter agnosci.

XI. Antiqua. *Si pro celando adulterii scelere mancipium libertati tradatur.*

Si quis pro occultanda veritate mancipium manumittat, ne possit pro adulterii probatione torqueri, libertas data non valeat.

XII. ¹⁶ *De adulterorum coniugum rebus.*

Præteritæ quidem legis sanctione constitutum recolimus, adulteram mulierem, pariter et adulterum marito eius tradi debere. Tamen quia de rebus eorum sæpe iudices dubitare contingit, ideo specialiter decernere necessarium extitit, ut si uxoris adulterium, proponente viro,

¹⁰ *Legion. et Lind.* adulterii causa venerit

¹¹ *Card. Legion. et Lind.* puella

¹² *Legion. et Lind.* et ex hoc

¹³ *Legion. et Card.* manifesta probatione convincitur. *Lind.* manifestis indiciis et probatione convincitur.

¹⁴ *Card. insuper addit:* si tamen uxor consentanea huius adulterii non adprobatur.

¹⁵ *Emilian. Legion. et S. J. R. auctorem et inscriptionem prætereunt.*

¹⁶ *Tolet.-goth.* Flvs. Cindasvindus Rex. Noviter emendata. *Legion.* Fls. Gls. Cindasvintus Rex. Antiqua noviter emendata. *Card.* Fls. Chds. Antiqua. *Lind.* Fls. Chds. Rex.

manifeste patuerit, et tam adultera, quam adulter de priori coniugio legitimos filios non habuerint, omnis eorum hæreditas marito mulieris adulteræ cum personis pariter addicatur. Certe si filios legitimos de priori coniugio adulter habuerit, ipsis eius hæreditas et omnibus pertinebit, et huius tantum persona marito adulteræ subiacebit. Uxor autem adultera, si de priori coniugio, vel ¹ postremo legitimos filios habere dinoscitur, sequestrata filiis de priori coniugio portione, et in eorum potestate redacta, sic suorum filiorum, ex eadem quæ postmodum in adulterio convincitur, coniuge creatorum, maritus eius portionem obtineat ², ut post suum obitum eisdem filiis relinquat possidendam. Ita tamen, ut postquam uxor adultera in potestatem fuerit mariti redacta, nulla sit illi ulterius, vel fornicandi cum ea, vel in coniugium illam sibi sociandi licentia. Nam si fecerit, ipse quidem nihil de rebus eius habiturus est; omnis tamen mulieris facultas, aut filii eius legitimis, aut, si filii defuerint, hæredibus mulieris ex toto proficiat. Similis ratio et de sponsatis forma servetur.

XIII. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ³.

De personis, quibus adulterium accusare conceditur, et qualiter perquiri aut convinci iubetur.

Si perpetratum scelus legalis censura non reprimit, sceleratorum temeritas ab adsuetis ⁴ vitiis nequaquam quiescit. Ideoque quia quorundam interdum uxores viros suos abominantes, seseque adulterio polluentes, ita potionibus quibusdam vel maleficiorum factionibus eorumdem viro- rum mentes alienant atque præcipitant, ut nec agniti uxoris adulterium accusare publice vel deferre ⁵ valeant, nec ab eiusdem adulteræ coniugis consortio vel dilectione discedant; id in causis talibus omnino servandum est, ut si eiusdem adulteræ, aut ⁶ decepti mariti ætate sunt legitimi filii, ipsis iuxta quod maritus ⁷ adulteræ require- re poterat, sit apud iudicem ⁸ mulieris adulterium accu- sandi et comprobandi licentia. Certe si aut filii desunt, aut non eiusdem ætatis vel sollertiæ sint, qui hoc legitime expedire possint, ne fortasse dum dilatio ulciscendi adulterii intercedit, aut deceptum maritum fraudulenter adultera perimat, aut facultas eius filiis suis, vel propin- quis ex hac occasione depereat, propinquos mariti ⁹ adul- teræ sub hac restrictione ¹⁰ accusandi adulteram lex ista constituit ¹¹. Ut si ¹² accusationis huius fiduciam adsu- mentes, adulterium mulieris eorum inquisitione coram iudice manifeste patuerit, tunc ¹³ adulter, sive etiam adul-

tera, qui hoc scelus convicti fuerint commisisse, cum om- nibus rebus ¹⁴ illis incunctanter tradendi sunt servituri, qui hanc accusationem ¹⁵ secundum institutionem legis vi- si fuerint iustissime prosequi, salva ¹⁶ tamen anima, quam ad lamenta pœnitentiæ, pietatis indulgentia, reserva- mus, et ¹⁷ tamen quæ in detruncatione flagello ¹⁸ corpo- ris in eis impertire voluerint, licentiam per huius legis sanctionem decernimus. Verumtamen eiusdem ¹⁹ adulte- ræ filii ex ipso ²⁰ viro iam tempore quo convicta fuerit tale facinus perpetrasset, quam etiam propinqui sui post eius ²¹ obitum, si filii defuerint, adulteræ mulieris obti- neant facultatem. Sin autem filii supprestes ²² existunt, et tamen aut non eiusdem ætatis, aut ²³ talis experientiæ, qui mulieris adulterium accusare vel vincere ²⁴ competen- ter intendant, tunc ille propinquus mariti, qui manifestum ²⁵ mulieris adulterium ultus fuerit, quintam partem facultatis adulteræ pro labore suo percipiat: quatuor par- tes autem ad integrum prædictorum filii sibi vindicent ac defendant. Nam si aut propinquorum in hac parte tepiditas, aut filiorum negligentia, vel fortasse muneris accep- tio, utrosque corrumpens, minime fuerit eadem actio a talibus personis quæsita, dum ad regiam cognitionem ea- dem causa pervenerit, ipse proculdubio pro mercede sua constitutus ²⁶ est, vel a quo debeat tale negotium prose- qui, vel quantum prosequutor de rebus sceleratæ mulie- ris pro commodo sui laboris incunctanter consequi possit. Verum quia difficile fieri potest, ut per liberas personas mulieris adulterium indagetur, dum frequenter hoc vitium occulte perpetrari sit solitum, proinde quando ad convin- cendum adulterium accusatæ mulieris ingenuitas omnino defuerit, prædictis personis, quibus eius adulterium accu- sare præsentis lege permissum est, hoc etiam aperte lici- tum erit, ut per quæstionem familiæ utriusque domini, accusatæ mulieris adulterium coram iudice iustissime re- quiratur.

XIV. ²⁷ Antiqua. *Si ingenuus, sive servus virginem, aut viduam ingenuam violenter polluisse adulterio detegatur.*

Si viduam quisque, vel virginem ingenuam violenter adulterandam compresserit ²⁸, vel stupri forsitan commix- tione polluerit; si ingenuus est, centum flagellis casus, illi continuo, cui violentus extiterit, servituras tradatur. Servus vero comprehensus a iudice ignibus concremetur. Ingenuus tamen pro huiusmodi scelere traditus, nullo um- quam tempore ad eius, quam compressit vel stupravit,

¹ Lind. et de postremo² Tolet.-goth. accipiat et obtineat³ Lind. Fls. Gls. Reds. Rex. Legion. adiicit: Antiqua.⁴ Legion. adsuetis nequaquam⁵ Emilian. Legion. Card. Tolet.-goth. et Lind. defendere⁶ Card. et decepti⁷ Card. iuxta quod maritus adulterum requirere poterat &c.⁸ Legion. iudicem adulterium⁹ Card. mariti accusandi¹⁰ Emilian. et Tolet.-goth. discretionem. Legion. occasione

¹¹ Card. constituit. Verum si filii huius adsumentes accusa- tionis fiduciam, mulieris adulterium coram iudice, inquisitione illorum, manifeste patuerit, tunc adulter legitimos filios non ha- bens, cum omnibus rebus suis, et rebus sceleratæ mulieris, il- lis incunctanter tradendus est serviturus, qui hanc causationem visi fuerint iustissime prosequi; ita namque ut si mulier adulte- ra filios habuerit ex priore vel ex ipso coniugio, unde illi orti sunt, qui eam accusaverunt, quot in numero fuerint, tot reci- piant facultatum partes sceleratæ matris, salva tantum nefarii adulteri anima, quam pœnitentiæ ad lamenta, pietatis indulgen- tia, reservamus; et tamen, quæ in detruncatione flagello corpo- ris, ordinante iudice, in eo impertire voluerint, licentiam per huius legis sanctionem decernimus. Mulier vero scelerata donec- tur a Principe servitura cui placuerit, aut de ea faciat quodcum- que voluerit. Tamen si adulteræ eiusdem filii ex ipso viro iam tempore, quo convicta fuerit tale facinus perpetrasset, defuerint, propinqui mariti mulieris adulteræ, qui iuste visi fuerint instan- tia sua coram iudice prosequi mulieris adulterium, obtineant fa- cultates sceleratorum pleniter et personas: si tamen scelerati fi- lios legitimos non habuerint: quia nec filii poterint de parentum hæreditate fraudari, nec scelerati quiverint manere impuniti, sed erunt propinquorum mariti mulieris servitiis addicti. Si au-

tem filii superstites existunt, et tamen non eiusdem ætatis, aut non talis experientiæ qui mulieris adulterium accusare et convin- cere competenter intendant, tunc ille propinquus mariti, qui manifestum mulieris adulterium ultus fuerit, quintam partem fa- cultatum sceleratorum pro labore suo percipiat, et personas co- rum proculdubio obsequiis suis addici non recuset. Quatuor au- tem partes facultatum prædictorum sceleratorum filii decepti ma- riti sibi vindicent ac defendant, si tamen filios legitimos adulter non habuerit. Nam si aut propinquorum in hac parte tepiditas, aut filiorum negligentia, vel fortasse muneris acceptio, utrosque corrumpens, minime fuerit eadem ratio, vel actio, sive acceptio a talibus personis quæsita, dum ad regiam cognitionem &c.

¹² Tolet.-goth. sic¹³ Emilian. Legion. et Tolet.-goth. tunc eiusdem adulteræ fi- lii¹⁴ Lind. rebus suis illis¹⁵ Lind. causationem¹⁶ Lind. salvis tantum animabus, quas¹⁷ Lind. ea tamen¹⁸ Lind. vel flagello¹⁹ Lind. tam eiusdem²⁰ Emilian. Legion. et Lind. ex ipso iam tempore²¹ Lind. eius viri obitum²² Lind. superstites extiterint²³ Emilian. Legion. Tolet.-goth. et Lind. aut non talis expe- rientia²⁴ Emilian. Legion. et Lind. convincere²⁵ Legion. qui mulieris adulterium²⁶ Tolet.-goth. consecuturus. Lind. constitutus²⁷ In Emilian. auctor non invenitur, nec subscriptio.²⁸ Legion. oppresserit

pervenire coniugium permittatur. Quod si hæc ipsa mulier, quæ violentiam pertulit, postquam sibi traditum servum acceperit, qualibet occasione eum sibi in coniugium copulare præsumpserit; tunc ipsa mulier turpissimæ factionis suæ sentiens damna, cum omnibus rebus suis propriis hæredibus¹ suis servitura subiaceat.

XV. Antiqua. *Si ingenuus sive servus, nesciente domino, alienam consentientem adulterasse convincitur ancillam.*

Si extra domum domini sui se adulterio volens ancilla miscuisse convincitur², in ancillam tantummodo vindicandi dominus habeat potestatem. Si vero ingenuus aut servus cum ancilla ex consensu in domo domini ancillæ reperiuntur talia commisisse, ingenuus quidem pro idonea ancilla absque infamia³ centum verbera ferat. Pro inferiori vero L. servus vero CL. flagella suscipiat.

XVI. Antiqua. *De adulterio ancillæ, si cum adultero violenter id fecisse probetur.*

Si ancillam quicumque violenter compresserit alienam, eamque adulteraverit, et vel in domo domini⁴ sui fuerit comprehensus, vel in quocumque loco violentus⁵ extitisse convincitur; servus quidem CC. ictus accipiat flagellorum: ingenuus vero L., et super hoc XXX.⁶ solidos ancillæ domino coactus exsolvat. Dominus tamen si id servo faciendum iussisse probatur, superiori ingenuorum⁷ lege, et damno et flagello subiaceat.

XVII.⁸ Antiqua.⁹ *De meretricibus ingenuis, vel ancillis, aut si earum scelus iudices perquirere¹⁰, vel corrigere noluerint.*

Si aliqua puella ingenua, vel mulier in civitate publice fornicationem exercens, meretrix agnoscat, et frequenter deprehensa in adulterio nullo modo erubescens iugiter multos viros per turpem suam consuetudinem adtrahere cognoscitur; huiusmodi meretrix a comite civitatis comprehensa CC.¹¹ flagellis publice verberetur, et discussa ante populum dimittatur, sub ea conditione, ut postmodum in turpibus vitiis nullatenus deprehendatur, nec umquam in civitatem ei veniendi aditus detur. Et si postmodum ad pristina facta rediisse cognoscitur, iteratim a comite civitatis CCC.¹² flagella suscipiat, et donetur a nobis alicui pauperi, ubi in gravi servitio permaneat, et numquam in civitate ambulare permittatur. Et si forte ita contingat, ut cum conscientia patris sui vel matris adulterium admittat, ut quasi per turpem consuetudinem et conversationem victum sibi vel parentibus suis acquirere videatur, et ex hoc pater vel mater fuerint pro hac iniqua conscientia fortasse convicti, singuli eorum centena flagella suscipiant. Si vero ancilla cuiuscumque in civitate simili conversatione habitare dinoscitur, a iudice corre-

pta, CCC. similiter flagellis publice verberetur¹³, et decalvata domino suo reformetur, sub ea conditione, ut eam longius a civitate faciat conversari, aut certe tali¹⁴ loco transvendat, ubi penitus ad civitatem accessum non habeat. Quod si forsitan nec ad villam transmittere, nec vendere voluerit, et iterum ad civitatem reversa fuerit, huiusmodi dominus in conventu publice L. flagella suscipiat. Ipsa vero ancilla donetur alicui pauperi, cui rex vel iudex¹⁵, aut comes eligere voluerit, ita ut postmodum ad eandem civitatem illi veniendi aditus non præstetur. Quod si contigerit, ut cum domini voluntate adulterium admisisset, acquirens per fornicationem pecuniam domino suo, et ex hoc publice fuerit convictus, ipse dominus eundem numerum flagellorum, qui superius de eadem continetur ancilla, suscipiat. Similiter et de ipsis præcipimus custodiri, quæ per vicos et villas in adulterii¹⁶ consuetudine fuerint deprehensæ. Quod si iudex per negligentiam, aut forte beneficio retentus, talia vitia requirere, aut contestari, vel distringere noluerit, a comite civitatis C. flagella suscipiat, et XXX. solidos reddat ei, cui a nobis fuerit ordinatum.

XVIII. FLAVIUS RECESVINTUS REX¹⁷.

De immunditia Sacerdotum et Ministrorum.

Quia quanto¹⁸ magis munditiam carnis sacra auctoritas imperat, tanto hanc adpetere ipsius ministros eius clamor informat: adeo¹⁹ et nos ponere finem illicitis ausibus rite compellimur; quoniam et ipsi divinis nutibus devotissime placere conamur. Igitur quemcumque presbyterum, diaconum atque etiam subdiaconum, devotæ²⁰ viduæ pœnitenti, seu cuicumque virgini, vel mulierculæ sæculari, aut coniugio, aut adulterio commixtum esse evidentissime patuerit; mox Episcopus sive iudex ut repereint, talem commixtionem disrumpere non retardent. Redacto autem illo in sui Pontificis potestate, sub pœnitentiæ lamenta iuxta sacros canones deputetur; quam districtioris eius severitatem, si Pontificum torpor implere neglexerit, idem Pontifex duas libras auri fisco persolvat, et commissum malum vindicare non differat. Quod si corrigere hoc nequiverit, aut concilium appellet, aut Regis hoc auditibus nuntiet. Mulieres vero, quæ illis fuerint prædictis immunditiis implicatæ, centenis flagellis a iudicibus verberentur, et commiscendi se illis aditus omnino negetur, servata ab Episcopis etiam super hoc scelere in utroque sexu patrum sententia, quæ canonum decretis agnoscutur ordinata. In ulciscendis autem talibus sceleribus non passim damus accusandi vel puniendi licentiam, nisi aut manifestis indiciis patuerit scelus, aut legitime fuerit id ipsum malum adcusatum, atque convictum, quatenus nulla videamur intentione vel ordine patrum transgredi præcepta sanctorum, aut obviare sacris regulis antiquorum.

V. TITULUS DE INCESTIS, ET APOSTATIS, ATQUE MASCULORUM CONCUBITORIBUS.

I. *De coniugiis et adulteriis incestivis.*

II. *Item de coniugiis et adulteriis incestivis, seu virginibus sacris, ac viduis et pœnitentibus laicali veste,*

te, vel coitu sorditatis.

III. *De viris et mulieribus tonsuram et vestem²¹ prævaricantibus.*

¹ Tolet.-goth. hæredibus servitura

² Lind. convincitur: ancillam tantummodo iudicandi

³ Legion. et Lind. infamia

⁴ Tolet.-goth. domini fuerit

⁵ Legion. violenter

⁶ Emilian. Legion. Card. Tolet.-goth. et Lind. viginti solida

⁷ Tolet.-goth. et Lind. ingenuorum et damno

⁸ Legion. Fls. Egica Rex. Card. Rcds. Lind. Fls. Gls. Rcds. Rex.

⁹ In Tolet.-goth. hæc XVII. lex non invenitur.

¹⁰ Card. requirere

¹¹ Emilian. Legion. Card. et Lind. CCC

¹² Legion. CC

¹³ Legion. verberetur, sub ea conditione

¹⁴ Legion. alio loco

¹⁵ Legion. dux

¹⁶ Legion. in fornicandi consuetudine

¹⁷ Legion. addit: Antiqua.

¹⁸ Vigil. Legion. et Tolet.-goth. quanto munditiam

¹⁹ Lind. ideo

²⁰ Lind. Deo votæ

²¹ Legion. Tolet.-goth. et Lind. vestem religionis

IV. *De speciali viduarum fraudulentia compescenda.*
V. *De masculorum stupris* ¹.

I. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ².*De coniugiis et adulteriis incestivis.*

Nullus præsumat de genere patris vel matris, avi quoque, vel aviæ, seu parentum uxoris ³ fratris etiam dispensatam, aut viduam, vel propinquorum suorum relictam sibi in matrimonio copulare, vel adulterio polluere. Ita ut usque ad sextum generis gradum nulli liceat sanguinis propinquitatem libidinose fœdare, vel coniugio adpetere, exceptis illis personis, quas per ordinationem ⁴ atque consensum Principum ante hanc legem constitit ⁵ adeptas fuisse coniugium, quæ nequaquam per legis huius edictum teneri poterunt ⁶ ad reatum. Similiter ⁷ et de mulieribus ordo servandus est. Qui vero contra hanc constitutionem præsumpserint facere, iudex eos non differat separare, ut a tam nefanda pollutione divisi iuxta qualitatem sexus in monasteriis deligentur, illic iugiter permansuri. Quid vero de eorum facultatibus observari conveniat, subterius correcte legis sententia manifestat.

II. FLAVIUS RECESVINTUS REX ⁸.

Item de coniugiis et adulteriis incestivis, seu virginibus sacris, ac viduis, et pœnitentibus laicali veste, vel coitu sordidatis.

Universis provinciis ⁹, domino ordinante, ad regni nostri ditionem pertinentibus, noxia præteritorum operum pravitas fecit futuris temporibus legem ponere, et vitiosis facinoribus licentius inolit ¹⁰ terminum iustitiæ obviare. Audetur denique a multis contra divinæ legis monita vel contra honestos vitæ communis mores, devotas Deo virgines, et continentiam viduitatis cum benedictione sacerdotis iuxta morem canonum profitentes, seu adfinitatis consanguinitate ¹¹ coniunctas feminas, aut violenter, aut per consensum sibi coniuges sumere, et Deo dicatam castitatem, vel reverendam generis copulationem inconcessæ libidinis immunditia sordidare. Quæ temeritas, dum vel a viris, vel feminis eiusdem professionis admittitur, et castis abhorret moribus, et fidem veram impugnat. Zelamus enim pro veritate zelo Dei, atque Ecclesiam sanctam catholicam his fidei nostræ communemus decretis, ut deinceps sicut et canones ecclesiastici prohibent, nullus Deo devotam virginem, nullus sub religionis habitu consistentem, sive viduitatis continentiam profitentem, seu agentem pœnitentiam, vel sui proximam generis, aut eam de cuius admixtione incestivæ notam possit subire infamiæ, non licito connubio aut vi, aut consensu accipiat coniugem: quia nec verum poterit esse coniugium, quod a meliori proposito deducitur ad deterius, et sub falsi nominis copula, incestiva pollutio et fornicationis immunditia perpetratur. Hoc vero nefas si agere amodo provinciarum nostrarum cuiuslibet gentis homines sexus utriusque tentaverint, insistentes ¹² a sacerdote vel iudice, etiam si nullus accuset, omnimodis separati exsilio perpetuo religuntur. Nec aliqua in defensionem sui ¹³ longitudine temporis excusentur: eorum vero bona, qui hæc talia gesse-

VI. *De sodomitis, qua debeant ultionis sententia percuti.*
VII. *De violentibus paternum atque fratrum thorum.*

rint, et pro talibus culpis damna legis huius exceperint, si eis de priori coniugio filii defuerint, ipsorum filiis absque infamiæ nota omnino proficiant. Quia licet sint scelerate concepti, sunt tamen unda sacri baptismatis expiati. Quod si filii forte defuerint, illi ad capiendam hæreditatem succedant, quibus priscarum legum sanctio legitimam successionem indulget. Similis quoque de religiosis forma servabitur ¹⁴, quibus nubere canonum sententia prohibetur. Illis tantum feminis ab hac sententia segregatis, quæ violentiam coniunctionis indebitæ sine præcedenti, vel sequenti ¹⁵ consensione pertulerint. Sacerdotes vero vel iudices, si talia cognoscentes ulcisci fortasse distulerint, quinas auri libras fisco cogantur exsolvere. Quod si forte id redarguere voluerint, nec potuerint, Regis hoc auditibus insinuare procurent: ut quod eorum non potuit vindicare sententia, principalis damnet omnino censura.

III. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ¹⁶.

De viris, et mulieribus tonsuram, et vestem religionis prævaricantibus.

Apostaticæ calamitatis opprobrium ex hoc merito funditus stirpari compellimur, ex quo Deum nobis propitium ¹⁷ fore confidimus. Si ¹⁸ enim cum minima peccata corrigimus, pietatem eius faulicem nobis efficimus, quanto magis si scelus in divinitatem commissum severissima censurae falce recidimus? Ideoque hac in perpetuum valitura ¹⁹ lege sancimus, ut quicumque religionis habitum per honorabile tonsuræ signaculum ²⁰, aut tempore pœnitentiæ petendo susceperint, aut non fraudulenta, sed pia parentum oblatione meruerint, aut propriæ voluntatis devotione tenuerint, et ad laicalem conversationem postmodum apostatizando redierint; iuxta sententiam canonum ad eundem religionis ordinem, quolibet prosequente, reducuntur invitæ, atque infamiæ nota respersi, et in monasteriis perenniter religati ²¹, districtiori macerentur pœnitentia corrigendi. Illis tantum supplicio severitatis huius indulto, quos aut alienæ fraudis coegit impulsio, aut ad ordinis omissi regressum voluntatis propriæ reduxerit votum: si tamen nec vir secundam ²² uxorem, nec mulier maritum alterum habuisse ²³ detegitur ²⁴. Illos etiam ab hac sententia immunes efficimus, qui sic invalescente langore, ad pœnitentiæ vel tonsuræ pervenerint ordinem, ut id se nec accepisse tunc noverint, nec petisse meminerint. Prævaricantium vero bona eorum filiis, aut propinquis hac discretione pertineant, ut vir habens uxorem, si filios etiam ex eadem habuerit, et donatum aliquid ab ipsa perceperit, si suppressis est uxor, ita possideat ut post suum obitum communibus filiis possidendum relinquat. Certe si aut ipsa discesserit, aut communes filii desunt, proprietatem prævaricatoris viri propinqui eius hæredes incunctanter obtineant. Nam quod ab uxore quolibet tempore donatum fortasse perceperat ²⁵, propinquis uxoris hæredibus absque dubitatione proficiat. Hæc etiam de feminis omnino servabitur forma, ut pœnitens virgo vel vidua, si veste laicali ²⁶ deposita, sæcularia denuo sumpserint indumenta, aut inierint fortasse coniugia; similis eas

¹ *Legion.* concubitoribus
² *Card. et Lind.* Rcds. R.
³ *Card. et Legion.* uxorem
⁴ *Emilian.* per inordinationem
⁵ *Card. Legion. et Lind.* constat
⁶ *Tolet.-goth.* potuerunt
⁷ *Tolet.-goth. Legion. et Lind.* Similis
⁸ *Emilian.* Flavius Recaredus Rex. *Legion.* Fls. Recesvintus Rex. *Antiqua. Lind.* Rchds.
⁹ *Card.* provinciis nostris
¹⁰ *Card.* inlicitis
¹¹ *Lind.* affinitate consanguinitatis
¹² *Lind.* insistente sacerdote
¹³ *Emilian. Tolet.-goth. Lind.* adiciunt: quousque vixerint
¹⁴ *Legion.* servetur
M.L. Tom. I.

¹⁵ *Tolet.-goth.* vel subsequente
¹⁶ *Legion.* Antiqua.
¹⁷ *Tolet.-goth.* propitium confidimus
¹⁸ *Tolet.-goth.* Si enim dum hominum peccata
¹⁹ *Emilian. Legion. Tolet.-goth. et Card.* mansura
²⁰ *Card. et Lind.* signum
²¹ *Legion.* religatione districti
²² *Card. et Tolet.-goth.* si tamen nec vir post hoc uxorem duxerit, nec mulier maritum acceperit
²³ *Legion.* accepisse detegatur
²⁴ *Tolet.-goth.* detegitur. Prævaricantium vero bona
²⁵ *Legion.* receperit
²⁶ *Emilian.* veste religionis. *Card.* veste sanctimoniali. *Lind.* veste religiosa

sumpserit, facultatem eius, si filios legitimos non habuerit, hæredes quos successio expectat, obtineant. Ipse ve-

ro sub penitentia religatus, perennis exsilii damnationem excipiat.

VI. TITULUS DE DIVORTIIS NUPTIARUM, ET DISCIDIO SPONSORUM.

I. *Si mulier viri sui iuste, vel iniuste divortium patiatur.*

II. *Ne inter coniuges divortium fiat.*

III. *Ne inter sponso discidium fiat.*

I. ¹ *Si mulier viri sui iuste, vel iniuste divortium patiatur.*

Mulierem ingenuam a viro suo repudiatam nullus sibi ² in coniugium adsociare præsumat ³, nisi aut scripturis ⁴, aut coram testibus divortium inter eos factum fuisse evidenter agnoscat. Quod si aliter facere quisque præsumpserit, mox ut comes civitatis, vel vicarius, aut territorii iudex tale nefas commissum agnoverit, si nobiles fuerint fortasse personæ, quos iudex distringere aut separare non possit, nostris id auditibus confestim publicare non differat, ut severitatem legis, quam merentur, excipiant. Nam si minoris loci personæ sunt, iudex eos continuo separare nequaquam moretur. Ita ut tam mulier, quæ ⁵ se alteri extra ⁶ voluntatem mariti prioris in coniugium copulavit, quam etiam ille qui eam sibi adsumere uxorem præsumpsit, in potestate tradantur anterioris mariti, ut quod de his facere voluerit, sui sit incunctanter arbitrii. Si tamen causa inter priorem maritum et uxorem adhuc inaudita manere constiterit, aut si idem maritus alteri se mulieri ⁷ in matrimonium coniunxerit; certe si maritus uxorem iniuste reliquerit, et donationem dotis amittat, quam ei contulerat, eidem mulieri proculdubio profuturam, et de rebus eiusdem mulieris nihil se habiturum esse cognoscat. Sed quidquid etiam de facultate mulieris, vel alienasse vel fraudasse dinoscitur, ad integrum, distringente iudice, mulieri restituat. Quod si mulier sub metu viri consistens, quocumque argumento persuasa vel decepta, aliquam de suis rebus nomine illius viri, qui eam relinquit, scripturam conscripserit, huiusmodi scriptura nullam omnimodo firmitatem habebit, sed universa, quæ per eandem scripturam mulier dederat, iuri suo perenniter vindicabit.

II. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ⁸.

Ne inter coniuges divortium fiat.

Si alienam coniugem violare, res sine crimine non est, quanto magis illam contemnere, quam sponte sua unusquisque possidendam sortitus est? Quia ergo plerosque iam præcipites habet, vel rerum ambitio, vel effrenata libido, ut quadam ⁹ fraude, coniugibus suis spretis, alias videantur uxores adpetere, constitutionis huius est perenniter forma servanda, ut nullus virorum, excepta manifesta ¹⁰ fornicationis causa, uxorem suam aliquando relinquat, et neque per testem, neque per scripturam, seu sub quocumque argumento facere divortium inter se et suam coniugem audeat. Sed si adulteram maritus dixerit fortasse redarguendam, iuxta legem aliam, eius publice scelere comprobato, a iudice sibi traditam, faciendi de ea quod voluerit, sit illi potestas ¹¹. Certe si conversionis ad Deum ¹² vo-

luntas extiterit, communem ¹³ consensum viri scilicet et mulieris sacerdos evidenter agnoscat, ut nulla postmodum cuilibet eorum ad coniugalem aliam copulam revertendi excusatio intercedat. Quod si aliter quisque uxorem suam spernens, quacumque calliditate scripturam ab ea sibi, suisque voluntatibus profuturam exegerit, non solum tale vinculum, quandoque repertum, nihil omnino firmitatis habebit; sed eadem mulier tam facultatem suam, quam dotem ¹⁴ etiam, quam prædictum est ab ipso viro acceptam, sibi in omnibus vindicabit. Et si quid aliud facultatis eiusdem pessimi viri fuerit, cunctis eorum filiis ad integrum pertinebit. Quod si aut communes filii, aut eiusdem viri ex præcedenti coniugio non fuerint, universam viri facultatem mulier, quæ per nequitiam illius a coniugio resoluta est, incunctanter poterit obtinere, et hanc ¹⁵ causationem, si mulierem constiterit fortasse defunctam, eius filii in cuiuscumque voluerint proponendi iudicio licentiam habituri sunt, ut reperto tali crimine, vir utique huius sceleris istius legis multetur sententia. Et omnibus filiis, seu ex eodem pari coniugio, sive ex præcedenti ipsius viri, ut diximus, procreatis, æqualiter facultas eius obtinenda pateat. Certe si nec communes filii, nec ex priori ipsius viri coniugio geniti supprestes ¹⁶ extiterint, et ea forsitan mulier, quæ relicta est, ex priori digno coniugio filios videatur habere; ipsis proculdubio licitum erit maternam vocem adserere, ut eorum instantia quum fuerit, iuxta præsentem legem, scelerati persona damnata, facultatem eius indubitanter obtineant. Iam vero prædictarum personarum, vel viri vel mulieris, secundum præfatum ordinem, si filii deesse noscuntur, contemptæ mulieris hæreditatem, tunc recte propinquis eius capiendi licitum erit, si despectum propinquæ ¹⁷ vindicaturi spernentis viri præsumptionem legaliter condemnandam institerint. Maritus autem, qui vel divortii, vel securitatis a coniuge scripturam quamlibet exegerit, seu fortasse non exigens, contempta tamen uxore, aliam sibi uxorem adsumpserit ¹⁸, ducentis publice verberibus flagellatus, ac turpiter decalvatione fœdatus, aut perpetuo condemnetur exsilio, aut si donare illum cuiuscumque ¹⁹ principis potestas elegerit, in suo consistat arbitrio. Sed et mulier, quæ sciens, aut occasione qualibet agnoscens, virum habere supprestem uxorem, eius vanitati consenserit, aut ipsi se in coniugium copulet ²⁰, illi protinus mulieri tradenda est, quæ contempta ab eodem marito, quem illa sortita est, esse dinoscitur; ita ut, vita tantum concessa, faciendi de ea quod voluerit, sit illi libertas. Certe si post mulieris obitum, filiorum eius assertionem tale nefas fuerit comprobatum, aut si filii desunt, a propinquis hæredibus extiterit huius rei negotium prosequutum, ipsis similiter prævaricatrix mulier tradatur in potestatem, ut eodem iudicio, quo mulier contempta debuerat, de persona eius absque mortis interitu sententiam ferant ²¹. Sane quia per mulie-

¹ *Legion. et Lind. Antiqua. Card. Noviter emendata.*

² *Legion. et Lind. sibi in coniugio sociare. Card. sibi sciens in coniugium*

³ *Tolet.-goth. præsumat. Quod si aliter*

⁴ *Emilian. Card. et Legion. scriptis*

⁵ *Legion. et Lind. quæ se adulterio extra*

⁶ *Tolet.-goth. extra maritum priorem*

⁷ *Tolet.-goth. et Lind. in matrimonio non coniunxerit*

⁸ *Lind. addit: Nov. emd.*

⁹ *Card. et Tolet.-goth. quidam*

¹⁰ *Legion. excepta fornicationis causa*

¹¹ *Legion. potestas, et nulla postmodum*

¹² *Tolet.-goth. ad cum. Lind. ad dominum*

¹³ *Emilian. Card. et Tolet.-goth. adsensum*

¹⁴ *Emilian. Legion. Card. Tolet.-goth. et Lind. dotem ab ipso viro*

¹⁵ *Card. et Lind. et hanc causationem vel accusationem. Tolet.-goth. et in hanc accusationem*

¹⁶ *Lind. superstites*

¹⁷ *Tolet.-goth. propinquæ mulieris*

¹⁸ *Tolet.-goth. induxerit*

¹⁹ *Tolet.-goth. cuiuscumque*

²⁰ *Card. in coniugium copulet, aut adulterio polluat*

²¹ *Lind. ferat*

res etiam huius rei interdum fieri solet scandalum, ut favore regum vel iudicum viros proprios spernere videantur, ideo si quaecumque mulier, sive principis ope, aut quocumque ingenio, seu cuiuslibet auxilio intenderit inter se et virum suum divortium fieri¹, vel ad alterius viri coniugium transire consenserit, in eiusdem legitimi viri sui cum omnibus rebus suis potestatem redacta, eadem quæ superius maritum pœna constringit, vel quæ de rebus eorum² est sententia constituta, sceleratæ mulieris damnetur temeritas. Similis quoque, et de viris forma servabitur, qui³ uxorem alterius, vel sponsam sibi in coniugium sociare præsumperint, ea tantum⁴ conditione retenta, ut si mulieris maritus, masculorum concubitor adprobatur, aut eandem suam uxorem, ea nolente, adulterandam cuicumque viro dedisse, vel permisisse convincitur; quia tale nefas fieri nequaquam inter christianos oportet, nubendi mulieri alteri viro, si voluntas eius extiterit, nullatenus illicitum erit. Nam si in coniugio positus, uxore videlicet et marito, maritum fortasse constiterit iuste cuilibet servum addictum, si noluerit mulier manere⁵ il-

lum in coniugali secum consortio, tandiu se noverit castæ vitæ fræno manere constrictam, nec nubendi alteri viro concedi sibi licentiam, donec eius maritus, de quo dictum est, debitam extremæ vitæ sortem exsolvat.

III. FLAVIUS RECESVINTUS REX⁶.

Ne inter sponso discidium fiat.

Æquali placet transgressum damnatione multari, quod inlæsum æquali constabat⁷ dignitate manere. Igitur iuxta præsentem superiorem legem, et de viris et de mulieribus sponsatis, tam in personis, quam in rebus forma servanda est, qui post arrarum traditionem, aut factam secundum leges definitionis sponsionem coniugale fœdus contemnentis, aliis se personis in coniugium copulaverint, seu sine pari consensu, aut ægritudinis fortasse manifesto periculo ad religionis propositum calliditate magis, quam devotione conversationis⁸ adspirare præsumperint, superiori lege coercendi sunt in omnibus⁹.

LIBER IV.

DE ORIGINE NATURALI.

I. TITULUS DE GRADIBUS.

- I. De primi gradus natura.
- II. De secundi gradus adfinitate.
- III. De tertii gradus parentela.
- IV. De quarti gradus consanguinitate.

I. De primi gradus natura.

Primo gradu continentur superiori linea pater, mater: inferiori linea filius, filia, quibus nullæ aliæ personæ iunguntur.

II. De secundi gradus adfinitate.

Secundo gradu continentur superiori linea avus, avia: inferiori, nepos, neptis: transversa¹¹ frater et soror, quæ personæ duplicantur: avus enim¹² et avia, tam ex patre, quam ex matre; nepos, neptis, tam ex filio, quam ex filia; frater et soror, tam ex patre, quam ex matre accipiuntur. Quæ personæ sequentibus quoque gradibus similiter substantia¹³ earum, quæ in quocumque gradu consistunt, ipso ordine duplicantur. Et istæ personæ in secundo gradu ideo duplices appellantur, quia duo avi, et paternus et maternus, item duo genera nepotum sunt, sive ex filio, sive ex filia procreati. Frater, et soror ex transverso veniunt, id est, frater patris, aut frater matris, qui aut patruus, aut avunculus nominantur, qui et ipsi hoc ordine duplicantur.

III. Antiqua.¹⁴ De tertii gradus parentela.

Tertio gradu veniunt supra proavus, proavia: infra

- V. De quinti gradus origine.
- VI. De sexti gradus extremitate.
- VII. De personis septimi generis, quæ legibus non continentur¹⁰.

pronepos, et proneptis: ex obliquo fratris, sororisque filius, filia: patruus, et amita, id est, patris frater, et soror: avunculus, et matertera, id est, matris frater, et soror.

IV. Antiqua.¹⁵ De quarti gradus consanguinitate.

Quarto gradu veniunt supra abavus, abavia: infra abnepos, abneptis: ex obliquo fratris, et sororis nepos, neptis, frater patruelis, soror patruelis, id est, patris filius, filia: ve: consubrinus¹⁶ et consubrina, id est, avunculi et materteræ filius, filia: amitus, amita, id est, amitæ filius, filia: itemque consubrini, qui ex duabus sororibus nascuntur, quibus adcrevit patruus magnus, amita magna, id est, avi paterni frater et soror: avunculus magnus, matertera magna, id est, aviæ, tam paternæ, quam maternæ frater et soror. Hic¹⁷ plus exponi opus non est, quam lectio ista declarat.

V. Antiqua.¹⁸ De quinti gradus origine.

Quinto gradu veniunt, supra quidem, atavus, atavia: infra adnepos, adneptis: ex obliquo fratris et sororis pronepos, proneptis: fratres patruelis, sorores patruelis, ami-

¹ *Card.* divortium fieri, seu fortasse non intendens, contemnentis tamen virum ad alterius viri coniugium, aut adulterium transire &c.

² *Legion.* eius

³ *Card.* qui scientes, aut occasione qualibet agnoscentes mulierem habere superstitem virum, uxorem alterius &c.

⁴ *Legion.* tamen

⁵ *Lind.* manere vel habere illum

⁶ *Tolet.-goth.* Flavius Cindasvindus. *Lind.* Fls. Chds. Rex

⁷ *Lind.* præstabat

⁸ *Tolet.-goth.* conversionis

⁹ *Tolet.-goth.* adiicit: Finit liber III., incipit liber IV.

¹⁰ *Legion.* et *Lind.* tenentur

¹¹ *Emilian.* et *Legion.* ex transverso

¹² *Legion.* etiam

¹³ *Emilian.* *Tolet.-goth.* et *Legion.* pro substantia. *Card.* et *Lind.* per substantiam

¹⁴ *Tolet.-goth.* et *Legion.* deest inscriptio.

¹⁵ *Tolet.-goth.* et *Legion.* inscriptionem prætermittunt.

¹⁶ *Lind.* consobrinus et consobrina. *Hæc verba semper eodem modo ibi scribuntur.*

¹⁷ *Lind.* Hoc

¹⁸ *Codici Legion.*, propterea quod aliquot paginæ avulsæ sunt, quæcumque ab hac neque ad IX. incidunt, desunt leges.

¹⁹ *Tolet.-goth.* inscriptionem omittit.

lini, amitinæ, consubrini, consubrinæ filius, filia: proprius subrinus ¹, subrina, id est, patrum magni, amitæ ² magnæ, avunculi magni, materteræ magnæ filius, filia. His adcrescunt propatruus, proamita: hi sunt prohavi paterni frater, et soror: proavunculus, promatertera: hi sunt proavia ³ paternæ, maternæque frater et soror, proavique materni. Hæc ⁴ species, nec aliis gradibus, quam scripta est, nec aliis vocabulis declarari potest.

VI. Antiqua. ⁵ De sexti gradus extremitate.

Sextu gradu veniunt supra, tritavus, tritavia: infra, trinepos, trineptis: ex obliquo fratris, et sororis abnepos, abneptis, fratres patruales, sorores patruales, amitini, amitinæ, consubrini, consubrinæ, patrum magni, amitæ ⁶ magnæ, avunculi magni, materteræ magnæ nepos, neptis: proprii subrini filius, filia, qui consubrini appellantur.

Quibus ex latere adcrescunt propatrum, proamitæ, proavunculi, promaterteræ filius, filia: et ⁷ patruus ab amita. Hi sunt abavi paterni frater, et soror, abavunculus, abmatertera. Hi sunt abavia ⁸ paternæ maternæque frater et soror, abavique materni. Hæc quoque explanari amplius non possunt, quam auctor ipse disseruit.

VII. De personis septimi generis quæ legibus non continentur ⁹.

Septimo gradu, qui sunt cognati recta linea supra infraque, propriis nominibus non appellantur, sed ex transversa linea continentur fratris, sororisve abnepos, abneptis, consubrini, consubrinæ filii, filiæque. Successionis autem idcirco gradus septem constituti sunt, quia ulterius per rerum naturam, nec nomina inveniri, nec vita succedentibus propagari potest.

II. TITULUS DE SUCCESSIONIBUS.

- I. Ut sorores cum fratribus æqualiter in parentum hæreditate succedant.
- II. Quod in hæreditatis successione filii primi sunt.
- III. Si aut de superiori aut de inferiori genere directi ordinis personæ defuerint, tunc a latere venientes facultatis accipiant portiones.
- IV. Qui succedere possunt in eorum facultatibus, qui nec scriptis, nec testibus suam alligant voluntatem.
- V. De successione fratrum et sororum, sive illorum, qui de diversis parentibus generantur.
- VI. Si is, qui moritur, avos relinquat vel avias.
- VII. Si is, qui moritur, sorores relinquat patris aut matris.
- VIII. Si is, qui moritur, filios fratris vel sororis relinquere videatur.
- IX. Quod in omnem ¹⁰ hæreditatem femina accipi debeat.
- X. Item, ut in omnem ¹¹ hæreditatem femina accipi debeat, et quod, qui gradu ¹² alterum præcedit, ille successionem vicinior capiat.

- I. ¹³ Ut sorores cum fratribus æqualiter in parentum hæreditate succedant.

Si pater vel mater intestati discesserint, sorores cum fratribus in omni parentum hæreditate ¹⁴ absque aliquo obiectu æquali divisione succedant.

- II. ¹⁵ Quod in hæreditatis successione filii primi sunt.

In hæreditate illius, qui moritur, si intestatus discesserit, filii primi sunt: si filii desunt, nepotibus debetur hæreditas: si nec nepotes fuerint, pronepotes ad hæreditatem vocantur: si vero qui moritur nec filios, nec nepotes, seu patrem, vel matrem relinquit, tunc avus, aut avia hæreditatem sibi vindicabit.

- III. Antiqua. ¹⁶ Si aut de superiori, aut de inferiori genere directi ordinis personæ defuerint, tunc a latere venientes facultatis accipiant portiones.

Quando supradictæ personæ desunt, quæ aut de superiore,

- XI. De successione mariti et uxoris.

- XII. De hæreditate clericorum et monachorum.

- XIII. Ut post mortem matris, filii in patris potestate consistent, et quid de rebus filiorum agere conveniat patrem.

- XIV. Si mater in viduitate permanserit, æqualem inter filios capiat portionem; et quid de rebus filiorum agere conveniat matrem.

- XV. Ne uxor sibi vindicet quod maritum cum servis eius adquisisse constitit.

- XVI. De his, quæ vir et uxor in coniugio constituit conquirere potuerint.

- XVII. De parvulo qualiter hæreditatem capere possit.

- XVIII. Qualiter hæreditatem parvuli parentes adsequi possunt.

- XIX. De posthumis.

- XX. Ut qui non reliquerit filios, faciendi de rebus suis, quod voluerit, habeat potestatem.

riori, aut de inferiori genere discreto ordine veniunt, tunc illæ personæ, quæ sunt a latere constitutæ, requirantur, ut hæreditatem accipiant defuncti, qui intestatus discesserit. Nam illæ personæ, quæ sunt a longinquiribus ¹⁷ constitutæ, nihil se extiment illis prioribus posse repetere.

- IV. ¹⁸ Qui succedere possunt in eorum facultatibus, qui nec scriptis, nec testibus suam alligant voluntatem.

De successionibus eorum qui sic moriuntur, ut nec donationem, nec ullum faciant testamentum, nec præsentibus testibus suam ordinem voluntatem, qui gradu illis proximi fuerint, eorum obtinebunt hæreditatem.

- V. ¹⁹ De successione fratrum et sororum, sive illorum, qui de diversis parentibus generantur.

Qui fratres tantummodo, et sorores relinquit, in eius hæreditate fratres, et sorores æqualiter succedant, si tamen unius patris et matris filii esse videantur. Nam si de

¹ Lind. sobrinus, sobrina
² Tolet.-goth. amitinæ
³ Card. Hi sunt proavi paterni frater et soror. Hæc species &c. Lind. Hi sunt proavi materni frater et soror
⁴ Tolet.-goth. Hæc est species, nec aliis gradibus, quam scriptum est, &c.
⁵ Tolet.-goth. inscriptio non reperitur.
⁶ Tolet.-goth. amitinæ
⁷ Tolet.-goth. et Lind. abpratruus
⁸ Card. et Lind. Hi sunt abavi materni frater et soror. Hæc quoque &c.
⁹ Emilian. Card. et Lind. tenentur
M.L. Tom. I.

¹⁰ Lind. in omni hæreditate
¹¹ Lind. in omni hæreditate
¹² Lind. in gradu: et eodem modo in lege.
¹³ Card. Antiqua.
¹⁴ Tolet.-goth. Card. et Lind. facultate
¹⁵ Tolet.-goth. Antiqua noviter emendata. Card. Antiqua.
¹⁶ Card. Nova emendata. Lind. Nov. emd.
¹⁷ Lind. longioribus
¹⁸ Card. et Tolet.-goth. Antiqua.
¹⁹ Emilian. Card. et Lind. Fls. Chds. Tolet.-goth. Fls. Cindasvindus Rex. Noviter emendata.

præsumperit, omnia de rebus eius illis filiis de cuius matres res esse videntur, reddenda sunt, et omnimodis sarcienda.

XIV. Antiqua. ¹ *Si mater in viduitate permanserit, æqualem inter filios capiat portionem, et quid de rebus filiorum agere conveniat matrem.*

Mater ², si in viduitate permanserit, æqualem inter filios suos, id est, qualem unusquisque ex filiis usufructuario ³ iure de facultate mariti habeat portionem, quam usque ad tempus vitæ suæ usufructuario iure possideat. Ceterum nec donare, nec vendere, nec uni ex filiis conferre præsumat. Quod si eam filii portionem ipsam matrem evertere, seu per negligentiam, sive per odium forte perspexerint; ad comitem civitatis, aut ad iudicem referre non differant: ut matrem suam ⁴ contestatione commoneant, ne res quas usufructuarias accepit, evertat. Nam usum fructum quem ipsa fuerat perceptura, dare cui voluerit filio vel filia, non vetetur. Sed et quod de ipso usu sibi debito iuste conquirere potuerit, faciat quodcumque illi omnimodis iustissime placuerit. Verum si ex ea usufructuaria portione aliquid probatur eversum, filiis post mortem matris de eius facultatibus sarciantur. Post obitum vero matris portio, quam mater acceperat, ad filios æqualiter revertatur, quia non possunt de paterna hæreditate fraudari. Quod si mater ad alias nuptias forlasse transierit, ex ea die usufructuariam portionem, quam de bonis mariti fuerat consequuta, filii inter reliquas res paternas, qui ex eo nati sunt coniugio, vindicabunt.

XV. ⁵ *Ne uxor sibi vindicet quod maritum cum servis eius adquisisse constiterit.*

Maritus si cum servis uxoris suæ aliquid adquisierit, vel in expeditione aliquid lucri fuerit consequutus, nihil exinde uxor a viro suo præsumat repetere, nec ipso vi-

¹ *Legion. codex inter hanc legem XIV., et antecedentem profert et alteram, quam in codicibus castellan. sermone suo vulgari mandatam invenimus; quæque ita ait:*

XIV. Item ut post mortem matris filii in potestate patris manent tuendi, etiam si novercam pater superduxerit; et quid de rebus filiorum conveniat pater iuxta superiorem legem.

In lege enim anteriore sancitum est, ut matre mortua, si pater non duxerit novercam, filii in patris potestate cum omnibus rebus maternis tuendi manent, usque ad tempus nuptiarum, et usufructuario cum filiis suis de ipsa rescula pro suo iure percipiat, et una cum ipsis filiis suis communibus consumat expensis: dum vero ad nuptias venerint, vel XX. annos impleverint ætatis, mediam ex eadem, quam unumquemque contigerit de rebus maternis, pater restituat rationem, et medietatem in sua habeat potestate dum advixerit, et nihil exinde vendere, aut donare, vel evertere præsumat, filiis ex eodem coniugio natis integram et intemeratam post obitum reliquendam. Si certe pater novercam superduxerit, ita decretum in eadem lege, ut filii acceptam a patre omnem maternam hæreditatem ad alienam transeant potestatem tuendi cum omni facultate, sprete patris cura vel tuitione. Quia valde indignum et horrendum nostra perspexit clementia esse factum, dum obliti sunt Salomonem dicentem: quare seduceris, fili mi, ab aliena, et foveris signum alterius? Et iterum: qui subtrahit se, vel aliquid a patre suo, vel matre, et dicit hoc non esse peccatum, particeps homicidæ est. Et iterum: oculus qui subsannat patrem, et despicit partum matris suæ, effodiant eum corvi de torrentibus, et comedant illum filii aquilæ. Necnon et illud: melius est enim ut filii tui te rogent, quam te respicere ad manus filiorum tuorum: idcirco nimium et incongruum, et indigne forte perspexit talia fieri nostra gloria, dum absque rationis dogmati talia decreverunt dispendia: ut ipsi lucrum de rescula filiorum alienorum habeant, qui nullam eum nutriendi habeant penuriam; sed patri generant damnum, qui debuerunt per filiorum gaudium. Deo igitur nitente contra huius seriem legis secundum sacras scripturas, nostra gloria recolente illud obiicimus, quod hymnicus ille dixit David: sicut pater miseretur filiorum, sic misertus est dominus timentibus eum: de quo etiam Salomon dixit: filius sapiens doctrina patris. Et iterum: filii, suscipe senectam patris tui, et ne contristes eum in vita illius. Et iterum: qui diligit filium suum, frequentat illi

vente, nec post eius obitum: sed vir, qui uxorem suam secundum sanctam scripturam habet in potestate, similiter et in servis eius potestatem habebit; et omnia, quæ cum servis uxoris suæ vel suis in expeditione adquisivit, in sua potestate permaneant. Pro eadem scilicet ratione, quia si ipsi servi, dum cum domino suo in expeditione conversabantur, aliquid admisissent forte damnosum, ille qui eos secum duxerat, et ei aliquid fecerant augmenti, ipse pro eis, et responsum daturus esset et compositionem, si culpabiles fuissent inventi. Unde bene iubetur, ut sicut lucrum, ita et damnum ad se dominus noverit pertinendum.

XVI. FLAVIUS GLORIOSUS RECESVINTUS REX ⁶.

De his quæ vir et uxor in coniugio constituti conquirere potuerint.

Dum cuiuscumque dignitatis aut mediocritatis mariti persona uxori fuerit nobiliter atque competenter adiuncta, et pariter viventes aliquid augmentaverint, vel in quibuscumque rebus quippiam profligasse ⁷ visi fuerint, atque proveniat, ut unus ex eis maioris rei et facultatis dominus sit, de omnibus augmentis, et profligationibus pariter conquisitis, tantam partem unusquisque obtineat, quantum eius facultatem fuisse omnimodis sibi debita vel habita possessio manifestat. Ita ut si æqualis abundantia domini sunt, pro parvis rebus contentionis intemperantiam non adsumant. Quia difficile est, ut in tanta æquitate facultas eorum possit æquari, ne in quocumque videatur una pars alteri superesse. Nam si evidenter unius facultas alterius possibilitatem transgredi videatur, ut superius dictum est, iuxta quantitatem debitæ possessionis erit et divisio portionis, quam sibi post uniuscuiuscumque mortem vindicabit persona suppressis, et aut filiis suis aut propriis relinquat hæredibus, aut certe de ea facere quod voluerit, licentiam habebit. Eadem quoque ordinationis forma, tam in viris quam in uxoribus, erit omnimodis

flagellum, ut lætetur in novissimo eius: qui docet filium suum, laudabitur in illo, et in medio domesticorum glorificabitur in illo: qui docet filium suum, in cælum mittit inimicos, et in medio amicorum glorificabitur in illo: mortuus est pater illius, et quasi non est mortuus, simile enim relinquit post se: in vita sua videbit, et lætatus est in illo, et in obitu suo non est contristatus, nec confusus est coram inimicis; reliquit enim defensorem domus contra inimicos, et amici reddentem gratiam. Dum igitur hæc talia meminit nostra gloria excellentissima, quæ a domino per ora vatum suorum fuerunt promulgata; nostra ratum duxit serenitas tantis obtemperare præceptis, domino ordinante, huic addere nitimur legem, ut sprete quæ digne non sunt posita, innectimus quod omnibus a domino patuit ordinatum. Unde omnibus ad regni nostri ditionem pertinentibus commonemus per huius nostri seriem decreti, ut deinceps sicut est iustitiæ, et sacra scriptura docet, huius novellæ sanctionis custodiatur forma disciplinæ, ut post mortem uxoris quisquis ille superduxerit novercam, filii qui de eodem coniugio nati sunt, in patris potestatem et gubernationem permaneant cum omnibus maternis: quia valde indignum est, ut filii, patris gubernatione vel potestate relicta, in alterius tuitionem deveniant. Sed ut instituimus, pater dum novercam duxerit, filios suos una cum peculio materno iuxta superiorem legis modum tuitionis ordinem regat. Ita tamen ordinamus, ut inventarium de rebus filiorum suorum manu sua conscribat coram iudice vel hæredibus defunctæ mulieris strenue et fideliter faciat. Talis vero placiti cautio in hæredum suorum nomine conscribatur, quibus tutela ipsa pertinere videtur legitime, si pater defuisset, ut nihil de ipsis filiorum suorum rebus pater everteret, sed filiorum vitam sollicito voto vel actu salvare intendat, et res eorum absque aliqua diminutione perditionis tuendas accipiat. Quod si pater ipse qui novercam duxerit, tuitionem filiorum suscipere noluerit, tunc a iudice tutor requirendus est, quomodo lege superiore dicitur.

² *Legion. Mulier, si post mortem mariti in viduitate permanserit.*

³ *Legion. usufructuariam de facultate*

⁴ *Legion. et Lind. suam*

⁵ *Card. Antiqua. Legion. Antiqua noviter emendata.*

⁶ *Legion. Antiqua noviter emendata. Tolet.-goth. Flavius gloriosus Recesvintus.*

⁷ *Legion. profligantes*

observanda. De illis autem rebus, quibus in amborum nomine inveniuntur scripturæ confectæ, iuxta conditionem ipsius scripturæ, pertineat illis et divisio rei, et possessio iuris. Quod vero maritus, aut de extraneorum lucris, aut in expeditione publica conquisivit, aut de principis, vel patroni, atque amicorum conlatione promeruit, filii vel hæredes eius ad integrum sibi vindicabunt, aut quod exinde voluerint iudicare, licenter ¹ illis erit plenam potestatem habere. Similis erit et de mulieribus conditio, si quorumcumque munere videantur aliquid percepisse

XVII. ² FLAVIUS RECESVINTUS REX ³.

De parvulo qualiter hæreditatem capere possit.

Interdum rem dubiam, nisi ratiocinationis disceptatio deducat in lucem, frequenter hanc ambiguitas præcipita in errorem. Contendunt namque plurimi, si genitus infans, non longe defunctus, hæreditatis possit parentum iura sortiri: quorum litibus hos modos ponit ratio. Naturæ origo ita condita manet, talique usu decurrit, ne is qui nascitur, prius aliud quam se suscipientem capiat ⁴ lucem, ut de tenebris genitalibus prodiens, illarum rerum sentiat tactum, quarum hunc partibus constat esse concretum. Quo ergo ordine, libere capiat hæreditatem terrenæ possessionis, qui vix extremæ cepit primordia lucis? Quique sortitus vix est usum elementorum, quibus concretus est, quomodo sortietur bona rerum, ad quarum dominium natus non est? quemque non hæreditabit producta lux cœli, qualiter morte ⁵ contractum improvisa ditabit portio mundi? quæ etiam ratione aggredietur viventium iura, cui vicinius fuit, mortem adisse quam vitam? Sicque naufragus in medio lucis angustias mox genitales exiit, mox fatales relapsus est in tenebras. Ut ergo et proximis parentibus ad successionem huius aditus reseretur, et ipsa defuncti vita comprobetur, si vere sit clara vita, atque hanc ipsam licet parvi temporis vitam comitetur eternæ participatio vitæ, non aliter in utroque sexu hæreditatem capiat qui nascetur ⁶, nisi post nativitalis ortum, et sacri baptismatis gratiam consequatur, et decem dierum spaliis vixisse probetur, ut successoris patris vel matris persona, quæ per hunc parvulum terrenæ cupit hæreditatis acquirere commoda, ante morituro eternæ mansionis præparet vitam, et ita demum adsequitur ⁷ vivens cum rebus labentibus terram. Sicque salutari commercio dum hæreditat ille cœlum, hæreditet iste solum ⁸: dum illi providentur adire cœlestia, isti permittantur adire terrena: dumque adsequitur ille vitalia, conquirit iste caduca; ut etsi defunctus terrenum ⁹ ius non potuit possidere terrenus, saltim ille cœlestem lucrum valeat obtinere.

XVIII. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ¹⁰.

Qualiter hæreditatem parvuli parentes adsequi possunt.

Patre defuncto, si filius filiave decem sive amplius, vel infra diebus vivens ¹¹, et baptizatus ab hac vita discesserit, quidquid ei de facultate patris competere poterat, mater sibi debeat vindicare. Itemque, matre defuncta, non

aliter defuncti filii portionem pater obtineat, nisi natum filium, filiamve decem diebus, sive amplius vel infra vixisse ¹² et fuisse baptizatum edoceat. Ita ut pater aut mater, quibus ista successio competit, si filios non reliquerint, integram et intemeratam eandem luctuosam hæreditatem dividendam omnibus nepotibus derelinquant. Nec meliorandi quemcumque nepotum amplius quam de tertia parte huius rei habeant potestatem. Nam si ecclesiis vel libertis, seu cuilibet largiri de eadem facultate voluerint, de quinta tantum parte, secundum superiorem ¹³ legem, potestatem habebunt. Sin autem nec filii, nec nepotes, nec pronepotes suppresses ¹⁴ extiterint, quod de eadem facultate facere vel iudicare voluerint, habeant potestatem. Quod si intestati discesserint ¹⁵ genitores, tunc alii parentes defuncti patris vel matris, qui gradu proximiores fuerint, prædictam facultatem proculdubio consequantur. Ita ut, mortuo filio, si pater qui filii defuncti successionem ceperit, intestatus discesserit, hæredibus patris ex lege propinquieribus eadem facultas pertineat. Similiter etsi mater luctuosam filii defuncti hæreditatem ceperit, et intestata discesserit, omnis successio ¹⁶ eius eadem facultate ad propinquos mulieris hæredes pertinere debet, ea conditione servata, ut nepotes ex filio vel filia, qui patre vel matre suppressite mortui fuerint, integram de rebus avi vel aviæ, quam fuerant pater eorum vel mater, si vixissent, habituri, percipiant portionem. Quod si filius, habens uxorem et filios, patre vivente, discesserit ¹⁷, antequam ei pater suus omnem portionem, quæ ei contingeret, implesset; et ¹⁸ filii quos reliquerat, vivente avo, mortui fuerint, tunc illa relicta hoc tantum recipiat, quod in maritum pater antea sequestravit. Nec plus illa vidua a socio vel cognatis requirat. Si vero filius cum patre in commune vivens ¹⁹ nihil ab eo portionis acceperit, tunc illa vidua tantummodo accipiat, quod ei tempore nuptiarum maritus eius donationis titulo ²⁰ noscitur contulisse. Si vero filius patris ²¹ servans obedientiam, res, quæ ei de materna successione competeabant, patrem possidere permiserit, et postmodum eandem facultatem filio debitam, quam pater possidebat, idem filius uxori suæ, vel cuicumque concesserit, firma talis donatio in nomine uxoris, vel cuiuscumque conscripta manebit, si tamen filios ²² de eodem viro non habuerit. Nam si filii suppresses extiterint, ordo superioris legis erit incunctanter servandus.

XIX. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ²³.

De Posthumis.

Divini principatus quodammodo peragimus vicem, quum necdum genitis misericordiæ porrigimus opem. Ideoque quum ²⁴ vir præventus sorte fatali, foetu gravidam cum filiis relinquit uxorem, eum qui nascetur postmodum cum ceteris qui nati sunt, fieri censemus hæredem. Quod si nusquam forte reliquerit sobolem, et suam quibuslibet donaverit facultatem, quarta rerum eis portio dividenda servetur. Tres vero partes, quæ supersunt, posthumus absque dubio sortietur. Quod si vir et uxor in coniugio positi, antequam filios habeant, invicem sibi unus in alterius nomine de facultate propria donationis faciunt scri-

¹ Legion. licentia

² In Tolet.-goth. lex ista XVII. non apparet.

³ Card. Fls. Chds. Antiqua. Lind. FLS. GLS. RCDS. Rex.

⁴ Legion. adsumat aerem. Card. et Lind. adsumat hæredem

⁵ Lind. mortis contractu

⁶ Legion. et Lind. nascitur

⁷ Legion. et Lind. absqueatur

⁸ Card. et Lind. saculum

⁹ Lind. terrena huius non potuit possidere, terreno saltem comparato iure, cœleste lucrum. Legion. possidere, terreno saltem

¹⁰ Emilian. et Card. Recesvindus. Legion. Cintasvindus Rex, noviter emendata.

¹¹ Tolet.-goth. vivens ab hac vita

¹² Tolet.-goth. vixisse edoceat

¹³ Card. et Legion. subteriore

¹⁴ Card. superstitis

¹⁵ Lind. decesserint

¹⁶ Emilian. et Card. omnis successio eiusdem facultatis. Legion. eiusdem hæreditatis

¹⁷ Emilian. et Lind. decesserint

¹⁸ Hæc legis pars secundum Lind. editionem correctâ fuit; in cæteris namque M. SS. mendis deturpata invenitur. Card. ita refert: et ipse sine patre aut cum eo vivens. Legion.: et ipse cum patre vivens filios quos reliquerat vivente avo. Vigil. et cæteri: et ipse cum patre vivens filios reliquerit

¹⁹ Card. adiicit: aut sine ipso

²⁰ Legion. titulo dotali

²¹ Lind. patri

²² Legion. et Lind. filii de eodem coniugio non fuerint

²³ Card. addit: Noviter emendata. Legion. Antiqua. Tolet.-goth. Flavius Cintasvintus. Lind. Flavius Gundemarus rex.

²⁴ Legion. et Lind. quicumque vir

pluram, et post huius testationis ordinem filios talibus habere contingat, talis parentum testatio, si filii ipsi supprestes extiterint, omnino non valeat, sed ex toto huius tam indiscretæ ordinationis voluntate disrupta, debitam sibi omnem parentum facultatem filii capiant et adsumant: de quinta tantum parte parentibus, si aliquid inde testasse contigerit, potestate concessa¹ habebunt. Ceterum si unus ex ambobus, id est, vir aut uxor, antequam unius copulæ societatem adirent, quicumque ex ambobus in alterius nomine scripturam de rebus suis probatus fuerit conscripsisse, omni vigore valitura persistat², et talis testatio per eorum vocem qui postea ex illis nati fuerint, non erit ullo modo convellenda.

XX. FLAVIUS GLORIOSUS CINTASVINTUS REX³.

Ut qui non reliquerit filios, faciendi de rebus suis quod voluerit, habeat potestatem.

Omnis vir ingenuus atque femina, sive nobilis, seu inferior, qui filios, vel nepotes aut pronepotes non reliquerit, faciendi de rebus suis quidquid voluerit indubitanter licentiam habeat⁴, nec ab aliis quibuslibet proximis, ex superiori vel ex transverso venientibus, poterit ordinatio eius in quocumque convelli. Quia recta linea decurrens non habet originem, quæ cum successione naturæ hæreditatem possit accipere. Ex intestato autem, iuxta legum ordinem, sibi⁵ debitam hæreditare poterunt iure successionem.

III. TITULUS DE PUPILLIS, ET EORUM TUTORIBUS.

- I. *Quod utroque relictus parente pupillus vocetur.*
- II. *Ex quo incipiunt computari anni in actionibus pupillorum.*

I. FLAVIUS CINTASVINTUS REX⁷.

Quod utroque relictus parente pupillus vocetur.

Discretio pietatis est sic consultum ferre minoribus, ut iustæ possessionis dominum sustinere damna non patiamur. Ob hoc licet hactenus, a patre tantum relicti filii parvuli, pupilli nuncuparentur⁸: tamen quia non minorem curam erga filiorum utilitatem matres constat frequenter impendere, ideo ab utroque parente, hoc est, patre vel matre infra quindecim⁹ annos filios post mortem relictos, pupillos per hanc legem decernimus nuncupandos.

II. FLAVIUS CINTASVINTUS REX¹⁰.

Ex quo incipient computari anni in actionibus pupillorum.

Quotiens de amissione rerum intentio vertitur, illos annos in pupillorum actionibus computandos esse censemus, quibus parentes ipsorum, pater videlicet aut mater, re caruisse noscuntur: id est, ut ex eo tempore cum pupillaribus annis ad quinquagenarium numerum summa pertendat, de quo a prædictis eorum parentibus¹¹ esse rem constat amissam. Sin vero parentes pupilli, dum viverent, rem per triginta annos amiserint, pupillus propter hoc ultra loqui non poterit.

- III.¹² *Qualiter pupillorum tutela suscipiatur, vel de rebus eorum quæ pars tutoribus detur.*

Si patre mortuo in minori ætate filii relinquuntur, mater eorum tutelam, si voluerit, suscipiat, si tamen in viduitate permanserit. Ita ut de rebus filiis debitis inventarium faciat, per quod postmodum filii hæreditatem sibi debitam quærant. Quod si mater alium maritum acceperit, et aliquis de filiis iam ad perfectam, id est, usque ad viginti¹³

- III. *Qualiter pupillorum tutela suscipiatur, vel de rebus eorum, quæ pars tutoribus detur⁶.*
- IV. *Ne tutores ab eis quos in tuitione habent quascumque scripturas extorquere præsumant.*

annorum perveniat ætatem, ipse iuniores fratres sua tuitione defendat, et res eorum nec ab ipsis nec ab aliis permittat everti, nec aliqua negligentia deperire. Quod si eas ipse forte consumpserit, aut vendiderit, vel donaverit, aut per negligentiam suam perire permiserit; quum fratres adoleverint, ea quæ per negligentiam ipsius perierint, de sua illis portione restituat. Cui tamen de fructibus ad victum præsumendi partem decimam non negamus, ut non hæc, quæ debet minoribus reservare, nimis evertat expensis. Si quas vero de suo pro communibus necessitatibus aut negotiis expensas fecerit, facta præsentis iudice ratione, de ea quæ ipsis a patre communis relicta est substantia, quod expenderit consequatur. Quod si fratres eius ætatis vel meriti non fuerint, qui defensionem suscipiant orphanorum, tunc patruus vel patruus filius tutelæ, qualem de fratribus constituimus, conditionem suscipiat. Quod si nec patruus, nec patruus filius, qui digne tutelam suscipiat orphanorum fuerit, tunc tutor ab aliis parentibus in præsentia iudicis eligatur. Et sive mater tutelam, sive quicumque susceperit, præsentibus testibus vel propinquis, de omnibus rebus quas pater reliquit, brevis factus trium vel quinque testium subscriptione firmetur, et præsentibus ipsis, qui ad brevem faciendum testes interfuerint, Episcopo aut Presbytero, quem parentes elegerint, brevis commendetur, minoribus dum adoleverint reformandus. Statuentes etiam, ut si quæ contra minorum personas adversæ accesserint actiones, his intentionibus tutor, si voluerit¹⁴, debeat parare responsum. Certe si neglexerit, repetenti quæ postulat a iudice restituantur: salvo tamen minorum negotio, dum adoleverint, ad integrum reformando. Ille vero qui ad præsens rem ipsam petere cœpit, si in iudicio, dum ipse minor adoleverit, ab eodem fuerit victus, quæ acceperat, cum retroactorum temporum fructibus sive servitiis, ipsi minori, aut parentibus eius, seu ad quem ipsa facultas iuste transierit, vel cui conlata fuerit, indubitanter restituat. Et pro præsumptione sua, quia quod in iudicio vindicare non valuit, quod petierat, insuper decem solidos coactus exsolvat.

¹ *Tolet.-goth. Legion. et Lind.* concessa. Ceterum

² *Lind.* consistat

³ *Emilian. et Card.* Flavius Glosus. Recesvintus Rex. *Legion.* Antiqua. *Ervigius Rex. Tolet.-goth.* Flavius gloriosus Cintasvintus. *Lind. Fls. Rcds.* rex.

⁴ *Legion. et Lind.* habebit

⁵ *Legion.* debitam sibi hæreditatem poterunt iure successionis habere

⁶ *Legion.* debetur

⁷ *Card. Antiqua. Legion. Antiqua noviter emendata. Tolet.-M.L. Tom. I.*

goth. Flavius Cintasvintus. Lind. Fls. Chds. rex.

⁸ *Lind.* nuncupentur

⁹ *Lind. XXV.*

¹⁰ *Tolet.-goth. Flavius Cintasvintus*

¹¹ *Legion. et Card.* parentibus, excepto tricennali obiectione rem constiterit fuisse amissam

¹² *Legion. Fls. Gls. Suintls. Rex. Antiqua noviter emendata. Card. Antiqua nova. Lind. Antiqua.*

¹³ *Tolet.-goth. XXI.*

¹⁴ *Emilian. Card. et Lind.* si elegerit

Nam et si tutor pro pupillorum lucris, vel eorum rebus intendere, vel causare voluerit, licentia illi indubitata manebit. Quod si negotia pupillorum negligentia tutoris fuerint vitiosa, vel perditas, pupillorum¹ ea voce ad futurum permittimus reparanda.

IV. FLAVIUS GLORIOSUS RECESVINTUS REX².

Ne tutores ab eis quos in tuitione habent quascumque scripturas extorquere præsument.

Dum minorum ætas in annis pupillaribus constituta nec se, nec bona sua regere possit, bene legibus est decretum eos, et sub tutoribus esse, et in eorum negotiis quot statuti anni debeant computari. Quia vero quidam tutores aut suasionem, aut indignationem circumveniunt quos gratis tueri debuerant, et de rebus reddendæ rationis securitates accipiunt, vel certe diversarum obligationum scripturas ab illis exigendas insistunt, quo extinctis vocibus eorum, quæ illis competunt, numquam inquirere, vel recipere permittantur. Adeo ut melioris mercedis partem nostra clementia consequatur, dum competentem curam eisdem minoribus inrogare perpenditur; hæc custodienda modis omnibus conditio ordinatur, ut sive in minori ætate, seu etiam quamvis quartum decimum ætatis annum videantur pupilli transire, tamen si tutores adhuc, vel ipsos, vel eorum res in sua potestate noscuntur habere³

quancumque scripturam securitatis, aut alicuius obligationis atque transactionis, ipsis tutoribus, vel cuicumque personæ per factionem tutorum fecisse reperiantur, omnia invalida, et exinanita penitus reputentur. Quum vero tempus illud advenerit, quando eum qui sub tuitione fuit, rem in sua potestate oporteat redigere, tunc ille tutor coram sacerdote vel iudice⁴, pupillo de cunctis rebus redita ratione, ab eo quem tuitus est securitatis scripturam procuret accipere: sicque remota omni occasione pressuræ⁵, aut recipiat pupillus quod iuste sibi deberi cognoverit, aut libero arbitrio de rebus suis, utrum cessionem, an qualem voluerit ordinare definitionem, plenam habeat libertatem. Si vero proveniat, ut dum in tuitione est, mortali langore vexetur, quod de sibi debitis rebus iudicare elegerit, a duodecimo⁶ ætatis suæ anno, iuxta ordinem qui in alia lege est definitus, habeat plenissimam potestatem. De rebus vero tutoris, seu vivens, sive moriens idem tutor eas an filiis, an quibuscumque personis reliquerit, si pupillis redita ratio non fuerit, iuxta inventarium quod tempore acceptæ tuitionis est factum, sive quod evidenter apud tutorem fuisse extiterit manifestum, qui res tutoris habuerint, pupillis⁷ indubitanter omnia reformabunt. Huius sane legis remedium cunctis pupillis dabit indubitanter consultum: excepto si illud tempus advenerit, quando eorum vocem quinquagenario numero lex sopiri decrevit.

IV. TITULUS DE EXPOSITIS INFANTIBUS.

- I. *Ut pro exposito infantulo ingenuo, serviat qui proiecit.*
 II. *Si servus vel ancilla, consciis vel nesciis dominis,*

proiicere videantur infantem.

- III. *Qui a parentibus infantulum acceperit nutriendum, quantum mercedis pro nutritione accipiat præmium.*

- I. ⁹ *Ut pro exposito infantulo ingenuo, serviat qui proiecit.*

Si quis puerum, aut puellam ubicumque expositum misericordiæ contemplatione collegerit, et nutritus infans a parentibus postmodum fuerit agnitus, si ingenuorum filius esse dinoscitur, aut servum vicarium reddant, aut pretium. Quod si facere forte neglexerint, a iudice territorii de proprietate parentum expositus redimatur, et parentes huius impietatis auctores exsilio perpetuo relegentur. Si vero non habuerint unde filium redimere possint, pro infantulo deserviat qui proiecit, et ille in libertate maneat propria, quem servavit pietas aliena. Hoc vero facinus, quum fuerit ubicumque commissum, iudicibus et accusare liceat, et damnare.

- II. ⁹ *Si servus vel ancilla, consciis vel nesciis dominis, proiicere videantur infantem.*

Si ancilla, vel servus in fraudem fortasse dominorum in-

fantem exposuerint, et ipsis insciis, infantem proiecerint, infans quum fuerit nutritus, tertiam partem pretii nutritor accipiat. Ita ut iuret aut probet dominus se, quod servi sui infantem exposuerint, ignorasse. Si vero consciis dominis, infans probatur fuisse iactatus, in eius qui nutritivitate permaneat.

- III. ¹⁰ *Qui a parentibus infantulum acceperit nutriendum, quantum mercedis pro nutritione accipiat præmium.*

Si quis a parentibus infantulum acceperit nutriendum, usque ad decem annos, per singulos annos, singulos solidos pretii pro nutrito infante percipiat. Si vero decimum annum ætatis excesserit, nihil postea mercedis addatur: quia ipse, qui nutritus est, mercedem suam suo potest iam compensare servitio. Quod si hanc summam, qui repetit infantem, dare noluerit, mancipium in nutrientis potestate permaneat¹¹.

V. TITULUS DE NATURALIBUS BONIS.

- I. *De non exheredandis filiis, et quod iudicium ferant parentes de facultatibus suis.*

- II. *De quota parte liceat mulieribus iudicare de dotibus suis.*

¹ *Lind.* pupillis eam vicem ad futurum permittimus reparandum

² *Card. Chds. Tolet.-goth.* Flavius gloriosus Recesvintus

³ *Card.* habere per scripturam, aut sine scriptura securitates aut obligationes aliquas, atque transactiones ipsis tutoribus, vel cuicumque personæ, factione tutorum &c.

⁴ *Legion.* iudice pupillorum

⁵ *Card.* pressuræ, recipiat pupillus quod iuste sibi deberi cognovit, et libero arbitrio potiat de rebus suis, utrum cessio-

nem, an qualem voluerit ordinare definitionem, plenam habeat firmitatem

⁶ *Emilian. Legion. Card. et Tolet.-goth.* decimo

⁷ *Card.* pupillis, aut si defuerint ipsi, illis quibus res pupillorum competunt, indubitanter &c.

⁸ *Legion. Fls. Gls. Suinds. R. Antiqua.*

⁹ *Card. Legion. et Lind. Antiqua.*

¹⁰ *Card. Legion. et Lind. Antiqua.*

¹¹ *Legion.* hæc adiicit: quia summam implere neglexerit

III. *De his quæ parentes tempore nuptiarum filiis dederint.*
 IV. *De filiis de ¹ diversis parentibus natis, et qua discretionem parentum adsequantur hæreditatem.*

V. *De his quæ filii, patre vivente vel matre, videntur adquirere.*

I. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX ².

De non exhæredandis filiis, et quod iudicium ferant parentes de facultatibus ³ suis.

Dum illicita quæque perpetrari cognoscimus, legem ponere sequuturis opportune compellimur. Plerique enim indiscrete viventes, suasque facultates interdum vel causa luxuriæ, vel cuiusdam malæ voluntatis adsensu, in personas extraneas transferentes, ita inoffensos filios, vel nepotes, aut non ex gravi culpa forsitan obnoxios inanes relinquunt, ut utilitatibus publicis nihil possint omnino prodesse, quos oportuerat cum virtute parentum iniunctum sibi laborem inexcusabiliter expedire. Sed ne sub hac occasione, aut utilitati publicæ quandoque deperat quod perire non debet, aut naturalis pietas suspendatur a filiis vel nepotibus, quam circa eos exerceri competententer oportet; ideo abrogata legis illius sententia, qua pater vel mater, aut avus sive avia in extraneam personam facultatem suam conferre, si voluissent, potestatem haberent, vel etiam de dote sua facere mulier, quod elegisset, in arbitrio suo consisteret; ista magis servetur a cunctis moderata censura, qua nec parentibus, vel avis adimatur iudicandi de rebus suis ex toto licentia, nec filios aut nepotes a successione avorum, vel genitorum ex omnibus repellat indiscreta voluntas. Igitur pater vel mater, avus vel avia, quibus quempiam filiorum vel nepotum meliorandi voluntas est, hanc servant omnino mensuram ⁴, ut super tertiam partem rerum suarum meliorandis filiis aut filiabus, vel nepotibus atque neptibus ex omnibus rebus suis nihil amplius impendant, neque facultatem suam ex omnibus in extraneam personam transducant, nisi fortasse provenerit, eos legitimos filios vel nepotes non habere supprestes. Hoc tamen, rationis intuitu prælucente, observandum adiicimus, ut pater vel mater, avus vel avia de supradicta tertia parte rerum suarum, si in nomine filiorum suorum, atque nepotum aliquid specialiter scriptis conferre decreverint, iuxta testationis eorum ordinem, cuncta erunt observanda perenniter; qualiter testatio talium de eadem tertia portione, iuxta quod eam in singulos voluerit prælargire, plenam et inconvulsibilem obtineat firmitatem. Nec licebit filiis ipsis atque nepotibus, qui de hac tertia portione aliquid meruerint a parentibus suis vel avis percipere, quodcumque aliud iudicare, excepto si a parentibus vel ab avis nulla adfutura videatur pro conlatis rebus testationis conditio intercessisse. Sane si filios sive nepotes habentes ecclesiis vel libertis, aut quibus elegerint, de facultate sua largiendi voluntatem habuerint, extra illam tertiam portionem, quæ superius dicta est, quinta iterum pars separabitur. De qua quinta parte ⁵ iudicandi potestas illis indubitata manebit; sed si ve tertia rerum pars quæ meliorandis filiis ⁶ impendi præcipitur ⁷, sive quinta quæ pro conlatione ecclesiarum vel libertorum, seu quorumlibet impensione separare iubetur, de propriis tantumdem rebus separabitur. Nam quod quisquis ille per auctoritatem percipere meruerit Principum, nullo modo in adnumeratione huius tertiæ vel quintæ partis quolibet titulo admiscetur, sed iuxta legem aliam, qui hoc a Rege perceperint, habebunt licitum, quale voluerint, de conlatis sibi rebus a Principe ferre iudicium. Ex-

hæredare autem filios aut nepotes, licet pro levi culpa, illicitum iam dictis parentibus erit. Flagellandi tamen et corripendi eos, quamdiu sunt in familia constituti, tam avo quam aviæ, seu patri quam matri potestas manebit. Nam si filius filiave, nepos vel neptis tam præsumptiosi ⁸ extiterint, aut avum suum, aut aviam, sive etiam patrem aut matrem gravibus iniuriis conentur afficere ⁹, hoc est, si aut alapa, pugno vel calce, seu lapide, aut fuste vel flagello ¹⁰ percutiant, sive per pedem, aut per capillos, ac per manum etiam, vel quocumque inhonesto casu abstrahere contumeliose præsumant ¹¹, aut publice quodcumque crimen avo, aut aviæ, seu genitoribus suis obiiciant. Tales si quidem manifeste convicti, et verberandi sunt ante iudicem quinquagenis flagellis, et ab hæreditate supradictorum, si idem avus et avia, pater vel mater voluerint, repellendi. Tamen si resipiscentes a sua excessu, veniam a suprascriptis, quos offenderant, imploraverint, eosque in gratiam receperint paterna pietate, aut rerum suarum successores instituerint, neque prohiberi ab eorum hæreditate, neque propter disciplinam, qua correpti sunt, infamiam poterint ullatenus sustinere.

II. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX. ¹².

De quota parte liceat mulieribus iudicare de dotibus suis.

Quia mulieres, quibus dudum concessum fuerat de suis dotibus iudicare quod voluissent, quædam reperiuntur, sprete filiis vel nepotibus, easdem dotes illis conferre, cum quibus constiterit nequiter eas vixisse; adeo necesse est illos exinde percipere commodum, pro quibus creandis fuerat adsumptum coniugium. Denique constituentes decernimus, ut de dote sua mulier habens filios, aut nepotes, seu causa mercedis ecclesiis atque ¹³ libertis conferre, sive cuicumque voluerit, non amplius quam de parte quarta potestatem habeat. Nam tres partes legitimis filiis, aut nepotibus, seu sit unus, sive forsitan plures, absque dubio relictura est. De totâ interim dote, tunc facere quod voluerit erit mulieri potestas, quando nullum legitimum filium, filiamve, seu nepotem vel neptem supprestem reliquerit. Verumtamen feminæ quas contigerit duobus viris, aut amplius nubere, atque ex eis filios procreare, non eis licitum erit, dotem ab alio marito acceptam filiis aut nepotibus ex alio viro genitis dare; sed unusquisque filius filiave, nepos aut neptis ex ipsa linea procreati, dotem quam avus, aut pater eorum concesserat, post mulieris obitum per omnia consequuturi sunt.

III. ¹⁴ FLAVIUS ¹⁵ CHINDASVINDUS REX.

De his quæ parentes tempore nuptiarum dederint filiis suis.

Quidquid indiscreta parentum voluntate decernitur, legali necesse est censura coerceatur. Idcirco quia plerumque parentalibus calliditas exigit, id tempore nuptiarum filiis donare, quod quodcumque voluerint auferendi habeant potestatem, abrogata deinceps eadem, quæ prædicta est, parentum calliditate, hanc perpetim legem mansuram per omnia noverint, ut si quid per traditionem rei ¹⁶,

¹ Lind. ex

² Tolet.-goth. Flavius Chindasvindus. Legion. Antiqua.

³ Card. et Legion. rebus

⁴ Card. Legion. et Lind. censuram

⁵ Emilian. parte tantummodo

⁶ Legion. vel nepotibus

⁷ Legion. sive decima quæ in extraneos ferri iubetur, sive quinta &c.

⁸ Tolet.-goth. præsumptores. Lind. præsumptuosi

⁹ Tolet.-goth. conentur afficere, aut publice. Legion. conen-

tur affligere, aut publice

¹⁰ Card. vel flagello, gladio quocumque percusserint, aut contra eos malitiose levaverint, sive per pedem &c.

¹¹ Lind. præsumpsit

¹² Legion. addit: Antiqua. Emilian. Fls. Gl, Recesvindus Rex. Tolet.-goth. Flavius Chindasvindus

¹³ Emilian. Tolet.-goth. et Legion. vel

¹⁴ Legion. adicit: Antiqua noviter emendata.

¹⁵ Tolet.-goth. Flavius Chindasvindus

¹⁶ Emilian. et Tolet.-goth. si quid per scripturam

seu per scripturam, sive per donationem cuiuslibet, vel coram testibus traditæ rei, extra quod in ornamentis aut vestimentis, vel reliquis speciebus, sicut fieri adsolet, pro dignitate nuptialium fœderum ab aliis fortasse acceptum, quod utique commodantibus erit reddendum, in mancipiis, terris, vineis, ædificiis, vestimentis atque ornamentis fuerit a parentibus, sive nuptiarum tempore, sive post nuptias filiis quocumque modo ¹ donatum, quodcumque filii inde iudicare voluerint, in eorum consistat arbitrio; eodem tantum ordine reservato, ut post parentum obitum dum filiis patuerit adeunda successio, excepto id quod parentes filiis iuxta leges fortasse donaverint, eadem inter hæredes cœquatio fiat: ut quod nuptiarum tempore filius vel filia a parentibus iuxta prædictum ordinem possidentium accepit, et licentia sit illi exinde quod voluerit iudicandi, et post parentum obitum adæratione adhibita, contropatis his, quæ tempore nuptiarum promeruit, atque hæredibus cæteris eadem compensata æqualitate, quidquid superesse ² de parentum hæreditate constiterit æquali teneant ac sequantur divisione.

IV. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX ³.

De filiis ex diversis parentibus natis, et qua discretionem parentum adsequantur hæreditatem.

Si provenerit unum virum plures habere ⁴ uxores, atque ex omnibus filios procreare, et aliquem filiorum aut filiarum contingat intestatum ab hac vita discedere, facultatem eius, si filios non reliquerit, vel nepotes, illi fratres vel sorores adprehensuri sunt, sibi que vindicaturi, quos ⁵ ex uno patre, et ⁶ ex una matre constat esse progenitos. Quod si ex uno patre, et diversis matribus filii

nati fuerint, facultatem, quæ de patre venerit, illi tantum inter se erunt æqualiter divisuri, qui ex uno patre fuerint procreati. Similiter et si de una matre, et de diversis patribus filii nati fuerint, id præcipimus observari. Nam et si una mulier de plurimis maritis filios habeat, similiter fratrum, sororumque hæreditatem, tam a paterna quam a materna successione sibi debitam, eorum qui ex his intestati, vel absque prole, sive nepotibus discesserint, illi tantum fratres sororesque habituri sunt, qui unius patris vel matris filii, filiæve fore noscuntur. Ita ut iuxta legem aliam, qua constitutum est trientem nepotes non perdere, licitum sit etiam nepotibus, aut neptis, qui patres aut matres amiserint, in omni facultate avorum vel aviarum cum patris aut avunculis æquales succedere, illo tantum ordine permanente, quo superius decretum est, parentes vel avos de rebus suis filios, nepotesque meliorare, aut in extraneum quemlibet quodcumque conferre.

V. ⁷ *De his quæ filii, patre vivente vel matre, videntur acquirere.*

Filius qui, patre vivente aut matre, aliquid adquisierit, sive de munificentia Regis, aut patronorum beneficiis promeruerit ⁸, et exinde aliquid cuicumque vendere, aut donare iuxta eam conditionem, quæ in aliis nostris legibus continetur, in ipsius potestate consistat, nec sibi aliquid, dum filius vivit, exinde pater vel mater vindicare præsumant. Quod si inter leudes ⁹ quicumque nec regis ¹⁰ beneficiis aliquid fuerit consequutus, sed in expeditionibus constitutus de labore suo aliquid adquisierit, si communis ¹¹ illi victus cum patre est, tertia pars exinde ad patrem perveniat, duas autem filius, qui laboravit, obtineat.

LIBER V.

DE TRANSACTIONIBUS.

I. TITULUS DE ECCLESIASTICIS REBUS.

- I. *De donationibus ecclesiis datis.*
- II. *De conservatione et redintegratione ecclesiasticæ rei.*
- III. *De venditionibus et donationibus ecclesiasticarum rerum.*
- IV. *De rebus ecclesiæ ab his possessis, qui sunt ecclesiæ*

I. ¹² FLAVIUS GLORIOSUS RECESVINTUS REX ¹³.

De donationibus ecclesiis datis.

Si famulorum meritis iuste compellimur debite compensare lucra mercedis, quanto iam copiosius pro remediis animarum divinis cultibus, et terrena debemus impendere, et impensa legum soliditate servare. Quapropter quæcumque res sanctis Dei basilicis, aut per Principum, aut per quorumlibet fidelium donationes conlatæ reperiuntur, votive ac potentialiter pro certo censemus, ut in earum iure inrevocabili modo legum æternitate firmentur.

¹ *Card.* legaliter donatum
² *Legion.* quidquid de parentum esse hæreditate
³ *Legion.* Antiqua, noviter emendata.
⁴ *Card.* habuisse
⁵ *Tolet.-goth.* quos ex una
⁶ *Lind.* vel
⁷ *Legion. et Card.* Antiqua. *Lind.* Chds. Rex.
⁸ *Tolet.-goth.* promeruerit iuxta eam. *Legion.* apponit et hoc: seu fidelis aliquid ei donaverit

- obsequiis mancipati.*
- V. *De reparatione ecclesiarum, vel diversis aliis causis.*
- VI. *De coercitione Pontificum.*
- VII. *Ne ii qui retento obsequio ecclesiæ manumittuntur, ingenuarum personarum audeant adire coniugium.*

II. ¹⁴ *De conservatione et redintegratione ecclesiasticæ rei.*

Consultissima regni nostri credimus provenire ¹⁵ remedia, dum pro utilitatibus ecclesiarum, quæ debeant observari, nostris inseri legibus præcipimus. Ideoque præsentis sanctione censemus, ut mox ¹⁶ episcopus fuerit ordinatus, statim rerum inventarium de rebus ecclesiæ, præsentibus quinque ingenuis viris, facere non moretur. Quod inventarium ingenui viri, coram quibus factum fuerit, sua subscriptione conroborent. Post episcopi vero ipsius obitum, dum alter fuerit episcopus ordinatus, secundum re-

⁹ *Tolet.-goth. et Legion.* laudes
¹⁰ *Card.* nec Regis, nec Patronorum beneficiis
¹¹ *Card.* si communis cibus illi, aut victus
¹² *Tolet.-goth. et Legion.* hanc legem dinumerant III.
¹³ *Legion. S. J. R. et Card.* Antiqua.
¹⁴ *In Tolet.-goth. et Legion.* hæc dinumeratur lex IV.
¹⁵ *Emilian.* prævenire. *S. J. R.* provideri
¹⁶ *S. J. R.* mox cum

rum inventarium res requirat ecclesiae, et si aliquid diminutum de rebus ecclesiae provenerit, proprii haeredes episcopi, vel quibus facultas eius pertinere, vel relicta esse videtur, de praecedentis¹ satisfaciant facultate. Quod si et aliquid de rebus ecclesiae vendere praesumpserit, succedens episcopus, reddito pretio, quod a venditore acceptum est, cum omni augmento res ad ius reducat ecclesiae², et nullam calumniam permittat. Quam legem et de presbyteris vel diaconibus sicut superius scriptum est, in omnibus observari, et valere praecipimus.

III.³ Antiqua. *De venditionibus et donationibus ecclesiasticarum rerum.*

Si quis episcopus, aut presbyter, vel quicumque ex clericis praeter consensum caeterorum clericorum aliquid de rebus ecclesiae vendiderit, vel donaverit; hoc firmum non esse praecipimus, nisi ita fuerit facta venditio, aut donatio, quemadmodum sanctorum canonum instituta constituunt atque decernunt.

IV.⁴ *De rebus ecclesiae ab his possessis, qui sunt ecclesiae obsequiis mancipati.*

Haeredes episcopi sive aliorum clericorum, qui filios suos in obsequium ecclesiae commendaverint, et terras, vel aliquid ex munificentia ecclesiae possederint, si ipsi in laicos reversi fuerint, aut de servitio ecclesiae, cuius terram vel aliquam substantiam possidebant, discesserint, statim quod possidebant amittant. Sed et in omnibus clericis, qui de rebus ecclesiae quaecumque possederint, servetur haec forma: ne quamvis longa possessio dominium ecclesiae a rebus sibi debitis quandoque secludat, quia et canonum auctoritas ita commendat. Sed et viduae sacerdotum vel aliorum clericorum, quae filios suos in obsequium ecclesiae commendant, pro sola miseratione, de rebus ecclesiasticis, quas pater tenuit, non efficiantur extorres.

V. FLAVIUS EGICA REX⁵.

De reparatione ecclesiarum, vel diversis aliis causis.

Quamquam in praeteritis sanctorum patrum de diversis sententiis enitentes, sed et haec, quae tempore ordineque congruunt, ordinato iure instituenda sunt. Nam sicut antiquitas de causis ingruentibus edita multitudo editarum, ita nunc nostri temporis ecclesias Dei, quae conruunt, ut faciant convenit. Quapropter in medio coetus nostri delatum est quorundam consuetudo inordinata sacerdotum, quod parccias suas ultra modum diversis exactionibus, vel angariis comprimant, vel quidquam plures ecclesiae destitutae persistant. Idcirco unio nostrae adunationis decernit, atque instituta instituit, ut tertias quas antiqui canones de parccias habendas episcoporum censuerunt, si eas exigendas crediderint, ab episcopis dirutae ecclesiae reparentur. Si vero maluerint credere, ab earumdem ecclesiarum cultoribus, sub cura et sollicitudine sui Pontificis reparationem iisdem est adhibenda basilicis. Quod omnis ecclesiae, aut incolumis fuerit secundum antiquorum canonum instituta tertias sibi debitas unusquisque episcopus, si voluerit, facultas illi omnimode erit, ita videlicet ut caeteras ipsius tertias nullus episcoporum quippiam pro reis inquisitionibus parccitanis ecclesiis exigat, nihilque

de praediis ipsarum cuiquam aliquid causa stipendi dare praesumat. Sed necessario instituendo elegimus, ut plures ecclesias nequaquam committantur presbytero, nec officium valet exsolvere, nec pupillis sacerdotali iure occurrere, nec rebus earum necessariam curam impendere, ea scilicet ratione, ut ecclesia, quae decem habuerit mancipia, super se habeat sacerdotem; quae vero minus decem mancipia habuerit, aliis coniungatur ecclesiis. Si quis sane episcoporum hanc nostram institutionem parvipenderit, et quidpiam exinde temerandum crediderit, duorum mensuram spatium se noverit excommunicatione multari.

VI.⁶ FLAVIUS GLORIOSUS WAMBA REX⁷.

De coercitione Pontificum, qui pro rebus, quas suis ecclesiis auferunt, tricennium intercessisse causantur⁸.

Deus iustus iudex, qui iustitiam intemporaliter⁹ diligit, non vult servire iustitiam tempori, sed tempora potius aequitatis lege concludi. Ipse igitur Deus iustitia est. Deo ergo datur quidquid a fidelibus in Dei ecclesiis iustissima devotione offertur. Nam et fidelis quisque iustitiae serviens, Deo mediante, qui iustus est, vota sua adstringit. Numquam¹⁰ enim iustitiae¹¹ vota solvenda sunt, quae et a iustitia processerunt, et per iustitiam ligata¹² noscuntur. Deo igitur fraudem facit, qui iustitiae aliquid subtrahit. Ergo et iustitiam rescindit quisquis aliena vota corrumpit. Quum igitur, ut dictum est, Deus iustitia sit, qua praesumptionis insania agitur, ut de manu Dei quis auferat quod tricennali temporum praescriptione se tenuisse contendat? Multorum enim mentes Pontificum inlicito cupiditatis ausu praecipites quaedam de his, quae in eorum dioecesi fundatis ecclesiis pia fidelium oblatione donantur, insatiabili rapacitatis studio, aut iuri ecclesiae principalis innectunt, aut donanda aliis, vel sub stipendio¹³ habenda distribuunt. Sicque non solum aliena vota dirumpunt, sed et sacrilegium operantur in eo quod ecclesiae Dei fraudatores existunt. Ecclesiam quippe fraudare sacrilegium esse, a maioribus¹⁴ adprobatur. Unde et quum eos evidens ratio persuadet ad reddendum, aut tricennium in re possessa opponunt, aut non se fecisse respondent, quod decessores suos egisse non nesciunt¹⁵, et tamen ista¹⁶ emendare refugiunt. Sicque cupiditatem tricennio fovent, et rapacitatis studia temporum praescriptionibus cumulant¹⁷; et qui admissum facinus ad monumentum delere debuerant, annosa id oppositione solidare contendunt. Quantae igitur impietatis ille credendus est, qui ad hoc laborat, ad hoc etiam propositionis suae voces exaggerat, ut per tricennium se cognoscat Deo iniuriam intulisse, quam tamen, exacto tricennio, renuat emendare? Nunc vero, quum haec et talia nequissima iustitiae defensione prolata sunt, nos tamen non praeterita ordinamus, sed futura disponimus; nec praecedentium Regum, sed nostri regni tempora definimus. Abrogata ergo deinceps totius cupiditatis licentia, nulli Pontificum ultra licebit, aut quidquam ab ecclesiis dioecesis suae auferre, aut ablatum quodcumque per oppositionem tricennii vindicare. Non enim in hac causa deinceps tricennale tempus accipiendum est, sed quandocumque fuerit veritatis origo monstrata, iustitiam partis suae recipiat. Quia et ut multiplex annorum series sine repetitione pertranseat, facit hoc praeminentis dura potestas, quae sic subiecta¹⁸ sibi sacerdotum comprimit colla, ut pro ablatiis rebus intendere contra praeminentis

¹ Legion. praecedentis episcopi

² Lind. rem ad eam reducat ecclesiam

³ In Tolet.-goth. haec desideratur lex; in Legion. V. numero digeritur, et in S. J. R. inscriptione destituitur.

⁴ In Tolet.-goth. haec lex V., in Legion. vero VI. dinumeratur.

⁵ A cod. Vigilan. haec lex huc descripta fuit; et huius codicis mendis omnibus, quod a caeteris, et a Lind. edit. praetermissa, expurgari non potuit.

⁶ Legion. codex hanc legem dinumerat I. huiusce tituli: Card. autem VI. sub titulo V. lib. IV.

⁷ Legion. Antiqua.

⁸ Card. adiungit: de canone
M. L. TOM. I.

⁹ Legion. intemporaliter

¹⁰ Lind. semper

¹¹ Card. et Lind. iusta vota

¹² Legion. inligata

¹³ Tolet.-goth. et S. J. R. stipendiis

¹⁴ Legion. maioribus constitutum est, et sic adprobatur

¹⁵ Legion. sciunt

¹⁶ Emilian. Legion. Card. Tolet.-goth. S. J. R. et Lind. sci-
ta

¹⁷ Legion. adcumulant

¹⁸ Emilian. Legion. Card. Tolet.-goth. S. J. R. et Lind. sub-
dita

personam, nec audeant, nec præsument. Proinde, ne tali¹ silentio vox perenniter expoliatae ecclesiae conquiescat, licitum erit huius præsumptionis admissum, et per quemcumque, et quandocumque accusatum detegi, et imminentis ipsius causae negotium expediri; sub isto videlicet ordine, ut si hæredes fundatoris ecclesiae adsunt, ipsi talia prosequantur: sin autem non fuerint, aut etiam si sint, causare tamen noluerint, tunc ducibus, vel comitibus, tiuphadis, atque vicariis, sive quibuscumque personis, quos cognitio huius rei adtigerit, et aditus accusandi, et licentia tribuitur exsequendi. Quicumque ergo episcoporum hæc, quæ præmissa sunt, in præteritis fecit, et tricennium iam in hac perversa possessione implevit, ea ipsa, quæ in præteritis per XXX. annos tenuit, Deo potius iudicanda² relinquimus, quam nostro rescindenda iudicio definimus. Quicumque vero usque ad tempus, quo lex ista conderetur, in hoc ipsum quod rapuit, tricennium non implevit, rem ipsam quæ ablata est, sine aliqua satisfactione³ in omni integritate ecclesiae, cui testata res est, reformare cogatur. Iam vero a die huius latae legis, vel tempore, quicumque Pontificum⁴ de his quæ a fidelibus in Dei ecclesiis testata vel conlata esse noscuntur, aliquid exinde abstulerit, suoque iuri vel ecclesiae principali adplicaverit, seu cuiuscumque personæ quolibet modo quodcumque tale concesserit, nulla temporum longævitate securus, iuxta præmissum ordinem quandocumque et per quemcumque talia fuerit commisisse detectus, ea ipsa, quæ præsumpsit, una cum legitima satisfactione rei propriae illi ecclesiae, cui tulit, vel in quam deliquit, reformare cogendus est. Quod si de rebus propriis non habuerit unde componat, et in omni integritate ea, quæ præsumpsit, ecclesiae cui tulit, restituat, et ipse pro excessibus suis iuxta canonem toletani concilii undecimi excommunicationis plectendus erit sententia, id est⁵, ut si decem solidos rem ipsam quam tulit, valere constiterit, viginti dierum pœnitentiæ satisfactione admissum facinus expurgabit⁶. Similiter sive maioris sive minoris sit pretii quod præsumpsit, geminata hoc semper dierum satisfactione vel pœnitentia emendabit. Simili quoque et ille sententia vel damno multandus est, qui a decessore suo ablata deinceps quæcumque de diœcesanis ecclesiis apud se tenere præsumpsit. Quicumque tamen iudicium tenorem legis huius adimplere neglexerit, quod aut iudicare talia differat, aut iudicanda Regis auditibus nullo modo innotescat; omnem rei taxationem, quam episcopus ille persolvere debuit⁷, qui talia fecerit, tota ecclesiae illi de sua idem iudex proprietate debebit componere, cuius adcasatum sibi negotium destitit iudicare. Hæc igitur lex non solum pro rebus, quæ in ecclesiis absolutis vel diœcesanis conlatae sunt, observabitur, sed sub generali nomine omnium ecclesiarum, id est, tam in monasteriis virorum, quam etiam feminarum omnimoda institutione⁸ complebitur. Id tamen adiiciendum huic legi manifesta ratio persuasit, ut episcopi omnes quoscumque per ecclesias suæ diœcesis sacerdotes rectoresque ordinandos elegerint, cognitores eos efficiant de utilitatibus ecclesiae illius, in qua fuerint ordinati, id est, ut quidquid unusquisque episcoporum de scripturis ecclesiae diœcesis suæ apud se, conservationis causa, habere se noverit, mox rectorem ecclesiae cuiuslibet prætulit, statim ei, quem ordinaverit, utilitates ecclesiae, vel scripturas in manifestam⁹ agnitionem deducat, necnon tantum ignorantia ordinati, et¹⁰, quod peius est, obelatione vel vitio ordinantis voluntas in quocumque lateat testatoris. Ita¹¹ tamen erit, ut competentia sibi sacerdotes, rectoresque ecclesiarum autentica videant auten-

ticorum ipsorum exemplaria, manu sui episcopi roborata pro omni firmitate a Pontifice suo accipiant, qualiter per ea ipsa exemplaria, et negotia ecclesiae sibi commissæ absque hæsitacione proponant, et veritatem partis suæ iustitia intercurrente recipiant. Data et confirmata lex a die decimo¹² kalendarum ianuariarum, anno feliciter quarto regni nostri, in Dei nomine Tolet.

VII. FLAVIUS GLORIOSUS UBAMBA REX¹³.

Ne ii, qui retento obsequio ecclesiae manumittuntur, ingenuarum personarum audeant adire coniugium.

Magna est confusio generis, ubi dissimilitudo unius parentis statum degenerat progenitæ prolis. Hoc enim necesse est inveniatur in frutice, quod tractum est ex radice. Quomodo enim absoluti decoris titulum deportabit¹⁴, cuius parentes obligatio adhuc innexa constringit? Et hæc quidem præmissa sunt, pro eo quod multi de familiis ecclesiarum libertati donantur, nec tamen absolutæ libertatis licentia potiuntur, in eo quod ecclesiae illi, de qua originem ducunt, per obsequium inligantur: qui tamen dum perverso¹⁵ ordine ingenuarum personarum connubium expetunt, contra naturam, quod ipsi non sunt, generare intendunt; et quod in augmentum publicæ utilitatis debuit crescere, hoc in manifestam inligationem personæ vel rerum cognoscitur devenire, dum is qui de tam infami coniugio nascitur, inferioris parentis adsequens sexum, una cum rebus suis omnibus ecclesiasticæ servituti addicitur. Quapropter ut talis de cætero amputetur præsumptio, præsentis lege præcipimus, ut quicumque de familiis ecclesiae, retento patrocinio ecclesiae ipsius, de cuius servitute exivit, libertatem a sacerdote acceperit, ingenuam sibi non audeat in matrimonio sociare personam. Illi tamen qui absoluti ab obsequiis ecclesiae per canonicam sententiam debito ordine manumittuntur, et ingenuarum mulierum innecti copulis poterunt, et in prole omnimodæ dignitatis testimonium obtinebunt. Quod si ii, qui sub ecclesiarum obsequio manumissi sunt, ingenuarum mulierum deinceps ausi fuerint se coniugio sociare; ubi hoc primum iudex agnoverit, sub trina verborum¹⁶ ultione vel commotione, sicut de ingenuis et servis lege alia continetur, eos separare non differat. Quod si ab invicem separari noluerint, uniuscuiusque personæ, sicuti fuerant, conditione manente, quidquid ex illis natum fuerit, in Principis potestate servitutum deveniat. Res tamen omnis sive facultas, quæ de persona ingenua in talium libertorum iure quolibet modo transfusa est, cum his etiam, quæ sibi ex talium sexu progenitus filius potuit profligare, conquerere vel habere, tota in integrum ad¹⁷ hæredes illius ingenuæ personæ possidenda pertineant, aut si hæredes ei defuerint, in Principis iure deveniant possessura¹⁸, qualiter iudicare de his quod voluerit, absolutæ potestatis potiatur licentia. Hæc lex non solum in viris, sed et in feminis observanda est, id est, sive sit libertus ecclesiae, sive liberta, quæ sibi ingenuam personam sociare præsumpsit. Hoc tamen in hac lege servandum est, ut quicumque de præteritis usque modo quo hæc lex conderetur, de talibus parentibus reperti fuerint intra tricennium generati, non obligationem sequantur illius parentis, qui ecclesiae per obsequium inligatur, sed conditione ingenuitatis omnimodæ adsumpta cum omnibus rebus, quæ de parente nobili ignobili parenti quolibet modo transierant, in ingenuitatis forma vel decore absoluti persistent. Data et confirmata lex a duodecimo¹⁹ kalendarum ianuariarum, anno feliciter quarto regni nostri Tolet.

¹ Tolet.-goth. Card. S. J. R. et Lind. talium silentio

² Lind. vindicanda

³ Card. retardacione

⁴ Card. Pontificum aut aliorum hominum

⁵ Emilian. id est, ut si de ecclesiis Dei decem solidos &c.

⁶ Card. expiabit

⁷ Card. debuit, aut alius qui &c.

⁸ Card. constitutione

⁹ Legion. manifestationem. Lind. manifestam cognitionem

¹⁰ S. J. R. et Lind. sed

¹¹ S. J. R. et Lind. Id

¹² Card. et Lind. a die undecimo

¹³ Emilian. Flavius glosus. Recesvindus Rex. Legion. apponit: Antiqua. Tolet.-goth. auctorem et subscriptionem prætermittit.

¹⁴ Legion. et Lind. reportabit

¹⁵ Lind. diverso

¹⁶ Legion. et Lind. verberum

¹⁷ Lind. aut hæredes . . . obtineant

¹⁸ Card. possidenda

¹⁹ Emilian. decimo. Tolet.-goth. die X. S. J. R. et Lind. a die decimo

II. TITULUS DE DONATIONIBUS GENERALIBUS.

- I. *Ne valeat violenter facta donatio.*
 II. *De donatiobus Regis.*
 III. *De rebus marito, vel uxori a Rege donatis.*
 IV. *De rebus extra dotem uxori a marito conlatis.*

I. ¹ Antiqua. *Ne valeat violenter facta donatio.*

Donatio, quæ per vim et metum fuerit extorta, nullam habeat firmitatem.

II. FLAVIUS GLORIOSUS CINCTASVINTUS REX ².*De donationibus Regis.*

Donationes regiæ potestatis, quæ in quibuscumque personis conferuntur, sive conlatae sunt, in eorum iure persistent, in quorum nomine eas potestas contulerit regia; ea videlicet ratione, ut ita huiusmodi regalis munificentiae conlatio adtributa, in nomine eius, qui hoc promeruerat ³, transfusa permaneat, ut quidquid de hoc facere vel iudicare voluerit, potestatem in omnibus habeat. Quod si etiam is, qui hoc promeruerit ⁴, intestatus discesserit, debitis secundum legem hæredibus res ipsa successionis ordine pertinebit, et infringi conlatae munificentiae gratia nullo modo poterit: quia non oportet Principum statuta convelli, quæ convellenda esse percipientis ⁵ culpa non fecerit.

III. ⁶ *De rebus marito vel uxori a Rege donatis.*

Speciali iure decernitur, ut de rebus regia donatione conlatis, si in nomine mariti fuerit conscripta donatio, nihil sibi exinde mulier, excepto quod in dote perceperit, debeat vindicare. Itemque ⁷ etsi in nomine mulieris inveniat ⁸ facta donatio, nihil sibi vir exinde post eius obitum adlentet aliquatenus usurpare, vel iuri proprio mancipare, nisi quod meruerit uxoris largitate percipere.

IV. ⁹ Antiqua. *De rebus extra dotem uxori a marito conlatis.*

Si mulier extra dotem a marito de quibuscumque rebus quacumque donatione, vel profligatione conquisitis, aut illi debitis, quocumque tempore, quodcumque donatum acceperit, si filii de eodem ¹⁰ coniugio fuerint procreati, mulier usque ad diem obitus sui secundum voluntatem vel ordinationem testatoris secreta possideat ¹¹. Fructus tamen sicut testator ipse, qui hoc testavit, expendendi vel utendi potestatem habere poterit. Ita et illa, quæ usu hoc ad

- V. *De rebus a marito mulieri concessis, vel si mulier fuerit adulterasse detecta.*
 VI. *De rebus traditis, vel per scripturam donatis.*
 VII. *De rebus inter maritum et uxorem invicem datis.*

possidendum percepit ¹², omnia ¹³ dum advixerit, sine cuiuslibet inquietudine, suis incunctanter utatur expensis. Si tamen idem testator aliquam specialem testationem de ipsis fructibus ¹⁴ non instituerit ¹⁵, post obitum vero suum reliqua integra et intemerata filiis ex ipso viro procreatis derelinquat, et nulla occasione quicquam exinde mulier, exceptis ¹⁶ fructibus, alienare præsumat. Quod si ex ipso coniugio filii non fuerint procreati ¹⁷, quidquid mulier de rebus sibi donatis iuxta præscriptum testatoris ordinem facere elegerit, liberam habeat potestatem. Cæterum si intestata discesserit, ad maritum eius, si suppressis extiterit, donatio revertatur. Sin autem maritus non fuerit, ad hæredes mariti, qui donationem fecit, eadem donatio pertinebit. Similem rationem, de viris præcipimus custodiri, de his quæ ab uxoribus tempore quocumque donata perceperint.

V. ¹⁸ Antiqua. *De rebus a marito mulieri concessis, vel si mulier fuerit adulterasse detecta.*

Maritus si uxori suæ aliquid donaverit, et ipsa post obitum mariti sui in nullo scelere adulterii fuerit conversata, sed in pudicitia permanserit, aut certe si ad alium maritum honesta coniunctione pervenerit, de rebus sibi a marito donatis possidendi et post obitum suum, si filios ¹⁹ non habuerit, relinquendi cui voluerit, secundum voluntatem testatoris habeat potestatem. Cæterum si filios ²⁰ non relinquens intestata discesserit, aut ad maritum eius, si suppressis extiterit, aut ad hæredes mariti qui donationem conscripsit ²¹, eadem donatio pertinebit. Si autem per adulterium, seu per inhonestam coniunctionem se miscuisse ²² convincitur, quidquid de facultate mariti sui fuerat consecuta, totum incunctanter amittat, et ad hæredes donatoris, vel ad filios legitimos revertatur.

VI. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ²³.*De rebus traditis, vel per scripturam donatis.*

Res donatae si in præsentia ²⁴ testium traditæ sunt, nullo modo repetantur a donatore. Quod si etiam provenerit, ut ²⁵ quod donatur longe sit positum, pro eo donatio evacuari non poterit: quia tunc videtur vera esse traditio, quando iam apud illum scriptura donationis ²⁶ habetur, in cuius nomine conscripta esse dinoscitur. Hoc tan-

¹ In *Tolet.-goth.* et *S. J. R.* auctoris nomen, et inscriptio non reperiuntur.

² *Legion.* adiicit: Antiqua. *Tolet.-goth.* et *S. J. R.* auctorem, et inscriptionem omittunt.

³ *Emilian.* et *Legion.* promeruit. *Card.* promeruerit

⁴ *Emilian.* et *Legion.* promeruit

⁵ *Lind.* præcipientis

⁶ *Card.* et *Legion.* Antiqua.

⁷ *Lind.* Ideoque

⁸ *Emilian.* *Legion.* *Card.* et *Lind.* invenitur

⁹ *Legion.* Antiqua noviter emendata. *Tolet.-goth.* et *S. J. R.* auctoris nomine, et inscriptione indigent.

¹⁰ *Card.* de eorum

¹¹ *Emilian.* et *Lind.* possideat, et de quinta tantumdem parte earum rerum faciendi quod voluerit, potestatem obtineat. Fructus tamen &c.

¹² *Tolet.-goth.* et *S. J. R.* perceperit

¹³ *Card.* omnibus

¹⁴ *Tolet.-goth.* *Legion.* *Card.* et *Lind.* frugibus

¹⁵ *Card.* instituerit, et de quinta tantumdem parte earum re-

rum faciendi quod voluerit, potestatem obtineat. Verumtamen quum provenerit ab ipso viro, suarum rerum pars quinta quibuslibet ante non esse donata. Post obitum vero &c.

¹⁶ *Card.* exceptis frugibus, et quinta parte, ut dictum est, mulier alienare præsumat. *Lind.* excepta, ut dictum est, quinta parte.

¹⁷ *Card.* procreati, aut nepotes non sunt, quidquid &c.

¹⁸ *Tolet.-goth.* et *S. J. R.* auctorem, et inscriptionem silentio prætermittunt.

¹⁹ *Card.* si filios aut nepotes

²⁰ *Card.* si filios aut nepotes

²¹ *Legion.* fecit

²² *Legion.* viro se miscuisse

²³ *Legion.* apponit: Antiqua. *Card.* Antiqua noviter emendata. *Tolet.-goth.* et *S. J. R.* auctorem et inscriptionem prætermittunt.

²⁴ *Tolet.-goth.* *Emilian.* *Card.* *Legion.* et *S. J. R.* si in præsentia traditæ sunt

²⁵ *Card.* ut donatur longe sit positus, pro eo donatio &c.

²⁶ *Emilian.* *Legion.* *Card.* et *Lind.* donatoris

tum observandum est, ut si donator dixerit, nec dedisse nec direxisse scripturam, sed sublatam sibi fuisse, tunc ille vir, cui res donatæ sunt, per testem convincat ab ipso donatore eandem ¹ aut traditam sibi, aut directam, aut ex eius voluntate in potestatem suam redactam, et dum probaverit, stabilis habeatur. Quod si probare neglexerit, tunc ille qui scripturam fecerit iuraturus est, quia eandem scripturam neque per se dedisset neque direxisset, nec per voluntatem suam factum esse, ut eadem scriptura in manus eius veniret, a quo eam videtur repetere, et sic invalida remanebit, si tamen qui donavit voluerit. Illud sane addi placuit, ut si quisque de rebus suis scripturam in quibuslibet personis ediderit, si eam vivendo illi, in cuius nomine scripta est, non tradiderit, quamlibet tradita non sit, tamen dum post eius obitum reperta fuerit, ille eam sibi vindicabit cum omnibus rebus, quæ ibi scriptæ ² sunt, in cuius nomine donator eam fieri voluisse cognoscitur. Quoniam iustum omnino est, ut talis scriptura robur plenitudinis habeat, quam vivens donator ita salvavit, ut nequaquam videatur aliquatenus immutata. Nam si scripturam ipsam vel rem conditor eius, dum viveret, nullo modo tradidit, sed apud se retinuit, et voluntatem suam in postmodum immutavit, illud potius firmissimum erit, quod post testationem non traditæ scripturæ definitur cognoscitur. Quod si ipsum, cui res donatæ fuerant, fatalis casus ab hac vita subduxerit, antequam rem sibi donatam caperet, ad donatorem vel ad hæredes donatoris res ipsæ pertineant. Qui vero sub occasione hac largitur, ut eandem rem ipse, qui donat, usufructuario iure possideat, et ita post eius mortem ad illum cui donaverit,

res donata pertineat, quia similitudo est testamenti, habebit licentiam immutandi voluntatem suam, quando voluerit, etiam si in nullo læsum fuisse se dixerit. Ille vero, qui falsa donatione circumventus aliquid in utilitatem donatoris expenderit, aut ab ipso donatore recipiat, aut ab eius hæredibus, ne iniuste damna sustineat, qui lucrum se habere de inani promissione putabat. Certe si quisquis ille rem donatam, sive per traditionem conditæ scripturæ, sive per consignationem vel traditionem rerum, in iure ³ suo perceperit, et complacuerit ei, ut donator rem ipsam per voluntatem eius, qui eam donatam percepit, possideat. Iam si in postmodum fortasse contigerit, ut ipse qui rem donatam perceperat, vivente donatore moriens, ab hac vita discedat, quidquid de re sibi donata iudicare voluerit, licentiam habeat. Quod si intestatus discesserit, non ad donatorem, sed ad hæredes eius, qui rem donatam percepit, res eadem sine dubio pertinebit.

VII. ⁴ Antiqua. *De rebus inter maritum et uxorem invicem datis.*

Maritus si uxori suæ aliquid donaverit, de hoc, quod ipsa sibi habere voluerit, scripturam manus suæ subscriptione vel signo confirmet. Ita ut duo aut tres testes ingenui subscriptores, vel signa facientes accedant, et sic voluntas ipsius habeat firmitatem. Similis et de uxoris voluntate, quæ in maritum conferre voluerit, donationis hæc forma servetur, si tamen violenter a viris non fuerit exacta donatio: servata legum in omnibus sanctione, quæ in decernendis facultatibus dinoscitur ordinata consistere.

III. TITULUS DE PATRONORUM DONATIONIBUS.

- I. *Si is qui in patrocínio constitutus est, vel filii eius, aut patronum, aut filios patroni relinquunt.*
 II. *De armis, quæ dantur saionibus in patrocínio constitutis, et de acquisitionibus eorum.*

- III. *De rebus in patrocínio acquisitis, vel a patrono conlatis.*
 IV. *De rebus in patrocínio acceptis et acquisitis.*

- I. ⁵ *Si is qui in patrocínio constitutus est, vel filii eius, aut patronum, aut filios patroni relinquunt.*

- II. Antiqua. *De armis, quæ dantur saionibus in patrocínio constitutis, et de acquisitionibus eorum.*

Si quis ei, quem in patrocínio habuerit, arma dederit, vel aliquid donaverit, apud ipsum quæ sunt donata permaneant. Si vero alium sibi patronum elegerit, licentiam habeat cui se voluerit commendare. Quoniam ingenuo homini non potest prohiberi, quia in sua potestate consistit: sed reddat omnia patrono quem deservit. Similis et circa filios patroni, et filios eius, qui in patrocínio fuit, forma servetur, ut si tam ipse qui in patrocínio fuit, quam filii eius filiis patroni obsequi voluerint, donata possideant. Si vero patroni filios vel nepotes ipsis nolentibus crediderint relinquendos, reddant universa, quæ parentibus eorum a patrono donata sunt. Quicumque autem in patrocínio constitutus sub patrono aliquid adquisierit, medietas ex omnibus in patroni vel filiorum eius potestate consistat. Aliam vero medietatem idem bucellarius, qui adquisivit, obtineat. Quod si bucellarius filiam tantummodo reliquerit, et filium non reliquerit, ipsam in potestate patroni manere iubemus. Sic tamen, ut ipse patronus æqualem provideat, qui eam sibi possit in matrimonio sociare, et quidquid patri eius vel matri fuerat donatum, ad eam pertineat. Quod si ipsa sibi contra voluntatem patroni inferiorum forte maritum elegerit, quidquid patri eius ⁶ a patrono fuerat donatum, vel a parentibus patroni, patrono vel hæredibus eius restituatur.

Arma, quæ saionibus pro obsequio donantur, nulla ratione a donatore repetantur: sed illa, quæ dum saio est adquisivit, in patroni potestate consistant.

- III. ⁷ *De rebus in patrocínio acquisitis, vel a patrono conlatis.*

Sicut supradictum est, si quis cum aliquo patrocínii causa consistat, et aliquid dum cum eo habitat adquisierit, si ei infidelis inveniatur, vel eum derelinquere voluerit, medietas adquisitæ rei patrono tradatur; aliam vero medietatem, qui laboravit ⁸, obtineat, et quidquid ei patronus ⁹ donavit, recipiat.

- IV. ¹⁰ Antiqua. *De rebus in patrocínio acceptis et acquisitis.*

Ita ut supra præmissum est, quicumque patronum suum reliquerit, et ad alium tendens ¹¹ forte se contulerit, ille, cui se commendaverit, donet ei terram: nam patronum quem relinquit, et terram, et quod ei dedit, obtineat.

¹ Card. eandem rem

² Legion. et Lind. conscriptæ

³ Card. in ius suum

⁴ S. J. R. auctorem tacet, et inscriptione caret.

⁵ Legion. et Card. Antiqua.

⁶ Card. patri eius vel matri

⁷ Legion. et Card. Antiqua.

⁸ Emilian. Legion. Card. et Lind. adquisivit

⁹ Emilian. Legion. Card. et Lind. ipse

¹⁰ S. J. R. Recsds. Rex. Legion. Fls. Cinds. R.

¹¹ Emilian. et Card. et ad alium se fortasse contulerit

IV. TITULUS DE COMMUTATIONIBUS, ET VENDITIONIBUS.

- I. *Ut ita valeat commutatio, sicut et emptio.*
 II. *Ut si non fuerit idoneus venditor, fideiussor detur.*
 III. *Ne valeat violenter facta venditio.*
 IV. *Si arris datis, pretium non fuerit impletum.*
 V. *Si pars pretii data non fuerit.*
 VI. *Si fraus in pretio rei venditæ fiat.*
 VII. *Si dicat quis rem suam vili pretio vendidisse.*
 VIII. *De his, qui aliena vendere, vel donare præsumpserint.*
 IX. *Quod rem in contentione positam non liceat vendere, vel donare.*
 X. *Si se permittat ingenuus venditari.*
 XI. *De viris ac mulieribus ingenuis a servo vel ingenuo venditis.*
 XII. *Non liceat parentibus filios suos quocumque contractu alterius dominio subiugare.*
 XIII. *De servorum venditis rebus.*
 XIV. *Si servus venditus in priorem dominum crimen obiciat.*
 XV. *Ut servi venditi facultatem dominus quærat.*
 XVI. *Si servus sit de suo peculio emptus.*
 XVII. *Ut nullus servum suum vendat invitus.*
 XVIII. *Si servus pro crimine quocumque contractu ad dominium transierit alterius.*
 XIX. *De non alienandis privatorum, et curialium rebus.*
 XX. *Si res illæ vendantur, aut donentur, quæ prius debuerant per iudicium obtineri.*
 XXI. *De mancipiis ab hostibus occupatis, ac venditis.*
 XXII. *Quo præsens liber debeat pretio comparari.*

I. ¹ Antiqua. *Ut ita valeat commutatio, sicut et emptio.*

Commutatio, si non fuerit per vim et metum extorta, talem qualem et emptio habeat firmitatem.

II. ² Antiqua. *Ut si non fuerit idoneus venditor, fideiussor detur.*

Si venditor non fuerit idoneus, ingenuum fideiussorem dare debet emptori, et emptio ita habeat firmitatem.

III. ³ Antiqua. *Ne valeat violenter facta venditio.*

Venditio facta per scripturam plenam habeat firmitatem. Cæterum si etiam scriptura facta non fuerit, et datum pretium præsentibus testibus conroboretur ⁴, et plenum habeat emptio robur. Venditio vero, si fuerit violenter et ⁵ per metum extorta, nulla valeat ratione.

IV. ⁶ Antiqua. *Si arris datis, pretium non fuerit impletum.*

Qui arras pro quacumque re acceperit, id cogatur implere quod placuit. Emptor vero si per ægritudinem aut gravem necessitatem, quæ vitari non potuerunt, ad constitutum non occurrerit diem, quemcumque voluerit pro se dirigat, qui pretium definito tempore percompleat. Quod si constituto ⁷ die nec ipse successerit, nec pro se dirigere voluerit, arras tantummodo recipiat, quas dedit, et res definita non valeat.

V. ⁸ Antiqua. *Si pars pretii data non fuerit.*

Si pars pretii data est, et pars promissa non adimpletur, non propter hoc venditio facta rumpatur. Sed si emptor ad placitum tempus non exhibuerit pretii reliquam portionem, pro pretii parte quam debet, solvat usuras: nisi hoc forte convenerit, ut res empti venditori debeat reformari.

¹ *Emilian. Tolet.-goth. et S. J. R. auctorem, et inscriptionem silentio pretereunt.*

² *Emilian. Tolet.-goth. et S. J. R. auctoris, et inscriptionis haud meminere.*

³ *Emilian. et Tolet.-goth. nec auctorem, nec inscriptionem referunt.*

⁴ *Emilian. Legion. Card. Tolet.-goth. S. J. R. et Lind. comprobetur*

⁵ *Card. vel*

⁶ *Emilian. et Tolet.-goth. auctoris nomine, et inscriptione carent.*

⁷ *Card. et Lind. ad constitutum diem*

M.L. Tom. I.

VI. FLAVIUS RECESVINTUS REX ⁹.

Si fraus in pretio rei venditæ fiat.

Si in contractu venditionis minus pretium datum fuerit, et per fraudem, aut etiam contra voluntatem venditoris ¹⁰ amplius datum pretium nunciatur, quantum de iusto pretio fraudatum est, tantum duplum emptor restituat venditori.

VII. ¹¹ Antiqua. *Si dicat quis rem suam vili pretio vendidisse.*

Venditionis hæc forma servetur, ut seu res aliquæ, siue terræ, vel mancipia, vel quodlibet animalium genus venditur, nemo propterea firmitatem venditionis inrumpat, eo quod dicat rem suam vili pretio vendidisse.

VIII. ¹² Antiqua. *De his, qui aliena vendere, vel donare præsumpserint.*

Quotiens de vendita vel donata re contentio commovetur, id est, si alienam fortasse rem vendere vel donare quemcumque constiterit, nullum emptori præiudicium fieri poterit. Sed ille qui alienam fortasse rem vendere vel donare præsumpsit, duplam ¹³ rei domino cogatur exsolvere: emptori tamen quod accepit pretium redditurus, et pœnam quam scriptura continet impleturus. Et quidquid in profectu comparatæ rei emptor, vel qui donatum accepit, studio suæ utilitatis adiecerat, a locorum iudicibus æstimetur, atque ei qui laborasse cognoscitur, a venditore vel a donatore iuris alieni satisfactio iusta reddatur. Similis scilicet, et de mancipiis, vel de omnibus rebus, atque brutis animalibus ordo servetur.

IX. ¹⁴ Antiqua. *Quod rem in contentione positam non liceat vendere, vel donare.*

Rem in contentione positam, id est, quam alter aut repeterere cœpit, aut recipere rationabiliter poterat, non liceat donare, nec vendere, nec in aliquo loco transferre.

⁸ *Emilian. et Tolet.-goth. auctorem, et inscriptionem omitunt.*

⁹ *Legion. et Tolet.-goth. Antiqua. Card. et S. J. R. auctoris, et inscriptionis mentionem non faciunt.*

¹⁰ *Legion. et Lind. vendentis*

¹¹ *Emilian. et Card. auctorem tacent, et inscriptione indigent.*

¹² *Emilian. Tolet.-goth. et S. J. R. prætermittunt auctorem et inscriptionem.*

¹³ *S. J. R. duplum rei*

¹⁴ *Emilian. Card. et Tolet.-goth. non referunt auctorem, neque inscriptionem. S. J. R. Noviter emendata.*

X. ¹ Antiqua. *Si se permittat ingenuus venundari.*

Quicumque ingenuus se vendi permiserit, et pretium cum venditore partitus est, ut circumveniret emptorem, proclamans postea nullatenus audiatur, sed in ea, quam voluit, servitute permaneat; quoniam non est dignus ut liber sit, qui se volens subdidit servituti. Et tamen si ipse, qui se vendiderit, vel venundari permiserit, pretium unde se redimat, habere potuerit, aut si parentes eius redemptionem pro eo ei, cui se vendidit, dare elegerint, reddito ad ² integrum pretio, quod pro venditi persona emptor accepit, et ad ingenuitatis titulum ille, qui se vendiderit, poterit revocari.

XI. ³ Antiqua. ⁴ *De viris ac mulieribus ingenuis a servo vel ingenuo venditis.*

Si ingenuus ingenuum vendere, vel donare præsumpserit, huiusmodi præsumptorem iudex comprehendere non moretur. Ita ut ingenuus ille in statum suum redactus centum auri ⁵ solidos a præsumptore percipiat: aut si non habuerit unde componat, centum flagellis publice verberatus in potestate eius serviturus tradatur, quem vendere vel donare præsumpserat. Servus autem in ingenuam personam talia facere fortasse præsumens, comprehensus a iudice ducentorum flagellorum ictibus publice verberebatur, et decalvatus turpiter eius perenniter servitio addicatur: atque etiam de mulieribus ingenuis venditis vel donatis, huius ordinis forma servetur.

XII. Antiqua. ⁶ *Non licere parentibus filios suos quocumque contractu alterius dominio subiugare.*

Parentibus filios suos non liceat vendere, vel donare, aut oppignorare. Nec ex illis aliquid iuri suo defendat ille qui acceperit, sed magis pretium, vel sepositionis commodum, quod dederat, perdat qui a parentibus filium comparavit.

XIII. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ⁷.*De servorum venditis rebus.*

Res iuris alieni sine domini voluntate ab eo, qui non habet distrahendi personam, non permittimus alienari. Ideoque, quum promulgata sanctio iuris antiqui non ⁸ sine dominorum dispendio servorum venditiones in irritum praeceperit devocari ⁹, providentiori decreto consulimus, si leges patrias ad aequitatis regulam redigamus: sicque ¹⁰ melius earum statuta corrigere, quam cum eis pariter oberrare. Quapropter si quis servum, vel ancillam alienam, sciens ab eis deinceps domum, agrum, vel vineam, seu mancipium sub quacumque definitione perceperit, donatio siquidem, vel sepositio de talibus personis contracta non vealeat: ita ut nec datum commodum pro sepositione reddatur. Venditio vero cum dispendio comparantis inrupta, sic ad servi vel ancillae dominum in integrum revocetur, ut emptor pretium ex omnibus per-

¹ *Emilian. et Tolet.-goth. legis auctorem non indicant, nec inscriptionis meminereunt. Legion. Antiqua noviter emendata. Haec X. lex in codice S. J. R. XI. dinumeratur, annotatur nomine: Antiqua, et sub eius epigraphen adiicitur littera: R.*

² *Card. reddito integro pretio, quod pro venditi persona venditor accepit, ad ingenuitatis titulum &c. S. J. R. reddito pro venditi persona ad integrum pretio, emptor accipiat, et ille ad ingenuitatis titulum, qui se vendidit, poterit revocari.*

³ *Codex S. J. R. aliam inter X. et XI. profert legem his verbis:*

Si quis ingenuus cuiuslibet rem sibimet scienter præsumptive applicaverit, vel comparatam voluntarie accesserit, aut donatam susceperit, sciens rem esse alienam, dum dominus res suas probaverit, cum omnibus auctor præsumptionis triduplici satisfactione cogatur exsolvere eidem, cuius res esse videtur. Si libertus hoc fecerit, duplam compositionem exsolvat: et si servus fuerit, et absque voluntate domini hoc fecerit, simplam restituat, et centum flagella suscipiat.

dat. Iuste enim quod per ambitionem dederat, videtur amittere, qui suo dominio rem census alieni nititur applicare. Prædictæ vero serviles personæ, si animalia quælibet bruta vendiderint, seu res quascumque, vel ornamenta distraxerint, quæ tamen aut sui sint peculii, ut a dominis suis, vel aliis negotiandi occasione distrahenda perceperint, ita perenniter firma subsistant; ut si dominus eiusdem servi vel ancillæ, qui vendidit, rescindere venditionem ipsam voluerit, seu rem, quæ vendita est, non servi peculium, sed sui esse proprii domini asseruerit, non aliter venditio rescindatur, nisi ille qui rescindendam venditionem proponit, aut per testes legitimos, aut per sacramentum suum, non servi peculium, sed suum proprium doceat esse quod quærit, et sine voluntate sua venditum fuisse quod acquirere cupit. Et hoc quidem de vilibus et parvis rebus; nam de maioribus et necessariis in domini potestate erit infringere, aut stabilire negotium.

XIV. Antiqua. ¹¹ *Si servus venditus in priorem dominum crimen obiciat.*

Si quis servum suum vendiderit, et ipse servus priori domino aliquod crimen obiecerit, ille qui vendidit, recipiat, quem vendiderat, pretium redditurus emptori; ut ipse in servo suo crimen, quod sibi obiectum est, inquirere vel vindicare studeat. Id autem et de ancillis præcipimus custodiri. Id tamen servus vel ancilla, seu venditi, sive donati, vel commutati in priorum dominorum capite non torqueantur, neque credatur eis, si prioribus dominis crimen obiecerint.

XV. ¹² *Ut servi venditi facultatem dominus quærat.*

Si quis servum suum vendiderit, eius nesciens facultatem, habebit inquirendi liberam potestatem, ut sibi vindicet ille, qui vendidit servum, si potuerit invenire rem venditi servi.

XVI. Antiqua. ¹³ *Si servus sit de suo peculio emptus.*

Si servus de suo peculio fuerit emptus, et hoc dominus eius forte nescierit, de domini sui potestate non exeat; quia non pretium, sed res servi sui dominus, dum ignorat, accepit.

XVII. Antiqua. ¹⁴ *Ut nullus servum suum vendat invitus.*

Sæpissime leges oriuntur ex causis, et quum aliquid insolite fraudis existit, necesse est contra notandæ calliditatis astutiam præceptum novæ constitutionis opponi. Comperimus multorum servos vel ancillas ad ecclesiam, quorumdam sollicitatione, confugere, et illic de iniusto dominorum imperio sæpissime querelari; ut ita intercedentibus clericis, religionis obtentu, domino necessitatem venditionis extorqueant. Sic ¹⁵ etiam plerumque domino error imponitur, ut aut clericus, aut quicumque alius se velut emptor interponat pretium redditurus ¹⁶ alienum, et

⁴ *Emilian. Tolet.-goth. et S. J. R. auctorem, et inscriptionem legis non perhibent.*

⁵ *Card. et S. J. R. centum solidos*

⁶ *Emilian. Tolet.-goth. et S. J. R. auctoris nomen, et inscriptionem legis omittunt. Legion. Antiqua noviter emendata.*

⁷ *Legion. Fls. Rcds. Rex. Antiqua. S. J. R. Antiqua.*

⁸ *Card. antiqui sine*

⁹ *Legion. revocari*

¹⁰ *Emilian. sitque*

¹¹ *Emilian. Tolet.-goth. et S. J. R. nec auctoris, nec inscriptionis meminere.*

¹² *Legion. et Card. Antiqua.*

¹³ *In Emilian. et Tolet.-goth. auctoris nomen, et inscriptionem non reperiuntur.*

¹⁴ *Emilian. auctorem tacet, et inscriptionem omittit. Legion. Antiqua noviter emendata.*

¹⁵ *Card. Tolet.-goth. et S. J. R. Hinc*

¹⁶ *Legion. daturus*

sub huius argumentatione concludii, interdum domino nesciente servus vendatur inimico; atque eveniat ut in vicina forsitan loca constitutus, ille eum possideat, qui publice nullatenus ad contractum venditionis accessit. Proinde hac profutura omnibus lege sancimus, ut nullus servum suum vendat invitus; sed clericus aut ecclesiae custos, sicut in aliis legibus continetur, excusatum a culpa domino servum, amota dilatione, restituat¹. Satis enim videtur indignum, ut in eo loco servi contumaciam rebellionis adsumant, ubi castigationis disciplinam, et obtemperandi praedicanant exempla. Si quis itaque dominum suum in hunc inducit errorem, pretium, qui per suppositam personam comparavit, amittat: quod ille aut ipso commercii tempore, quo inducebatur, usurpet suae proprietati habiturus, aut si hoc posteaquam fuerat inductus agnoverit, iudicis executione percipiat, et sic servum nihilominus suae vindicet potestati. Hic autem, qui se ministrum fraudulenter venditionis ingessit, alium parisi meriti servum domino, cui instruxit insidias, reformare cogatur, et tam notandae fraudis improbitas praecipit huius coerceatur obiectu.

XVIII. FLAVIUS GLORIOSUS CHINTASVINTUS REX².

Si servus pro crimine, quocumque contractu, ad dominium transierit alterius.

Non praetermittendum est legali sanctione decernere, unde plerumque impugnationis occasio videtur existere. Idcirco, si criminis realu servus obnoxius ad alterum forsitan dominum donationis, venditionis aut commutationis titulo transierit serviturus, idem prior dominus, aut servum pro culpa tradere, aut pro eo componere compellendus est. Nam qui talem servum comparasse dinoscitur, si respondere, vel satisfacere pro crimine eius noluerit, hunc priori domino, pretio recepto, restituat, ipse quoque pro scelere servi redditurus est petenti responsum, sub cuius dominio servum constiterit perpetrasset reatum.

XIX. FLAVIUS CINTASVINTUS REX³.

De non alienandis privatorum, et curialium rebus.

Si cura rei familiaris omitti non debet, quanto magis utilitatis publicae, quam semper exerceri vel augeri necesse est? Curiales igitur vel privati, qui caballos ponere, vel in arca publica functionem exsolvere consueti sunt, nunquam quidem facultatem suam vendere, vel donare, vel commutatione aliqua debent alienare. Tamen si contigerit, aut voluntate, aut necessitate eos alicui, sive venditione, aut donatione, sive commutatione omnem facultatem suam dare, ille qui acceperit censum illius, a quo accepit reddere⁴ procurabit, et hanc ipsam summam census eiusdem scripturae suae ordo per omnia continebit: sed et qui medietatem facultatis talium personarum, vel partem aliquam in mancipiis, terris, vineis, domibusque perceperit, iuxta quantitatem acceptae rei functionem publicam impleturus est. Qui autem de talibus personis acci-

piens, aut per scripturam illius, a quo accepit, non ostenderit qui exinde functionis exsolvat, aut vel uno forsitan anno reddere censionem ipsam distulerit: mox ut Regis auditibus, sive comitis, aut iudicis huius rei actio innotuerit, possessor amisso pretio, vel si quid e contra dederat id etiam, quod accepit ex omnibus, perdat. Ita ut Principis potestas, seu illi qui dederat, reddere voluerit, sive aliis⁵ fortasse conferre, licentiam habeat. Ipsis etiam⁶ curialibus, vel privatis inter se vendendi, donandi, vel commutandi ita licitum erit, ut ille, qui acceperit, functionem rei acceptae publicis utilitatibus impendere non recuset. Nam plebeis glebam suam alienandi nulla umquam potestas manebit. Amissurus proculdubio pretium, vel si quid contigerit accepisse quicumque post hanc legem vineas, terras, domosque, seu mancipia ab officii huius hominibus accipere quandoque praesumpserit⁷.

XX. Antiqua. ⁸ *Si res illae vendantur aut donentur, quae prius debuerant per iudicium obtineri.*

Si quis rem, quae est per iudicium repetenda, priusquam adversarium iudicialiter superaret⁹, ita vendiderit vel donaverit alicui, aut forsitan tradiderit occupandam, ut absque audientia iudicantis privetur dominium possessoris; ipse qui possedit per executionem iudicis, rem quae occupata fuerat statim recipiat, nec de eius postmodum repetitione contendat, etiam si bona sit causa petentis. Ille vero, qui hoc vendidit, aut donavit, vel occupari praecipit, quod iuste vindicare nullatenus potuit; eiusdem meriti rem, aut pretium ei a quo victus fuerit, repensare cogatur; quia rem, antequam vinceret¹⁰, fecit invadi.

XXI. ¹¹ *De mancipiis ab hostibus occupatis, et venditis.*

Quaecumque mancipia de regionibus nostris ab adversis hostibus extiterint occupata, si ab hominibus regni nostri reperiantur excussa, ille, qui ab hoste abstulit, ex quo unumquodque mancipium valere iuste constiterit, tertiam partem pretii habeat, et mancipia¹² domino nihilominus reddat: quod si venditum ab hostibus mancipium fuerit acceptum, cum iuramento manifestetur pretium datum. Ac tunc ille, qui dedit, integrum pretium, et quantum mancipium melioravit acceptum, a domino recipiat, moxque suum illi mancipium inexcusabiliter reddat.

XXII. ¹³ *Quo praesens liber debeat comparari pretio.*

Ut omnis de caetero, et improbitas distrahentis, et pendium temperari possit emptoris, id praesenti sanctione decernitur legis: scilicet, ut quicumque¹⁴ hunc codicem ad instar huius operis interioris, exteriorisque editum constiterit venundari, non amplius quam CCCC. solidorum numerum accipere venditori, vel dare licebit ementi. Si quis vero super hunc pretii numerum accipere, vel dare praesumpserit, C. flagellorum ictibus a iudice verberari se noverit.

¹ Tolet.-goth. restituat. Ipse quoque pro scelere servi redditurus petenti responsum. Satis &c.

² Legion. addit: Antiqua. Tolet.-goth. nec auctorem, nec legis inscriptionem refert.

³ Emilian. Legion. Tolet.-goth. et S. J. R. auctorem, et inscriptionem praetermittunt.

⁴ Tolet.-goth. Emilian. Legion. Card. S. J. R. et Lind. exsolvere

⁵ Legion. et Lind. alii

⁶ Emilian. Legion. et Card. interim

⁷ Card. adiicit: superior ordo servetur

⁸ Emilian. non refert auctorem, nec inscriptionem exhibet. Tolet.-goth. Fls. Cinds. Rex. S. J. R. Flavius Recesvindus Rex.

Legion. Fls. Gls. Recesvindus Rex. Antiqua.

⁹ Card. superet

¹⁰ Legion. vindicaret

¹¹ Emilian. Flavius gloriosus Recesvindus Rex. Legion. addit: Antiqua.

¹² Legion. mancipia domino reformare cogatur. Tolet.-goth. reformare compellatur

¹³ Emilian. Flavius Glosus. Recesvindus Rex. Card. et S. J. R. Antiqua. Tolet.-goth. auctorem, et inscriptionem omittit. Lind. FLS. CHDS. Rex.

¹⁴ Emilian. Legion. Card. Tolet.-goth. S. J. R. et Lind. quotiescumque hunc codicem constiterit venundari

V. TITULUS DE COMMENDATIS, ET COMMODATIS.

- I. *De animalibus in custodia placita mercede susceptis.*
 II. *De animalibus in angariam præstitis.*
 III. *De rebus præstitis, incendio, vel furto exterminatis.*
 IV. *De pecunia perdita, et usuris eius.*
 V. *De rebus commendatis, et casu quocumque in naufragium missis.*
 VI. *De rebus servo nesciente domino commendatis.*
 VII. *Si servus mentiatur dominum petere commodanda.*
 VIII. *De reddendis usuris.*
 IX. *De usuris frugum.*
 X. *Cui debeant testamenta, vel scripturæ commendatæ restitui.*

I. Antiqua. ¹ *De animalibus in custodia placita mercede susceptis.*

Si quis caballum vel bovem, aut quolibet animalium genus, placita mercede, ad custodiendum suscepit, si id perierit, aliud eiusdem meriti ille, qui commendata vel commodata suscepit, exsolvat; si tamen mercedem fuerit pro custodia consequutus, vel pro conducto. Quod si ille, qui nullum placitum pro mercede suscepit, rem esse mortuam probaverit, nec ille mercedem recipiat, nec ab illo aliquid requiratur: ea tamen ratione, ut præbeat sacramentum ille, qui commendata suscepit, quod non per suam culpam, neque per negligentiam animal morte consumptum sit, et nihil cogatur exsolvere. Similis et de commodatis forma servetur.

II. Antiqua. ² *De animalibus in angariam præstitis.*

Si quis alicui iumentum, aut caballum, vel aliud animal præstitit, et per aliquam infirmitatem apud eum, qui accepit moriatur, sacramentum præbere debet, quod non per suam culpam, neque per negligentiam morte consumptum sit, et nihil cogatur exsolvere. Si autem nimium sedendo, vel fascis caricando, aut quocumque onere vel percussione mortuum fuerit, eiusdem meriti animal domino sine aliqua excusatione restituat. Si vero præstitum animal alicui aliquid debilitatis intulerit vel damni; ille componat, qui eum apud se susceptum habuisse dinoscitur.

III. Antiqua. *De rebus præstitis, incendio, vel furto exterminatis.*

Si alicui aurum, argentum, aut ornamenta, vel species fuerint commendatæ, sive custodiendæ traditæ, aut forte vendendæ; id si perierit, vel in domo ipsius, qui accepit, cum rebus eius fuerit incendio concrematum, una cum testibus veniat, et brevem det ille, qui commendata suscepit, et præbeat sacramentum, quod nihil exinde suis profuisset compendiis, et nihil cogatur exsolvere, excepto auro et argento, quod ardere non potuit. Et si quis, dum domum flamma consumit, se quasi auxillum præbiturus ingesserit, et aliquid forte rapuerit, dominus domus diligenter inquirat; et si eum invenire potuerit, ille, qui rapuit, in quadruplum rapta restituat. Et si de commendatis rebus apud susceptorem aliquid forte repererit, domino restituere non moretur. Si vero quæ commendata fuerant, furto probantur ablata ei qui commendata suscepit, spatium tribuatur, ut ordo docet, donec furem sua investigatione perquirat. Et si eum invenerit, commendatori res suas proprias tantummodo reformare cogatur. Compositio vero furli ad eum, qui habuit commendata, pertinet. Certe, si fur non fuerit infra statutum tempus in-

ventus, medietas rerum commendatarum domino a suscipiente reddatur, ut damnum ex medio uterque sustineat. Et si postmodum dominus rerum apud eum, cui commendaverat, quæ fuerant suppressa forte repererit, quum hæc ille se prius dixerit perdidisse, vel furto ³ fuisse sublata, sicut fur pro his, quæ celavit, secundum legum statuta compositionem implere cogatur.

IV. Antiqua. *De pecunia perdita ⁴, et usuris eius.*

Si quis pecuniam sub cautione suscepit daturus usuras, si per casum pecunia perierit, non culpa aut negligentia debitoris, ille, qui pecuniam commendavit ⁵, solam pecuniæ summam recipiat, et non requirat usuras. Si vero per ipsius fraudem vel culpam factum est, et pecuniam et usuras solvat. Quod si aliqua lucra est ex ea pecunia consequutus, et postmodum contingat, ut pecunia pereat, si tanta sunt lucra quanta pecunia fuit, et pecuniam et usuras restituat.

V. Antiqua. ⁶ *De rebus commendatis, et casu quocumque in naufragium missis.*

Qui commendata vel commodata suscepit, et de ruina, aut incendio, vel hostilitatis naufragio, seu quolibet simili casu, sua omnia liberaverit, et aliena perdiderit; quod accepit sine aliqua excusatione ⁷ cogatur exsolvere. Si vero partem aliquam de rebus propriis liberasse cognoscitur, illi, cuius res secum habuerat, iuxta modum perditæ rei vel liberatæ restituat, qualem iudex ratione deducta æstimaverit portionem. Si autem sua omnia perdiderit, quum liberaret aliena, et de liberatis et de perditis rebus similis ratio deducatur, ut partem, arbitrio iudicantis, qui liberavit accipiat. Iustum est enim in simili casu ⁸, ut ille non damnum solus excipiat, qui se gravibus obiecit periculis; et dum aliena minora conatur liberare, sua maiora perdidisse cognoscitur.

VI. Antiqua. *De rebus servo, nesciente domino, commendatis.*

Quod, nesciente domino, servo fuerit commendatum, si id perierit, nec dominus, nec servus ullum damnum incurrant ⁹. Suæ enim imputet culpæ, qui servo alieno res suas commendaverit, domino nesciente. Si vero alicuius rei animal sit, et per fraudem pastorem ¹⁰ diminutum reperiat, hoc reddere compellatur. Similis et de commodatis forma servetur, si fraude, aut malitia consumpta aut dissipata noscuntur.

VII. ¹¹ Antiqua. *Si servus mentiatur dominum petere commodanda.*

Si dominus per servum suum quodcumque sibi petie-

¹ *Emilian. quemadmodum in hac lege, ita in omnibus sub hoc titulo sequentibus neque auctorem, neque inscriptionem profert.*

² *Tolet.-goth. Legion. et S. J. R. auctorem, et inscriptionem omittunt.*

³ *Card. et Legion. furtim*

⁴ *S. J. R. præstita*

⁵ *S. J. R. et Lind. commodavit*

⁶ *Tolet.-goth. et S. J. R. auctorem et inscriptionem præter-*

eunt.

⁷ *Legion. excusatione restituat*

⁸ *Tolet.-goth. causa*

⁹ *Legion. pertimescant*

¹⁰ *Emilian. a pastore*

¹¹ *Legion. Antiqua noviter emendata. Tolet.-goth. auctorem non indicat, nec inscriptionem refert.*

rit commodandum, et servus cum rebus commodatis in fugam fuerit elapsus, tunc dominus obligetur, ut commodata restituat. Si vero servus petisse dominum mentiatur, et sic quasi deportanda ad dominum susceperit, et quæ susceperit, aut evertat, aut forte perdiderit, et fugitivus non potuerit inveniri: dominus servi præbeat¹ sacramentum se eundem servum, ut susciperet non misisse, et quum id peteret ignorasse, et nihil calumniæ pertimescat. Servum tamen tam dominus quam ille qui commodavit, quærere sollicitè procurabunt. Hæc eadem et de commendatis præcipimus custodiri.

VIII. Antiqua.² *De reddendis usuris.*

Si quicumque pecuniam commodaverit ad usuram non plus per annum, quam tres siliquas de unius solidi³ poscat usuris, si tamen fuerit unde dentur. Et de solidis octo nonum solidum creditori, qui pecuniam ad usuram dedit, exsolvat: et sic summam pecuniæ et usuras ille qui dederat, a debitore recipiat. Quod si cautionem ultra modum superius comprehensam per necessitatem suscipientis creditor extorserit, conditio contra leges inserta non valeat. Si quis autem contra ordinationem hanc fecerit, et eam rem, quam commodaverat, recipiat, et quæ cautæ⁴ fuerant, in nullo solvantur usuræ.

IX. Antiqua.⁵ *De usuris frugum.*

Quicumque fruges aridas et humidæ⁶, id est vinum et oleum, vel quodcumque annonæ genus alteri commodaverit, non plus⁷ ab eo pro usura quam tertiam partem accipiat: id est, ut super duos modios, qui acceperit, tertium reddat. Quam legem, ad solas fruges præcipimus pertinere: nam de pecunia commodata secundum superiorem legem valere, et observare⁸ censemus.

X. Antiqua. *Cui debeant testamenta, vel scripturæ commendatæ restitui.*

Testamentum ab eo, cui fuerit commendatum posteaquam hoc ante testes publicaverit, sicut est in legibus constitutum, illi, qui maiorem partem de eodem testamento est consequuturus reddatur⁹ hæredi. Quod si alii redditum fuerit¹⁰, vel adversario eius traditum, qui tradiderit¹¹, duplam compositionem restituat illi, cui¹² fraudem inferre voluerat. Illas vero scripturas, quæ simul tradi partibus debent, si commendatas¹³ quicumque susceperit, id est, testamenta, iudicia, pacta, donationes, vel cætera talia, si alteri altero absente tradiderit, ille qui dederat, revocet quod dedit¹⁴, et omnibus, quibus in commune debebantur, restituere non moretur.

II. TITULUS DE PIGNORIBUS, ET DEBITIS.

I. *De non pignorando.*

II. *De pignore deposito, et furato.*

III. *De pignore, si pro debito deponatur.*

IV. *Si pignus, repræsentato debito, non reddatur.*

I. FLAVIUS RECESVINTUS REX¹⁵.

De non pignorando.

Pignorandi licentiam in omnibus submovemus: alioquin¹⁶ si non acceptum pignus præsumpserit ingenuus de iure alterius usurpare, duplum cogatur exsolvere. Servus autem simplum restituat, et centum flagella suscipiat.

II. Antiqua.¹⁷ *De pignore deposito, et furato.*

Si quis pignus alteri deposuerit pro aliquo debito, et illud, ipse qui deposuerit, furatus fuerit, pro fure teneatur.

III. Antiqua.¹⁸ *De pignore, si pro debito deponatur.*

Pignus, quod pro debito deponitur, si per cautionem fuerit obligatum, et ille, qui pignus deposuerat, ad tempus constitutum debitum reformare dissimulet; post diem cautionis exactum usque ad decem dies pignus salvum suo domino reservetur, aut eidem¹⁹ domino, si in propinquo est, reportetur, atque ut restituat debitum moneatur. Quod si per negligentiam suam debitor ad diem constitutum ades-

V. *Si una persona reatu vel debito multis teneatur obnoxia.*

VI. *Qualiter defuncti debitum, aut violentia post mortem possit inquiri.*

se neglexerit, aut debitum implere distulerit, addantur usuræ. Cæterum si adesse usque ad decem dies, sicut supra scriptum est, aut quod debet reformare dissimulaverit²⁰: tunc creditor iudici, vel præposito civitatis pignus ostendat, ut quantum iudicio eius, vel²¹ trium honestorum virorum fuerit æstimatum, sit ei licentia distrahendi²². Et postmodum de pretio venditi pigneris creditor, quantum ei debetur, sibi evidentius tollat, et reliquum ille recipiat qui pignus deposuerat.

IV. FLAVIUS RECESVINTUS REX²³.

Si pignus repræsentato debito non reddatur.

Si quis ei, qui rem pro pignere credidit²⁴, ad constitutum tempus, repræsentato debito, pignus acceptum distulerit reddere, et hoc ante tempus lege superiori taxatum vendere, vel in usus proprios atque alienos conterendum præsumpserit adtentare, vel malitiose differens noluerit assignare; pignus quidem, quod accepit, integrum reddat, et medietatem, quantum pignus valere constiterit, domino pigneris coactus impendat.

¹ Legion. præstet iuramentum

² Tolet.-goth. et S. J. R. auctorem et inscriptionem prætereunt.

³ Card. et Lind. de uno solido poscat usuras

⁴ Card. incautæ

⁵ Tolet.-goth. et S. J. R. nec legis auctorem, nec inscriptionem referunt.

⁶ S. J. R. liquidas

⁷ Card. amplius

⁸ Card. conservare

⁹ Card. citius reddatur

¹⁰ Card. redditum fuerit, vel malitiose tenere crediderit

¹¹ Card. qui tradidit aut tenuit malitiose

¹² Card. S. J. R. Tolet.-goth. et Legion. quam illi, cui fraudulentus fuerit, inferre voluerat

¹³ S. J. R. commodatas

M.L. Tom. I.

¹⁴ Card. quod dedit, aut si fraudulenter tenuerit, et omnibus quibus in commune debetur, restituere non differat, et tantum compositionis illis exsolvere non moretur, quantum fraudis facere conatus est

¹⁵ Card. Fls. Chds. Rex. Legion. Antiqua.

¹⁶ Card. scilicet si acceptum pignus &c.

¹⁷ Emilian. auctoris et inscriptionis non meminit.

¹⁸ Emilian. auctorem tacet, et inscriptionem non addit.

¹⁹ Tolet.-goth. et S. J. R. aut idem

²⁰ Lind. distulerit

²¹ Emilian. Card. et S. J. R. et

²² S. J. R. distrahendi, et vendendi, et dividendi. Et postmodum &c.

²³ Card. Fls. Chds. Legion. Antiqua. Tolet.-goth. auctorem, et inscriptionem omittit.

²⁴ Legion. crediderit

V. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ¹.

Si una persona reatu vel debito multis teneatur obnoxia.

Si una persona plurimis rea vel debitorix maneat, qui prior in petitione præcesserit, et aut per placitum, aut per probationem sive professionem eius, eum sibi reum aut debitorem esse docuerit, ipsi nihilominus aut iuxta qualitatem debiti satisfacere compellendus est, vel dammandus a iudice. Quod si quibus reus vel debitor manet, uno eodemque tempore contra eum agere cœperint, secundum quantitatem debiti vel reatus, aut reddere omnibus, aut omnibus addicendus est serviturus. Quærere tamen a iudice ad liquidum oportebit, cui magis reus vel debitor maneat, ut ipsi maiorem partem reddi præcipiat: et de reliquo, quod de facultate rei vel debitores remanserit, quantum reddatur cæteris iudex ipse manifeste perpendat. Certe si non fuerit unde compositio exsolvi debeat, cum hoc saltim quod videtur habere, pro debito vel reatu perpetim serviturum iudex petentibus tradere non desistat.

VI. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ².

Qualiter defuncti debitum, aut violentia post mortem possit inquiri.

Si viventis cuiuslibet manifesta culpa non apparet, nefas esse non dubitandum est, ut eum quisque post obitum mansisse sibi reum accuset. Ne ergo in fraudem hæredis defuncti quicumque post hæc talia conetur præsumere, hu-

ius legis redargui sanctione se noverit: scilicet, ut si quis quemlibet defunctum violentum sibi, aut pervasorem suæ rei, sive directorem ³, seu debitorem fuisse adstruxerit, eumque quodcumque illicitum secundum superiorem ordinem ⁴ dixerit perpetrasse; non aliter eius adsertioni credatur, nisi per quamcumque scripturam, aut testificationem legitimam id verum esse indubitanter edoceat. Quod si tale aliquid quisque convicerit, et defunctus ille, de quo agitur, filios non relinquens, facultatem suam suis libertis, aut quibuscumque personis ⁵ dinoscitur contulisse; ipsi liberti vel aliæ ⁶ personæ iuxta quod possident de rebus defuncti, quæ defunctus debuit vel commisit, insistente iudice, cogantur exsolvere. Nam si filios reliquerit, et ipsi ⁷ omnem eius possident facultatem ⁸; ipsi proculdubio cogendi sunt illa supplere, unde auctor eorum, debitor aut præsumptor ⁹ convincitur extitisse. Si certe prædictarum causarum obnoxius sic ab hac luce discesserit, ut ¹⁰ de suis rebus nihil videatur aliquatenus ordinasse; propinqui eius, vel qui facultatem eius adierint, aut possederint, petitori de re vel causa, quam ¹¹ repetit, cogendi sunt reddere rationem. Ita ut si ille, qui debitor aut præsumptuosus ¹² dicitur extitisse, nihil rerum suarum moriens dinoscitur reliquisse, ab omni calumnia repetentis eius filii vel propinqui habeantur immunes. Sin autem quodcumque defunctus reliquit, et maius est quod petitur, quam quod reliquisse videtur; si filii eius, aut propinqui, aut qui eius possident bona, noluerint pro reatu eius vel debito satisfacere, de rebus a defuncto dimissis non morentur petenti facere cessionem.

VII. TITULUS DE LIBERTATIBUS, ET LIBERTIS.

- I. *Si mancipia, sive per scripturam, seu per testem manumittantur.*
- II. *Si alienus servus, vel commune mancipium manumittantur.*
- III. *De his, qui se liberos proclamaverint esse.*
- IV. *Si ad servitium repetatur qui in libertate est constitutus.*
- V. *Si ei, qui ad servitium repetendus est, aliquid auferatur.*
- VI. *Si eum, quem aliquis coram iudice liberum esse dixerit, postea in servitio repetere velit.*
- VII. *Si timore compulsus quisquam servum se esse dicat.*
- VIII. *Si ingenuus ad servitium repetatur, vel si servus se liberum ¹³ dicat.*
- IX. *Quare data libertas debeat revocari.*
- X. *Si libertus iniuriam faciat manumissori.*
- XI. *Ne contra patronum vel filios eius testificari audeat manumissus.*

XII. *Ne testificent manumissi.*

XIII. *De rebus manumissi, si absque legitimis filiis moriatur.*

XIV. *De conditionibus a manumissore in scriptura manumissi conscriptis.*

XV. *De libertatibus servorum fiscalium.*

XVI. *De libertis et rebus fiscalium servorum.*

XVII. *Ne liberti vel progenies eorum cum posteritate patroni, aut coniugia connectant, aut eis insolentes existant.*

XVIII. *Ne liberti religiosi ad obsequium reducantur hæredis.*

XIX. *De libertis regum eorumque posteritate, qualiter exercitus tempore ad regiam potestatem concurrant, et cum quibus eos in publica utilitate proficisci oporteat.*

XX. *De transgressoribus libertorum ¹⁴.*

I. Antiqua. ¹⁵ *Si mancipia, sive per scripturam, seu per testem manumittantur.*

Si quis moriens per scripturam, aut præsentibus testibus, manumiserit mancipia sua, voluntas eius habeat firmitatem, dummodo infra sex menses trium aut quinque testium, quibus credi possit, testimonio comprobetur. Sed et libertis si quid donaverit, qui eos manumittit, aut libertatis ipsius scriptura contineat, aut testes qui adhiben-

tur agnoscant; et res apud libertos donata permaneat.

II. ¹⁶ *Si alienus servus, vel commune mancipium manumittantur.*

Si quis alienum servum, vel commune mancipium manumiserit in fraudem domini sui, libertas data non valeat. Ille vero, qui manumiserit alienum mancipium, alterum præter illum domino dare cogatur. Si vero dominus adque-

¹ *Legion. adiicit: Antiqua. Tolet.-goth. auctoris nomine, et inscriptione caret.*

² *Legion. addit: Antiqua. Tolet.-goth. auctorem non indicat, et inscriptionem omittit.*

³ *Legion. deceptorem*

⁴ *Emilian. accusationem*

⁵ *Card. possessoribus*

⁶ *Card. alii possessores*

⁷ *Card. et ipsi et alii possessores iuxta quod obtinent de rebus defuncti, proculdubio cogendi sunt &c.*

⁸ *Legion. hæreditatem*

⁹ *Card. præsumptor vel reus*

¹⁰ *Legion. et de suis*

¹¹ *Emilian. quam causidicus petit*

¹² *Lind. præsumptuosus*

¹³ *Legion. ingenuum, et eodem modo in lege.*

¹⁴ *Legion. De manumissis, ne suos manumissores derelinquant, et iisdem verbis in lege scriptum invenitur.*

¹⁵ *Emilian. Tolet.-goth. et S. J. R. auctoris nomine, et inscriptione destituuntur.*

¹⁶ *Legion. Antiqua.*

verit ut ille liber sit, duos vicarios servos pro manumisso servo percipiat, et libertas data habeat firmitatem. Hæc eadem et de ancillis præcipimus custodiri. Si quis sane vult ex integro manumittere commune mancipium, presbyterum qui præsens est, vel diaconum communemus, ne huiusmodi libertates se fieri præsentibus permittant: quia hæc manumissio stare non poterit. Si quis autem commune mancipium vult a iugo servitutis absolvere, prius cum consortibus suis dividat, et suæ vindicet potestati, aut certe cum his qui ei consortes sunt, id fieri vel pretio vel precibus elaboret; et sic, si voluerit, præsentem presbytero vel diacono manumittat, et libertas data firmetur¹. Quod si aliquis coram sacerdote vel diacono commune mancipium ex integro manumiserit, proprietatis suæ partem de mancipio amittat, et mancipium ad integrum consors ille, qui non manumisit, obtineat. Nam si partem suam, quæ in eodem mancipio illi debetur, absolvere voluerit, prohiberi non poterit.

III. Antiqua.² *De his, qui se liberos proclamaverint esse.*

Si mancipia se in libertatem proclamaverint, spatium et tuitionem arbitrio iudicis accipiant³, ut testes possint ad libertatis suæ documenta perquirere. Sed tantum temporis spatium mancipiis concedatur, ut nec servitia dominis, nec beneficia proclamantibus denegentur.

IV. Antiqua.⁴ *Si ad servitium repetatur qui in libertate est constitutus.*

Si in libertate constitutus ad servitium repetatur, non liceat eum in custodiam mitti ab illo qui repetit: sed iudicis reservetur arbitrio, si debeat sub fideiussore consistere, dummodo nihil violentiæ a pulsante patiatur.

V.⁵ *Si ei, qui ad servitium repetendus est, aliquid auferatur.*

Si quis homini ingenuo vel liberto aliquid tulerit, et postea eum sibi voluerit servum addicere; prius reddat quod tulit, et sic de eius conditione contendat.

VI. FLAVIUS CINTASVINTUS REX⁶.

Si eum, quem aliquis coram iudice liberum esse dixerit, postea in servitio repetere velit.

Qui suo testimonio coram iudice quemlibet liberum esse dixerit, et postmodum eum ad servitium inclinare voluerit; aliud illi mancipium e contrario reddat, et quem opprimere nitebatur⁷, in libertate permaneat.

VII. Antiqua.⁸ *Si timore compulsus quisquam servum se esse dicat.*

Qui timore compulsus servum se esse extra iudicium dixerit, nullum præiudicium libertatis incurrat, donec in iudicio præsentetur, ut libertatem suam si probaverit, præsentem iudice oblineat, aut si servus vincitur, statim domino reformetur.

¹ *Emilian.* firma habeatur

² *Tolet.-goth. et Emilian.* auctorem, et inscriptionem omittunt.

³ *Card.* obtineant

⁴ *Tolet.-goth. et Emilian.* auctorem tacent, et inscriptionem non adiiciunt.

⁵ *Tolet.-goth. Legion. et Card.* Antiqua.

⁶ *Tolet.-goth.* auctoris nomen non refert, nec inscriptionem. *Card. Ant. Legion. Fls. Cindasvindus. Antiqua. Lind. Antiqua. FLS. RCDS. Rex.*

⁷ *Card.* conabatur

⁸ *Emilian. et S. J. R.* auctorem legis et inscriptionem silentio prætereunt.

⁹ *Emilian. et Tolet.-goth.* nec auctorem perhibent, nec inscriptionem. *Card.* Noviter emendata.

VIII. Antiqua.⁹ *Si ingenuus ad servitium repetatur, vel si servus se liberum esse dicat.*

Si quis ingenuum ad servitium addicere voluerit, ipso doceat quo ordine ei servus advenerit: et si servus ingenuum se esse dixerit, et ipse simili modo ingenuitatis suæ firmam ostendat probationem. Iudex vero eorum recipere testimonium debet, quos meliores atque plurius esse providerit. Quod si muneris acceptione corruptus iniuste turbaverit innocentem, tam iudex quam petitor¹⁰, secundum legem aliam de his qui iniuste iudicaverint, componere non morentur.

IX. Antiqua.¹¹ *Quare data libertas debeat revocari.*

Qui servo suo vel ancillæ libertatem donaverit, et præsentem sacerdote, vel aliis duobus aut tribus testibus hoc factum esse constiterit, id est, si ipsam libertatis scripturam coram legitimis testibus manifeste tradiderit, atque ita per eandem libertatis scripturam definierit, ut ex tempore conditæ scripturæ liber ipse qui est manumissus permaneat, nihil sibi in eo conditionis reservans¹²: huiusmodi libertatem revocare non liceat, excepto si manumissori, eum qui manumissus est iniuriosum, aut contumeliosum, vel accusatorem, aut criminatorem esse constiterit: pro quibus iniuriis data libertas poterit revocari. Si vero ipse qui manumisit, dicat quod sub alio placito, aut definitione eum libertaverit; si per scripturam definitio ipsa minime claruerit, testes, qui præsentem fuerint, ante iudicem ipsum placitum vel definitionem dicere non graventur; et postmodum, quod placitum vel definitum fuerat¹³, stare iubemus.

X. Antiqua.¹⁴ *Si libertus iniuriam faciat manumissori.*

Si libertus manumissori suo iniuriosus fuerit, aut si patronum suum pugno aut quolibet ictu percusserit, vel eum falsis¹⁵ accusationibus impetierit¹⁶, unde ipsi capitis periculum comparetur, addicendi eum ad servitium habeat potestatem: ita tamen ut apud iudicem probet causas superius comprehensas.

XI. Antiqua.¹⁷ *Ne contra patronum vel filios eius testificari audeat manumissus.*

Filio vel hæredi manumissi libertatem non liceat revocare, sed prioris sui vel parentum factum sine excusatione custodiat: ita tamen ut nec contra filios filiorum, libertus, vel omnis posteritas eius testimonium dicere permittantur: et si dixerint, non credantur a iudice, sed redeant ad pristinam servitutem. De aliis vero rebus aut causis, contra patroni filios vel nepotes tantum pro suo iure iuste contendant.

XII. FLAVIUS RECESVINTUS REX¹⁸.

Ne testificent manumissi.

Libertus vel liberta in nullis negotiis contra quemquam testimonium dicere admittantur, excepto in aliquibus causis, ubi ingenuitas deesse dinoscitur, sicut permissum¹⁹

¹⁰ *Emilian. et S. J. R.* tam iudex quam petitor falsarii poena mulcentur, et secundum legem &c.

¹¹ *Emilian. Tolet.-goth. et S. J. R.* legis auctorem et inscriptionem omittunt.

¹² *Card.* servans

¹³ *Card.* fuerit

¹⁴ *Emilian. Tolet.-goth. et S. J. R.* auctorem et inscriptionem non produunt.

¹⁵ *Card.* falsa accusatione

¹⁶ *Tolet.-goth.* impegit

¹⁷ *Emilian. Card. Tolet.-goth. et S. J. R.* nec auctorem indicant, nec inscriptionem adiiciunt.

¹⁸ *Legion. Antiqua. Tolet.-goth. et S. J. R.* auctorem tacent, nec inscriptionem meminere.

¹⁹ *Lind.* præmissum

est et de servis: quia indignum nostra pensat clementia, ut libertorum testimonio ingenuis damna concutiantur. Qui vero de iisdem fuerint procreati, omnimodis ad testimonium admittantur.

XIII. Antiqua. ¹ *De rebus manumissi, si absque legitimis filiis moriatur.*

Si manumissus sine filiis de legitimo coniugio natis transierit, et ei patronus in libertate aliquid donaverit, aut forsitan de eius servitio discesserit, et alio se contulerit; omnia ad patronum, sive ad suos hæredes sine dubio revertantur. Quod si forsitan in terra ipsius patroni, qui eum manumisit, consistens, aliquid de labore suo adquisierit, medietas exinde in patroni potestate consistat: et de alia medietate libertus faciendi quod voluerit, in eius potestate permaneat. Quod si alium patronum sibi elegerit, et sub eo aliquid adquisierit, medietas adquisitæ rei ad manumissorem concurrat: alia vero medietas ad manumissi proximos, sive servi sint sive liberi ² sine dubio revertatur, vel in quem voluerit hanc medietatem conferendi habeat potestatem: illud vero, quod ei manumissor donaverit, in patroni potestate permaneat. Similis et circa ancillas manumissas forma servetur: hoc tantum iustitia suadente adiicimus, ut nullus libertus sive liberta, a domina vel domino suo libertate percepta, manumissores suos, dum advixerint, derelinquant. Quod si facere præsumpserint, et rem quam perceperint ³ amittant, et ad domini vel dominæ suæ inviti reducantur obsequia.

XIV. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ⁴.

De conditionibus a manumisso in scriptura manumissi conscriptis.

Qui mancipium suum per scripturam liberum faciens, constituerit fortasse non licere ei de peculio suo ⁵ aliquid iudicare; si quid exinde libertus libertave distraxerit vel donaverit, modis omnibus invalidum erit: patronus eius scilet, aut patroni filii omnia sibi vindicaturi. Certe si nulla talis conditio intercesserit, liberum erit illi, qui liber ⁶ est redditus, de peculio suo facere quod voluerit; aut etiam si inordinatus moriens filios legitimos non reliquerit, aut aliam quamcumque conditionem dominus eius per eandem libertatis scripturam non statuerit ⁷, ad patronum, aut ad patroni filios universa res eius ad integrum pertinebit.

XV. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ⁸.

De libertatibus servorum fiscalium.

Si res ambigua nequaquam occurreret, nulla futuris temporibus legem dandi necessitas immineret ⁹. Quia ergo sub libertatis obtentu, fiscalium sæpe subreptione servorum, fisci vires adtenuantur; non invidemus bene meritis, sed obviamus fraudulenter incautis: statuentes scilicet, ut non aliter deinceps conlata servo fisci libertas ulatenus valeat, nisi regiæ manus fuerit stilo ¹⁰ subscripta.

XVI. Antiqua. ¹¹ *De libertis, et rebus fiscalium servorum.*

Servis nostris sine permissu nostro libertatem mancipiis

suis dare non sinimus: quod si dederint, libertas data non valeat. Sed hæc tantummodo libertas habeat firmitatem, quæ ex nostra præceptione conceditur. Simili modo servis nostris mancipia sua, aut terras ad liberos homines non liceat venditione transferre, nisi tantummodo aliis servis nostris vendendi habeant potestatem. Quod si terras sive mancipia ecclesiæ sive pauperibus donare voluerint, donatio hæc vel voluntas nulla ratione subsistat. Illud enim tantum eis pietatis contemplatione concedimus, ut pro animabus suis ecclesiæ, vel pauperibus de aliis facultatibus suis largiantur: et si præter terras vel mancipia nihil habeant facultatis, tunc de terris atque mancipiis eis vendendi tribuimus potestatem; ita ut, sicut supraddictum est, a servis nostris tantummodo, quod conservus vendiderit, comparetur: nec liber ¹² ullus ad contractum huius emptionis adspiret. Pretium autem, quod de terris vel mancipiis acceperint, erogare pro animabus suis ecclesiæ ¹³ vel pauperibus non velentur.

XVII. FLAVIUS GLORIOSUS RECESVINTUS REX ¹⁴.

Ne liberti vel progenies eorum cum posteritate patroni, aut coniugia connectant, aut eis insolentes existant.

Interdum vidimus excessum licentiamque servorum, et dolere coacti sumus ignominiam dominorum. Quidam enim a dominis suis libertate percepta, generationis progenie decurrente, adtentant aut ipsi aut posteritas eorum, cum progenie dominorum, vel deinceps ¹⁵ copulare coniugium, vel molestias inferre posteritati manumittentium. Sicque in adversum parte conversa, quia ingenua libertas gratiæ dono fit nobilis, ideo generosa nobilitas inferiori tactu fit turpis. Atque inde claritas generis sordescit commixtione abiectæ conditionis, unde abdicata servitus adtollet titulos libertatis. Ut ergo et naturæ splendor ortus sui dignitate non careat, et servitus sibimet reminiscens indebita et inconcessa non appetat, bene iubetur, ut si quorumlibet quicumque liberti, sive ex eorum stirpe quandoque progeniti, ex genere manumissorum, vel ex eis decurrente, quamvis longa progenie, coniugium præsumpserint adtemptare, aut manumissores, vel eorum progenies ¹⁶, extra iusta negotia sua, propter suas vel propter aliorum actiones convexaverint, aut læserint, eisque molestias sive damna concusserint, vel aliquid adversus eos factione quacumque egisse visi fuerint; in eorum, quos molestaverint, evidentem servitutem mox redeant. Quia impium satis est, ut dum conditio servitutis absolvitur, dignitas libertatis impediatur; et dum servus erigitur, filius abdicetur; atque inde filii damna sustineant, unde ad nocendum potiuntur servi licentia.

XVIII. FLAVIUS RECESVINTUS REX ¹⁷.

Ne liberti religiosi ad obsequium reducantur hæredis.

Quoslibet de quorumcumque libertis aut specialiter ecclesiastici dignitas sublimavit honoris, aut præfixis sanctorum locis deputavit vel ordo religionis, vel ordinatio manumittentis, non erunt ad dominium ¹⁸ patrociniūque reducendi contentione qualibet hæredis. Quod enim gloriosius Deo adhærere censetur, obsequiis hominum religiosi honestate nulla sinitur.

¹ *Legion. Card. et Tolet.-goth. Antiqua. Lind. Antiqua. FLS. GLS. RCDS. Rex.*

² *Card. et Legion. liberti*

³ *Legion. perceperant*

⁴ *Legion. Antiqua. Tolet.-goth. auctorem et inscriptionem omittit.*

⁵ *Legion. de peculio suo facere quod voluerit*

⁶ *Card. libertus*

⁷ *Lind. instituerit*

⁸ *Legion. Flavius Recesvintus Rex. Antiqua.*

⁹ *Emilian. impelleret*

¹⁰ *Emilian. titulo*

¹¹ *Tolet.-goth. et S. J. R. auctorem et inscriptionem præter-eunt.*

¹² *Card. libertus*

¹³ *Card. ecclesiis*

¹⁴ *Card. Fls. Chds. Rex. S. J. R. Antiqua. Legion. et Tolet.-goth. auctoris et inscriptionis obliviscuntur.*

¹⁵ *Emilian. indecens*

¹⁶ *Emilian. Legion. Card. Tolet.-goth. et S. J. R. prosapias*

¹⁷ *Tolet.-goth. auctorem et inscriptionem non exponit.*

¹⁸ *Card. Legion. et Lind. ad hominum patrociniū reducendi*

XIX. ¹ Fls. GLS. EGICA REX.

De libertis regum, eorumque posteritate, qualiter exercitus tempore ad regiam potestatem concurrant, et cum quibus eos in publica utilitate proficisci oporteat.

Tunc rite nostri regiminis patriam, promulgatis legum censuris, regere procuramus, quum et his, qui contra hostem gloriæ nostræ decertant, utilitate maxima provideamus, et vindicadores terræ nostræ proculdubio cernimus. Et licet, favente Deo, gentes nostræ affluant copia bellatorum, nihil tamen officit, si de illis augeantur insuper acies ad repulsionem hostium externorum, qui ex familiis fisci per regias auctoritates libertatis gratiam meruerunt. Unde quia necesse est, ut illic præbeant ex ratione suffectum, unde meruisse letantur absolutionis statum; ob hoc speciali sanctione iubemus, ut deinceps tam ipsi quam omnis eorum posteritas, tempore exercitus nostri, omnes ad regiam celsitudinem incunctanter occurrant: ut cum quibus exercitus expeditionem peragere possit, præsentialiter eos clementia principalis instituat. Quicumque vero ex eis, ut dictum est, tempore exercitus domi residere præsumperit, et minime cum cæteris, sicut regalis ordinatio fuerit, in publicam expeditionem perrexerit; noverit se ad propriæ servitutis iugum reverti, ex quo ereptus libertatis meruerat personam adsumere. Illi tantum-

modo hanc erunt sententiam modis omnibus evasuri, qui, ordinante Principe vel comite suo, aliquid iniunctum in publicis utilitatibus ad peragendum acceperint, vel quos patens ægritudo, aut quorundam impedimentum nullatenus properare permiserit.

XX. ² FLAVIUS EGICA REX ³.

De transgressoribus libertorum ⁴.

Sæpe audivimus ⁵ multosque cognovimus libertos, relinquentes manumissores suos, quos et dominos esse testamur: quia voluptuosam ⁶ voluntatem dum relaxato fræno servitutis habuerint, æquales dominis suis, vel eorum successoribus se esse adfirmant. Quod nos modo et debita veneratione, et salubri ordinatione censemus, et valitura lege sancimus: ut quicumque libertus, aut liberta, vel filii libertorum, si manumissoribus suis, sive eorum filiis vel nepotibus, suisque prolibus, qui ex nepotibus fuerint geniti, quocumque tempore de eorum patrocinio quacumque subtilitate, vel ingenio, aut argumento fraudis, se vel leviter auferre voluerint, tunc in tempore transgressionis careant libertate. Filii tamen, qui de eisdem fuerint geniti sic errantes, prædicta superioris legis constitutione tradendi sunt perenniter servituri.

LIBER VI.

DE SCALERIBUS, ET TORMENTIS.

I. TITULUS DE ACCUSATORIBUS ⁷ CRIMINOSORUM.

- | | |
|--|--|
| <p>I. <i>Ut domino, vel senioribus loci petatur servus in crimine accusatus.</i></p> <p>II. <i>Pro quibus rebus, et qualiter ingenuorum personæ subdendæ sunt quæstioni.</i></p> <p>III. <i>Pro quibus rebus, et qualiter servi, vel ancillæ torquendi sunt in capite dominorum.</i></p> | <p>IV. <i>Pro quantis rebus, et qualiter servus, aut libertus tormenta portabunt.</i></p> <p>V. <i>Qualiter ad Regem accusatio deferatur.</i></p> <p>VI. <i>De servanda Principibus potestate parcendi.</i></p> <p>VII. <i>Quod ille solus culpabilis erit, qui culpanda commiserit.</i></p> |
|--|--|

I. Antiqua. ⁸ *Ut domino, vel senioribus ⁹ loci petatur servus in crimine accusatus.*

II. FLAVIUS GLORIOSUS CINTASVINTUS REX ¹².

Pro quibus rebus, et qualiter ingenuorum personæ subdendæ sunt quæstioni.

Si servus in aliquo crimine accusetur, iudex prius dominum, villicum vel actorem eius loci, cuius servus fuerit accusatus, admoneat ut eum in iudicio præsentet. Quod si reum præsentare noluerit, ipse dominus, vel actor, aut villicus, donec servum ¹⁰ præsentet, a comite civitatis vel iudice distringatur. Certe si dominus, vel quibus commissa res est, difficulter ad locum adproximet ¹¹ a iudice tenendus et discutiendus est servus.

Si in criminalibus causis discretionis modus amittitur ¹³, criminorum malitia nequaquam frænatur. Ideoque si in causa regie potestatis vel gentis aut patriæ, seu homicidii, vel adulterii æqualem sibi nobilitate vel dignitate palatini officii, quicumque ad eandem crediderit; habeat prius fiduciam comprobandi quod obiicit, et sic alienum sanguinem tentet impetere. Quod si probare non potuerit, coram ¹⁴ iudice vel Principe, vel his quos sua Princeps auctoritate præceperit, trium testium subscriptione roborata inscriptio fiat, et sic quæstionis examen incipiat. Ita

¹ Hæc XIX. lex in codice Vigil. desideratur, invenitur tamen in codicibus Legion. Card. Tolet.-goth. et S. J. R.; et quod etiam in codice Castellano reperitur, hęc quoque descripta fuit.

² Emilian. codex hanc omittit legem.

³ Legion. Fls. Egica, et Vitiza Reges. Antiqua. S. J. R. Egica et Vitiza Reges.

⁴ Legion. De manumissis, ne manumissores suos derelinquant. Tolet.-goth. De transgressionem libertorum. S. J. R. Ne liberti suos manumissores derelinquant.

⁵ Tolet.-goth. Legion. et S. J. R. vidimus

⁶ Lind. voluptuosa voluntate . . . erumpunt

⁷ Emilian. Legion. Card. et Lind. DE ACCUSATIONIBUS. M.L. TOM. I.

Tolet.-goth. DE DISPOSITIONIBUS CRIMINOSORUM.

⁸ In codicibus Emilian. et Card. legis auctor et inscriptio frustra perquiruntur. Tolet.-goth. et S. J. R. Fls. Cindasvindus Rex.

⁹ Tolet.-goth. seniori

¹⁰ Tolet.-goth. et S. J. R. reum. Legion. eum

¹¹ Legion. adpropinquant

¹² Legion. addit: Antiqua noviter emendata. Tolet.-goth. nec auctorem meminit, nec inscriptionem. S. J. R. Flavius Egica et Vitiza Reges.

¹³ Lind. amittatur

¹⁴ Emilian. Legion. Card. Tolet.-goth. et Lind. coram Principe vel his

ut, qui subditur quæstioni, si innoxius tormenta pertulerit, accusator ei confestim serviturus tradatur: ut salva tantum anima, quod in eo exercere voluerit, vel de statu eius iudicare elegerit, in arbitrio suo consistat. Quod si componi sibi ab accusatore voluerit, tantum ei pars accusatoris componat, quantum ipse, qui quæstioni subiicit, inflata sibi taxaverit suorum tormentorum supplicia. Iudex tamen hanc cautelam¹ servare debet, ut accusator omnem rei ordinem scriptis exponat, et iudici occulte præsentans, sic quæstionis examinatio fiat: et si eius confessio, qui quæstioni subdendus est, compar fuerit cum verbis accusatoris, criminis reus incunctanter habendus est. Certe si aliud dictio accusatoris habuerit, aliud eius confessio qui subditur quæstioni, quia dubitari non potest, quod per tormenta sibi crimen imponat, oportebit accusatorem superioris legis huius sententia subiicere. Quod si accusator priusquam occulte iudici notitiam tradat, aut per se, aut per quemlibet de re, quam accusat, per ordinem instruxerit quem accusat, non liceat iudici accusatum subdere quæstioni: quum per accusatoris iam iudicium² detectum constet, ac publicatum esse negotium. Similis quoque et de cæteris personis ingenuis ordo servandus est. Nam si capitalia quæ supra taxata sunt, accusata non fuerint, sed furtum factum dicitur, vel aliud quodcumque illicitum, nobiles ob hoc, potentioresque personæ, ut sunt primates palatii nostri, eorumque filii, nulla permittimus ratione quæstionibus agitari. Sed si in causa pro qua compellitur, probatio defuerit; suam, qui pulsatur, debeat iuramento³ conscientiam expiare⁴. Inferiores vero humilioresque, ingenuæ tamen personæ, si pro furto, homicidio, vel quibuslibet aliis criminibus fuerint accusati, nec ipsi inscriptione præmissa subdendi sunt quæstioni, nisi maior fuerit causa, quam quod quingentorum solidorum summam valere constiterit. Si autem actio minoris est quantitatis, quam quingenti sunt solidi, per probationem convictus qui accusatur, secundum leges alias componere compellatur: aut si convinci non potuerit, sacramento se expians compositionem accipiat, quæ de mala petitione legibus continetur. Speciali tamen constitutione decernimus, ut persona inferior nobiliorem se, vel potentioris inscribere non præsumat. Sed si petendum in causa putaverit, et probatio fortasse convincendi rei defuerit, nobilior ille vel potentior conscientiam suam sacramentis purgare non differat, quod nec admiserit, nec habeat penes se vel retineat rem, pro qua fuerit petitus; et reddito iuramento, ille qui male petit, sicut alia lex continet, ei componere non moretur. Verumtamen seu nobilis, sive inferior, seu ingenua persona, si quæstioni subdita fuerit, ita coram iudice, vel aliis honestis viris a iudice convocatis, accusator pœnas inferat, ne vitam extinguat, aut quancumque ipse, qui quæstioni subiiciendus est, membrorum debilitationem incurrat. Et quia per triduum quæstio agitari debet, si imminente casu, qui tormentis subditur, mortuus fuerit, et ex malitia iudicis vel aliquo dolo, seu ab adversario accusati corruptus beneficio, talia tormenta fieri non prohibuit, unde mors occurreret, ipse iudex iniquitatis proximis parentibus simili vindicta puniendus tradatur. Si certe suo sacramento se innocentem reddiderit, et testes qui fuerint præsentés iuraverint, quod nulla sua malitia, vel dolo, aut corruptione beneficii mors ipsa provenerit, nisi solo tormentorum eventu: pro eo quod indiscretus iudex superflua non prohibuit, quingentos⁵ solidos hæredibus mortui compellatur exsolvere. Quod si non habuerit unde componat, ipse

serviturus tradatur proximis⁶ hæredibus mortui. Accusator autem in potestate proximorum parentum mortui traditus, eadem mortis pœna mulctetur, qua ille mulctatus est, qui per eius accusationem morte damnatus interit.

III. ⁷ Antiqua. ⁸ *Pro quibus rebus, et qualiter servi, vel ancillæ torquendi sunt in capite dominorum suorum.*

Servus, seu ancilla in capite domini vel dominæ non propter aliud torqueantur, nisi tantum in crimine adulterii, aut si contra regnum⁹, gentem vel patriam aliquid dictum, vel dispositum fuerit, seu falsam monetam quisque confinxerit, aut etiam si causam homicidii, vel maleficii quærendam esse constiterit. Ita ut servi, vel ancillæ pro talibus criminibus torti, si conscii, et occultatores sceleris dominorum reperiuntur, pariter cum dominis puniantur¹⁰, secundum quod voluntas Principis extiterit. Certe si sua sponte indices veritatis extiterint, sufficiat eis quod pro veritatis indagine quæstioni subditi tormenta pertulerint, a mortis tamen periculo habeantur immunes. Servus autem, vel ancilla in tormentis positi, et de se interrogati, si¹¹ etiam de dominis sint confessi, et fuerit culpa mortalis, ac declaratis signis potuerit adprobari, eadem damnationis¹² censura mulctentur, qua eorum domini fuerint condemnati.

IV. FLAVIUS CINTASVINTUS REX¹³.

Pro quantis rebus, et qualiter servus, aut libertus tormenta portabunt.

Si servus in aliquo crimine accusatur, antea non torqueatur, quam ille qui accusat hac se conditione constringat, ut si innocens tormenta pertulerit, pro eo quod innocentem tormentis tradidit, alium eiusdem meriti servum domino reformare cogatur. Si vero innocens in tormentis mortuus, vel debilitatus fuerit, duos æqualis meriti servos cum eodem domino reddere non moretur: et ille, qui debilitatus est, ingenuus in patrocinio domini sui permaneat: nam et iudex qui temperamentum in tormentis non tenuit, et ita discretionem legis excessit, ut is, qui quæstionatus est, mortem violentam incurreret, eiusdem meriti servum domino mox reformet. Verum ut de servorum meritis omnis ambiguitas cesset contentionsis, non pro artificii qualitate excusatio videatur haberi, sed pro servis quæstionandis, contropatio adhibeatur ætatis et utilitatis; aut si artifex fuerit qui debilitatus est, et huius artificii servum non habuerit, qui insontem debilitavit, alterius artificii servum iuxta prædictum ordinem domino cogatur exsolvere: ita ut si artificem non habuerit, et alium servum ille, cuius servus quæstioni addicitur, pro eo accipere noluerit, tantum pretium eiusdem servi artificis, qui quæstioni subditur, eius¹⁴ domino persolvatur, quantum ipse artifex a iudice vel bonis hominibus rationabiliter valere fuerit æstimatus. Id tamen servandum est, ut nec ingenuum quisque, nec servum subdere prius quæstioni præsumat, nisi coram iudice vel eius saone, domino etiam servi vel actore¹⁵ præsentē districte iuraverit, quod nullo dolo, vel fraude aut malitia innocentem faciat quæstioni¹⁶ subdere. Et si subditus quæstioni mortuus fuerit, atque ille, qui subdidit, unde componat non habuerit, ipse subdendus est servituti, qui innocentem fecit occidi. Si autem¹⁷ dolo servum alienum quispiam subdendum

¹ Lind. cautelam in iudicio
² Legion. et Lind. indicium
³ Legion. sacramento
⁴ Legion. expurgare
⁵ Legion. trecentos solidos
⁶ Legion. proximis parentibus, aut hæredibus mortui contradatur
⁷ Hac lex dinumeratur III. tam a codicibus Card. Tolet.-goth. et S. J. R., quam ab editione Lind.; a Vigil. vero codice XXXII. lib. II. tit. I.
⁸ Card. codex hanc legem dinumerat IV., et superaddit: Fls. Chds. Rex. Legion. Antiqua noviter emendata. Emilian. aucto-

rem et inscriptionem prætermittit. Lind. tandem editio: Fls. Gls. Egica Rex.

⁹ S. J. R. et Lind. Regem
¹⁰ Legion. censeantur. Certe si sua
¹¹ Legion. etiam domini sint confessi
¹² Legion. mortis
¹³ Legion. addit: Antiqua.
¹⁴ Legion. et Lind. eiusdem
¹⁵ Tolet.-goth. accusatore
¹⁶ Tolet.-goth. et Lind. quæstionem subire
¹⁷ Legion. Si autem servum alienum

quæstioni intenderit, et dominus servi qui accusatur per probationem eum potuerit de obiecto crimine reddere innocentem; accusator eius alium pariter meriti servum accusati domino cogatur exsolvere, et dispendium quod dominus eius in adprobationem innocentis servi pertulerit, prout rationabiliter iudex reddi perpenderit, ab iniusto accusatore exactum domino servi restituatur. De rebus vero minimis culpa servi reperta, dominus, si voluerit, componendi licentiam habeat: ita ut omnis fur iuxta qualitatem culpæ flagella suscipiat. Pro maiori vero noxa, si compositionem dominus noluerit solvere, servum pro crimine non moretur tradere. Ingenuus sane, si quemlibet libertum idoneum, pro capitali crimine sive pro aliis scelerum causis, quæstioni pulsaverit addendum; non aliter eum impetere poterit adscribendum; nisi ducentorum quinquaginta solidorum quantitatem causa ipsa valuerit, pro qua eum accusator conatus fuerit subdere quæstioni¹. Nam si inferior fuerit atque rusticanus, quem liberum esse constet, tunc in eum permittetur quæstio agitari, si ipsam causam, unde accusatur, centum solidos valere constiterit. Quod si indiscrete, qui quæstioni subditur, in quacumque parte membrorum debilitationem incurrerit, tunc iudex qui temperamentum in tormentis non tenuit, CC. solidos illi qui tormenta sustulit persolvat. Ille vero, qui eum iniuste quæstionandum adpetit, CCC. solidos ei dare cogendus est. Certe si in tormentis positus mortem incurrerit, prædictam summam solidorum, tam iudex quam petitor propinquis parentibus mortui persolvent. Similiter et de inferioribus illis libertis, si debilitatione vel morte quis per intemperantiam fuerit condemnatus, medietas satisfactionis, quæ supra de libertis idoneis constituta est, ei qui inde quæstionatus est, si tamen vixerit; aut suis hæredibus, si ipse inde mortuus fuerit, exsolvenda est.

V. FLAVIUS GLORIOSUS CINTASVINTUS REX².*Qualiter ad Regem accusatio deferatur.*

Si quis Principi contra quemlibet falsa sugesserit, ita ut dicat eum adversus Regem, gentem vel patriam aliquid nequiter meditatam fuisse, aut agere vel egisse, seu in auctoritatibus vel præceptis regni potestatis, aut eorum qui iudiciaria ordinatione funguntur, fraudulenter quippiam immutasse, atque etiam scripturam falsam fecisse, vel recitasse, falsamque monetam fecisse: sed et si veneficium³ vel maleficium, aut adulterium uxoris alienæ

fortasse prodiderit: horum vel similibus criminum accusator, quæ ad capitis periculum vel rerum amissionem pertinere videantur, si vera reperiantur quæ dixerit, nullam omnino calumniam sustinebit. Si certe quod opponit falsum esse constiterit, et per solam invidiam id fecisse patuerit, ut iacturam capitis, aut detrimentum corporis, vel rerum damna pateretur, quem accusare conatus est, in potestatem traditus accusati, ille⁴ hanc pœnam in se suisque rebus suscipiat⁵, qui hoc alium innocentem pati voluerat. Ita ut ille qui aliquid scire se dicit, quod ad cognitionem Principis possit deduci, et in eo loco fuerit, ubi tunc regiam potestatem esse contigerit, aut per se statim omne quod novit, aut per fidelem Regis eius auditibus denuntiandum procuret. Quod si procul a Rege eum esse provenerit, et per aliquem Principi mandandum esse crediderit, quod ad accusationem alterius dinoscitur pertinere, coram illo, cui hoc suggerendum committit, talem epistolam faciat, per quam evidentem quid mandet exponat. Quam etiam epistolam tres testes, quos sibi novit esse fideles, evidentibus signis aut subscriptionibus simul cum ipso firment, ut postea quod mandaverit, negare non possit.

VI. FLAVIUS CINTASVINTUS REX⁶.*De servanda Principibus potestate parcendi.*

Quotiescumque nobis pro his, qui in causis nostris aliquo crimine implicati sunt, supplicatur, et suggerendi tribuimus aditum, et pia miseratione delinquentibus culpas omittere nostræ potestati servamus. Pro causa⁷ autem gentis et patriæ huiusmodi licentiam denegamus. Quod si divina misratio tam sceleratis personis cor Principis misereri compulerit, cum adsensu sacerdotum, maiorumque palatii licentiam miserandi libenter habebit.

VII.⁸ *Quod ille solus culpabilis erit, qui culpanda commiserit.*

Omnia crimina suos sequantur auctores, nec pater pro filio, nec filius pro patre, nec uxor pro marito, nec maritus pro uxore, nec frater pro fratre, nec vicinus pro vicino, nec propinquus pro propinquo, ullam calumniam pertimescant⁹: sed ille solus iudicetur culpabilis, qui culpanda commisit, et crimen cum illo qui fecerit, moriatur. Nec successores, aut hæredes pro factis parentum ullum periculum pertimescant.

II. TITULUS DE MALEFICIS ET CONSULENTIBUS EOS, ATQUE VENEFICIS.

I. *Si ingenuus de salute, vel morte hominis vaticinatorum consulat.*II. *De veneficis.*III. *De maleficis et consulentibus eos.*I. FLAVIUS CINDASVINTUS REX¹⁰.*Si ingenuus de salute, vel morte hominis vaticinatos consulat.*

Qui de salute vel morte principis, vel cuiuscumque hominis ariolos, aruspices¹¹, vel vaticinatos consulit, una

IV. *De his, qui in hominibus, aut in animalibus, vel quibuscumque rebus qualiacumque ligamenta, aut quodcumque contrarium fecisse reperiuntur.*

cum his qui responderint consulentibus, ingenui siquidem flagellis cæsi, cum rebus omnibus fisco servituri adsocientur, aut a rege, cui iusserit¹², donati perpetuo servitio addicantur. Quod si et filii eorum tali fuerint parentibus crimine socii, simili damnatione plectantur. Si vero ab scelere parentum habeantur extranei, et dignitatem et rerum omnium possessionem quam parentes amiserint, ple-

¹ *Emilian.* quæstioni. Si innox quodcumque tormenti pertulerit CL. solidos eius petitor ei componere compellendus est. Nam &c.

² *Legion.* adiicit: Antiqua.

³ *Tolet.-goth.* veneficium, aut adulterium

⁴ *Emilian.* ille qui accusat

⁵ *Legion.* sustineat

⁶ *Legion. superaddit:* Antiqua. *Tolet.-goth. et S. J. R. auctorem et inscriptionem omittunt.*

⁷ *S. J. R. et Legion.* pro causa autem regni potestatis, vel patriæ

⁸ *Legion. et Lind. Antiqua. Tolet.-goth. et S. J. R. auctorem omissum, simul et inscriptionem derelinquunt.*

⁹ *Legion.* pertimescat

¹⁰ *Legion. Antiqua. Tolet.-goth. et S. J. R. auctorem et inscriptionem huic legi non imponunt.*

¹¹ *Emilian.* aruspices, incantatores

¹² *Lind.* cui erunt donati

nissime obtinebunt. Servi vero diverso genere tormentorum ¹ afflicti, in transmarinis partibus transferendi vendantur; ut severitas vindictæ non habeat excusatos, quos propriæ voluntatis excessus nefariæ prævaricationis facit obnoxios.

II. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ².

De veneficis.

Diversorum criminum noxii, diverso sunt pœnarum genere feriendi: ac primum ingenuos, sive servos veneficos, id est, qui venena conficiunt, ista protinus vindicta sequatur: ut si venenatam potionem alicui dederint, et qui biberit, mortuus fuerit exinde, illi etiam continuo supplicii subditi ³ morte sunt turpissima puniendi. Si certe poculo veneni potatus evaserit ⁴, in eius potestatem tradendus est ille qui dedit, ut de eo facere quod voluerit, sui sit incunctanter arbitrii.

III. ⁵ FLAVIUS CINDASVINDUS REX ⁶.

De maleficis et consulentibus eos.

Malefici vel immissores tempestatum, qui quibusdam incantationibus grandines in vineis, messibusque immitere perhibentur, vel ii qui per invocationem dæmonum mentes hominum turbant, seu qui nocturna sacrificia dæmonibus celebrant, eosque per invocationes nefarias ne-

quiter invocant: ubicumque a iudice, vel actore, sive procuratore loci reperti fuerint, vel detecti, ducentenis flagellis publice verberentur, et decalvati deformiter decem convicinas possessiones circuire cogantur inviti, ut eorum alii corrigantur exemplis. Quos tamen iudex, ne ulterius evagantes talia facere permittantur, aut in retrusione faciat esse, ut ibi accepta veste atque substantia ita vivant, ne viventibus nocendi aditum habeant; aut regiæ præsentia dirigat, ut quod de illis sibi placitum fuerit, evidenter statuatur. Hi autem, qui tales consoluisse reperiuntur, in populi conventu ducentenos ictus accipiant flagellorum: ut impuniti non maneant, quos culpæ similis reatus accusat.

IV. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ⁷.

De his, qui in hominibus, aut in animalibus, vel quibuscumque rebus qualiæcumque ligamenta, aut quodcumque contrarium fecisse reperiuntur.

Præsentis legis superiori sententia damnari iubemus, seu ingenuus sit sive servus, utriusque sexus, qui in hominibus vel brutis animalibus, omnique genere quod mobile esse potest, seu in agris, vel vineis, diversisque arboribus maleficium, aut diversa ligamenta, aut etiam scripta in contrarietatem alterius excogitaverint facere, aut expleverint, per quod alium lædere, aut mortificare, vel obmutescere velint, ut damnum tam in corporibus, quam etiam in universis rebus, id patiantur, quod eis fecisse reperiuntur.

III. TITULUS DE EXCUTIENTIBUS HOMINUM PARTUS.

- I. *De his qui potionem ad aborsum dederint.*
- II. *Si ingenuus ingenuam abortare fuerit.*
- III. *Si ingenua ⁸ mulier ingenuam abortare compulerit.*
- IV. *Si ingenuus ancillæ partum effuderit ⁹.*

- V. *Si servus ingenuæ partum excusserit.*
- VI. *Si servus ancillæ partitudinem læserit.*
- VII. *De his qui filios suos aut natos, aut in utero necant.*

- I. Antiqua. ¹⁰ *De his qui potionem ad aborsum dederint.*

Si quis mulieri prægnanti potionem ab aborsum, aut pro necando infante dederit, occidatur: et mulier, quæ potionem ad aborsum facere quæsit ¹¹, si ancilla est du-

centa flagella suscipiat: si ingenua est careat dignitate personæ, et cui iusserimus servitura tradatur.

- II. Antiqua. ¹² *Si ingenuus ingenuam abortare fecerit ¹³.*

Si quis mulierem gravidam percusserit quocumque ictu,

¹ *Emilian. Legion. Card. Tolet.-goth. et S. J. R.* pœnarum

² *Legion. Antiqua. S. J. R.* Flavius Ervigius Rex. *Tolet.-goth. auctoris non meminit, nec inscriptionem adiungit.*

³ *Legion.* dediti

⁴ *Tolet.-goth.* supervixerit

⁵ *Quæ hanc subsequitur annotationem, legem III. dinumeratam huiusce tituli edunt codices Legion. et S. J. R.; II. Card.; editio tandem Lind. V.*

FLS. ERV. GLUS. R.

- III. *De personis iudicum, sive etiam cæterorum, qui aut divinos consulunt, aut auguriis intendunt.*

Sicut pia veritas mendacii assertionem non capit: ita non est consequens, ut latens veritas mendacio investigetur. Omnis igitur veritas ex Deo, mendacium ex diabolo est: quia ipse diabolus ab initio mendax est. Quum ergo utraque res suos principes habeat, quid opus est, ut veritas cuiusque mendacio admittatur exquiri? Quidam enim ex iudicibus ferentur Dei spiritu vacui, erroris spiritu pleni, qui acta maleficiorum dum investigare subtili perquisitionis perspicacia nequeunt, execrabiles divinatorum pronuntiationes intendunt. Veritatem enim se invenire non putant, nisi divinos et aruspices consulant: et eo sibi reperiendæ aeritatis aditum claudunt, quo veritatem ipsam per mendacium addiscere concupiscunt. Dum enim maleficium per divinationes comprobare pertentant, quasi tertio loco ipsi se diabolo servituros inlaqueant. Quapropter si quis ex quolibet iudicum gradu vel ordine, per divinos aut eorum similes aliquid sciscitare vel ad-

probare tentaverit: si quis etiam hominum, cuiuslibet sit ordinis vel personæ, a talibus aut salutis aut ægritudinis responsa poposcerit, vel consulentibus ¹ eos pro quibusque rebus crediderit; ad legis illius teneatur satisfactionem obnoxios, quæ in hoc libro sexto sub titulo secundo, æra prima, eos qui de salute vel morte hominis ² vaticinatores quosque consulunt ³. Illi tantum iudices ad huius legis sententiam non tenebuntur, qui divinos ipsos, atque eorum similes, non sciscitandi, sed ulciscendi voto coram multis perquirendo distribuerint ⁴: id est, si non ut aliquid per eos scire exquirendo intendant, sed ut detectos ⁵ sibi hoc solum, unde feriantur, exquirant. At nunc, quia et auguriis deditos eodem modo novimus esse odibiles Deo: ideo specialiter huius legis sanctione censemus, ut quicumque sint illi, quibus augures vel auguria observare contigerit, quinquagenis publice subiiciantur verberibus coercendi. Qui tamen ad solitum vitium ultra redierint, perditio etiam testimonio, simili erunt flagellorum sententia feriendi.

⁶ *Legion. addit: Antiqua. Tolet.-goth. auctorem et inscriptionem huius legis silentio præterit.*

⁷ *Legion. Antiqua. Tolet.-goth. nec auctorem, nec inscriptionem indicat.*

⁸ *Legion.* ingenuus, similiter et in lege.

⁹ *Legion.* effoderit, eodem modo in lege scribit.

¹⁰ *Emilian. Tolet.-goth. et S. J. R.* auctorem et inscriptionem prætereunt.

¹¹ *Card.* quæsit, aut pro occidendo infante

¹² *Emilian. et S. J. R.* legis auctorem, et inscriptionem non exhibent. *Tolet.-goth.* Noviter emendata.

¹³ *Tolet.-goth.* compulerit

Illi tantum

⁴ *Lind.* detribuerint

⁵ *Lind.* sed detegi sibi

¹ *Lind.* consulendus eos

² *Lind.* Principis, aut quorumcumque hominum

³ *Lind.* consulere præterant, statuit serenitatis ordine rescari.

aut per aliquam occasionem mulierem ingenuam abortare fecerit, et exinde mortua fuerit, pro homicidio puniatur. Si autem tantummodo partus excutiatur ¹, et mulier in nullo debilitata fuerit, et ingenuus ingenuæ hoc intulisse cognoscitur, si formatum infantem extinxerit, CC. ² solidos reddat: si vero informem, C. solidos pro facto restituat.

III. Antiqua. ³ *Si ingenua mulier ingenuam abortare compulerit.*

Si ingenua mulier per aliquam violentiam aut occasionem ingenuæ partum excusserit, aut eam ex hoc debilitasse cognoscitur; sicut de ingenuis, superioris damni pœna mulctetur.

IV. Antiqua ⁴ *Si ingenuus ancillæ partum effuderit.*

Si ingenuus ancillam aborsum fecerit pati, XX. solidos domino ancillæ cogatur inferre.

V. Antiqua. ⁵ *Si servus ingenuæ partum excusserit.*

Si servus ingenuæ partum excusserit, ducentenis ⁶ flagellis publice verberetur, et tradatur ingenuæ serviturus.

VI. Antiqua. ⁷ *Si servus ancillæ partitudinem ⁸ læserit.*

Si ancillam servus abortare fecerit ⁹, X. solidos dominus servi ancillæ domino dare cogatur, et ipse servus CC. ¹⁰ insuper flagella suscipiat.

VII. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ¹¹.

De his qui filios suos aut natos, aut in utero necant.

Nihil est eorum pravitate deterius, qui pietatis immemores, filiorum suorum necatores existunt: quorum quia vitium per provincias regni nostri sic inolevisse ¹² narratur, ut tam viri quam feminæ sceleris huius auctores esse reperiantur: ideo hanc licentiam prohibentes decernimus; ut seu libera seu ancilla ¹³ natum filium filiamve necaverit, sive adhuc in utero habens, aut potionem ad aborsum acceperit, aut alio quocumque modo extinguere partum suum præsumperit; mox provinciæ iudex, aut territorii, ut tale factum repererit, non solum operatricem criminis huius publica morte condemnet, aut si vitæ reservare voluerit, omnem visionem oculorum eius non moretur extinguere: sed etiam si maritum eius talia iussisse vel permississe patuerit, eundem etiam vindictæ simili subdere non recuset.

IV. TITULUS DE CONTUMELIO ¹⁴, VULNERE, ET DEBILITATIONE HOMINUM.

I. *De cædibus ingenui atque servi.*

II. *De præsumptoribus, et operibus præsumptorum.*

III. *De reddendo talione, et compositionis summa pro non reddendo talione.*

IV. *Si itinerantem quis retinuerit iniuriose atque nolenter.*

V. *Ut qui alteri ea intulerit, quæ legibus non continen-*

tur, illa recipiat quæ ¹⁵ fecisse convincitur.

VI. *Ne sit reus qui percutere volentem ante percusserit.*

VII. *Si servus ingenuo fecerit contumelium.*

VIII. *Si ingenuus ingenuum percutiat.*

IX. *Si ab ingenuo servus debilitetur alterius.*

X. *Si servus ingenuum percusserit.*

XI. *Si servus servum debilitaverit alienum.*

I. ¹⁶ *De cædibus ingenui atque servi.*

Si ingenuus ingenuum quolibet ictu in capite percusserit, pro livore det solidos V. : pro cute rupta solidos X. : pro plaga usque ad ossum, solidos XX. : pro osso fracto solidos C. Quod si ingenuus hoc in servo alieno commiserit, medietatem superioris compositionis exsolvat. Si vero servus in servo hoc fecerit, tertiam partem ¹⁷ eiusdem compositionis adimpleat, et L. ¹⁸ flagella suscipiat. Si autem servus ingenuum vulneraverit, eam continuo ¹⁹ summam compositionis exsolvat, quæ de ingenuis in servis inlata est, et LXX. flagella suscipiat. Si vero dominus noluerit pro servo componere, servus tradatur pro crimine.

II. ²⁰ *De præsumptoribus, et operibus præsumptorum.*

Si quis evaginato gladio, vel quolibet genere armorum munitus, præsumptivo modo ²¹ in domum alienam intraverit, cupiens dominum domus occidere; si ipse fuerit

occisus, mors eius nullatenus requiratur: sin autem ipse, qui in domum alienam intraverit, hominem occiderit, continuo et ipse moriatur. Quod si non criminalem culpam admiserit, secundum legum ordinem componere non moretur, secundum ²² quod damna in eadem domo fecerit. Nam si ille, qui in domum alienam violenter ingressus fuerit, aliquid exinde rapuerit, undecupli satisfactione, quæ levavit, cogatur exsolvere. Quod si non habuerit unde componat, ipse sine dubio serviturus tradatur: et si aliquid in domo, quam ingressus fuerat, damni non fecerit, nec aliquid subtraxerit; pro eo quod ingressus fuerit, decem solidos ²³ dare cogatur, et centum flagellis publice verberetur. Quod si non habuerit unde componat, CC. flagella suscipiat. Si vero aliqui de ingenuis cum eo in eadem domo non ab illo iussi, neque in eius obsequio vel patrocinio constituti, unanimes tamen, vel consentientes præsumptuose ²⁴ ingressi fuerint, unusquisque eorum ²⁵ simili damno et pœnæ subiaceant. Quod si non habuerint unde componant, unusquisque eorum CL. flagella susci-

¹ Card. excutiatur, et ingenuus

² Legion. et S. J. R. centum quinquaginta. Emilian. Card. et Lind. ducentos quinquaginta

³ Emilian. et Tolet.-goth. auctoris nomine, et inscriptione legis destituuntur.

⁴ Emilian. auctorem et inscriptionem in hac lege, quemadmodum et in cæteris huius tituli præter ultimam silentio præterit. Tolet.-goth. auctorem et inscriptionem non refert.

⁵ Tolet.-goth. auctorem et inscriptionem præterit.

⁶ Legion. ducentis

⁷ S. J. R. Flavius Cindns. Rex.

⁸ Legion. partum

⁹ Legion. fecerit alienam

¹⁰ Legion. C.

¹¹ Legion. addit: Antiqua. Tolet.-goth. auctoris nomen, et inscriptionem omittit.

¹² Tolet.-goth. increvisse

M.L. Tom. I.

¹³ Legion. ancilla vel liberta

¹⁴ Emilian. DE VULNERE, ET DEBILITATIONE. Lind. CONTUMELIA, et eodem modo alias scribit.

¹⁵ Legion. quæ se fecisse, et sic etiam in lege.

¹⁶ Emilian. Legion. et Card. Fls. Chds. Rex. S. J. R. adicit: Antiqua.

¹⁷ Legion. summam

¹⁸ Legion. CL.

¹⁹ Card. Legion. Tolet.-goth. S. J. R. et Lind. ita componat, sicut quum ingenuus servum vulneraverit alienum, et LXX. &c.

²⁰ Legion. et Card. Antiqua.

²¹ Legion. more

²² Emilian. Legion. Card. Tolet.-goth. et S. J. R. iuxta

²³ Card. decem solidos domino domus &c.

²⁴ Card. præsumptores. Legion. et Lind. præsumptori

²⁵ Legion. eorum decem solidos componere compellatur

piat; nam testimonium non amittant. Quod si in patrocini-
nio vel obsequio præsumptoris retenti, ab illo hoc facere
iussi fuerint, vel cum eo hoc eos fecisse constiterit; solus
patronus ad omnem satisfactionem, et pœnæ et damni te-
neatur obnoxius: nam illi non erunt culpabiles, qui ius-
sa patroni videntur esse complentes. Si autem servus hoc,
domino nesciente, commiserit, CC. flagella suscipiat, et
quæcumque abstulerit reddat. Si ¹ vero conscio domino
servus hoc fecerit, ipse dominus pro eo componat, sicut
de ingenuis est superius comprehensum.

III. FLAVIUS CINDASVINTUS REX ².

*De reddendo talione, et compositionis summa pro non
reddendo talione.*

Quorundam sæva temeritas sæverioribus pœnis est le-
galiter ulciscenda: ut dum metuit quisque pati quod fe-
cerit, saltim ab illicitis invitus absteineat. Quicumque igitur
ingenuus ingenuum pertinaciter ausus decalvare ali-
quem, aut turpibus maculis in facie vel cætero corpore,
flagello, fuste, seu quocumque ictu feriendo, aut trahendo
malitiose fœdare vel maculare, sive quamcumque par-
tem membrorum trucidare ³ præsumpserit, aut etiam li-
gaverit ⁴, vel in custodia, aut in quocumque vinculo de-
tinuerit, seu ligari ab alio, aut custodiæ vel vinculo man-
cipari præceperit, iuxta quod alii intulerit, vel inferen-
dum præceperit, correptus a iudice in se recipiat talio-
nem. Ita ut is qui male pertulerit, aut corporis contume-
liam sustinuerit, si componi sibi a præsumptore voluerit;
tantum compositionis accipiat, quantum ipse taxaverit, qui
læsionem noscitur pertulisse. Pro alapa vero, pugno vel
calce, aut percussione in capite prohibemus reddere talio-
nem, ne dum talio repetitur ⁵, aut læsio maior aut peri-
culum ingeratur. Sed si quis hæc sine membrorum aliqua
læsione præsumptiosus ⁶ intulerit, pro alapa ⁷ X. flagel-
la suscipiat, pro pugno vel calce XX. flagella suscipiat:
pro percussione vero in capite, si sine sanguine fuerit, ab
eo quem percusserit XXX. flagella suscipiat. Certe qui læ-
sit, vel lædendum dicitur instituisse, si non ex priori dis-
posito, sed subito extorta lite et cæde commissa, aliquo
casu se nolente id convicerit perpetratum fuisse, pro evul-
so oculo det solidos C. Quod si contigerit, ut de eodem
oculo ex parte videat, qui percussus est libram auri a per-
cussore in compositionem accipiat. Qui in naribus ita per-
cussus fuerit, ut nasum ex integro perdat, C. solidos per-
cussor exsolvat. Si vero nasus ita conlissus fuerit, ut pars
turpata narium pateat, iuxta quod deturpationem iudex
inspexerit damnare non moretur percussorem: quod etiam
similiter, et de labiis vel auribus præcipimus custodiri.
Cui ponderositas facta fuerit, C. solidi dentur in compo-
sitionem. Qui manum ex toto absciderit, vel etiam quoli-
bet ictu ita percusserit, ut ad nullum opus ipse prodefa-
ciat, C. solidos percussor componat. Pro pollice autem
L., pro sequenti digito XL., pro tertio XXX., pro quar-
to XX., pro quinto X. solidos compositionis exsolvat.
Quæ scilicet summa et de pedibus erit implenda. Pro sin-
gulis autem excussis dentibus duodeni solidi componantur.
Qui cassos alteri fregerit, et ex hoc, qui percussus est, de-
bilis apparuerit; libram auri percussor componere procura-
bit: et ista quidem inter ingenuos observanda vel adimplen-
da sunt. Si vero servus hoc ingenuo fecerit, vel etiam in-
genuum decalvaverit; in eius potestatem tradendus est, ut
sui sit arbitrii de eo facere quod voluerit. Si certe inge-

nus servum alterius decalvaverit, aut decalvare iusserit
rusticanum, det eius domino solidos X. Si vero idoneum,
et C. flagella suscipiat, et supradictam summam ⁸ X. so-
lidorum servi domino coactus exsolvat. Quod si qualibet
corporis parte servum truncaverit, vel truncare ⁹ iusse-
rit alienum, CC. flagellorum ictibus verberetur, et alium
eiusdem facultatis et meriti servum cum eodem proprio
domino reformare ¹⁰ cogatur. Quod si de supra taxatis
capitulis quodcumque libertus ingenuo facere præsumpse-
rit, pro eo quod æqualem statum non habet, et quod fece-
rit similiter in se factum recipiat, et C. insuper flagello-
rum ictus extensus accipiat. Quod si ingenuus in liberto
hoc fecerit, tertiam partem compositionis, quæ de inge-
nui continetur, exsolvat. Si servus servum decalvare,
in scio domino, sive truncare præsumpserit, et quod fece-
rit patiat, et C. flagellis publice verberetur. Si vero
servus, domino nesciente, ingenuum comprehendere vel li-
gare præsumpserit, CC. publice verberetur flagellis. Quod
si cum domini voluntate servus hoc fecerit, ipse dominus
tantumdem et pœnam et damna, quæ de ingenuis in hac
legem tenentur, suscipiat. Ingenuus autem, si servum alie-
num ligaverit innocentem, det domino servi solidos tres.
Nam si servus servum ligaverit absque voluntate domini
sui, C. flagella ¹¹ suscipiat. Si certe, conscio domino, id
servus admiserit, idem servi dominus tres solidos redde-
re compellendus est. Tamen si ingenuus servum alienum
innocentem die aut ¹² nocte in custodia detinuerit, vel ab
alio fecerit detineri, pro una die tres solidos, et pro no-
cte ¹³ similiter tres solidos domino servi componat: et si
per plures dies id servus innocens ab ingenuo pertulisse
convincitur, eamdem trium solidorum summam per sin-
gulos dies ac noctes idem ingenuus servi domino coactus
exsolvat. Ingenuus sane, si servum alienum fuste, aut
flagello, vel quolibet ictu indignans percusserit, ut ¹⁴ san-
guis vel livor apparuerit, per singulas percussiones singu-
los solidos domino servi persolvat: aut si gravis percus-
sio fortasse patuerit, per quam aut mortem aut debilita-
tionem, qui percussus est, videatur incurrere, quantum
pro tali re componere debeat, iudicis æstimatio competen-
ter inspiciat. Si vero servus in servo talia fecerit, idem-
que iudex instituat ¹⁵, quantum vel a servo vel ab eius
domino, iuxta livoris vel plagarum qualitatem, media pars
de ingenuis componi debeat. Servus tamen pro præsum-
ptione sua C. ¹⁶ flagella extensus accipiat. Omnes autem
sententiæ legis huius tam in viris quam in feminis obser-
vandæ sunt: ita ut capitula, quæ in hac ¹⁷ vel in aliis
legibus ad arbitrium iudicis reservantur, eius instantia ce-
leriter terminentur. Quod si iudex amicitia corruptus vel
præmio iuxta æstimationem rei liberare neglexerit, neque
continuo ulciscendum instituerit, iudicaria protinus po-
testate privatus, ab episcopo vel comite ¹⁸ districtus, illi,
quem admonitus vindicare contempsit, secundum quod ¹⁹
idem episcopus vel comes inspexerint, iuxta contempla-
tionem de facultate propria componere compellatur: qua-
tenus ipse suarum rerum compulsus damna sustineat, qui
voluntarius recusavit defendere interpellantis iniuriam.

IV. Antiqua. ²⁰ *Si iterantem quis retinuerit iniuriose atque nolenter.*

Si in itinere positum aliquis iniuriose sine sua volunta-
te retinuerit, et ei in nullo debitor existat, quinque soli-
dos pro sua iniuria consequatur ille qui retentus est: et
si non habuerit unde componat, ille qui eum retinuerat,

¹ *Tolet.-goth. codex hanc legis conclusionem integram omittit.*

² *Legion. addit: Antiqua noviter emendata. Tolet.-goth. et S. J. R. Antiqua. Lind. FLS. GLS. RCDS. Rex.*

³ *Legion. et Lind. truncare*

⁴ *Tolet.-goth. ligaverit, seu ligari ab alio*

⁵ *Emilian. Legion. et Card. rependitur*

⁶ *Legion. alii præsumptiosus. Lind. præsumptuosus*

⁷ *Tolet.-goth. Legion. et S. J. R. pro alapa decem, pro pu-
gno vel calce viginti, pro percussione &c.*

⁸ *Legion. summam solidorum exsolvat*

⁹ *Tolet.-goth. trucidare*

¹⁰ *Emilian. Card. et Tolet.-goth. reddere compellatur*

¹¹ *Tolet.-goth. Legion. S. J. R. et Lind. C. flagellis publi-
ce verberabitur*

¹² *Legion. et Lind. ac*

¹³ *Legion. pro una nocte*

¹⁴ *Legion. ita ut*

¹⁵ *Legion. et Lind. constituat*

¹⁶ *Legion. Card. Tolet.-goth. et S. J. R. quinquaginta*

¹⁷ *Legion. hac lege*

¹⁸ *Legion. Tolet.-goth. et S. J. R. duce. Card. iudice*

¹⁹ *Card. et Tolet.-goth. iidem inspexerint. S. J. R. iidem
conspexerint*

²⁰ *Tolet.-goth. Fls. Cits. Rex. S. J. R. Flavius Receds. Rex.*

L. flagella suscipiat. Quod si debitor illi fuerit, et debitor reddere noluerit, sine iniuria hunc territorii iudici præsentet, et ipse illi, quod iustum est, ordinet. Si vero servus hoc sine domini iussione¹ commiserit, C. ictus² extensus accipiat flagellorum. Si autem domino iubente hoc fecerit, ad superiorem compositionem dominus teneatur obnoxius.

V. FLAVIUS CINDASVINTUS REX³.

Ut qui alteri ea intulerit, quæ legibus non continentur, illa recipiat quæ fecisse⁴ convincitur.

Non minoris est noxæ, legum statuta nescire, quam sciendo prava committere. Quapropter quicumque hæcenus vel post hæc illicita perpetrans, aut leges nescire se dixerit, aut in cuiuspiam damno vel periculo illa præsumpserit excogitare vel agere, quæ dicat in legibus non contineri, atque ideo se non posse reatui subiacere; huius rei⁵ causa convictus præsumptor, ea continuo pericula, ignominiam, tormenta, atque cruciatum vel damna sustineat, quæ alii intulit, vel inferenda molitus est⁶: atque insuper centum publice flagellorum verberibus cæsus, ad perennem infamiam deformiter decalvetur.

VI. FLAVIUS CINDASVINTUS REX⁷.

Ne sit reus, qui percutere volentem ante percusserit.

Non est putanda resistentis improbitas, ubi violenta conspiciatur præsumptis audacia. Quicumque ergo incaute præsumptiosus⁸, fuste vel gladio, seu quocumque ictu percutere aliquem iratus voluerit, vel percusserit, et tunc idem præsumptor ab eo quem percutere voluit, ita fuerit percussus, ut moriatur, talis mors pro homicidio computari non poterit, ne calumniam patietur⁹, qui præsumptentem percusserit: quia commodius erit irato viventem resistere, quam sese post obitum ulciscendum relinquere. Ille sane, qui prior contra quemlibet iratus eduxerit gladium, quamlibet non percusserit, X. tamen solidos ei, quem percutere voluit, pro præsumptione sola dare cogendus est.

VII. FLAVIUS RECESVINTUS REX¹⁰.

Si servus ingenuo fecerit contumelium¹¹.

Quamvis idoneus servus personæ nobili et industri nullo modo indebite contumeliosus¹², aut præsumptuosus, aut seditiosus existere præsumat: quod si fecerit, XL. flagellorum ictibus¹³ addicatur coram iudice. Servus autem

vilius L. flagellorum ictibus¹⁴ verberetur. Certe si eadem persona, ut sibi fieret contumelium, servum prius excitaverit alienum, suæ negligentiam deputet¹⁵, quod¹⁶, oblitus honestatis et patientiæ, quod merebatur, excipit.

VIII. ¹⁷ Antiqua. *Si ingenuus ingenuum percutiat.*

Si quis ingenuus ingenuo vulnus inflixerit, ita ut continuo qui vulneratus fuerat, moriatur, percussor pro homicidio puniatur; et si qui percussus fuerat, statim non extinguatur, percussor deputetur in carcerem, aut certe sub fideiussore habeatur: et si evaserit vulneratus, pro sola præsumptione det ei solidos XX.; aut si non habuerit unde componat, CC.¹⁸ flagella publice extensus accipiat. Extra hoc compositionem vulneris implere cogatur, sicut a iudicibus fuerit æstimatum.

IX. Antiqua. ¹⁹ *Si ab ingenuo servus debilitetur alienus.*

Si quis ingenuus servum alienum volens debilitaverit, alterum parisi meriti servum domino eius dare non moretur. Illum vero debilem suo studio et sumptu ad curandum, donec recipiat sanitatem, retineat. Postea vero, si sanari potuerit, pro vulnere compositio detur, ut iustum visum fuerit iudicanti. Ac sic postea domino servus reddatur incolumis, et suum servum recipiat. Insuper autem pro facti temeritate, ut eadem²⁰ evadat, pro eo quod servum alienum vulnerare præsumpsit, X. solidos domino servi persolvat.

X. ²¹ *Si servus ingenuum percusserit.*

Si servus ingenuo sine domini iussione percussorem intulerit, et ille exinde continuo moriatur, percussor pro homicidio puniatur: et si qui percussus fuerit statim non moriatur, ipse servus continuo tradatur in carcerem; et si evaserit vulneratus, ille qui percusserat CC. flagella suscipiat. Dominus vero, si voluerit, pro servo summam compositionis exsolvat, quantum a iudice²² fuerit æstimatum. Si autem noluerit, servus tradatur²³ pro crimine.

XI. ²⁴ *Si servus servum debilitaverit alienum.*

Si servus servo debilitationem intulerit, excepta vulneris compositione, C. flagella suscipiat: et si exinde debilitatus agnoscitur, quantum deterior extiterit ipse servus, iudex poterit æstimare. Et si ipse dominus compositionem accipere noluerit, similem servum aut pretium servi ab illo, cuius servus eum debilitavit, accipiat, et illum debilitatum servum sibi usurpet. Hoc ipsum etiam et de ancillis præcipimus custodiri.

V. TITULUS DE CÆDE ET MORTE HOMINUM.

I. *Si quis nesciens occiderit hominem.*

II. *Si quis hominem, dum eum non videt, occiderit²⁵.*

III. *Si quis impulsus occidat hominem.*

IV. *Si quis alterum percutere volens, alterum occidat hominem.*

V. *Si homo exorta cæde moriatur.*

¹ Legion. voluntate

² Legion. et Lind. ictus accipiat

³ Legion. adiungit: Antiqua noviter emendata. Tolet.-goth. auctorem simul et inscriptionem legis omittit.

⁴ Legion. quæ se fecisse

⁵ Legion. rei præsumptor convictus

⁶ Legion. præceperit

⁷ Legion. addit: Antiqua. Tolet.-goth. auctoris nomen, et legis inscriptionem prætermittit. S. J. R. Antiqua.

⁸ Lind. præsumptuosus

⁹ Legion. et Lind. patiatum

¹⁰ Legion. adiicit: Antiqua. Card. Fls. Chds. R. Tolet.-goth. et S. J. R. auctorem et inscriptionem legis non exhibent.

¹¹ Lind. contumeliam

¹² Legion. Card. Tolet.-goth. S. J. R. et Lind. contumeliosus aut seditiosus

¹³ Legion. et Lind. verberibus coram iudice subiacebit

¹⁴ Legion. verberibus addicetur

¹⁵ Lind. imputet

¹⁶ Legion. et Lind. qui

¹⁷ In Tolet.-goth. auctoris nomen, et legis inscriptio desiderantur.

¹⁸ Legion. C. flagella suscipiat

¹⁹ In codice S. J. R. legis auctor, et inscriptio non reperiuntur.

²⁰ Tolet.-goth. necem

²¹ Legion. Fls. Cindus. Rex. Antiqua. S. J. R. Antiqua.

²² Legion. iudicibus

²³ Tolet.-goth. Legion. S. J. R. et Lind. servum pro culpa tradere non moretur

²⁴ Legion. Antiqua.

²⁵ Legion. Si hominem, dum quis non videt, occiderit, et iisdem verbis in lege scriptum est.



FORI JUDICUM

- VI. *Si dum levis iniuria infertur, homicidium committatur.*
 VII. *Si iocans aut indiscretus¹ occidat hominem.*
 VIII. *Si quis per incautam disciplinam occidat hominem.*
 IX. *Si ingenuus servum casibus præscriptis occidat.*
 X. *Si servus ingenuum casibus præscriptis occidat.*
 XI. *Si homo voluntarie² occidat hominem.*
 XII. *Ne domini extra culpam suos servos occidant, et si ingenuus occidat ingenuum.*
 XIII. *Ne liceat quemcumque servum aut ancillam aliquo membro³ truncare.*

I. FLAVIUS RECESVINTUS REX⁴.

Si quis nesciens occiderit hominem.

Quicumque nesciens hominem occiderit, et nullum contra eum odium habuerit, iuxta domini vocem reus mortis non erit. Non enim est iustum, ut⁵ illum homicidæ damnatum aut pœna percutiat, quem voluntas homicidii non cruentat.

II. FLAVIUS CINDASVINTUS REX⁶.

Si quis hominem, dum eum non videt, occiderit.

Si quis hominem, dum eum non videt, stantem, venientem vel prætereuntem ignorando occiderit; si nulla occasio inimicitiae antea cum eo fuerit, et ille nolens homicidium admisit, atque ante iudicem hoc potuerit adprobare, securus abscedat.

III. FLAVIUS RECESVINTUS REX⁷.

Si quis impulsus occidat hominem.

Si quis aut casu aut re quacumque impulsus, vel præcipitatus in alterum conruerit, hominemque occiderit, pro homicidio nec damnis nec pœnis damnabilis erit. Si certe homo impulerit alium, cuius impulsione inlatus perimat alterum, si ille, qui impulit, absque mala voluntate hoc fecerit, auri libræ damnatum habebit, quare⁸ læsionem vitare neglexerit.

IV. FLAVIUS GLORIOSUS RECESVINTUS REX⁹.

Si quis alterum percutere volens alterum occidat hominem.

Quicumque exorta lite, dum eum cum quo contendit percutere quærit, alterum nolens occiderit; quærendum est a quo cædes exordium habuerit: et¹⁰ si ab illo, quem percussor voluit percutere, exortam cædem esse constiterit, ille qui concitavit litem, licet evaserit percussorem, quia tamen per ipsum constat homicidium esse commissum, C. auri solidos det. Ille vero qui percussit L. solidos reddat, hominis¹¹ defuncti nihilominus proximis pro-

- XIV. *Ut homicidam cunctis liceat accusare.*
 XV. *Quod et proximis et extraneis homicidam conceditur accusare.*
 XVI. *Si homicida ad ecclesiam confugiat.*
 XVII. *De parricidiis, et eorum rebus.*
 XVIII. *De his qui proximos sanguinis sui occiderint.*
 XIX. *Si a proximo sanguinis casu proximus occidatur.*
 XX. *Si servus servum casibus præscriptis occidat.*
 XXI. *De his qui animas suas periurio necaverint aut occiderint.*

futuros. Ideo enim ambo damnatum habebunt, quia ille volens aditum mortis dedit, iste nolens mortem iniecit.

V. FLAVIUS RECESVINTUS REX¹².

Si homo exorta cæde moriatur.

Si homo¹³ exorta cæde ad faciendam pacem quicumque ingenuus advenerit, et eum percussione litis mori contigerit, atque ille qui percussit, aut suo sacramento, aut testibus numero et¹⁴ dignitate idoneis adprobare potuerit, quod hoc ut fieret voluntatis eius non fuit; quia percussor nec percutere nec occidere voluerit, libram tantum auri parentibus persolvat occisi. Similiter et quaecumque vulnus tali casu fieri provenerit, tertiam partem compositionis, qui percussit, exsolvat, quia mors eius inulta esse non debet, qui pacis præmium ut conferret advenit.

VI. FLAVIUS RECESVINTUS REX¹⁵.

Si dum levis iniuria infertur, homicidium committatur.

Si dum quis calce vel pugno, aut quacumque percussione iniuriam conatur inferre, homicidii extiterit occasio, pro homicidio puniatur.

VII. ¹⁶ Si iocans aut indiscretus occidat hominem.

Quicumque incautus aut indiscretus, aut iocari volens, aut in multitudinem cuiuscumque rei ex improvise ictu noxio¹⁷ mittens percussisse atque occidisse quempiam videatur, quum aut sacramento aut testibus convictum fuerit, quia id disposito malitiæ¹⁸, aut nocendi voluntate commissum non fuit, non quidem erit percussor vel homicidio infamis, nec¹⁹ morte damnabilis; quia mortuum voluntarie non occidit. Quare²⁰ tamen indiscrete percussit, nec vitare casum²¹ studuit, libram auri proximis occisi persolvere procurabit, et L. flagellorum ictibus vapulabit.

VIII. FLAVIUS RECESVINTUS REX²².

Si quis per incautam disciplinam occidat hominem.

Quemcumque discipulum, vel in patrocínio aut in servitio constitutum²³, a magistro, patrono vel domino com-

¹ Legion. aut ridens indiscretus, eodem modo ac in lege.

² Legion. et Lind. voluntarie occidatur, sic etiam in lege scriptum est.

³ Legion. quacumque corporis parte, quod in lege similiter reperitur. Lind. editio tam in lege, quam in epigraphe scribit: Ne liceat quemcumque servum suum, vel ancillam quacumque corporis parte truncare.

⁴ Card. Chds. Rex. Tolet.-goth. legis et auctorem et inscriptionem omittit.

⁵ Card. ut ille . . . damnatum aut pœnam percipiat

⁶ Legion. et Card. Antiqua. Tolet.-goth. auctoris nomine et inscriptione caret.

⁷ Legion. Fls. Cinds. R. Antiqua. Tolet.-goth. auctorem et inscriptionem præterit. Lind. FLS. GLS. CHDS. Rex.

⁸ Legion. quia

⁹ Legion. Antiqua. Tolet.-goth. et S. J. R. auctoris nomen, et inscriptionem non exhibent.

¹⁰ Card. et dum cognitum evidenter extiterit, a quo cædes initium sumpsit, ille qui concitavit litem, licet evaserit percussorem mortis, quia tamen &c.

¹¹ Lind. reddat, defuncti &c.

¹² Legion. Fls. Recaretus Rex. Antiqua. Card. Fls. Chds. Rex. Tolet.-goth. et S. J. R. nec auctorem, nec inscriptionem indicant.

¹³ Legion. Card. Tolet.-goth. et S. J. R. Si exorta

¹⁴ Legion. aut

¹⁵ Legion. Card. S. J. R. et Lind. Antiqua. Tolet.-goth. auctorem non refert, nec inscriptionem imponit.

¹⁶ Legion. FLS. RCDS. Rex. Antiqua. Card. et Lind. Fls. Gls. Rcs. R.

¹⁷ Legion. noxium. Card. et Lind. noxium admitens

¹⁸ Lind. malitiæ spiritu

¹⁹ Legion. vel

²⁰ Lind. Quia

²¹ Card. damnatum

²² Legion. Antiqua. Tolet.-goth. et S. J. R. auctoris nomen et inscriptionem indigent.

²³ Lind. constitutum, si a magistro . . . incompetenti et indiscreta disciplina

petenti et discreta disciplina percussum fortasse mori de flagello contingat, quum nihil ille qui docet, aut corripit in hunc invidiæ aut malitiæ habuerit, qui cecidit, homicidio nec infamari poterit, nec affligi. Quia dicente Dei sacra scriptura: qui disciplinam abiicit, infelix erit.

IX. FLAVIUS RECESVINTUS REX ¹.

Si ingenuus servum casibus præscriptis occidat.

Si ingenuus servum non voluntate ², sed suprascriptis casibus diversis occiderit, medietas compositionis, quæ est de ingenuis constituta, erit a percussore domino servi reddenda.

X. FLAVIUS RECESVINTUS REX ³.

Si servus ingenuum casibus præscriptis occidat.

Si servus ingenuum non voluntate, sed suprascriptis casibus diversis occiderit, eam compositionem exsolvat, quam de ingenuis casu occidentibus superior sententia taxat. Quod si dominus pro servo componere noluerit, mox servum tradere oportebit.

XI. Antiqua. ⁴ *Si homo voluntarie occidat hominem.*

Omnis homo, si voluntate non casu occiderit hominem, pro homicidio puniatur.

XII. FLAVIUS CINDASVINDUS REX ⁵.

Ne domini extra ⁶ culpam suos servos occidant, et si ingenuus occidat ingenuum.

Si criminis quisque reus, vel nefandi consilii socius nequaquam debet indemnitas relinqui, quanto magis qui ex studio malitiæ temeranter homicidium dinoscitur perpetrasset? Ideoque, quia sæpe præsumptione crudelium dominorum extra culpam ⁷ servorum animæ perimuntur, extirpari decet hanc omnino licentiam, et huius legis ab omnibus perenniter adimpleri censuram: scilicet ut nullus dominorum, dominarumque servorum suorum vel ancillarum, seu qualiumcumque personarum, extra ⁸ publicum iudicium quandoquidem occisor existat. Sed si tale servus vel ancilla, seu quicumque crimen admiserit ex quo possit mortis debitam damnationem excipere ⁹, confestim dominus eius, vel accusator iudici loci illius ubi hoc exortum fuerit, aut comiti, vel duci publicare non differat; et agitata discussione, dum manifestum crimen patuerit, seu a iudice, seu a proprio domino, mortis ¹⁰ quam meretur, sententiam reus excipiat. Ita tamen, ut si reum iudex occidere noluerit, mortis eius sententiam scriptis decernat, et utrum interficere eum dominus eius, an vitam servare voluerit, in eius potestate consistat. Sane si servus vel ancilla casu ¹¹ pestifero resultans domi-

nis suis, seu gladio vel lapide, sive quocumque ictu dominum dominamve percusserit, vel percutere conatus fuerit, et domini se cupientes defendere, statim in eo furore servum aut ancillam occiderint, nullatenus ad satisfactionem tenendi sunt homicidii: si tamen res ¹² taliter gesta probabilis fuerit, hoc est, et per testimonium vel iuramentum servorum vel ancillarum, quos interfuisse constiterit, et per sacramentum eius qui talia gesserit. Nam si ex disposito malitiæ servum suum vel ancillam, seu per se sive per quemlibet extra publicum ¹³ examen occidere quicumque præsumpserit, notatus infamio testificare ei ultra non sit licitum, et propter arcendam huius rei temeritatem, redactus in exilium sub pœnitentia persistat ¹⁴, quousque advixerit, et facultas eius illis proficiat, quibus lex ad capiendam hæreditatem vicinioris gradus accessionem ¹⁵ indulget. Qui vero alienum servum vel ancillam ex deliberatione suæ voluntatis occiderit, vel occidendum præceperit, duos eiusdem meriti servos seu ancillas occisorum dominus de facultate homicidæ consequuturus est ¹⁶; homicida tamen secundum superiorem ordinem perennis exsilii pœnam indubitanter obtineat ¹⁷. Nam si dominus fortasse vel domina, in ancilla, vel servo, tam proprio quam extraneo ¹⁸, vel incitatione iniuriæ vel ira commotus, dum disciplinam ingerit, quocumque ictu percutiens homicidium perpetraverit, et vel testibus probare potuerit, vel certe sacramento suam conscientiam expiaverit, nolendo tale homicidium commisisse, ad huius legis sententiam teneri non poterit. Verumtamen si servi vel ancillæ, instituentibus vel consentientibus dominis, in conservis suis, vel quibuscumque personis dixerint se homicidium perpetrasse, et per exactionem tormentorum eisdem dominos suos talia sibi constituisse taxaverint; servi quidem vel ancillæ talia perpetrantes, centenis flagellis publice verberandi sunt, ac turpiter decalvandi. Eorum vero domini, si iuraverint nihil tale ordinasse, ad legis huius sententiam nullatenus teneantur: atque illi qui suos conservos occiderint, in potestate domini ¹⁹ sui eorum causa consistat, ut faciendi de eis quod voluerint licentiam habeant. Si vero alienum quis ²⁰ occiderit servum, ei proculdubio traditurus ²¹ est, cuius servum vel ancillam dinoscitur occidisse. Quæcumque autem persona ingenua propter furti rapacitatem in itinere vel in domo positum quemquam insidians occidisse detegitur, homicida continuo pro homicidio puniatur: et quoniam consilio quisque vel iussu homicidium faciendum insistens, noxior iudicandus est, quam ille qui homicidium opere perpetravit, id specialiter constituendum oportebit ²², ut excepta causa servorum, de quibus supra taxatum est, si ingenuum vel ingenuam per servum vel ancillam dominus dominave occidendum præceperit, et ²³ per arduam apud iudicem publicamque tormentorum discussionem talia de dominis suis fuerint manifeste confessi, si hoc per legitimum testem firmare nequiverint, servis super dominis suis credi non oportebit. Sed ipsi tunc domini, qui talia iussisse dicuntur, coram iudice se suo sacramento innocentes reddere non mo-

¹ Legion. Antiqua. Emilian. Tolet.-goth. et S. J. R. auctorem et inscriptionem prætereunt.

² Legion. voluntarie, sed præscriptis

³ Legion. Antiqua noviter emendata. Tolet.-goth. auctorem et inscriptionem omittit.

⁴ Tolet.-goth. auctoris nomine, et inscriptione caret.

⁵ Legion. Antiqua noviter emendata. Tolet.-goth. auctoris et inscriptionis non meminit.

⁶ Card. sine culpa

⁷ Legion. S. J. R. et Lind. extra discussionem publicam

⁸ Card. et Tolet.-goth. extra culpam

⁹ Card. et Tolet.-goth. excipere, eumque dominus vel domina propter aliquod pessimum facinus occiderit, vel occidendum præceperit, dum hoc ad cuiuscumque iudicis cognitionem pervenerit, confestim ipse dominus dominave ad iudicium ire cogendi sunt, qualiter per probationem servorum vel ancillarum, sive suo iuramento confirmant, quod tale facinus admiserint unde digni essent, mortis ultione percipi secundum sæculi ritum. Nam si ex disposito malitiæ servum suum vel ancillam, seu per se sive per quemlibet extra culpam occidere quicumque præsumpserit, pro facti huius temeritate libram auri fisco persolvat, atque insuper per eam infamio denotatus testificari ei ultra non liceat.

M.L. Tom. I.

Qui vero alienum servum &c. Lind. etiam editio ipsis fere verbis, quibus laudati codices, hanc legem describit, hac tantummodo verborum alteratione, ut, cum in illis legitur: extra culpam, hic legatur: extra publicum examen: et cum hæc scribit: perenni, illi scribant: per eam.

¹⁰ Legion. mortem quam merentur excipiant

¹¹ Legion. ausu

¹² Legion. res generaliter probata fuerit

¹³ Legion. extra publicum iudicium . . . occidere . . . dinoscitur, qui talia præsumpserit perpetrasset, propter arcendam &c.

¹⁴ Legion. existat

¹⁵ Emilian. et Legion. successionem

¹⁶ Card. et Tolet.-goth. est. Nam si

¹⁷ Legion. et Lind. excipiat

¹⁸ Legion. externo

¹⁹ Legion. domini eorum consistant

²⁰ Card. quis servus occiderit servum

²¹ Card. tradendus est

²² Card. et Legion. oportuit

²³ Card. Legion. et Lind. et per discussionem apud iudicem talia de dominis &c.

reantur. Ipsi vero qui homicidium fecisse confessi sunt, aut pro homicidio puniantur, aut occisorum parentibus vel propinquis tradantur, ut quid de eis facere voluerint habeant potestatem. Quod si domini eorum iurare nequiverint, servus proculdubio vel ancilla tam noxia perpetrantes, ducentenis verberati flagellis, turpiter etiam decalvandi sunt. Domini vero, quibus iubentibus tale nefas admissum est, capitali se noverint supplicio perimendos. Nam si ingenui quilibet ex communi consilio homicidium perpetrare deliberaverint, ille qui fortasse percusserit, aut quocumque ictu hominem interfecerit, morte damnandus est. Illi vero qui cum eis consilium habuisse reperiuntur, quamvis non percusserint, propter iniquum tamen consilium ducentorum flagellorum ictus publice extensi, et decalvationis foeditatem passuri sunt. Atque insuper proximis occisi parentibus quinquagenos solidos componere compellantur, aut si ¹ non habuerint unde componant, penenniter servituri tradantur.

XIII. ² FLAVIUS RECESVINTUS REX ³.

Ne liceat quemcumque servum aut ancillam aliquo membro truncare.

Superiori ⁴ lege dominorum indiscretam saevitiam a servorum occisione privamus ⁵. Nunc etiam ne imaginis Dei plasmationem adulterent, dum in subditis crudelitates suas exercent, debilitationem corporum prohibendam oportuit ⁶. Ideo decernimus, ut quicumque dominus dominave absque iudicis examinatione, et manifesto scelere servo suo vel ancillae manum, nasum, labium, linguam, aurem etiam vel pedem abscederint, aut oculum evulserint, seu quamcumque partem corporis detruncaverint, aut detruncare vel extirpare praeeperint ⁷, trium annorum exsilio sub poenitentia relegentur apud episcopum, in cuius territorio aut ipse manere, aut factum scelus esse videtur ⁸. Omnem vero facultatem ipsorum, si filios habuerint, qui tamen non sint scelerum eorum participes, tueantur, atque gubernent, reddituri quum redierint rei domino dominave rationem. Si certe filii legitimi defuerint, aliis parentibus ita iudex facultatum eorum custodiam committat, qualiter quum redierint de rebus suis ratio illis reddatur. Sin autem nullus de proximis fuerit, iudex ipse curam habeat, qualiter et cuncta gubernet atque conservet, et de iisdem ⁹ postea rationem reddat ¹⁰.

XIV. FLAVIUS GLORIOSUS RECESVINTUS R. ¹¹.

Ut homicidam cunctis liceat accusare.

Si homicidam nullus accuset, iudex mox ut facti crimen agnoverit, licentiam habeat corripere criminis, ut poenam reus accipiat ¹² quam meretur. Nec enim propter accusatoris absentiam, aut aliquod fortasse concludium sceleris debet vindicta differri; sed tam uxor mortem mariti, vel si quid noxium ab alio forte pertulerit, quam etiam maritus si simile aliquid uxorem pati contigerit, licitum habebit inquirere, et iuxta qualitatem criminis legaliter ulciscendum insistere. Ita ut si manente adversus reum

tali intentione, maritus et uxor vitam finierint, et imperfectam causam reliquerint, eorum filii seu propinqui, quibus ad capiendam haereditatem legitima successio competit, accusare reum, vel homicidam, ac sicut parentes facere poterant, instanter prosequi ¹³ habeant potestatem. Nec enim dignum est parentum aut propinquorum habere facultatem, si non reus vel homicida debitam sententiam condemnationis excipiat. Quod si iudex admonitus huius rei vindex esse destiterit ¹⁴, et dilatans accusantes ad regiam cognitionem ex hoc querela pervenerit, sciat se pro mortuo quem vindicare noluit, medietatem homicidii, hoc est, CCL. ¹⁵ solidos petenti esse daturum. Facultates sane eius, qui pro suo est scelere puniendus, non antea cuiquam usurpare conceditur, nisi per iudicium prius ultionis ex lege sententia detur ¹⁶.

XV. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ¹⁷.

Quod et proximis et extraneis homicidam conceditur accusare.

Quum caeterorum criminum reos poenas semper oporteat excipere quas merentur, nefas esse putandum est, homicidas umquam indemnes relinquere, quos severiori magis concedet atrocitate puniri. Ne ergo possit evadere homicida quod fecit, aut aliquis scelus eius praesumat forsitan excusando celare, primo proximis occisi datur licentia accusandi: quod si iidem proximi ad quaerendam defuncti mortem, aut tepidi fuerint, aut forte distulerint, tunc accusandi homicidam, tam omnibus generaliter aliis parentibus, quam exteris, aditum pandimus. Ita ut qui homicidam fraudulentè excusare conatus fuerit, vel defendere, commodum quod propterea fuerit consequutus, in duplum compellatur accusatori persolvere. Nam homicidii reus numquam potest esse securus, quum contra eum accusationem deferre nulli penitus licentia denegetur.

XVI. FLAVIUS CINDASVINTUS REX ¹⁸.

Si homicida ad ecclesiam confugiat.

Non sumus immemores, de homicidis hactenus atque maleficis diversas quidem legum sententias praecessisse, et iuxta qualitatem sceleris poenas esse propositas, quas unusquisque eorum merebatur excipere. Tamen quia nequitiae huius auctores, quanto in malis amplius prompti sunt, tanto ad evadendum supplicium occasiones saepe praetendunt, ac se plerumque basilicarum Dei defensionem committunt, qui contra divinum praecipitum scelera perpetrare non metuunt: ideoque quia numquam debet hoc scelus inultum relinqui, quod et vitam perimit, et quorumdam mentes ad deterius frequenter impellit, hoc omne per aevum mansurum damus edictum, ut quemcumque homicidam seu maleficum lex puniri praecipit, et praeterea qui ex suo disposito, vel malae voluntatis adsensu tale nefas committit, nulla hunc occasio, nullaque umquam ab hac sententia potestas excuset; sed etiam si contigerit eum ad altare sanctum fortasse confugere, non quidem praesumat eum absque consultu sacerdotis persecutor eius abstra-

¹ Legion. quod si

² Legion. Antiqua.

³ Lind. Fls. gls. Egiga Rex.

⁴ In codicibus Legion. Tolet.-goth. S. J. R. et Card. haec lex sequentibus verbis exordium capit: Praecedentium non vitia, sed virtutes aemulando conlectas, invenimus hanc legem iustissime editam, iniuste abrasam: et ideo ne humanis excessibus turpandae imaginis Dei frena laxentur, in nomine Domini, ego Flavius Egiga Rex ipsis verbis, ipsisque sententiis illo dudum eam iterum ordine introduxi, quo dudum illam praeviam iudicii principalis auctoritas conlocavit, quae sic incipit: Superiori lege &c.

⁵ Legion. et Card. privavimus

⁶ Card. oportebit

⁷ Card. praeeperint, seu ferro, fuste vel igne, seu cuiusque adinventionis laesione medietatem rerum suarum fiscus usurpet, et insuper trium annorum &c.

⁸ Card. videtur. Residuam vero medietatem eorum, si filios habuerint &c.

⁹ Legion. de iisdem rationem reddat, dum redierint

¹⁰ Card. reddat, et ipse servus vel ancilla in libertate permaneat

¹¹ Legion. Antiqua. Card. Tolet.-goth. S. J. R. et Lind. Fls. Chds. Rex.

¹² Legion. et Lind. excipiat

¹³ Legion. et Lind. persequi

¹⁴ Lind. distulerit

¹⁵ Card. Legion. Tolet.-goth. et S. J. R. centum quinquaginta

¹⁶ Tolet.-goth. detegatur

¹⁷ Legion. Antiqua. Tolet.-goth. et S. J. R. auctorem et inscriptionem praetermittunt.

¹⁸ Legion. Antiqua noviter emendata. Tolet.-goth. et S. J. R. nec auctoris nomen, nec legis inscriptionem referunt.

here. Consulto tamen sacerdote, ac reddito sacramento, ne eundem sceleratum publica mortis pœna condemnet, sacerdos eum sua intentione ab altare repellat, et extra choram proiciat; et sic ille, qui eum prosequitur, comprehendat: cui ab ecclesia eiecto non alias mortales inferat pœnas, sed ¹ omnem oculorum eius visionem extinguat, aut in potestate parentum vel eorum, cuius propinquus occisus fuerit, contradendus est. Et ² excepto mortis periculo, quidquid ³ de eo facere voluerint, licentiam habeant: quatenus dum malorum pravitas conspicit constituta sibi supplicia præterire non posse, vel metu saltim territus a malis absteat, quem malæ voluntatis intentio ad illicitum facinus spontæ sæpe præcipitat.

XVII. FLAVIUS CINDASVINTUS REX ⁴.*De parricidiis et eorum rebus.*

Dum ⁵ nullum homicidium voluntate commissum nostris legibus relinquatur inultum, et illum magis oporteat mortem excipere, qui consanguinitate proximum præsumpsit occidere: proinde hoc omne per ævum ⁶ promulgatum edictum, ut quicumque parricidium fecerit, hoc est, patrem aut matrem, seu fratrem aut sororem, vel quemcumque sibi propinquum ex proposito vel intentione pravæ voluntatis occiderit, confestim comprehensus a iudice eadem morte puniatur, qua ipse alium punire præsumpsit. Ita ut seu vir, sive mulier sit qui parricidii crimen admisit, si filios non habuerit, omnis parricidæ hæreditas ad hæredes propinquos occisi pertineat. Si vero filios de alio coniugio habuerit, medieta facultatis eius filiis occisi proficiat ⁷, et ⁸ medieta filiis parricidæ: si tamen in scelere patris aut matris conscii non fuerint adprobati: nam si conscios eos scelus parentum habuerit, omnis parricidæ hæreditas filiis occisi proficiat. Quod si neque parricida, neque occisus filios reliquerint, tunc omnem facultatem parricidæ parentes occisi, aut propinqui sibimet in omnibus vindicabunt, vel proximi, qui mortem eius ulciscendam instituerint ⁹, iuri suo adplicare non dubitent.

XVIII. Antiqua. ¹⁰ *De his qui proximos sanguinis sui occiderint.*

Si patrem filius, aut pater filium, seu maritus uxorem, aut uxor maritum, aut mater filiam, aut filia matrem, aut frater fratrem, aut soror sororem, aut gener socerum,

aut socer generum ¹¹, vel nurus socrum, aut socrus nurrum, vel quemcumque consanguinitate sibi proximum, aut suo generi copulatum occiderit, morte damnetur. Quod si propter hoc homicida ad ecclesiam, vel ad altaria sacra confugerit ¹², in potestate parentum vel propinquorum occisi tradendus est, ut salva tantum anima, quidquid de eo facere voluerint, habeant potestatem. Omnem vero substantiam suam hæredibus occisi iuxta legis superioris ordinem iubemus addici, aut etiam fisco ¹³, si hæredes proximos occisus non reliquerit, sociari. Nam homicida, nec facultatibus suis liberatus utetur, etiam si pœnam mortis evadere mereatur.

XIX. ¹⁴ *Si a proximo sanguinis casu proximus occidatur.*

Si pater filium, aut mater filiam, aut filius patrem, aut frater fratrem, aut quemlibet sibi propinquum gravibus coactus iniuriis, aut dum repugnat, occiderit, et hoc idoneis testibus, quibus merito fides possit adhiberi, apud iudicem potuerit adprobare, quod parricidium dum propriam vitam tuetur admisit, securus abscedat, nec ullum vitæ periculum, aut dispendia facultatum, vel tormenta formidet: illa vero discretione servata, quæ in cunctis casibus est de homicidiis constituta.

XX. FLAVIUS RECESVINTUS REX ¹⁵.*Si servus servum casibus præscriptis occidat.*

Si cunctis suprascriptis casibus, servus servum occidisse detegitur, omnem compositionis summam, quæ de casu tali est occasione ¹⁶ taxata, servi dominus ex medieta domino servi persolvat. Quod si pro eo satisfacere contemnat, servum sine dubio tradat.

XXI. Antiqua. ¹⁷ *De his qui animas suas periurio necaverint aut occiderint.*

Si quis quolibet casu videat se oppressum, aut sciendo veritatem se necaverit, aut periurasse detegitur; dum hæc iudex agnoverit, addicetur, et centum flagella suscipiat, et ad testimonium notam infamiæ incurrat, et postea ei testificare non liceat. Et sicut superiori lege de falsariis continetur, insistente iudice, quartam partem facultatis suæ illi consignandam, cui fraudem periurio moliri conatus est.

LIBER VII.

DE FURTIS, ET FALLACIIS.

I. TITULUS DE INDICIBUS FURTI.

I. *De indice, et his quæ indicari dicuntur.*II. *Non credendum indicanti servo, nisi cum domini tes-*

timonio.

III. *Si index furti sit conscius.*

¹ *Card. et Legion.* sed in potestatem

² *Card. Legion. Tolet.-goth. S. J. R. et Lind.* ut

³ *Legion.* quod voluerint, de eo faciant

⁴ *Emilian. auctorem, et inscriptionem omittit. Legion. et S. J. R. Antiqua. Tolet.-goth. Fls. Vamba. Lind. Fls. gls. Rcds. Rex.*

⁵ *Legion. Tolet.-goth. et S. J. R.* Quum

⁶ *Legion.* per ævum mansurum

⁷ *Tolet.-goth.* proficiat. Quod si neque

⁸ *Legion.* alia medieta

⁹ *Legion. et Lind.* institerint

¹⁰ *Lind. Antiqua* noviter emendata.

¹¹ *Tolet.-goth.* generum, vel quemcumque

¹² *Legion. et S. J. R.* confugerit, pietate principum aut iudicum fuerit reservatus ad vitam, perpetuo maneat persona eius exsilio mancipata. Omnem vero &c.

¹³ *Legion.* fisco nostro

¹⁴ *Tolet.-goth. Legion. Card. et Lind. Antiqua.*

¹⁵ *Legion. auctorem, et inscriptionem legis prætermittit.*

¹⁶ *Lind.* occisione

¹⁷ *A Legion. et S. J. R. codicibus hanc transcripsimus legem, et huc eam locavimus; quod plerique castellani codices in hoc ipso libro, et sub eodem titulo, dinumerationeque ipsam referunt: alibi tamen, in annotatione scilicet 24 ad legem VI. lib. II. tit. IV., secundum codicem Card. aliquot verborum variationibus descripta fuit.*

IV. De mercede indicis.

I. ¹ De indice, et his quæ indicari dicuntur.

Iudex reum, qui accusatur, antea non torqueat, quam ille, qui accusat, si indicem præsentare noluerit, se per placitum trium testium roboratione firmatum ea conditione constringat, ut si is qui accusatus est manifestis indicis innocens comprobatur, ipse pœnam, quam alii intendit, excipiat: et tamen postquam innocentia patuerit accusati, accusator a iudice distringatur, et ² pro agnoscenda rei veritate indicem præsentet invitus: quem si præsentare nequiverit, saltim qui sit ex nomine manifestet, ut districtus a iudice, vera convincat esse ea quæ indicavit. Quod si eum nec ipse iudex per alicuius potentis defensionem, aut patrocinium ³ seu metum regie potestatis discussioni suæ præsentare non potuerit, ad regiam id cognitionem, si prope est, deferre procuret: si autem longe est, episcopo vel duci ⁴ renuntiet, ut eorum maior auctoritas hunc iudicio faciat præsentari. Quod si neglexerit nuntiare, de propria ⁵ indicis facultate omne, quod perit, iussu principis, vel episcopi atque iudicis querelanti restituatur. Index autem si non potuerit probare quod indicavit, pro omni satisfactione teneatur obnoxius. Quod si rerum ⁶ causa grandis est, si ingenuus est cum infamia hoc novemcuplam, servus vero sexcuplam compositionem exsolvat, et centum insuper flagella idem servus suscipiat. Quod si idem ingenuus unde componat non habuerit, et ei quem infamare tentavit, et ei cui mentitus est, pariter serviturus tradatur. Servus vero si compositionem pro se exsolvere non potuerit, aut si noluerit pro eo satisfacere dominus, servum pro reatu tradere non moretur.

II. ⁷ Non credendum indicanti servo, nisi cum domini testimonio.

Si servus sine conscientia domini sui aliquid indicaverit, aliter ei non credatur, nisi dominus pro persona servi testimonio suo dixerit esse credendum, de honestate mentis eius proferens testimonium verum.

III Antiqua. Si index furti conscius sit.

Si index ⁸ furti conscius adprobatur ⁹, nullam pœ-

V. Si innocens in quocumque crimine accusetur ab indice.

nam incurrat, et damnum solutionis evadat: mercedem vero pro iudicio non requirat, cui sufficere debet ut securus abscedat. Qui si forsitan rem quæ furtim ablata est, cum furti ipsius consorte diviserit, quæ in portione suscepit, et apud se retinuit, simpla tantum restituat.

IV. Antiqua. De mercede indicis.

Si quis furem prodiderit, si tamen furti ipsius conscius non est, non plus pro iudicio accipiat, nisi quantum res valuerit, quæ furtim ablata est: si tamen domino rei compositio fuerit exsoluta. Si autem talis sit fortasse conditio, ut necesse sit illum, qui fur probatur, occidi, et nihil de eius facultatibus inveniatur, aut si servus fuerit, et dominus servi substantiam eius suæ vindicet potestati, et in compositionem, qui perdiderat res suas, nihil fuerit consequutus; tunc tertiam partem de re reperta pro mercede indicis consequatur, et delator nihil amplius iam requirat.

V. Antiqua. ¹⁰ Si innocens ¹¹ in quocumque crimine accusetur ab indice.

Quicumque accusatur in crimine, id est, veneficio, maleficio, furto, aut quibuscumque factis illicitis; accusator eius concurrat ad comitem civitatis, vel ad iudicem, in cuius territorio est constitutus, ut ¹² ipsi secundum leges causam discutiant: et quum agnoverint crimen admissum, reum comes aut iudex comprehendat, et si capitalia non admiserit, tunc ei, cui reus est, aut componere compellatur, aut, si non habuerit unde componat, serviturus ei tradatur: si vero innocens adprobatur, de iudicio securus abscedat. Ille vero, qui accusavit, et pœnam et damnum suscipiat, quod debuit pati accusatus, si de crimine fuisset convictus. Comes tamen aut iudex nullum discutere solus præsumat, ne aliquid possit esse concludium, ut innocens fortasse tormenta sustineat. Prius tamen pœnæ non subiaceat, quam aut sub præsentia iudicum manifestis probationibus arguatur, aut certe, sicut in aliis legibus continetur, eum accusator inscribat; et sic in præsentia iudicum superius nominatorum quæstionis agiletur examen.

II. TITULUS DE FURIBUS ET FURTIS ¹³.

- I. Ut exponat quid quærit, qui rem furtivam requirere ¹⁴ dicit.
- II. Si servus ante datam, seu post datam libertatem faciat furtum.
- III. Si servus ad alium dominum transiens, quodcumque committat illicitum.
- IV. Si ingenuus cum servo alieno faciat furtum.
- V. Si dominus cum servo suo faciat furtum.
- VI. Si servus alienus suadeatur ad illicita facienda.
- VII. De his qui cum furibus conscii fuerint.
- VIII. Si de fure quis nesciens comparaverit.
- IX. Si de fure quis cognitus comparaverit.
- X. De pecunia, et regis rebus furto sublati.

XI. De tintinabulis furatis.

XII. De instrumentis molini furatis.

XIII. De damno furtis.

XIV. Ut fur captus perducatur ad iudicem, et ut ingenuus cum servo faciens furtum, unam compositionem exsolvat.

XV. Si fur gladio se vindicans occidatur.

XVI. Si fur nocturnus, dum capitur, occidatur.

XVII. De male tractatis, et indebite contractis rebus, et ut tantum de illa re compositio fiat, quæ fuerit ablata.

XVIII. De his, quæ a diversis ¹⁵ naufragiis rapiuntur.XIX. De hereditate, et successoribus ¹⁶ furis.

¹ Tolet.-goth. S. J. R. et Legion. Antiqua.

² Legion. et Lind. ut

³ Tolet.-goth. patrocinium suum, aut regie potestatis, &c.

⁴ Lind. iudici. Legion. iudici denuntiet

⁵ Legion. de proprietate, vel indicis facultate

⁶ Legion. Quod si rerum causa est: et si ingenuus est, cum infamia novemcuplam. Lind. Quod si rei causa est: si ingenuus est, cum infamia novemcuplam

⁷ Legion. Card. et S. J. R. Antiqua. Tolet.-goth. Fls. Cnds. Rex.

⁸ Legion. indicator

⁹ Tolet.-goth. Card. S. J. R. et Lind. comprobatur

¹⁰ Legion. Fls. Rcs. R. Tolet.-goth. Fls. Cnds. Rex.

¹¹ S. J. R. Si innocens in quocumque crimine accusatur, aut accusator, si non probaverit quæ dixit, pœnam et damna suscipiat

¹² Legion. et ante ipsum . . . causam discutiat

¹³ Tolet.-goth. Legion. et J. S. R. FURATIS

¹⁴ Legion. et Lind. se quærere dicit

¹⁵ Lind. qui adversis, et iisdem verbis in lege.

¹⁶ Legion. et Lind. successionibus, et etiam in lege hoc modo scriptum est.

XX. *De his, qui fures, aut reos captos excusserint.*

XXI. *Si servus domino, vel conseruo suo fecerit furtum.*

I. ¹ *Ut exponat quid quærit, qui rem furtivam requirere dicit.*

Qui rem furtivam requirit, quid quærat iudici occulte debet exponere, ut ostendat per manifesta signa quid perdidit; ne veritas ignoretur, si non evidentia signa monstraverit.

II. Antiqua. ² *Si servus ante datam, seu post datam libertatem faciat furtum.*

Si quis in servitio constitutus furtum admiserit, et postea a domino suo fuerit manumissus, illa, quæ antea commiserat ³, ad damnum domini non pertineant, sed ipse, sicut servus, pœnam vel damnum legibus suscipiat constitutum, quia inlicita perpetrasset dinoscitur. Quod si post libertatem datam hoc fecerit, ita ut servus compositionem, et C. ⁴ flagella suscipiat. Quod si tale factum non fuerit, propter quod servituti tradatur, in libertate accepta nihilominus permaneat.

III. Antiqua. ⁵ *Si servus ad alium dominum transiens, quodcumque committat inlicitum.*

Si servus ⁶ dum ad alium dominum transit, aliquid de rebus prioris domini involaverit, aut abstulerit, seu quodcumque damnosum alicui intulerit, dum pro crimine cupiditatis cupit addici, discutatur a iudice: et si id crimen admisisse convincitur, posterior dominus, si voluerit, pro servo damnum compositionis exsolvat. Certe, si noluerit, servus secundum criminis qualitatem tradatur ad pœnam.

IV. ⁷ *Si ingenuus cum servo alieno faciat furtum.*

Si quis ingenuus cum servo alieno in aliquo crimine inventus fuerit, aut furtum forsitan faciant, vel aliquid rapiant, aut inlicita quæcumque committant; secundum superiorem legem medietatem eiusdem compositionis exsolvant, ita ut ambo publice fustigentur. Et si noluerit dominus pro servo satisfacere, ipsum servum pro compositione tradere non moretur. Quod si capitalia forte commiserint, simul servus cum ingenuo morte damnetur.

V. Antiqua. ⁸ *Si dominus cum servo suo faciat furtum.*

Si dominus cum servo suo ad furtum faciendum ierit, hanc compositionem non servum, sed dominum implere iubemus: ita tamen ut dominus iuxta leges C. flagellis publice fustigetur. Servus autem ideo erit indemnus, quia domini iubentis obedivit imperiis.

VI. Antiqua. ⁹ *Si servus alienus suadeatur ad inlicita facienda.*

Si quis servum alienum ad furtum faciendum, aut alias quascumque res inlicitas committendas, vel etiam adver-

XXII. *Infra quod tempus fur captus iudici præsentari iubetur.*

XXIII. *Si furtive alienus quadrupes occidatur.*

sus seipsum fortasse persuaserit, ut domino eius perditionem exhibeat, quod facilius eum per malam et iniquam persuasionem ad suum servitium fraudulenter addicat, et fraus ipsa iudicis fuerit investigatione detecta: dominus servi nec servum perdat, nec ullam calumniam pertimescat: sed ipse cuius concludio vel suasionem servus crimen admiserat, ut eum sibi per aliquam occasionem ad servitium potuisset addicere; ipse eius servi domino quantum ille involaverit, aut quantum culpabilem rem admiserit, septuplam compositionem implere cogatur. Ipse autem servus in conventu publice C. flagella suscipiat, pro eo quod dominum suum despiciens, insidiantem consenserat; et sic postmodum domino suo reddatur.

VII. Antiqua. ¹⁰ *De his qui cum furibus conscii fuerint.*

Non solum ille qui furtum fecerit, sed etiam et quicumque conscius fuerit, vel furtim ablata sciens susceperit, in numero furantium habeatur, et simili vindictæ subiacet.

VIII. FLAVIUS RECESVINTUS REX ¹¹.

Si de fure quis nesciens comparaverit.

Universam rem nulli ingenuo liceat de incognito homine comparare, nisi certe fideiussorem adhibeat cui credi possit, ut excusatio ignorantie auferatur. Quod si aliter fecerit, qui comparaverit, a iudice districtus auctorem præsentet infra tempus sufficienter a iudice constitutum ¹². Quem si non potuerit invenire, adprobet se aut sacramento aut testibus innocentem, quod eum furem nescierit, et quod apud eum cognoscitur, accepta pretii medietate, restituat: atque ambo datis invicem sacramentis promittant, quod furem fideliter quærant. Quod si fur omnino inveniri nequiverit, rem tantundem ¹³, quæ empta est, domino rei emptor ex integritate reformet. Si vero dominus rei furem noverit, et eum publicare noluerit, rem ex toto amittat, quam emptor quiete possideat. Hæc et de servis forma servabitur.

IX. Antiqua. ¹⁴ *Si de fure quis cognitus comparaverit.*

Si quis rem furtivam sciens a fure comparaverit, ille, qui emit, suum repræsentet ¹⁵ auctorem, et postea tanquam fur componere non moretur. Si vero furem non invenerit, duplam compositionem quæ a furibus debetur, exsolvat: quia apparet illum furi esse similem, qui rem furtivam sciens comparasse cognoscitur. Quod si servus hoc fecerit, aut medietatem compositionis de ingenuis persolvat, aut hunc servituum dominus tradat.

X. Antiqua. *De pecunia, et regis rebus furto sublati.*

Si quis de thesauris publicis pecuniam, aut aliquid rerum involaverit, vel in usus suos transtulerit, in novemcuplum eam restituat.

¹ Legion. et S. J. R. Antiqua. Tolet.-goth. Antiqua noviter.

² Tolet.-goth. R. R.

³ Lind. admiserat

⁴ Legion. Card. Tolet.-goth. et S. J. R. compositionem, et flagella

⁵ Tolet.-goth. et S. J. R. legis et auctorem et inscriptionem omittunt.

⁶ Legion. servus ad alium dominum transiens

⁷ Legion. Card. et S. J. R. Antiqua.

⁸ Tolet.-goth. nec auctorem, nec inscriptionem legis refert.

⁹ Tolet.-goth. et S. J. R. auctorem, et inscriptionem legis non exhibent.

¹⁰ Tolet.-goth. et S. J. R. Fls. Cids. Rex.

¹¹ Legion. Antiqua. Tolet.-goth. auctoris nomen, et inscrip-

M.L. Tom. I.

tionem legis silentio præterit.

¹² Card. et Lind. constitutum. Et si fur ipse habuerit unde compositionem exsolvat, integram aut similem rem domino rei sarciat: possideat emptor, si conscius fraudis non invenitur, secure quod emit, vel si dominus voluerit, rem furatam sibi recipiat, et furem cum omni compositione furti tradat emptori. Si autem non habuerit fur unde, sicut dictum est, compositionem domino aut emptori exsolvat, legibus institutus teneatur modus. Quem si non potuerit &c.

¹³ Legion. et Lind. tantum

¹⁴ Tolet.-goth. legis auctoris, et inscriptionis non meminit.

Lind. Fls. Rcds. Rex.

¹⁵ Lind. præsentet

XI. Antiqua. *De tintinnabulis furatis.*

Si quis tintinnabulum involaverit ¹ de iumento vel de bove, solidum reddat: de vacca tremisses duos: de arietibus ², vel quibuscumque pecoribus tremisses singulos cogatur exsolvere.

XII. ³ *De instrumentis molini furatis.*

Si quis de molinis aliquid involaverit, quod furatum est restituat, insuper et componat, sicut de aliis furtis lege tenetur, et extra hoc C. flagella suscipiat.

XIII. FLVS. CNDSTS. REX ⁴.*De damno furis.*

Cuiuslibet rei furtum, et quantalibet pretii æstimatione taxatum, ab ingenuo novies, a servo vero sexies, ei qui perdidit sarcietur, et uterque reus C. flagellorum verberibus coerceatur. Quod si aut ingenuo desit unde componat, aut dominus componere pro servo non adnat; persona, quæ se furti contagio sordidavit, servitura rei domino perenniter subiacebit.

XIV. Antiqua. ⁵ *Ut fur captus perducatur ad iudicem, et ut ingenuus cum servo faciens furtum unam compositionem exsolvant.*

Fur, si captus fuerit, perducatur ad iudicem, ut ingenuus in novemcuplum sublata restituat, et extensus publice coram iudice C. flagella suscipiat. Quod si non habuerit unde componat, careat libertate, illi serviturus cui furtum fecerit. Servus autem sexcupli compositionem cogatur exsolvere, et centum flagella ante iudicem extensus accipiat. Ipse vero in custodia a iudice teneatur, quousque dominus eius pro eo admoneatur, ut pro servo suo componere non moretur; aut si certe distulerit, eum pro crimine, cui malum fecit, tradere non moretur. Id denique in hac lege servandum est, ut si servus et ingenuus, seu servi et ingenui, unum animal aut quancumque unam rem pari consensu furaverint, unam compositionem exsolvant; id est, ingenuus medietatem novemcupli, et servus idem medietatem sexcupli, flagella tamen secundum superiorem ordinem accepturi. Nam et de maiore summa furli, a servo et ingenuo, vel a servis et ingenuis facta, prædicta forma servabitur: et quemadmodum superius constitutum est, ante iudicem flagellandi sunt.

XV. Antiqua. ⁶ *Si fur gladio se vindicans occidatur.*

Fur qui per diem gladio se defensare voluerit, si fuerit occisus, mors eius nullatenus requiratur.

XVI. Antiqua. ⁷ *Si fur nocturnus, dum capitur, occidatur.*

Fur nocturnus captus in furto, dum res furtivas secum portare conatur, si fuerit occisus, mors eius nullo modo vindicetur.

XVII. Antiqua. ⁸ *De male tractatis et indebite contractis rebus, et ut tantum de illa re compositio fiat, quæ fuerit ablata.*

Si quis res, aut vestimenta aliena male tractaverit, aut in itinere constitutum in aliquo contigerit, vel furtim ei quodcumque tulerit; non pro omni sarcina solutionem implere cogatur, sed de hoc quod furtim abstulit, vel male tractavit, secundum leges componere non moretur.

XVIII. Antiqua. ⁹ *De his, quæ a diversis naufragiis rapiuntur.*

Quidquid ex incendio, ruina vel naufragio raptum fuerit, et aliquis ex hoc quidquam ab aliquo susceperit sive celaverit, in quadruplum reformare cogatur.

XIX. Antiqua. ¹⁰ *De hæreditate, et successoribus furis.*

Si quis furi mortuo in hæreditatem, aut ex testamento, aut ex sanguinis propinquitate successerit; quia crimen cum fure defecit, pœnam quidem non sustineat, sed damni satisfactionem exsolvat, quod fur si vixisset, fuerat soluturus. Si autem maius est damnum quam hæreditas, facia cessionem ¹¹.

XX. Antiqua. ¹² *De his, qui fures, aut reos captos excusserint.*

Si quis furem captum, aut reum alicui excusserit; si maioris loci persona est, extensus coram iudice pro sola præsumptione C. flagella suscipiat, et quem excussit, repræsentare cogatur. Quod si alter eumprehenderit, cuius causa non est, de eadem compositione, quam fur facere potuerat, pro labore suo quartam partem accipiat. Si autem fur inventus non fuerit, iam tunc et pœnam furis, qui hunc excussit, perferat, et tantum de suo ipse componat, quantum fur, quem excusserat, convictus satisfacere potuerat. Si certe minor persona fuerit, et furem repræsentaverit ¹³, pro præsumptione sola et ipse C. flagella suscipiat. Si autem furem invenire non potuerit, et pœnam furis et damnum ipse sustineat, quantum fur, quem excusserat, convictus satisfacere potuerat. Nam si præter furem alterius criminis quicumque reum excusserit, similiter C. flagella extensus accipiat, et si eum invenire vel præsentare nequiverit, eidem continuo vindictæ subiaceat, quam reum illum, qui excussus est, legalis sanctio pati demonstrat ¹⁴. Si vero servus domino nesciente, ista commiserit, pro præsumptione sola CC. flagella suscipiat, et quem excussit præsentet. Quem si non præsentaverit, dominus eius, si voluerit, pro eo summam compositionis exsolvat: quod si componere noluerit, iuxta crimen admissum, servum aut pro damno, aut pro supplicio tradat.

XXI. Antiqua. ¹⁵ *Si servus domino vel conservo suo fecerit furtum.*

Si servus domino suo vel conservo aliquid involaverit, in domini potestate consistat quid de eo facere velit: nec iudex se in hac re admisceat, nisi dominus servi fortasse voluerit.

¹ Legion. tulerit² Legion. Card. Tolet.-goth. S. J. R. et Lind. vervicibus.³ Legion. et Card. Antiqua. Tolet.-goth. et S. J. R. Fls. Cnds. Rex.⁴ Legion. Antiqua. Tolet.-goth. Antiqua noviter. Lind. Fls. Rcds. Rex.⁵ Legion. auctorem et inscriptionem legis prætermittit. Tolet.-goth. Antiqua noviter. Lind. Fls. gls. Rcds. Rex.⁶ Legion. et Tolet.-goth. nec auctorem legis indicant, nec inscriptionem referunt.⁷ Legion. Card. Tolet.-goth. et S. J. R. auctoris, et inscriptionis legis obliviscuntur.⁸ Legion. omissum legis auctorem et inscriptionem relinquit.⁹ Tolet.-goth. et S. J. R. auctorem et inscriptionem non exhibent.¹⁰ Tolet.-goth. Fls. Cnds.¹¹ Tolet.-goth. et S. J. R. cessionem, quantum de hæreditate invenerit.¹² Lind. Fls. gls. Rcds. Rex.¹³ Lind. præsentaverit¹⁴ Card. demonstrat. De vindicta vero soluta a præsumptore aut reo, ut diximus, alter qui cepit, quartam partem accipiat. Si vero &c.¹⁵ Tolet.-goth. et S. J. R. auctoris non meminere, et inscriptionem omittunt.

XXII. Antiqua. ¹ *Infra quod tempus fur captus* ² *iudici præsentari iubetur.*

Si quis furem, aut quemcumque reum comprehenderit, statim perducatur ad iudicem. Cæterum suæ domui amplius quam una die aut nocte eum retinere non audeat. Si quis contra hoc fecerit, quinque solidos pro sola præsumptione iudici cogatur exsolvere. Et si servus hoc sine conscientia domini sui fecerit, C. flagella suscipiat. Si vero servus cum domini voluntate id commiserit, compositio redundet ad dominum. Ita ut si honestioris loci persona est, X. solidos iudici cogatur exsolvere, ex quibus medietatem sibi iudex usurpet, et aliam medietatem illi det, qui damnum noscitur pertulisse.

XXIII. FLAVIUS RECESVINTUS REX ³.

Si furtive alienus quadrupes occidatur.

Si quis caballum alienum, aut bovem, vel quodlibet animalium genus nocte, aut occulte occidisse convincitur, novemcupli compositionem dare cogatur. Quod si convicti non potuerit quod talia fecerit, sacramenta evidentissime dabit. Si vero hoc servus, immittente domino, commiserit, et ex hoc manifestis indiciis invenitur, dominus servi tanquam fur novemcupli compositionem implere ⁴ cogatur. Quod si servus non convincitur, inscribatur, et quum inventus fuerit talia commisisse, aut sexcuplum reddat, aut cui damnum fecit, ipse serviturus subiaceat. Quod si innox fuerit inventus, iuxta quod aliis legibus est decretum, satisfaciatur petitor domino servi.

III. TITULUS DE USURPATORIBUS, ET PLAGIATORIBUS MANCIPIORUM.

FLAVIUS GLORIOSUS RECESVINTUS REX.

I. *Si quis mancipium alienum usurpet.*

II. *Si servum vel ancillam ingenuus plagiasset detegitur.*

III. *De ingenuorum filiis plagiatis.*

I. ⁵ *Si quis mancipium alienum usurpet* ⁶.

Quicumque ingenuus mancipium usurpaverit alienum, eiusdem meriti mancipium alterum cum eo compellatur domino reformare. Si vero servus hoc fecerit, ipsum mancipium domino reddat, et C. flagella suscipiat. Quod si usurpatum mancipium præsens ⁷ non fuerit, dominus servi eiusdem meriti mancipium illi domino det, qui mancipium amisit, donec qui ablatus est, restituatur: et sic ille ⁸, qui pro eo datus fuerat, serviturus domino reformetur.

II. FLAVIUS RECESVINTUS REX. ⁹.

Si servum vel ancillam ingenuus plagiasset detegitur.

Si quis ingenuus servum alienum vel ancillam plagiaverit, quatuor servos aut ancillas domino vel dominæ reformare cogatur, et centum flagellis publice verberetur. Quod si non habuerit unde componat, ipse subiaceat servituti.

III. Antiqua. ¹⁰ *De ingenuorum filiis plagiatis.*

Qui filium aut filiam alicuius ingenui vel ingenuæ plagiaverit, aut sollicitaverit, et in populos nostros, vel in alias regiones transferri fecerit: huius sceleris auctor patri aut matri, fratribusque, si fuerint, sive proximis parentibus in potestate tradatur, ut illi occidendi aut vendendi eum habeant potestatem. Aut si voluerint, compositionem homicidii ab ipso plagiatore consequantur, id est, solidos CCC. ¹¹, quia parentibus venditi, aut plagiati non levius esse potest, quam si homicidium fuisset admissum.

IV. *Si servus alienum plagiaverit servum.*

V. *Si servus ingenuum plagiaverit, domino imperante.*

VI. *Si servus ingenuum plagiaverit, domino nesciente.*

Quod si eum ex peregrinis ad propria ¹² potuerit revocare plagiator, CL. ¹³ solidos, hoc est, medietatem homicidii exsolvat; aut si non habuerit unde componat, ipse subiaceat servituti.

IV. Antiqua. ¹⁴ *Si servus alienum plagiaverit servum.*

Si servus servum plagiaverit alienum, domino nesciente, servus, qui hoc fecerit, CL. flagella coram iudice extensus accipiat; et sic etiam postmodum qui plagiatus est domino reformetur. Ille vero, cuius servus plagiatus fuerat, mercedem capturæ a plagiatoris domino ¹⁵ non requirat. Ita tamen, ut si fortasse qui plagiatus est, tarde reperitur, plagiatoris dominus a iudice districtus alium eiusdem meriti mancipium, aut etiam eundem plagiatorem ei, cuius servus aut ancilla plagiata ¹⁶ est, dare compellatur: tamdiu sibi servitutum, quamdiu suus servus aut ancilla ei restituatur, et ille ita postmodum domino suo reformetur.

V. Antiqua. ¹⁷ *Si servus ingenuum plagiaverit, domino imperante.*

Si servus ingenuum plagiaverit ex domini iussione, ipse dominus compositionem, quæ est de ingenuis constituta, compellatur implere ¹⁸: ita ut dominus C. publice flagella suscipiat, et servum iussa domini complementem molestia non contingat.

VI. ¹⁹ *Si servus ingenuum plagiaverit, domino nesciente.*

Si servus sine conscientia ²⁰ domini sui ingenuum plagiaverit, parentibus plagiati sine aliqua dilatione tradatur,

¹ Tolet.-goth. et S. J. R. Fls. gls. Recesvintus Rex.

² Legion. perducatur ad iudicem

³ Legion. Card. et Tolet.-goth. Antiqua.

⁴ Legion. exsolvere

⁵ Tolet.-goth. S. J. R. et Lind. Fls. Recds. Rex. Legion. Antiqua.

⁶ Complut. usurpaverit

⁷ Card. præsentatum. Complut. inventum

⁸ Complut. et ille

⁹ Card. Fls. Chds. Rex. Legion. Complut. et S. J. R. Antiqua. Tolet.-goth. legis et auctorem, et inscriptionem omittit

¹⁰ Legion. et Complut. auctoris nomen, et legis inscriptionem silentio prætereunt.

¹¹ Tolet.-goth. et Lind. quingentos

¹² Lind. ad propriam regionem

¹³ Tolet.-goth. et Lind. CCL.

¹⁴ Legion. S. J. R. Complut. et Lind. legis auctorem, et inscriptionem prætermittunt.

¹⁵ Card. domino requirat

¹⁶ Complut. plagiatus

¹⁷ Card. Complut. et S. J. R. auctorem, et inscriptionem non referunt. Tolet.-goth. Antiqua noviter emendata.

¹⁸ Complut. exsolvere

¹⁹ Card. et Lind. Antiqua.

²⁰ Legion. scientia

ut quod de eo facere voluerint, in eorum consistat arbitrio. Quod si qui plagiatus est reduci potuerit, et dominus pro servo componere velit, libram ¹ auri pro iniuria ingenui ² dabit.

IV. TITULUS DE CUSTODIA ET SENTENTIA DAMNATORUM.

- I. *Si iudex pro crimine interpellatus postea contemnatur.*
 II. *Ut comes iudici auxilium præbeat pro comprehendendis in crimine accusatis.*
 III. *Si carcerem quis frangat, aut custodi persuadeat*
 IV. *De tollendis commodis ab his, qui in custodia retin-*

- entur.*
 V. *Si iudex criminibus favens, crimosum absolvat.*
 VI. *De damno iudicis crimosum indebite absolventis.*
 VII. *Ut reus non in absconso, sed publice percipiat ³ sententiam legis.*

I. FLAVIUS GLORIOSUS RECESVINTUS REX ⁴.

Si iudex pro crimine interpellatus postea contemnatur ⁵.

Si quis pro furto ⁶ interpellaverit iudicem, et eum contemnens postea sine conscientia eius aliquid a reo in compositionem acceperit, pro præsumptione sua quinque solidos iudici invitus exsolvat ⁷. Quod si hoc servus sine conscientia domini sui fecerit, C. flagella suscipiat, et dominus servi nullam molestiam ⁸ pertimescat. Nam si cum domini voluntate hoc fecerit, ipse dominus compositionem superius comprehensam compellatur exsolvere.

II. Antiqua. ⁹ *Ut comes iudici auxilium præbeat pro comprehendendis in crimine accusatis.*

Quotiens gotus, seu quilibet in crimine, aut in furto, aut in aliquo scelere accusatur, ad corripiendum eum iudex insequatur. Quod si forte ipse iudex solus eum comprehendere, vel distringere non potest, a comite civitatis quærat auxilium, quum sibi solus sufficere non possit. Ipse tamen comes illi auxilium dare non moretur, ut criminis reus insultare non possit.

III. Antiqua. ¹⁰ *Si carcerem quis frangat, aut custodi persuadeat.*

Si quis carcerem fregerit, aut custodi persuaserit, aut ipse carcerarius aut custos eos quos compeditos ¹¹ habet, sine iudicis iussione aliqua fraude laxare præsumperit, eandem pœnam ¹² vel damnum, quod ipsi rei fuerant excepturi, sustineant.

IV. Antiqua. ¹³ *De tollendis commodis ab his, qui in custodia retinentur.*

Iudex si aliquos in custodia detinuerit, vel ii qui reos capiunt, aut custodiendos accipiunt, ab his quos in custodia miserint innocentes, catenati ¹⁴ nomine nihil requi-

rant, nec pro absolutione eorum aliquid beneficii consequantur. Quos vero culpabiles in custodia detinuerint, per singulos quos capiunt, singulos tremisses sibi præsumere non vetentur. Si vero talis sit fortasse conditio, ut ille qui captus fuerat, ad solvendam compositionem relaxetur; ipse iudex eandem compositionem cogatur ¹⁵ implere. Quæ quum ad eum, cui debetur ad integrum, ipso insistente pervenerit, pro labore suo decimum consequatur. Si quis amplius, quam nos statuimus, accipere fortasse præsumperit, ei cui abstulit ¹⁶ reddat in duplum.

V. Antiqua. ¹⁷ *Si iudex criminibus favens, crimosum absolvat.*

Si iudex quolibet beneficio corruptus aliquem innocentem occiderit, simili morte damnetur. Si vero eum, qui morte dignus est, crimosum solverit, septuplum quantum pro eius absolutione acceperat, illi, cui erat culpabilis, cogatur exsolvere, et de iudiciaria potestate repulsus, infamis a sibi successore iudice distringatur, ut eum, quem relaxavit, præsentet in iudicio, qualiter de crimine convictus pœnam excipiat quam meretur.

VI. FLAVIUS GLORIOSUS RECESVINTUS REX ¹⁸.

De damno iudicis crimosum indebite absolventis.

Iudex crimoso non parcat pro patrocínio aut amicitia alicuius. Nam si favens criminibus non vindicaverit innocentem, et solverit crimosum; non quidem moriatur, aut debilitationem corporis patiat, sed tam pro homicidio quam pro omni negotio summam compositionis exsolvat.

VII. Antiqua. ¹⁹ *Ut reus non in absconso, sed publice percipiat sententiam legis.*

Iudex quotiens occisurus est reum, non in secretis aut in absconsis ²⁰ locis; sed in conventu publice exercent disciplinam.

¹ Card. libram auri pro iniuria dabit parentibus plagiati.

² Complut. ingenuo

³ Legion. accipiat

⁴ Legion. Antiqua. Tolet.-goth. auctorem et inscriptionem omittit.

⁵ Complut. Si iudex pro crimine interpellatur, et postea contemnatur

⁶ Card. crimine

⁷ Card. exsolvat, et quod definitum est non valeat. Quod si &c.

⁸ Card. Complut. et Lind. calumniam

⁹ Emilian. Tolet.-goth. et Complut. legis auctorem non indicant, nec inscriptionem proferunt.

¹⁰ Card. Tolet.-goth. S. J. R. et Lind. auctorem tacent, et inscriptionem omittunt.

¹¹ Legion. et Complut. comprehensos

¹² Card. compositionem

¹³ S. J. R. legis et auctorem, et inscriptionem prætermittit.

¹⁴ Legion. Tolet.-goth. S. J. R. Complut. et Lind. catenati-

ci ¹⁵ Legion. et Complut. compellatur. Card. compellat

¹⁶ Complut. abstulerit

¹⁷ Tolet.-goth. Antiqua noviter. S. J. R. et Complut. nec auctorem, nec inscriptionem referunt.

¹⁸ Legion. Antiqua. Tolet.-goth. Complut. et S. J. R. auctoris nomen, et legis inscriptionem omittunt.

¹⁹ Tolet.-goth. Complut. et S. J. R. auctorem et inscriptionem legis prætermittunt.

²⁰ Complut. absconditis

V. TITULUS DE FALSARIIS SCRIPTURARUM.

- I. *De his, qui regias auctoritates et præceptiones falsare præsumpserint.*
 II. *De his, qui scripturas falsas fecerint, vel falsare tentaverint.*
 III. *De his, qui sub nomine regis aut iudicis commonitoria falsa sive finxerint sive detulerint.*
 IV. *De his, qui testamentum contra viventis voluntatem falsaverint, vel aperuerint.*
 V. *De his, qui voluntatem defuncti celare vel falsare*

- I. ¹ *De his, qui regias auctoritates et præceptiones falsare præsumpserint.*

Hi, qui in ² auctoritatibus nostris vel præceptionibus aliquid mutaverint, diluerint ³, subtraxerint, vel interposuerint, vel tempus aut diem mutaverint, sive designaverint, et qui signum adulterinum sculpsierint vel impresserint: honestior ⁴ mediam ⁵ partem facultatum suarum amittat, fisci commodis profuturam; minor vero persona manum perdat, per quam tantum crimen admisit. Quod si contingat illos auditores vel iudices mori, ad quos audientia vel iussio destinata fuerat: aut episcopo loci ⁶, aut alio episcopo, vel iudicibus vicinis territorii illius, ubi iussum fuerat, negotium terminare liceat, et datam præceptionem offerre, et eorum iudicio negotium legaliter ac iustissime ordinare.

II. FLAVIUS CINDASVINTUS REX ⁷.

De his, qui scripturas falsas fecerint, vel falsare tentaverint.

Si quis scripturam falsam fecerit, aut recitaverit, vel supposuerit sciens, vel in iudicio protulerit, et qui veram suppresserit, subtraxerit, diruperit, vel designaverit, aut diluerit, quicumque signum adulterinum sculpsierit, fecerit, vel impresserit: talium scelerum rei, eorumque conscii dum fuerint publicati, si putentiores ⁸ sunt, quartam partem facultatum suarum amittant. Si vero alieno iuri ⁹ debitam scripturam subtraxerint, aut vitiaverint, eam ¹⁰ scripturam subtraxisse, vel vitiassse coram iudice sua professione depromant, quæ professio a testibus roborata, perditæ vel vitiatæ scripturæ robur obtineat. Quod si evidentissime quid scriptura continuerit, recordari non poterint; tunc ille cuius scriptura fuit ¹¹, habeat licentiam comprobare per sacramentum suum, aut ¹², per testem quid ipsa scriptura continuit ¹³ evidenter, et ita datum veridice ¹⁴ testimonium scripturæ reparet veritatem. Si vero minor extiterit facultas eorum, quam quod aliis facere conati sunt damnus; ipsi proculdubio, cum his quæ habere videntur, eius servituti subiiciantur, cui fraudem fecisse noscuntur. De quarta vero parte, quam dari præcipimus, principe ordinante vel iudice, tres portiones ille accipiat, qui damnus pertulit, vel pati potuerat. Quarta vero regis potestati servetur, ut quid exinde fieri debeat,

¹ *Tolet.-goth. et S. J. R. Fls. gls. Cnds. Rex, horum tamen codicum primus addit: noviter.*

² *Complut. sine*

³ *Lind. demerint*

⁴ *Complut. et Lind. persona honestior*

⁵ *Complut. medietatem facultatum*

⁶ *Complut. loci illius*

⁷ *Legion. adiicit: Antiqua. Complut. Cindas. Rex.*

⁸ *Complut. fuerint*

⁹ *Complut. viro*

¹⁰ *Complut. et eandem*

¹¹ *Complut. fuerit*

¹² *Legion. atque*

¹³ *Complut. continebat*

M.L. Tom. I.

pertentant.

VI. *Si quisque sibi nomen falsum imponat, aut parentes vel genus mutet.*

VII. *De callide et fraudulenter anterioribus scripturis confectis.*

VIII. *De callide et fraudulenter posterioribus scripturis confectis.*

IX. *De his, qui contra notarios publicos, ac regias iussiones principum recitare vel scribere ausi fuerint.*

in arbitrio eius consistat. Humiliores sane vilioresque personæ, quæ talia detectæ fuerint commisisse, et iuxta superiorem ordinem conscribere debebunt professionem, et perpetuo cui fraudem fecerint addicantur ad servitutem. Insuper autem, tam humiles quam potentes personæ centenis flagellorum erunt ictibus coercendæ. Quod si servi hoc fecerint, et eos alieni iuris esse patuerit, illis consignentur perenniter servituri, quibus scripturam subtraxisse, aut celasse, vel læsisse fuerint adprobati. Quod si iubentibus dominis suis talia fecerint, omne damnum redundet ad dominum. Ita etiam et de his præcipimus observari, qui lucro suo studentes aliena testamenta, vel alias ¹⁵ scripturas suppresserint, aut vitiaverint, ut his quibus competunt, impedire aliquid possint. Et hi similiter tamquam falsari teneantur, et iuxta qualitatem personæ superiori damno multentur ¹⁶. Quod si de supra taxatis capitulis nihil videatur accidere, id est, qui scripturam alterius reperiatur vitiassse, dirupisse, falsasse, celasse, vel si quid in hac lege constitutum est, admisisse, sed sola ¹⁷ negligentia, casu atque incuria suam quisque perdiderit scripturam, vel sibi dixerit fuisse ablatam; si testis qui in eadem scriptura subscripsit ¹⁸ adhuc suppressis ¹⁹ existi, per ipsum poterit coram iudice omnis ordo scripturæ perditæ reparari. Quod si testem ipsum, qui in ea scriptura subscriptor accessit, mortuum esse constiterit ²⁰, tunc si legitimi et cognitiores reperti fuerint alii testes, qui eandem scripturam se dicant vidisse ²¹, et omnem textum vel firmitatem eiusdem scripturæ plenissime nosse; similiter publica iudicum investigatione per eorum testimonium ille qui scripturam perdidit, poterit suam reparare, et percipere veritatem.

III. Antiqua. ²² *De his, qui sub nomine regis aut iudicis commonitoria falsa sive finxerint, sive detulerint.*

Qui falsa communitoria sub nomine regis sive iudicis nesciens protulerit, non incurrat falsitatis invidiam ²³: sed eum qui commonitorium dederit, non moretur ostendere. Quod si eum noluerit nominare, aut quod ab eo commonitorium acceperit noluerit adprobare; pro qualitate personæ ipse reatum falsitatis incurrat, sicut superioris continetur de his qui falsas scripturas confecerint ²⁴. Quod si ambo falsitatis conscii habeantur, ambo falsarii teneantur.

¹⁵ *Complut. coram iudice testimonium*

¹⁶ *Complut. alienas*

¹⁷ *Card. multentur. Iudices etiam falsitatis quamvis auctores, et rei inde fuerint, ab omni damno liberi esse cognoscant, cæteri autem digniter se esse munerandos gaudeant. Quod si &c.*

¹⁸ *Complut. sua negligentia &c.*

¹⁹ *Complut. subscriptor accesserit adhuc superstes est*

²⁰ *Card. Complut. et Lind. superstes*

²¹ *Legion. vidisse vel audisse*

²² *S. J. R. et Complut. auctorem et inscriptionem legis silentio prætereunt.*

²³ *Card. iniuriam*

²⁴ *Legion. et Complut. confinxerint*

IV. ¹ Antiqua. ² *De his, qui testamentum contra viventis voluntatem falsaverint, vel aperuerint.*

Qui viventis testamentum, aut ordinationis eius quamcumque scripturam contra ipsius falsaverit vel aperuerit voluntatem, ut falsarius iudicetur ³.

V. Antiqua. ⁴ *De his, qui voluntatem defuncti celare, vel falsare pertentant.*

Qui defuncti celaverit voluntatem, aut in eadem aliquid falsitatis intulerit; lucrum quod forsitan iudicio testatoris per ipsam scripturam fuerat habiturus, amittat, illis quibus fraudem facere conatus est profuturum: et insuper pro falsitate ferat infamium ⁵. Nam si parvam, aut nullam rem exinde consequi potuisset, ut falsarius condemnatur.

VI. Antiqua. ⁶ *Si quisque sibi nomen falsum imponat, aut parentes vel genus mulet.*

Qui sibi nomen falsum imponit ⁷, vel genus mutat, aut parentes finxerit, aut aliquam imposturam fecerit; reus falsitatis habeatur.

VII. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ⁸.

De callide et fraudulenter anterioribus scripturis confectis.

Quorundam sæpe calliditas exigit, ut novæ sanctionis constituamus edictum, dum eorum nova et abhorrenda fraudis molimina in aliorum deceptionem concinnata cognoscimus. Proinde quia sunt plerique tanto alios circumveniendi studio dediti, ut sub unius causæ nomine in multis capitulis per scripturæ seriem interdum aliquos obligent ⁹; huius perpetim valituræ legis constitutione decernimus, ut quicumque cum alio de negotio speciali definiens generalem scriptis constitutionem subintroduxerit, atque ita circumvenerit aliquem, ut dum de una causa sit convenientia, callide per scripturam intexat, unde omnem de aliis negotiis alterius vocem extinguat; vel etiam fortasse proveniat, ut non quidem per scripturam, sed sub aliis verbis aliud simulans quicumque aliquem dolose ac fraudulenter in quocumque decipiat ¹⁰, huius rei præsumptor et publica notetur infamia, et ei quem circumvenerat, manens obnoxius, eandem, quæ de falsariis lata est, censuram legis incurrat. Simili quoque damno vel poena mulctandi sunt, qui propter evacuandam fraudulenter posteriorem scripturam, per anterioris scripturæ seriem res easdem quas posterior scriptura continet, in alterius nomine callide obligasse reperiuntur. Ita ut tam ille qui sub hac fraude talem scripturam fecisse delegitur, quam ille in cuius nomine facta fuisse constiterit, si conscius fraudis huius agnoscitur, eadem, qua ¹¹ supra taxatum est, et in rebus, et in corpore iactura damnatur; et evacuata priori scriptura, firma nihilominus posterior habeatur.

¹ *S. J. R. et Complut. codices dinumerandarum legum rationem ita invertunt, ut istam quæ hîc IV. est, V. dinumerent, et quæ V., numero IV. referant.*

² *In Complut. huic legi auctoris nomen, et inscriptio deest.*

³ *Complut. teneatur et iudicetur*

⁴ *Complut. auctorem et inscriptionem non exhibet.*

⁵ *Complut. infamiam*

⁶ *In codice Complut. legis huius et auctor et inscriptio desideratur.*

⁷ *Complut. imposuerit, vel genus aut parentes*

⁸ *Card. insuper addit: Noviter emendata. Legion. Antiqua. S. J. R. Fls. Receds. Rex. Complut. Cinds. Rex.*

⁹ *Legion. et Complut. alligent*

¹⁰ *Card. decipiat, seu quoruncumque personæ sub molimine cuiusque fraudis res iuris alieni distrahere vel largiri, nesciente domino, præsumpserint, vel qui emptam, aut largitam fortasse*

VIII. FLAVIUS RECESVINTUS REX ¹².

De callide et fraudulenter posterioribus scripturis confectis.

Non immerito cogitur debitum hæredis exsolvere, qui successor hæreditatis noscitur extitisse. Quia ergo nullis fraudem necesse est occasionibus ¹³ excusare, huius perpetim valituræ legis sanctione censemus, ut quicumque cuilibet per cuiuscumque scripturæ contractum res quamcumque dederit, quæ tamen reperiantur quandoquidem, aut non eius iuris fuisse qui dedit, aut id quod dedisse videtur, per priorem scripturam, aut quamcumque definitionem in cuiuscumque prius nomine obligasse, et sub quodam argumento id postmodum alteri dedisse, aut quod suum non erat, aut iam prius alteri dederat; dum fraudis huius commentum manifeste patuerit, ipse quidem qui fecit si supprestis ¹⁴ est, et promissionem et pœnam, quam ab eo edita scriptura testatur, supplere cogendus est. Si vero post eius obitum eadem, quæ prædicta est, fraus inveniri potuerit, id quod dator ¹⁵ spondit ¹⁶ de re eius, aut hæredes cum pœna etiam scripturæ compellendi sunt petenti persolvere: aut si fortasse maior est auctoris sponsio, vel pœna per scripturam taxata, quam esse constat eius hæreditas, si noluerint hæredes satisfacere pro auctore, de eo saltem quod ex rebus eius possident, cogendi sunt causidico facere cessionem. Quod si hæredes non sint, ab his quibus res ipsa vel facultas quæ relicta est, possessa fuerit, universa reddi iuxta præsentem sententiam oportebit. Eadem etiam in causis talibus ratione servata ¹⁷, ut si repertum fuerit conscio illo eandem fraudem intercessisse, in cuius nomine prior scriptura conscripta dinoscitur; tam ille qui fecit, quam iste qui conscius extilit, ad satisfactionem promissionis ¹⁸ vel pœnæ quam posterior scriptura continet, secundum superiorem ordinem æqualiter teneantur, atque etiam iuxta tenorem superioris legis de his qui falsas scripturas confecerint, et in corporibus et in rebus damna pariter sortiantur.

IX. ¹⁹ Antiqua. *De his, qui contra notarios publicos, ac regias iussiones Principum recitare vel scribere ausi fuerint.*

Quorundam illicitæ actionum perversitatis exigunt legem ponere pro futuris, ut eos quos verbis disciplina non corrigit, saltem legalis censura coercendos emendet. Et quia plerosque cognovimus iussiones regias non solum scribere, sed etiam recitare, atque scripturas exhibere notariis roborandas, unde diversa in ipsis præceptionibus regni nostri introducuntur, vel dictantes, atque scribentes capitula, ea ipsa addi conantur, quæ nec a nostra celsitudine ordinationis moderamine disponuntur, nec populo Dei congrua cernuntur, nec institutio rectæ veritatis præcipienda decernit; unde et gravissimis damnis, ac spoliis, vel fatigiis populos ditioni nostræ subiectos prospeximus molestari: obinde huius novellæ sanctionis edicto censemus, ut modo et deinceps nullus ex notariis quorumlibet, seu cuiuslibet gentis et generis homo extra notarios publicos, vel propriæ regie celsitudinis, eorumque pueros, atque illos quos principalis instituerit præceptionis

consciis huius fraudis suscepit, amisso pretio cum omni rei augmento domino reformandæ: harum rerum præsumptores, et publica notentur infamia, et ei quem circumvenerant, maneat obnoxii, eandem, quæ de falsariis lata est, censuram legis incurrant. Simili quoque damno &c.

¹¹ *Complut. quæ supra taxata est*

¹² *Card. et Lind. Fls. Chds. Legion. et Tolet.-goth. Antiqua. S. J. R. huius legis auctoris nomine, et inscriptione caret.*

¹³ *Complut. excusationibus*

¹⁴ *Card. Complut. et Lind. superstes*

¹⁵ *Card. Legion. et Complut. auctor*

¹⁶ *Complut. sponderit, hæres eius, aut hæredes*

¹⁷ *Complut. reservata*

¹⁸ *Complut. promissionis suæ*

¹⁹ *Legion. et S. J. R. tantum codices hanc referunt legem; Complut. vero tantummodo eius epigraphen.*

alloquium, iussiones sive diversas institutiones, quæ ex nomine regio præscribuntur, recitare audeat, nullus scribere præsumat, nullus recitatum vel scriptum cuilibet notario ad roborandum dare intendat, sed tantum notarii publici, ac proprii nostri, aut nobis succedentium regum, vel ipsi qui a nostra clementia fuerint ordinati, iussiones, vel quascumque regias præceptiones recitare, et inlicenter

scribere intendant. Quicumque tamen ex ipsis cunctis veritatis extiterit deprehensus, utrum ingenuus, an forsitan servus Principum, vel iudicum instantium ducentorum flagellorum verberibus turpiter decalvatus, ac insuper pollice in manu dextra absciso, se caruisse condoleat, pro eo quod contra huius institutionis edicta non sibi licitas conaverit exercere actiones.

VI. TITULUS DE FALSARIIS METALLORUM.

- I. *De torquendis servis in dominorum capite pro corruptione monetæ, et eorum mercede, qui hoc visi extiterint revelasse.*
 II. *De his, qui solidos aut monetam adulteraverint.*
 III. *De his, qui acceptum aurum alterius metalli per-*

- mixtione corruperint.*
 IV. *Si quorumcumque metallorum fabri de rebus creditis reperiantur aliquid subtraxisse.*
 V. *Ut solidum aureum integri ponderis nemo recuset.*

- I. ¹ *De torquendis servis in dominorum capite pro corruptione monetæ, et eorum mercede, qui hoc visi extiterint revelasse.*

maverit, quæcumque persona sit, simili pœnæ et sententiæ subiacet.

- III. Antiqua. ⁴ *De his, qui acceptum aurum alterius metalli permixtione corruperint.*

Servos torqueri pro falsa moneta in capite domini dominæve non velamus, ut ex eorum tormentis veritas possit facilius inveniri. Ita ut si servus alienus hoc prodiderit, et quod prodiderit ² verum extiterit: si dominus eius voluerit, manumittatur, et domino eius a fisco pretium detur: si autem noluerit, eidem servo a fisco tres auri uncias dentur: si vero ingenuus fuerit, sex uncias auri pro revelata veritate merebitur.

Qui aurum ad facienda ornamenta susceperit, et adulteraverit, sive æris aut argenti vel cuiuscumque vilioris metalli permixtione corruperit, pro fure teneatur.

- IV. ⁵ *Si quorumcumque metallorum fabri de rebus creditis reperiantur aliquid subtraxisse.*

II. FLAVIUS CINDASVINTUS REX ³.

De his, qui solidos aut monetam adulteraverint.

Aurifices, argentarii, vel quicumque artifices, si de rebus sibi commissis aut traditis aliquid subtraxerint ⁶, pro fure teneantur.

- V. ⁷ *Ut solidum aureum integri ponderis nemo recuset.*

Qui solidos adulteraverit, circumciderit, sive raserit, ubi primum hoc iudex agnoverit, statim eum comprehendat, et si servus fuerit, ei dextram manum abscindat. Quod si postea in talibus causis fuerit inventus, regis præsentia destinetur, ut eius arbitrio super eum sententia depromatur. Quod si hoc iudex facere distulerit, ipse de rerum suarum bonis quartam partem amittat, quæ omnimodis fisco proficiat. Quod si ingenuus sit qui hæc faciat, bona eius ex medietate fisco adquirat: humilior vero statum libertatis suæ perdat, cui rex iusserit servitio deputandus. Qui autem falsam monetam sculpsit, sive for-

Solidum aureum integri ponderis cuiuscumque monetæ sit, si adulterinus non fuerit, nullus ausus sit recusare, nec pro eius commutatione aliquid monetæ requirere, præter ⁸ hoc quod minus forte pensaverit. Qui contra hoc fecerit, et solidum aureum sine ulla fraude pensantem accipere noluerit, aut petierit pro eius commutatione mercedem, districtus a iudice, ei, cui solidum recusavit ⁹, tres solidos cogatur exsolvere. Ita quoque erit et de tremisse servandum.

LIBER VIII.

DE INLATIS VIOLENTIIS ET DAMNIS.

I. TITULUS DE INVASIONIBUS, ET DIREPTIONIBUS.

- I. *Ut solus patronus vel dominus culpabiles habeantur, si eisdem iubentibus ingenuus vel servus illicita operentur.*
 II. *Si possessor per violentiam expellatur.*
 III. *Si ad faciendam cædem turba coadunetur.*

- IV. *Se intra domum vel ianuam suam violenter aliquis includatur.*
 V. *Ut nulla res ab alio possessa absque iudicio usurpetur.*
 VI. *Si ad diripiendum quisque alios invitasse reperiatur.*

¹ Legion. et Lind. Antiqua.

² Complut. prodidit

³ Card. et Lind. Rcds. Rex. Legion. et Tolet.-goth. Antiqua. S. J. R. et Complut. legis nec auctorem, nec inscriptionem refert.

⁴ Card. Complut. et S. J. R. non indicant legis auctorem, nec inscriptionem.

⁵ Card. Tolet.-goth. et Legion. Antiqua. Complut. auctoris legis notitia, et inscriptione indigent.

⁶ Complut. subtraxerint, qui talia fecerint

⁷ Card. et Legion. Antiqua. Complut. auctorem non exhibet legis, nec inscriptionem.

⁸ Legion. et Vigil. propter

⁹ Complut. recusaverit

- VII. *Ne, absente domino, vel in expeditione publica constituto, cuiusquam domus inquietetur.*
 VIII. *Si aliquid illicitum faciant servi eius, qui in expeditione est publica constitutus.*
 IX. *De his, qui in expeditionem euntes aliquid auferre, et deprædari præsumperint.*
 X. *Ut socios suos nominet, apud quem pars rapinæ in-*

- venta cognoscitur.*
 XI. *De his, qui diripienda indicare reperiuntur.*
 XII. *De his, qui in itinere vel in opere rustico constituto aliquid abstulerint, vel molestiam inferre præsumperint.*
 XIII. *Si ille, qui diripit, in ipsa direptione morte necetur.*

I. FLAVIUS GLORIÖSUS RECESVINTUS REX ¹.

Ut solus patronus vel dominus culpabiles habeantur, si eisdem iubentibus ingenuus vel servus illicita operentur.

Hoc principaliter generali sanctione censemus, ut omnis ingenuus, atque etiam libertus aut servus, si quodcumque illicitum, iubente patrono vel domino suo, fecisse cognoscitur, ad omnem satisfactionem ² et compositionem patronus, vel dominus obnoxii teneantur. Nam qui eius iussionibus obedientiam detulerunt, culpabiles haberi non poterunt, quia non suo excessu, sed maioris imperio id commisisse probantur.

II. ³ *Si possessor per violentiam expellatur.*

Quicumque violenter expulerit possidentem priusquam pro ipso iudicis sententia procedat, si causam meliorem habuerit, ipsam causam de qua agitur perdat. Ille vero qui violentiam pertulit, universa in statu quo fuerant recipiat quæ possedit, et securus teneat. Si vero illud invasit ⁴ quod per iudicium obtinere non potuit, et causam amittat, et aliud tantum quantum invasit reddat expulso.

III. Antiqua. ⁵ *Si ad faciendam cædem turba coadunetur.*

Qui ad faciendam cædem turbas congregaverit, atque ⁶ seditionem alteri unde contumelium corporis sentiat, fecerit vel faciendam incitaverit, aut præceperit; mox ut iudex facti crimen agnoverit, eum comprehendere non movetur. Ita ut caput huius sceleris infamia notatus ⁷, extensus publice coram iudice L. ⁸ flagella suscipiat, et omnes qui cum eo venerint, vel quid ⁹ fecerint, nominare cogatur; ut ¹⁰ si in eius patrocínio non sunt, unusquisque ingenuorum quinquagena flagella suscipiant. Servi autem huius criminis socii, si alterius domini sunt, singuli in conventu publico ad aliorum terrorem extensi coram iudice ducentenos ictus accipiant flagellorum.

IV. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ¹¹.

Si intra domum vel ianuam suam violenter aliquis includatur.

Quicumque dominum vel dominam intra domum, vel cortis suæ ianuam violenter incluserit, eisque aditum egressionis negaverit, sive ut id fieret aliis præceperit, pro ausu temeritate auctor sceleris det domino vel dominæ auri solidos numero XXX., et præter hoc C. flagella suscipiat. Hi vero, qui malis voluntatibus eius consenserint, auxiliumve, ut hoc fieret, præstiterint, si in eius patro-

cinio non sunt, singuli ingenuorum quindenos solidos illis, quibus violentiam intulerunt, cogantur inferre, et pro admisi præsumptione centena flagella suscipiant. Servi autem si id domino vel domina non iubente commiserint, ducentos ictus accipiant flagellorum. Si vero ita dominus vel domina a violento vel præsumptore extra suam domum vel ianuam excludantur, ut ¹² continuo, quod est gravius, potestas eis ab ea domo vel familia, cæterisque rebus auferatur, commissor sceleris damnum invasionis incurrat, atque etiam C. ictus accipiat flagellorum. Ingenui autem huius criminis socii, si in eius patrocínio non sunt, C. flagella suscipiant, et singuli trecenos ¹³ solidos cogantur exsolvere, illis proculdubio profuturos, quibus hanc iniuriam intulisse noscuntur. Quod si hoc servi, ignorantibus dominis, sua sponte commiserint, servi pœnam sustineant superius comprehensam; domini vero nihil iniuriæ, vel detrimenti perferant. Id ipsum etiam patiantur, qui domum alienam sua auctoritate ¹⁴ sine regis vel iudicis iussione adprehendere, describere, aut obsignare præsumperint.

V. FLAVIUS CINDASVINTUS REX ¹⁵.

Ut nulla res ab alio possessa absque iudicio usurpetur.

Nullus comes, vicarius, villicus, præpositus, actor, aut procurator, seu quilibet ingenuus, atque etiam servus ¹⁶ rem, quæ ab alio possidetur ¹⁷, post nomen regis potestatis, vel dominorum suorum, ausu usurpare præsumat ante iudicium. Quod si non expectata discussione ¹⁸, id quod ab alio possidetur, aut iuris alterius esse dinoscitur, invaserit, omne quod abstulit, vel præsumptuosus ¹⁹ invasit, tam in mancipiis, quam in cæteris rebus in duplum ei restituat, de cuius iure visus est abstulisse, ac singulorum annorum fruges, quas inde fideliter colligisse iuraverit, petitori compellatur exsolvere. Et tamen si servus absque domini voluntate hoc fecerit, CC. insuper extensus publice flagella suscipiat. Ita ut si dominus pro rei duplatione ²⁰ noluerit satisfacere, rem, quæ ablata est, in eo statu cum frugibus restituat, et eundem servum pro facti temeritate, insistente iudice, ei cuius res invasit vel abstulit, servitutum tradere non desistat. Omnimodis ²¹ tamen erit sollicitè perquirendum, ne qualibet suasionem, vel fraudis alicuius commento idem servus cum illius domini voluntate hoc fecerit, cuius rem ablatam esse constiterit: et si ita repertum fuerit, iuxta aliam legem dominus qui suavit, vel malum fieri fraudulenter permisit, quantum servus tulerat, septuplum dominus rei domino servi persolvat, et servum suum dominus eius securus possideat.

VI. Antiqua ²² *Si ad diripiendum quisque alios invitasse reperiatur.*

Si quis ad diripiendum alios invitaverit, ut cuiuscum-

¹ Card. Fls. Chds. R. S. J. R. Tolet.-goth. et Lind. Fls. Recds. Rex. Antiqua. Legion. Antiqua. Complut. auctorem legis non refert, neque inscriptionem.

² Complut. satisfactionem compensationum

³ Card. Tolet.-goth. Complut. et Legion. Antiqua.

⁴ Complut. invaserit

⁵ Tolet.-goth. Fls. gls. Rcds. Rex. S. J. R. Fls. Cinds. Rex. Complut. auctorem legis tacet, et inscriptionem omittit.

⁶ Complut. aut qui . . . contumeliam

⁷ Complut. notatum

⁸ Legion. Card. S. J. R. et Lind. LX. Tolet.-goth. et Complut. XL.

⁹ Legion. qui. Lind. qui id

¹⁰ Complut. et

¹¹ Tolet.-goth. et Lind. Fls. Rcds. Rex. Legion. Antiqua.

¹² Complut. et

¹³ Legion. tredecenos. Complut. decenos

¹⁴ Legion. sua sponte

¹⁵ Legion. et S. J. R. Antiqua. Lind. Fls. gls. Rcds. Rex.

¹⁶ Lind. libertus aut servus

¹⁷ Complut. possidetur, aut iuris alterius esse dinoscitur

¹⁸ Complut. discussione iudicis

¹⁹ Lind. præsumptuosus

²⁰ Complut. duplicatione

²¹ Complut. Omnibus modis

²² Card. Fls. Rcds. Rex.

que rem evertant, aut pecora vel animalia quaecumque diripiant, illi cuius res direpta vel eversa est, in undecuplum, quæ sublata sunt, restituantur. Hi vero qui cum ipso fuerint, si ingenui sunt, quinos solidos ¹ componere compellantur; aut si non habuerint unde componant, L. flagella suscipiant. Si vero servi hoc sine domini voluntate commiserint, centum quinquaginta flagellis verberentur, et ab eis res omnis in statu suo reddatur.

VII. ² *Ne, absente domino, vel in expeditione publica constituto, cuiusquam domus inquietetur.*

Nullus domum inquietet absentis, nec in expeditione publica constituti. Et si quod per iudicium recipere potuisset, absente eo quem fuerat conventurus, invaserit, reddat in duplum. Si vero illud invaserit quod per nullum iudicium ei debebatur, reddat in triplum. Si quis autem antequam in expeditionem proficiscatur, ad negotium dicendum iudicis fuerit admonitione conventus, aut per se causam dicere non moretur, aut ³ per mandati scripturam persona eligat, qui adversario suo, iudice præsentem, respondeat. Quod si nec mandatum dederit, nec respondere voluerit, et sic in expeditionem profectus causam non dixerit, postquam fuerit conventus a iudice, iudex adversario suo, quæ repelebat, iubeat reformari ⁴. Illi tamen, dum reversus fuerit, actio servetur ⁵.

VIII. FLAVIUS RECESVINTUS REX ⁶.

Si aliquid inticium faciant servi eius, qui in expeditione est publica constitutus.

Si illius servi, qui in publica expeditione est constitutus, in aliquo crimine aut illicito facto præventi extiterint vel detecti, a iudice corripiantur, et secundum legem iuxta qualitatem culpæ cædantur ⁷. Quod si res ad componendum, vel ad eosdem servos tradendos præsens non fuerit, in custodia teneantur a iudice, donec dominus veniens, aut compositionem, si voluerit, adimpleat, aut si noluerit, eos evidentius tradat. Si vero iniuste servus occisus fuerit, aut subditus quæstioni, contra iudicem dominus servi, quum reversus fuerit, causam dicere non vetetur ⁸.

IX. Antiqua. ⁹ *De his, qui in expeditione euntes aliquid auferre, vel deprædari præsumperint.*

Qui in expeditionem vadunt, quæ abstulerint, quadru-

pli satisfactione restituant. Quod si non habuerint unde componant, rem simplam ¹⁰ reddant, et L. ¹¹ flagella suscipiant. Quod si, nolentibus dominis, servi hoc fecerint, rem ablatam in statu reformant, et CC. ¹² flagella extensi sustentent ¹³. Cuius rei exactionem provinciarum comites vel iudices, aut villici studio suo non morentur impendere; quia provincias nostras non volumus ¹⁴ hostili prædatione vastari.

X. Antiqua. ¹⁵ *Ut socios suos nominet apud quem pars rapinæ inventa cognoscitur.*

Apud quem scelus aut pars rapinæ fuerit inventa, statim socios suos nominare cogatur. Quod si nominare noluerit, teneatur ad vindictam. Quod si honestioris ¹⁶ loci persona est, aut pro scelere rationem reddat, aut quæ ablata vel eversa fuerant, undecupli compositione restituat, et centum publice flagella suscipiat. Si certe apud servum rapinæ pars reperiatur, CC. ¹⁷ flagella publice extensus accipiat, et socios suos nominare non differat.

XI. ¹⁸ *De his, qui diripienda indicare reperiuntur.*

Quicumque ingenuus vel servus aliquid diripiendum indicaverit, vel ut cuiuscumque res evertatur, aut pecora vel iumenta diripiantur, et ex hoc certis probationibus publice convictus inveniatur, pro eo quod indicaverit C. flagella publice extensus accipiat ¹⁹.

XII. Antiqua. ²⁰ *De his, qui itineranti ²¹, vel in opere rustico ²² constituto aliquid abstulerint, vel molestiam inferre præsumperint.*

Qui in itinere vel in opere rustico ²³ constituto aliquid violenter intulerit vel abstulerit; ubi ex hoc iudici fuerit interpellatum, ille qui abstulerit ²⁴ quadruplum restituat, aut si aliud aliquid cædis vel damni fecerit, legaliter satisfaciatur. Quod si hoc servus, domino nesciente, commiserit, et C. flagella suscipiat, et dominus pro servo compositionem exsolvat. Nam si dominus componere noluerit, servum tradere non recuset.

XIII. Antiqua. ²⁵ *Si ille qui diripuit, in ipsa direptione morte necetur.*

Qui aliena pervadit ²⁶, et in ipsa direptione percussus aut occisus fuerit, ille, qui percussit, nullam calumniam patiatur.

¹ Legion. solidos singuli compellatur exsolvere

² Legion. et Card. Antiqua.

³ Complut. aut personam

⁴ Complut. reformare

⁵ Legion. Complut. et Lind. reservetur

⁶ Legion. Antiqua. Tolet.-goth. Complut. et S. J. R. nec auctorem legis, nec inscriptionem referunt.

⁷ Card. damnentur

⁸ Legion. moretur

⁹ Tolet.-goth. Complut. et S. J. R. auctorem simul, et inscriptionem legis omittunt.

¹⁰ Lind. sumptam

¹¹ Card. et Complut. CL. Legion. centum

¹² Legion. centum

¹³ Legion. et Lind. sustineant. Complut. suscipiant

¹⁴ Legion. nolimus

M.L. TOM. I.

¹⁵ Tolet.-goth. Complut. et S. J. R. auctoris, et inscriptionis huius legis non meminere.

¹⁶ Complut. honestior persona est, et pro scelere . . . et

¹⁷ Tolet.-goth. C.

¹⁸ Legion. et Lind. Antiqua. Complut. auctorem tacet, et inscriptionem non apponit.

¹⁹ Tolet.-goth. et hæc insuper adiicit: Et rem illam quam indicavit, domino suo reddat, et si res illa non potuerit inveniri, ille qui indicavit, de sua facultate reddat

²⁰ Complut. auctorem simul, et inscriptionem legis omittit.

²¹ Legion. in itinere

²² Complut. rusticano

²³ Complut. rusticano

²⁴ Complut. abstulit

²⁵ Complut. auctorem huius legis, vel inscriptionem non refert.

²⁶ Legion. et Complut. pervasit, si

II. TITULUS DE INCENDIIS, ET INCENSORIBUS.

I. *De his, qui in civitate, seu extra civitatem domibus immiserint ignem.*

I. Antiqua. ² *De his, qui in civitate; seu extra civitatem domibus immiserint ignem.*

Qui in alienam domum in civitate ignem subposuerit, correptus a iudice ignibus deputetur, et de bonis eius domino domus, si tamen aliquid damni pertulerit, componatur, ac pretium domus reddatur incensæ. Sed ille cuius domus incensa est, coram testibus, quantos statuerit sententia iudicantis, præbeat sacramentum, se ³ fideliter quod in domo sua habuit profiteri, nec plus quam illi ⁴ cognitum fuerat postulare, nec domus suæ pretium amplius taxare quam valuit: et si post datum sacramentum aliquid sefellisse convincitur, in duplum quæ sunt supra modum debitæ compositionis exacta, illi cogatur inferre qui compositionem exsolverat. Quod si in domum, sicut superius diximus, ignis immissus ad proximas domos forte transierit, iuxta modum damni inter eos etiam, qui domos vel res suas incendio perdidit ⁵, eius substantia dividatur: si tamen post compositionem illius in cuius domum ignem misit impletam, aliquid de facultatibus eius cognoscitur residuum esse, ita ut simili modo coram testibus sacramento defendant, se non amplius repetere quam incendio perdidit. Et si post datum sacramentum periurasse noscuntur, hæc quæ amplius exegerint in duplum ei, quem fraudulenta ambitione damnare voluerant, cogantur exsolvere. Qui vero extra civitatem in domum mittit ⁶ incendium, omnia quæ sunt in domo incensa restituat, et pretium domino domus reddere non moretur; sed is cuius domus incensa est, coram testibus iurisiurandi interpositione confirmet, se non amplius postulare quam perdidit. Et si post datum sacramentum amplius quam perdidit exegisse dinoscitur ⁷ in duplum ei, qui damna sustinuit, coactus exsolvat. Quod si etiam vicinæ domus ex eo quod immisum est incendium, forte consumptæ sunt ⁸, si de bonis eius superfuerit unde eis etiam componatur, hi quoque amissa recipiant. Prius tamen cum sacramento coram testibus profiteantur se non amplius quam perdidit postulare: et si periurasse noscuntur, aut amplius ⁹ exegisse, in duplum ei, quem tali fraude damnaverint, male exacta restituant: ita ut pro

II. *Si ignis immitatur in silvam.*

III. *Si dum iter agitur, ignis longius dilabatur* ¹.

correptione qui domum incenderat, C. flagella suscipiat. Et quicumque tale damnum admittens non habuerit unde componat, servituti subiacet. Si ¹⁰ certe cuiuscumque servus sive in civitate, seu extra civitatem incendium intulisse cognoscitur, dominus, si servum tam nocentis admitti voluerit liberare a supplicio, pro eius crimine non moretur componere: ita ut servus publice CC. ictus accipiat flagellorum. Sed ille cuius domus incensa est, iurare cogatur se amplius non repetere, quam in eius domo flamma consumpsit. Et si componere dominus pro servo noluerit, tradatur servus ad pœnam, ut supplicio capitali admissa persolvat.

II. ¹¹ *Si ignis immittatur in silvam.*

Si quis qualemcumque silvam incenderit alienam, sive piceas arbores vel caricas, hoc est ficus, aut cuiuslibet generis arboris igne cremaverit, a iudice correptus C. flagella suscipiat, et pro damno satisfaciatur ¹², sicut ab his qui inspexerint, fuerit aestimatum. Quod si servus hoc, domino nesciente, commiserit, CL. verberibus addicatur ¹³. Et si pro eo dominus componere noluerit, quum duplum vel triplum damni fecerit, quam quod eundem servum valere constiterit, ipsum servum pro facto tradere non moretur.

III. Antiqua. ¹⁴ *Si dum iter agitur, ignis longius dilabatur.*

Qui in itinere constitutus se cuiuscumque forsitan campo adplicaverit, et ad coquendum cibum, aut frigoris necessitate compulsus ignem fecerit; cautus sit ne ignis longius dilabatur, aut si in spinis sive in pabulis siccis, in quibus plerumque flamma nutritur, incendium convalescat, ignem quum crescat extinguat. Quod si se longius flamma extenderit, et messis, aut area, vel vinea, aut domus, sive pomarium incendio concremetur; tantum quantum flamma consumpsit, reddere vel componere compellatur qui ignem, quem fecerat, neglexit extingueret.

III. TITULUS DE DAMNIS ARBORUM, HORTORUM, VEL FRUGUM QUARUMCUMQUE.

I. *De compositione arborum incisarum.*

II. *Si hortum quis vastaverit alienum.*

III. *Si de incisæ arboris ruina debilitatio vel homicidium perpetretur.*

IV. *Si arbor ex parte incisa, sive combusta damna concutiat.*

V. *De vinea incisa, vel evulsa, sive concremata, atque de frugibus usurpatis.*

VI. *Si sepes incidatur vel incendatur.*

VII. *Si pali de sepiibus incidantur.*

VIII. *Si in aliena silva quis cum vehiculo capiatur.*

IX. *Si loca fructifera vel pascuosa nimia angustia coarcentur.*

X. *De animalibus voluntarie in messem vel vineas missis.*

XI. *Si quælibet animalia in frugibus damna concutiant.*

XII. *Si pratum defensum a pecoribus naufragetur.*

XIII. *Si fructifera loca ab animalibus extiterint dissipata.*

XIV. *Si expellentibus de frugibus pecora quisquam ex-*

¹ Legion. dilatetur, et eodem, dum legem describit, utitur verbo.

² Card. Legion. Tolet.-goth. Complut. et S. J. R. legis auctoris, et inscriptionis non meminere.

³ Complut. et fideliter quod in domo sua habuerit, profiteatur. . . . quam valuit audeat

⁴ Card. et Complut. illic conditum

⁵ Complut. perdidit

⁶ Complut. mittit

⁷ Legion. dinoscitur, vel periurasse noscitur

⁸ Complut. sint

⁹ Complut. plus

¹⁰ Complut. Certe si

¹¹ Card. et Legion. Antiqua.

¹² Complut. satisfacere compellatur

¹³ Complut. addicetur

¹⁴ Tolet.-goth. addit: noviter emendata. Complut. omissum legis auctorem, et inscriptionem reliquit.

XV. *De animalibus in vinea, messe, vel prato præventis.*

cutiat, vel declusa¹ furtim, aut violentia tollat.

I. Antiqua.² *De compositione arborum incisurarum.*

Si quis, inscio domino, alienam arborem inciderit; si pomifera est, det solidos tres; si oliva, det solidos V.; si glandifera maior est, duos solidos det; si minor est, det solidum unum; si vero alterius generis sunt, et maiores atque prolixiores sunt, binos³ solidos reddat. Quia licet non habeant fructum, ad multa tamen commoda utilitatis præparant usum. Et hæc quidem compositio erit, si tantumdem abscissæ fuerint: nam si præsumptively incisæ alicubi ferantur, aut⁴ similes arbores cum illis incisus dabuntur, aut prædictum pretium duplo solvetur.

II. Antiqua.⁵ *Si hortum quis vastaverit alienum.*

Si quis alienum hortum vastaverit, statim iuxta damni æstimationem a iudice coactus domino horti cogatur exsolvere. Ita ut si servus hoc fecerit, super compositionem ipsius damni L. flagella extensus accipiat.

III. Antiqua.⁶ *Si de incisæ arboris ruina debilitatio vel homicidium perpetretur.*

Si quis arborem inciderit, et aliquid damni fecerit, aut si dum cadit arbor, aliquem occiderit; damnum qui incidit, exsolvat. Quod si in circuitu arboris homines fuerint, priusquam cadat arbor admoncat, et si de ramis arboris corruentis, posteaquam communerit, aliquis debilitatus, aut mortuus fuerit; ullam ille qui arborem incidit calumniam pertimescat. Cæterum si aut senem, aut debilem, aut dormientem, aut qui sibi cavere non potuit, aut pecudem fortasse ruina huius arboris debilitaverit, vel occiderit; pro quadrupede uno, domino alium eiusdem meriti mox reformet, et pro occiso homine tanquam homicida teneatur. Pro debilitato vero iuxta formam legum satisfacere compellatur; et si aliquis alienam arborem inciderit⁷, pro violentia componere non moretur. Quod si dominus arboris incisorem fuerit contestatus, et postmodum incisor fuerit, dum incidit, occisus, mors eius nullatenus requiratur.

IV. Antiqua.⁸ *Si arbor ex parte incisa sive combusta damna concutiat.*

Si arbor ex parte incisa sit, aut ex aliqua parte igne combusta, et illo⁹ qui absque dolo inciderat, vel incendere cœperat¹⁰ absente arbor ceciderit; nulla ei pro damno quod per ruinam arboris factum est, calumnia moveatur.

XVI. *Si priusquam expellantur animalia de frugibus irierint.*

XVII. *Si in fructibus animalia præventa quacumque aliquis detruncatione turpaverit.*

V. Antiqua.¹¹ *De vinea incisa, vel evulsa, sive concremata, atque de frugibus usurpatis.*

Qui vineam inciderit, eradicaverit, vel incenderit alienam, aut in desertum perduxerit, duas æqualis meriti vineas domino eius vineæ reformare cogatur; et præterea dominus vineæ illius desertæ hanc ad ius¹² suum revocare non dubitet. Si vero per violentiam fruges collegerit, et frugem in duplo restituat, et quidquid everterit, redintegrare procuret. Ita tamen, ut cum sacramento colligentium per tempus vindemiarum, duplam ipsius frugis compositionem restituat. Servi vero sine dominorum iussu talia facientes, per¹³ singulas vites decena flagella extensa accipiant, et fruges omnino restituant: aut¹⁴ si dominus componere voluerit, per¹⁵ sex vites solidum reddat. Quod si maius damnum creverit, et componere dominus noluerit, servum tradere festinabit.

VI. Antiqua.¹⁶ *Si cepes incidatur vel incendatur.*

Si quis per aliquod spatium sepes inciderit, vel incenderit alienas; si maioris loci persona est, et sepem reparat, et pro damno satisfaciat. Si quid tamen damni domino de fructibus accedisse cognoscitur, et damnum solvat, sicut inspectio habuerit æstimantium, et præterea decem solidos reddat. Sed et de eodem campo qui fructus habet vel habuit, et de prato sive de concluso quinque solidos compellatur exsolvere. De eo vero campo, in quo nullus fructus sepibus claudabatur, sepem tantummodo reparare¹⁷ cogatur. Si vero hoc persona inferior fecerit, solvat damnum de æstimated fructibus¹⁸, ac sepem reparat, et L. flagella publice suscipiat. Quod si servus hoc, nesciente¹⁹ domino, fecerit, et damnum solvat, et sepem reparat, et C. flagella suscipiat. Quod si casu factum fuerit²⁰, sepem tantummodo reformet²¹ quæ conlisa est: quia crimen videri non potest, quod non est ex voluntate commissum.

VII. Antiqua.²² *Si pali de sepibus incidantur.*

Qui de sepibus palos inciderit²³ vel incenderit alienis²⁴, quum campus ille fructus ullos eo tempore non habuerit, in quadruplum reformare cogatur. Si autem fructus aliqui his sepibus claudabantur, per²⁵ singulos palos singulos tremisses compellatur exsolvere: ita ut si ex fructibus aliquid perierit, ex integro reformetur. Eadem et de hortis sepe conclusis præcipimus custodiri.

VIII. Antiqua.²⁶ *Si in aliena silva quis cum vehiculo capiatur.*

Si quis aliquem comprehenderit, dum de silva sua cum vehiculo²⁷ vadit, et circulos ad cupas, aut quæcumque ligna sine domini permissione²⁸ asportare præsumserit;

¹ Lind. de clusura furto, eodem modo et in lege scribit.

² Legion. et Complut. auctorem et inscriptionem legis non inscribit.

³ Tolet.-goth. quinos

⁴ Card. aut vivæ similes

⁵ Tolet.-goth. Fls. gls. Rcds. Rex. Complut. auctorem legis non memorat, nec inscriptionem addit.

⁶ Card. Antiqua nova. Legion. Tolet.-goth. et S. J. R. auctorem, et inscriptionem legis prætermittunt.

⁷ Card. et Lind. inciderit per violentiam, componere &c.

⁸ Complut. auctorem huius legis tacet, et inscriptionem.

⁹ Complut. illo qui inciderit, vel incidere præcepit &c.

¹⁰ Legion. præceperat

¹¹ Card. huic legi auctorem non assignat. Tolet.-goth. Flavius gloriosus.

¹² Lind. ad usum

¹³ Complut. pro singulis vitibus

¹⁴ Complut. et

¹⁵ Complut. pro sex vitibus

¹⁶ Complut. auctorem non indicat, neque inscriptionem.

¹⁷ Legion. Complut. et Lind. reformare

¹⁸ Tolet.-goth. S. J. R. Complut. et Legion. frugibus

¹⁹ Complut. inscio

²⁰ Legion. fuerit, non voluntate

²¹ Complut. reparat

²² Complut. auctorem legis omissum, et inscriptionem reliquit.

²³ Legion. eradicaverit, inciderit &c.

²⁴ Complut. alienos

²⁵ Complut. pro singulis palis

²⁶ Tolet.-goth. Complut. et S. J. R. auctorem pariter et inscriptionem legis non referunt.

²⁷ Card. cum vehiculo aut sine vehiculo

²⁸ Lind. iussione aut permissione

et boves, et vehiculum alienæ silvæ præsumptor amittat ¹, et quæ dominus cum fure aut violento comprehenderit, indubitanter oblineat.

IX. Antiqua. ³ *Si loca fructifera vel pascuosa nimia angustia coarctentur.*

Si quis cum frugibus vineam, pratum vel pascua habere cognoscitur, et fossas ³ per circuitum pro solo terrore constituat, ut non ⁴ nisi per vineam aut messem transitus esse possit; damnum quod viator intulerit, ad viatoris culpam redundare non convenit. Campos autem vacantes si quis fossis cinxerit, iter agentes non hæc signa terreant, nec aliquis eos de his pascuis præsumat expellere.

X. Antiqua. ⁵ *De animalibus voluntarie in messem, vel vineas missis.*

Qui iumenta, vel boves, aut quæcumque pecora voluntarie in vineam vel messem miserit alienam, damnum quod fuerit aestimatum, cogatur exsolvere. Et si maior persona est, pro caballis aut bobus per singula capite singulos solvat ⁶ solidos ⁷; per minora vero capita singulos tremisses ei, cui damnum factum est, compellatur exsolvere. Certe si inferior forte persona est, et damnum ex integro reddat, et compositionem ex medietate restituat, atque quadraginta ⁸ flagella publice extensus accipiat. Si vero servus hoc sine domini iussione fecerit, omne damnum, aut ipse, aut eius dominus reddat, et ipse servus LX. flagella suscipiat.

XI. Antiqua. ⁹ *Si quælibet animalia in frugibus damna conculiant.*

Si cuiuslibet qualiacumque animalia vineam vel messem everterint alienam, ille cuius animalia damnum intulerint, tantum vineæ vel agri cum frugibus eiusdem meriti domino de suo restituere non moretur, quantum exterminatum esse cognoscitur. Ita ut collectis frugibus ille recipiat, qui dedisse videtur: et si non habuerit agrum aut vineam unde componat, tantum frugis ¹⁰ reddat, quantum in æquali parte ¹¹ agri vel vineæ fuerit aestimatum.

XII. Antiqua. ¹² *Si pratum defensum a pecoribus naufragetur.*

Qui in pratum, eo tempore quo defenditur, pecora miserit, ut postmodum ad secandum non possit herba subcrescere; si servus est qui hoc fecerit, XL. ictus accipiat flagellorum, et fœnum reddatur domino ¹³ eius, quantum fuerit aestimatum: si liber et inferioris loci persona sit, per duo capita tremissem unum reddat, et fœnum nihilominus iuxta aestimationem ei, qui damnum pertulit, redditurus: si maior vero persona sit, per duo capita solidum unum reddat, et fœnum habita aestimatione restituat.

XIII. Antiqua. ¹⁴ *Si fructifera loca ab animalibus extiterint dissipata.*

Si quis caballum aut pecus alienum in vinea, messe,

prato vel horto invenerit, non expellat iratus, ne dum de damno expellit evertat; sed ad domum suam inclusurus adducat, et dominum caballorum ¹⁵ vel pecorum faciat certiore, ut præsentibus his, aut vicinis eorum damnum, quod inlatum fuerit, aestimetur, et ad campum utræque partes convenient: et postquam damnum inspexerint, pars campi vel vineæ sive prati aut messis, quæ defracta fuerat, mensuretur; et donec fructus colligantur, expectetur, ut tantum de impasto loco ei, cui damnum intulerit, facta spatii exæquatione tradatur, et præsentibus testibus, et de eo loco qui eversus est, et de eo qui integer est, fructus colligantur: et quidquid minus in his locis quæ a pecoribus eversa fuerint, reperitur, ille cuius pecora fuerint, reformare cogatur. Pecora vero, postquam ipsorum locorum spatia mensuraverint, sicut est in legibus constitutum, domino reformentur. Et si pecora, dum per iracundiam immoderationis expellit, everterit, domino pecorum damnum simpla tantummodo satisfactione restituat, et sibi quæ debilitavit ¹⁶ aut occidit, usurpet: sic tamen ut, quæ everterit, ante persolvat. Quod si pecora per casum non culpa expellentis debilitentur, aut pereant, aut in sudes sive in palos dum expelluntur inciderint, damnum solvatur ex medio, ut quæ superioribus legibus sunt statuta, permaneat.

XIV. Antiqua. ¹⁷ *Si expellentibus de fructibus pecora quisquam excutiat, vel declusa ¹⁸ furtim, aut violentia tollat.*

Si quis expellenti de fructibus ¹⁹ pecora excusserit, si honestior est forte persona, det ²⁰ solidos V., et duplum damnum, quod fuerit aestimatum, cogatur exsolvere: si certe humilioris loci persona fuerit, et non habuerit unde componat, L. flagella suscipiat, et duplum damnum reddere compellatur. Si vero servus hoc fecerit, ante iudicem C. ictus suscipiat flagellorum, et domino eius nulla calumnia moveatur. Quod si de domo aut de clausa ²¹ involaverit, aut per violentiam tulerit, VIII. solidos, qui iniuriam pertulit, consequatur, et præterea duplum damnum ille, qui abstulit, reddere compellatur. Si vero servus hoc fecerit, C. flagella suscipiat, et dominus eius nihil damni sustineat.

XV. *De animalibus in vinea, messe vel prato præventis.*

Si quis in vinea sua, messe, prato vel horto iumenta vel pecora invenerit etprehenderit, statim domino pecudum ipsa aut altera die nuntiaturus includat. Quod si dominus pecorum mittere vel venire noluerit, damnum a vicinis, quod factum est, aestimetur, et ad satisfactionem ille, cuius pecora fuerint, iudicis executione venire cogatur, et damnum solvat. Si tamen probaverit, aut certe iuraverit ille, quiprehendit, damnum ipsum ab ipsis animalibus factum fuisse, ille vero cuius pecora sunt, si ad aestimationem damni, aut pecora ²² recipienda non venerit, adaquentur tantummodo, ac triduo teneantur inclusa: et pro retentis triduo pecoribus nullam calumniam inferre poterit, qui ad aestimationem damni venire neglexerit. Post triduum autem animalia admittantur, et dimissis animalibus, si dominus eorum venire contempserit, pro contemptu ipso, quia inspicere noluit, iuxta aestimationem testium in duplum cogatur exsolvere. Quod si il-

¹ Card. amittat silvæ domino habendum, et alia quæ dominus &c.

² Legion. et Complut. legis huius nec auctorem indicant, nec inscriptionem.

³ Complut. et fortasse circuitum fossatum pro solo &c.

⁴ Complut. ut non per vineam &c.

⁵ Legion. auctorem et inscriptionem huic legi non assignat.

⁶ Legion. et Lind. reddat.

⁷ Complut. siclos

⁸ Complut. LX.

⁹ Complut. auctorem et inscriptionem legis obliviscitur.

¹⁰ Complut. frugum

¹¹ Complut. in agro vel vinea

¹² Tolet.-goth. Complut. et S. J. R. omittunt legis auctorem

et inscriptionem.

¹³ Complut. a domino eius

¹⁴ Tolet.-goth. Complut. et S. J. R. auctoris et inscriptionis huius legis non meminere.

¹⁵ Complut. iumentorum vel pecorum

¹⁶ Complut. debilitaverit aut occiderit

¹⁷ Tolet.-goth. Fls. gls. Rcds. Rex. Complut. auctorem et inscriptionem legi assignare non curavit.

¹⁸ Complut. de clausa

¹⁹ Complut. frugibus

²⁰ Legion. det domino frugis solidos V.

²¹ Legion. et Complut. aut clausa. Lind. aut clausura

²² Complut. ad pecora

le cuius pecora sunt, ad eum cui damnum factum est venerit, rogans eum ut ad æstimationem damni accedat, ut pecora relaxentur, et ille non adquiescat volens pecora eius interficere; si hoc ita fecisse convincitur, per singula capita maiora singulos solidos reddat, per minora capita singulos tremisses. Similiter hæc lex continet et de illis qui ante triduum pecora dominis clausa non publicaverint. Si autem servus hoc fecerit sine domini voluntate, C. flagella suscipiat, et dominus eius nihil damni sustineat.

XVI. Antiqua. ¹ *Si priusquam expellantur animalia de frugibus exierint.*

Si iumenta vel pecora de fructibus ², priusquam ex-

pellantur, exierint, ea non liceat comprehendere ³, quia utrum ipsa damnum fecerint, nescitur. Nam si ea ipse, cuius sunt, aut quicumque vicinus expulerit, dominus iumentorum vel pecorum æstimationem damni implere cogatur.

XVII. Antiqua. ⁴ *Si in fructibus animalia præventa quacumque aliquis detruncatione turpaverit.*

Si labia ⁵ pecoribus, aut cæteris animalibus, caudam, aures vel alia membra qui in fructibus suis comprehendit, incidit, aut turpaverit; illa quæ deformavit obtineat, et domino pecorum alia sana et similia restituere non moretur.

IV. TITULUS DE DAMNIS ANIMALIUM, VEL DIVERSARUM RERUM.

- I. *Si caballus vel animal alienum, aut de ligamine tollatur, aut extra voluntatem domini in aliquo fatigetur.*
- II. *Si præstitum animal contra definitionem et voluntatem domini fatigetur.*
- III. *Si caballi aut cuiuscumque animalis coma vel cauda turpetur.*
- IV. *Si alienum animal testiculis decesetur.*
- V. *Si iumentum partus excutiatur.*
- VI. *Si cuiuscumque animalis partus excutiatur.*
- VII. *Si qualiacumque animalia ab invicem evertantur.*
- VIII. *Si damno vel iniuria impellente, aut sine damno alienum animal occidatur.*
- IX. *Si bos alienus sine domini voluntate operibus subiugetur.*
- X. *Si qualiacumque animalia trituris arce fatigentur.*
- XI. *Si pecus absque damno in clusuram mittatur.*
- XII. *Si animal cuicumque faciat quodcumque damnosum.*
- XIII. *Si quodcumque animal quacumque percussione debilitetur vel occidatur.*
- XIV. *Si pecus alienum, sciente aut ignorante domino, gregi alterius misceatur.*
- XV. *Si animali quodcumque pavidum inligetur, per quod ruptum aut debilitetur, aut moriatur.*
- XVI. *Si vitiosum animal, quum apud dominum est, cu-*

I. Antiqua. ⁶ *Si caballus vel animal alienum, aut de ligamine tollatur, aut extra voluntatem domini in aliquo fatigetur.*

Si quis caballum alienum ⁷, vel aliud animal de pedica, sive ¹⁰ de ligamine tulerit sine conscientia domini sui, unum solidum ei det. Et si per hanc occasionem perierit, alium eiusdem meriti caballum vel animal domino restituat. Quod si eum alibi ambulare coegerit, vel laborare fecerit, domino nesciente, alium æqualis meriti cum eo dare cogatur; si tamen aut ipsa aut altera die eum dominus suus invenerit. Quod si tertia die animal inventum non fuerit, ille, qui animal alienum præsumpsit, pro fure teneatur.

¹ Tolet.-goth. auctorem legis et inscriptionem non exhibet.
² Complut. de frugibus
³ Complut. occupare
⁴ Tolet.-goth. auctorem et inscriptionem legis non refert.
⁵ Tolet.-goth. Si labia pecorum, vel aures qui in fructibus &c.
⁶ Complut. clausa
⁷ Lind. discursibus
M.L. TOM. I.

iuscumque ætatis hominem occidisse videatur.

- XVII. *Si animal vitiosum quis a se abiiciat, vel non abiectum retineat.*
- XVIII. *Suæ habendum culpæ, si irritatum animal noceat irritantem.*
- XIX. *Si iuste aut iniuste concitatus canis quempiam debilitasse vel occidisse probatur.*
- XX. *De cane damnoso.*
- XXI. *De læsione vestis.*
- XXII. *Si fraudulenter quis ambulans in laqueos feris præparatos incidat.*
- XXIII. *Ut qui laqueos feris ponit, et loca discernat in quibus ponat, et vicinos admoneat.*
- XXIV. *De damnis iter publicum concludentium.*
- XXV. *De servando spatio iuxta vias publicas.*
- XXVI. *Si de campis vacantibus iter agentium animalia expellantur.*
- XXVII. *Ne iter agentibus pascua non conclusa ⁸ ceterentur.*
- XXVIII. *Ut qui in transitu fluminis culturam facit, laborem sepe circumdet.*
- XXIX. *De discretionem concludendorum fluminum.*
- XXX. *De confringentibus molina, et conclusiones aquarum.*
- XXXI. *De furantibus aquas ex decursibus ⁹ alienis.*

II. FLAVIUS RECESVINTUS REX ¹¹.

Si præstitum animal contra definitionem et voluntatem domini fatigetur.

Quicumque contra voluntatem eius qui præstitit animal supra definitionem cursu, oneribus, vel itinere fatigaverit, per decem millia ¹² det solidum unum. Quod si minus quam decem millia fuerint, æstimato itinere vel labore, æstimetur et compositio damni. Nam si debilitatus aut mortuus fuerit, debilem sibi habeat, et similem reddat. Pro mortuo vero vivum talem sine excusatione restituat.

III. Antiqua. ¹³ *Si caballi aut cuiuscumque animalis coma vel cauda turpetur.*

Si quis alieni caballi comam turpaverit, aut caudam cürtaverit, eiusdem meriti alium cum eo sine dilatione

⁸ Legion. et Complut. legis auctoris et inscriptionis non meminerunt.
⁹ Tolet.-goth. Si quis caballum vel bovem alienum &c.
¹⁰ Legion. vel de pascuo
¹¹ Card. adiicit: Antiqua. Legion. et S. J. R. nec auctorem legi huic assignant, nec inscriptionem.
¹² Legion. per decem millia
¹³ Complut. auctorem et inscriptionem legis non refert.

domino restituat. Si vero alterum quaecumque animal curtauerit, per singula capita singulos trientes reddere compellatur.

IV. Antiqua. ¹ *Si alienum animal testiculis decesetur.*

Qui alienum animal, aut quemcumque quadrupedem, qui ad stadium fortasse servatur, invito domino vel nesciente castraverit, vel bovem aut quæ non castrantur castraverit ², domino in duplum cogatur exsolvere, cui propter invidiam hoc videtur intulisse dispendium.

V. Antiqua. *Si iumentum partus excutitur.*

Si quis quocumque pacto partum equæ prægnantis excusserit, pulletrum anniculum illi, cuius fuerat ³, mox reformet.

VI. Antiqua. ⁴ *Si cuiuscumque animalis partus excutitur.*

Si quis vaccam prægnantem abortare fecerit alienam, talem aliam cum vitulo domino reformare cogatur, et illam, cui partum excussit, ipse accipiat. Hæc et de aliis quadrupedibus forma servetur.

VII. Antiqua. ⁵ *Si qualiacumque animalia ab invicem evertantur.*

Si cuiuslibet iumenta, aut armenta, vel alia pecora se invicem forte conliserint ⁶; dominus iumentum, vel aliorum animalium, aliud eiusdem meriti eius domino reddat, et illud debilitatum aut occisum sibi obtineat.

VIII. Antiqua. ⁷ *Si damno vel iniuria impellente, aut sine damno alienum animal occidatur.*

Si quis alienum animal occidisse aut vulnerasse convincitur, non damno qualicumque compulsus, aliud eiusdem meriti domino reformare cogatur; et si servus est, L. flagella publice suscipiat; ingenuus vero V. solidos det. Nam si eundem damni commovit iniuria, ut eum occideret aut debilitaret, pretium pecudis aut animalis reddat occisi vel debilitati, et nihil patiat iniuriæ.

IX. Antiqua. ⁸ *Si bos alienus sine domini voluntate operibus subiugetur.*

Si quis bovem alienum iunxerit sine conscientia domini eius ad aliquid caricandum, sive pro voluntate sua retinendum, eiusdem meriti cum eo alium domino reddat.

X. Antiqua. ⁹ *Si qualiacumque animalia in trituris aræ fatigentur.*

Si quis caballum, aut aliud quodcumque alienum ani-

mal in arcam miserit ¹⁰, per singula capita singulos solidos reddat. Et si per hanc occasionem animal mortuum fuerit, et solidum reddat, et eiusdem ¹¹ meriti animal domino cogatur exsolvere ¹².

XI. Antiqua. ¹³ *Si pecus ¹⁴ absque damno in clusuram mittatur.*

Qui absque aliquo damno in clusura pecus ¹⁵ detinuerit alienum, si servus hoc nescio domino ¹⁶ fecerit, tantummodo XL. ictus accipiat flagellorum. Si ingenuus fuerit, per duo ¹⁷ capita tremissem unum ei, cuius pecus inclusum est, cogatur exsolvere. Quod si ex ipsis pecoribus aliquid debilitatum aut mortuum fuerit, iusta superiorem legem compositio fiat.

XII. Antiqua. ¹⁸ *Si animal cuicumque faciat quodcumque damnosum.*

Si cuiuscumque quadrupes aliquid fecerit fortasse damnosum, in domini potestate consistat, utrum quadrupedem noxium tradat, an ei qui damnum pertulit, vel aliquid excepit adversi iuxta iudicis æstimationem componat ¹⁹.

XIII. Antiqua. ²⁰ *Si quodcumque animal quacumque percussione debilitetur vel occidatur.*

Si quis alienum iumentum percusserit, ita ut debile efficiatur, aut de ipsa fortasse percussione mortuum fuerit; ille qui percussit aliud eiusdem meriti domino reformare cogatur, et illud debile suæ vindicet potestati. Quod si iumentum non habuerit, præteritium iustæ æstimationis ²¹ domino iumentum restituat. Et similis ordo, tam de caballo, quam de bove vel reliquis animalibus ab omnibus observetur.

XIV. Antiqua. ²² *Si pecus alienum, sciente aut ignorante domino, gregi alterius misceatur.*

Si cuiuslibet pecora cum alicuius animalibus se miscuerint, et hoc ipse perspexerit, et sic de ipsius grege abierint, ut nullam ex hoc conscientiam habeat; dominus pecorum sacramenta ab eodem accipiat, quod non ipsius fraude vel culpa exinde abscesserint, et nec sibi ea præsumpsit, nec alicui tradidit, et nihil cogatur exsolvere. Quod si ad domum suam adduxerit, et iudicem non monuerit ²³, vel in conventu publico infra octavam ²⁴ diem non contestaverit, duplum satisfaciatur.

XV. ²⁵ *Si animali quodcumque pavidum inligetur, per quod ruptum aut debilitetur, aut moriatur ²⁶.*

Si quis caput mortui pecoris, aut ossa vel aliquid unde animal terreatur, ad caudam ²⁷ caballi ²⁸ crediderit alligandum, et per hoc currendo ruptum probetur, aut mortuum; alium sanum caballum domino reformare non

¹ Tolet.-goth. auctorem legis simul tacet, et inscriptionem.

² Legion. et Complut. secaverit. Lind. vel quæ non secantur castraverit

³ Complut. cuius equa fuerit

⁴ Tolet.-goth. et Complut. auctoris nomine et inscriptione content.

⁵ Card. Tolet.-goth. et Complut. nec auctoris, nec inscriptionis huius legis meminere.

⁶ Card. et Lind. conliserint vel occiderint

⁷ Tolet.-goth. S. J. R. et Complut. utrumque omittunt, et auctorem, et inscriptionem legis.

⁸ Tolet.-goth. S. J. R. et Complut. legis et auctorem, et inscriptionem prætermittunt.

⁹ Tolet.-goth. S. J. R. et Complut. auctoris nomen et inscriptionem legi apponere obliviscuntur.

¹⁰ Legion. miserit sine conscientia domini sui

¹¹ Tolet.-goth. et eiusdem meriti caballum vel aliud animal restituat domino eius

¹² Legion. reformare

¹³ Tolet.-goth. et Complut. auctoris nomen, et inscriptionem ad legem hanc non apponunt.

¹⁴ Tolet.-goth. pecus alienum

¹⁵ Lind. inclusum

¹⁶ Legion. domino ignorante. Lind. nesciente

¹⁷ Tolet.-goth. per singula capita

¹⁸ Tolet.-goth. et Complut. legi huic auctorem et inscriptionem non assignant.

¹⁹ Complut. damni compositio fiat

²⁰ Card. Tolet.-goth. S. J. R. et Complut. auctorem legis tacet, et inscriptionem non apponunt.

²¹ Complut. et Lind. iuxta æstimationem

²² S. J. R. et Complut. auctorem pariter et inscriptionem legis omittunt.

²³ Complut. intimaverit

²⁴ Tolet.-goth. et Complut. octo dies

²⁵ Card. et Legion. Antiqua. Tolet.-goth. omisum relinquit legi auctorem et inscriptionem prætermittit.

²⁶ Tolet.-goth. occidatur

²⁷ Card. ad eundem animal crediderit alligandum, et per hoc ruptum probetur, aut mortuum, aliud sanum animal domino &c.

²⁸ Complut. caballi alligaverit

moretur, quia legum statuta transcendit. Quod ¹ si caballus nihil debilitatis incurrit, L. ictus accipiat flagellorum. Si servus hoc fecerit, C. verberibus addicatur.

XVI. Antiqua. ² *Si vitiosum animal, quum apud dominum est, cuiuscumque ætatis occidisse hominem videatur.*

Si quis bovem aut taurum, vel quemcumque quadrupedem noxium habuerit, aut vitiosum; eum antequam alicui noceat, non moretur occidere. Quod si de vitio quadrupedis ex vicinorum contestatione cognoverit, et postea eum reservaverit, aut paverit, vel distulerit occidere, ac postea alicui mortem aut debilitationem, sive vulnus intulerit; iuxta ³ leges componere non moretur, sicut est de homicidis, id est, viris ac mulieribus, infantibus, servis vel ancillis compositio constituta. Ita ut si iugulaverit aliquem ipse quadrupes ⁴ de ingenuis personis, D. solidi componantur. Pro libertis autem medietas huius compositionis, id est, CCL. solidi pro eo qui occisus est, in satisfactione dabuntur. Si autem servum alicuius occiderit, duos eiusdem meriti servos dominus eius qui occisus est, in satisfactione recipiet. Annos habens ⁵ ingenuus XX., CCC. solidi componantur ⁶; et ab hoc usque ad eum qui annos L. habuerit, unam compositionem iubemus stare. A L. annis usque ad illum qui habet LXV. ⁷, CC. solidi componantur. Qui vero super hoc habuerit, C. solidi componantur ⁸. Qui ⁹ XV. annos habuerit, CL. solidi componantur. Si infra XIV. ¹⁰ annos habuerit, CXL. solidi componantur. Si infra XIII. annos habuerit, CXXX. solidi dentur. Si infra XII., CXX. solidi dentur. Si infra XI., CX. Si infra X., C. Si vero novem, aut octo, vel septem, LXL. solidi componantur. Et si sex, vel quinque, aut quatuor annorum fuerit, LXXX. solidi componantur ¹¹. Si certe trium vel duorum annorum fuerit, LXX. solidi componantur ¹². Nam si unius anni fuerit, LX. solidi componantur. Et si filiam alicuius aut uxorem iugulaverit, a XV. anno usque ad XL. CCL. ¹³ solidi componantur, et a XL. usque ad sexagesimum, CC. solidi componantur. Quod si superior annorum numerus fuerit, C. solidi componantur. A quinto decimo vero anno, aut inferius, sicut et de pueris est constitutum ¹⁴, medietatem compositionis eius secundum ætatem vel sexus ordinem reddere compellatur ¹⁵.

XVII. Antiqua. ¹⁶ *Si animal vitiosum quis a se abiiciat, vel non abiectum retineat.*

Si quis bovem aut aliud animal novicum ¹⁷ vel vitiosum habuerit, eum occidere, vel a se proicere non moretur; ita ut vicinis omnibus notum faciat, quia eum a se proiecit. Quod si eum non occiderit aut proiecerit, sed servaverit, quidquid damni admiserit ¹⁸, ille componat ¹⁹, qui eum apud se reservasse cognoscitur.

¹ Card. Quod si animal

² Tolet.-goth. S. J. R. et Complut. auctoris nomine, et in inscriptione hanc legem spoliatam referunt.

³ Card. iuxta istam legem

⁴ Legion. honestum D. solidi componantur. De ingenuis personis in annis XX., CCC. solidi componantur. Pro libertis huius compositionis medietas persolvatur: et ab hoc usque ad eum &c. Complut. quadrupes de ingenuis in annis XX., CCC. solidis componatur. Pro libertis &c. Tolet.-goth. quadrupes in annis XXI., CCC. solidis componatur, et ab hoc usque ad eum.

⁵ In Card. codice huius legis pars illa, quæ a verbis. Annos habens: usque ad finem continetur, frustra perquiritur.

⁶ S. J. R. componantur. Pro libertis vero medietas huius compositionis persolvatur

⁷ Complut. LXXV.

⁸ Legion. dentur

⁹ Complut. Si

¹⁰ Legion. si in quarto decimo anno fuerit. Complut. si in XIV. annis fuerit . . . si in XIII. &c.

¹¹ Legion. solidos solvat

¹² Legion. et Lind. solidos det. Complut. solidos reddat.

¹³ Legion. CL.

¹⁴ Legion. et Complut. superius est comprehensum

XVIII. Antiqua. ²⁰ *Suæ habendum culpæ, si irritatum animal noceat irritantem.*

Si quis vitiosum bovem aut canem, vel aliud animal contra se in ira concitaverit, quidquid passus fuerit, culpæ eius, qui hoc pertulit, oportet adscribi.

XIX. Antiqua. ²¹ *Si iuste aut iniuste concitatus canis quempiam debilitasse vel occidisse probetur.*

Si aliquem canis momorderit alicuius, et de morsu illius aliquis debilitatus probetur, aut mortuos, domino canis nihil calumniæ moveatur: si tamen eundem canem, ut morderet, non irritasse cognoscitur. Quod si canem suum, ut furem aut quemcumque criminis comprehenderit, irritavit, et ita momorderit fugientem; si de morsu illius fuerit debilitatus aut mortuus, nihil ex eo causationis existat. Nam si eum ad innocentem forsitan iniuriandum incitavit ²², tanquam si ipse vulnus intulerit, iuxta leges componere non moretur.

XX. Antiqua. ²³ *De cane damnoso.*

Si cuiuslibet canis damnosus fuerit, ut devastet vervices, vel alia pecora forte evertere cœperit, et deprehensus fuerit; ipse dominus canis, ubi ex hoc fuerit communitus ²⁴, eum illi tradat cui damnum primitus constat fuisse inlatum, ut ²⁵ eum occidat. Quod si eum occidere noluerit, vel illi tradere cui damnum primum constat fuisse inlatum; quidquid postmodum canis damni admiserit, dominus canis duplam compositionem reddere non moretur.

XXI. FLAVIUS CINDASVINTUS REX ²⁶.

De læsione vestis.

Si quis qualibet occasione vestem absciderit, vel ruperit alienam, atque sordibus maculaverit, et talis macula in veste patuerit, ut extra fœditatem tolli minime possit; pro facti crimine ²⁷ obnoxius teneatur ²⁸, ita ut similem vestem integram restituat. Quod si talem vestem non habuerit, domino huius vestis pretium, quantum integra illa quæ rupta est, vel excissa atque maculata est valere potuit, dare compellatur. Vestem vero, quæ rupta vel maculata est, ille accipiat, qui hanc compositionem exsolverit. Si vero servus hoc fecerit, et dominus pro eo componere noluerit, servum pro qualitate criminis tradere non moretur.

XXII. ²⁹ Antiqua. *Si fraudulenter quis ambulans, in laqueos feris præparatos incidat.*

Si quis sudes in vinea posuerit, sive in campo propter feras, et ibi aliquis dum furtum facere tentat incidit, culpæ eius oportet adscribi, qui vulnus excipit, quod in rem alienam fraudulenter ingressus est.

¹⁵ Legion. S. J. R. et Complut. adiiciunt: Si vero servum alicuius occiderit, duos eiusdem meriti servos domino eius qui occisus est, in satisfactione restituat, quod paulo superius in hac ipsa lege scriptum est.

¹⁶ Tolet.-goth. S. J. R. et Complut. legis auctorem, vel inscriptionem non referunt.

¹⁷ Complut. nocuum

¹⁸ S. J. R. admiserit, in duplum ille componat &c.

¹⁹ Complut. componat in duplum

²⁰ Tolet.-goth. S. J. R. et Complut. auctoris et inscriptionis legis mentionem non faciunt.

²¹ Tolet.-goth. S. J. R. et Complut. legi nec auctorem nec inscriptionem assignant.

²² Complut. incitaverit

²³ Card. et Complut. legis auctorem et inscriptionem omittunt.

²⁴ Complut. admonitus

²⁵ Legion. aut

²⁶ Card. Antiqua. Legion. et Tolet.-goth. legis et auctorem, et inscriptionem non referunt. Lind. Fls. Rcds. Rex.

²⁷ Card. admissione

²⁸ Complut. maneat

²⁹ Complut. nec auctorem, nec inscriptionem legis exhibet.

XXIII. Antiqua. *Ut qui laqueos feris ponit, et loca discernat in quibus ponat, et vicinos admoneat.*

Si quis in terris suis ¹, vineis foveas fecerit, ut feras in eisdem foveis vel desertis comprehendat, aut laqueos vel arcus protenderit, seu balistas in locis secretis vel desertis, ubi via nulla est, quæ non consueverat frequentari, nec ubi pecudum possit esse accessus; si alicuius animal ², per hanc occasionem quæ ad feras adparatur, extingatur aut occidatur, pecus quod periit incautus venator exsolvat, quia quadrupes sibi ea cavere ³ non potuit. Homines vero proximos vel vicinos venator antea commoneat: et si post commonitionem quisque in hæc incautus inruerit ⁴, nihil ⁵ ex hoc calumniæ venatori oportet opponi, quia se illi periculo, qui commonitionem audire neglexit, obiecit. Si quis vero de locis longinquiorebus ⁶ veniens, qui non fuerat ante commonitus, ignorans incidit, et fuerit debilitatus aut mortuus; is qui feris insidias vel laqueos præparavit, tertiam partem compositionis exsolvat, quæ fuerat hactenus debilitatis hominibus vel occisis in legibus comprehensa. Quia in itinere hominibus hoc periculum nescientibus apparere non debuit.

XXIV. Antiqua. ⁷ *De damnis iter publicum concludentium.*

Si iter publicum clausum sit, rumpenti sepem aut vallum, nulla calumnia moveatur. Ille vero qui viam clauserat quæ consueverat frequentari, si servus est, a iudice perducatur ad sepem, et C. flagella suscipiat, et per distractionem iudicis priorem viam aperire cogatur, etiam si messis ibidem esse videatur. Si vero id fuerit a potentiore commissum, exigantur ei ⁸ solidi XX. ⁹ Reliquæ autem personæ talia committentes, decenos solidos exsolvere compellantur: ita ut omnis huius rei compositio fisci viribus inferatur.

XXV. Antiqua. ¹⁰ *De servando spatio iuxta vias publicas.*

Viam per quam ad civitatem ¹¹, sive ad provincias nostras ire consuevimus, nullus præcepti nostri temerator existat, ut eam excludat, sed in utrumque ¹² medietas arripennis libera servetur, ut iter agentibus adplicandi spatium non vetetur. Si quis autem huius legis præcepta transenderit, si maior persona est, det solidos XV. Inferiores vero personæ octenos ¹³ solidos solvant fisco profuturos. Qui certe iuxta huiusmodi viam, messem, aut vineam, vel pratum sive conclusum habere cognoscitur, sepe utrumque concludat; quod si propter paupertatis angustiam campum sepibus non possit ambire, fossatum protendere non moretur.

XXVI. Antiqua. ¹⁴ *Si de campis vacantibus iter agentium animalia expellantur.*

Si quis de apertorum et vacantium camporum pascuis, licet eos quisque fossis præcinxerit, caballos aut boves, aut cætera animalia generis cuiuscumque iter agentium ad domum suam inclusurus adduxerit, per duo capita ¹⁵ tremissem cogatur exsolvere. Si vero ut non pascantur ex-

pulerit, per quatuor capita tremissem accipiat, qui excepit iniuriam. Quod si hæc et quæ superius dicta sunt, servus domino nesciente commiserit, a comite civitatis vel iudice C. flagellorum ictibus verberetur, et dominus servi nullam calumniam aut detrimentum sustineat.

XXVII. Antiqua. ¹⁶ *Ne iter agentibus pascua non conclusa ¹⁷ vetentur.*

Iter agentibus in pascuis quæ conclusa non sunt, deponere sarcinam, et iumenta vel boves pascere non vetetur. Ita ut non uno loco plusquam biduo, nisi hoc ab eo cuius pascua sunt obtinuerint, commorentur, nec arbores maiores vel glandiferas, nisi præstiterit silvæ dominus, a radice succidant. Ramos autem ad pascendos boves non prohibeantur competenter incidere.

XXVIII. ¹⁸ *Ut qui in transitu fluminis culturam facit, laborem sepe circumdet.*

Qui in eo loco, ubi transitus fluminis est, culturam fecerit vel præruptum ripæ, aut ubi pecora transeunt potuerit excludere, et fecerit fortasse culturas, sepem etiam facere non moretur. Quod si non fecerit, et aliqui damni fuerit per hanc ¹⁹ negligentiam suæ inutilitatem perpessus, nihil compositionis ab aliquo accipiat, quia negligentiam illius ad alterius damnum redundare non convenit.

XXIX. Antiqua. ²⁰ *De discretione concludendorum fluminum.*

Flumina maiora, id est, per quæ isoces ²¹ aut alii pisces maritimi subriguntur, vel forsitan retia aut quæcumque commercia veniunt navium, nullus ad integrum contra multorum commune commodum suæ tantummodo utilitati consulturus excludat. Sed usque ad medium alveum, ubi maximus fluminis ipsius concursus est, sepem ducere non vetetur, ut alia medietas diversorum usibus libera relinquatur. Si quis contra hoc fecerit, exclusa ipsius a comite civitatis, vel a iudice sine aliqua excusatione rumpatur: et si honestioris loci persona est, X. solidos det illis quos impedire conatus est. Si vero inferior persona est, V. solidos det, et L. flagella suscipiat. Quod si ab utraque parte huius fluminis duo ²² manserint, non liceat ad integrum flumen excludere, ut dicat unusquisque eorum quod medietatem suæ partis excluderit: sed alter superius, alter inferius clausuram ²³ facere ex medietate fluminis non prohibeatur. Si vero locus non fuerit nisi tantummodo in uno transitu, sic excludatur, ut na-ves et retia per medium discurrere possint. Quod si comes civitatis, aut aliquis cuiuscumque clausuram contra hanc ordinationem nostram evertere præsumat, X. solidos domino clausuræ dare debeat. Certe si minor persona hoc fecerit, V. solidos clausuræ domino cogatur exsolvere, et L. flagella a iudice eius loci accipiat. Si servus hoc fecerit, C. verberibus subiacebit.

XXX. Antiqua. ²⁴ *De confringentibus molina et conclusiones aquarum.*

Si quis molina violenter fregerit, quod fregit infra XX. ²⁵

¹ Legion. Tolet.-goth. S. J. R. Complut. et Lind. suis foveas . . . in eisdem foveis comprehendat

² Tolet.-goth. animal possit esse læsum per hanc &c.

³ Legion. evitare

⁴ Complut. incidit

⁵ Tolet.-goth. venator nullam calumniam pertimescat

⁶ Legion. et Complut. longinquis

⁷ Tolet.-goth. S. J. R. et Complut. auctoris legis nomine et inscriptione carent.

⁸ Complut. ab eo

⁹ Tolet.-goth. LX.

¹⁰ Tolet.-goth. S. J. R. et Complut. legis simul auctorem et inscriptionem omittunt.

¹¹ Tolet.-goth. civitates

¹² Card. in utrisque lateribus

¹³ Tolet.-goth. setenos

¹⁴ Tolet.-goth. S. J. R. et Complut. legis tacent auctorem et

inscriptionem.

¹⁵ Complut. pro duobus capitibus

¹⁶ Tolet.-goth. S. J. R. et Complut. nec legis auctoris, nec inscriptionis meminere.

¹⁷ Complut. clausa

¹⁸ Legion. et Lind. Antiqua.

¹⁹ Legion. per hanc negligentiam [sive inutilitatem]

²⁰ Tolet.-goth. S. J. R. Complut. et Lind. non indicant legis auctorem, nec inscriptionem.

²¹ Lind. mesoces

²² Complut. duo domini

²³ Card. et Legion. clusuram scribunt non modo hoc in loco, sed iterum inferius.

²⁴ Tolet.-goth. S. J. R. Complut. et Lind. legis auctorem et inscriptionem prætermittunt.

²⁵ Legion. Complut. et Lind. XXX.

dies reparare cogatur, et insuper XX. ¹ solidos compellatur exsolvere. Quod si infra statutum tempus non reparaverit, alios viginti ² solidos implere cogatur, et C. insuper flagella suscipiat. Eadem et de stagnis quæ sunt circa ³ molina, et conclusionibus aquarum præcipimus custodiri. Quod si servus talia præsumpserit, et disrupta reparet, et C. verbera portet ⁴.

XXXI. FLAVIUS RECESVINTUS REX ⁵.

De furantibus aquas ex decursibus alienis.

Multarum terrarum situs qui indiget pluviis, foveri

V. TITULUS DE PASCENDIS PORCIS, ET ANIMALIBUS DENUNTIANDIS ERRANTIBUS.

- I. *De porcibus in glandem præsumptive aut placito missis.*
- II. *De porcibus inter consortes ad glandem in communi fructu susceptis.*
- III. *Si porci ad glandem sub placito suscepti, ante datas decimas furto leventur.*
- IV. *De porcibus errantibus in silva præventis.*
- V. *Si quorumcumque animalium grex in pascua intra-*

- I. ⁷ *De porcibus in glandem præsumptive aut placito missis.*

Qui porcibus in silva sua tempore glandis invenerit, primum custodi aliquid velut pigneris tollet indicium, et domino pastoris vel parentibus mandat; ut, si convenerit, usque ad tempus decimarum porcibus in silva sua permittat ⁸, et pignus quod pastori tulerat, reformare procuret. Quod si noluerit porcibus illius in silvam suam intrmittere decimandos, et ille eos alia vice in silva sua invenerit, etiam si porci pauci fuerint, unum exinde qui silvam suam defendit, occidat. Si autem plures porci fuerint, duos tollat, et præsumat occidere, et nullam calumniam pertimescat; et nihilominus tertia vice eum cuius porcibus invenit ¹⁰ admoneat, ut porcibus suos in silvam suam, si voluerit, introducat, et decimum iuxta consuetudinem solvat. Quod si nec tunc voluerit de dandis decimis definire, et ille eos tertia vice in silva sua qui interdixit ¹¹ invenerit, decimum ¹² ex omnibus pro iure suo præsumat. Si vero aliquis sub pactione decimarum porcibus in silvam ¹³ intrmittit alienam, et usque ad brumas porci in silva alterius paverint, decimas sine ulla contradictione persolvat. Nam si post brumæ tempus porcibus suos in silva, quam conduxerat, noluerit retinere, vice-simum caput, sicut est consuetudo, domino silvæ cogatur exsolvere.

- II. ¹⁴ *De porcibus inter consortes ad glandem in communi fructu susceptis.*

Si inter consortes de glandibus fuerit orta contentio, pro eo quod unus ab alio plures habeat porcibus: tunc qui minus habuerit, liceat ei secundum quod terram dividit, porcibus ad glandem in portione sua suscipere, dummodo

aquis studetur inriguis, cuius terræ ita experimentum tenetur, ut si defecerit aquarum solitus usus, desperetur confusus ex fruge proventus. Proinde ubi maiores aquæ sunt, si quis furtive aut malitiose aquam ex decursibus subtraxerit alienis, per quatuor horarum spatium det solidum unum. Ubi autem minores sunt derivationes aquarum, per quatuor horas exsolvat tremissem unum. Aqua vero quantis horis alibi dilapsa convincitur, tantis ad inrigandum competenti tempore domino reformetur. Servus si sua sponte ista præsumpserit, pro maioribus aquis C. flagella suscipiat: pro minoribus vero L. verberum ⁶ cessionibus succumbat.

- VI. *Ut pro inventis animalibus erroneis publice denuntietur.*
- VII. *Ut errantia animalia occupata qui invenerit, diligenter habeat et conservet.*
- VIII. *Ne animalia errantia occupata, aut tondeantur, aut caractere notentur, vel in alieno iure ducantur.*

æqualis numerus ab utraque parte ponatur, et postmodum decimas dividant, sicut et terras diviserunt.

- III. Antiqua. ¹⁵ *Si porci ad glandem sub placito suscepti, ante datas decimas furto leventur.*

Si quis ad glandem sub placito decimarum porcibus in silvam intrmittat alienam, et eos occulte priusquam decimentur amoverit; pro fure teneatur, et decimam adiecta furti compositione restituat. Si vero hoc servus, domino nesciente, commiserit, C. ictus accipiat flagellorum, et dominus nullum damnum aut detrimentum sustineat, sed reddat decimas quas debet. Si autem ¹⁶ hoc, domino iubente, commissum ¹⁷ est, ipse qui iussit furti compositionem cogatur exsolvere.

- IV. Antiqua. ¹⁸ *De porcibus errantibus in silva præventis.*

Qui porcibus errantes in silva sua invenerit, aut contestari ¹⁹ vicinis debet, aut claudere. Et si dominus porcorum non adfuerit, unum porcibus prima vice præsumat, et iudicium qui fuerit in proximo constitutus nuntiet, apud se porcibus qui vagabantur inclusos. Deinde si dominus porcorum vel pecorum non inveniatur, custodiat tamquam suos, et pro glandibus decimam consequatur: et quum dominus adfuerit, mercedem custodiae, facta præsentibus iudicibus ratione, de temporis spatio percipiat.

- V. ²⁰ *Si quorumcumque animalium grex in pascua intraverit aliena.*

Si in pascua grex alienus intraverit, seu ovium ²¹ sive vaccarum, hoc quod de porcibus constitutum est, præcipimus custodiri. Consortes vero vel hospites nulli calu-

¹ Tolet.-goth. et Lind. XXX.
² Tolet.-goth. et Lind. XXX.
³ Legion. iuxta
⁴ Complut. flagella suscipiat. Legion. accipiat
⁵ Card. Fls. Chds. Rex. Antiqua. Tolet.-goth. et Complut. auctorem et inscriptionem legis omittunt.
⁶ Complut. verberationes sustineat
⁷ Legion. et Card. Antiqua.
⁸ Card. De porcibus qui in glandem præsumptive ante placitum missi sunt.
⁹ Complut. pascere permittat
¹⁰ Legion. et Complut. invenerit
¹¹ Legion. et Lind. introduxit
¹² Legion. Complut. et Lind. decimam
M.L. Tom. I.

¹³ Legion. porcibus in silvam suam intrmittit alienos
¹⁴ Legion. et Card. Antiqua.
¹⁵ Tolet.-goth. S. J. R. et Complut. auctoris notitia, et inscriptione destituuntur.
¹⁶ Tolet.-goth. Si servus pro iussione domini sui hoc fecerit, pro fure teneatur dominus eius
¹⁷ Card. commiserit, dato decimo, ipse qui iussit &c.
¹⁸ Tolet.-goth. S. J. R. et Complut. non exhibent legis auctorem, nec inscriptionem.
¹⁹ Complut. testari
²⁰ Legion. et Card. Antiqua.
²¹ Tolet.-goth. S. J. R. et Complut. boum. Legion. seu boum, sive vaccarum, seu ovium

lumiæ subiaceant; quia illis usum herbarum quæ conclusæ non fuerant constat esse communem. Qui vero sortem suam totam forte concluserit ¹, et aliena pascua, absente domino, invadit, sine pascuario non præsumat, nisi forsitan dominus pascuæ voluerit.

VI. FLAVIUS GLORIOSUS RECESVINTUS REX ².

Ut pro inventis animalibus erroneis publice denuntietur.

Caballos vel animalia errantia liceat occupare, ita ut qui invenerit denuntiet, aut episcopo ³, aut comiti, aut iudici, aut senioribus loci, aut etiam in conventu publico vicinorum. Quod si non denuntiaverit, furis damnus habebit. Similis et de aliis rebus ordo ⁴ manebit.

VII. Antiqua. ⁵ *Ut errantia animalia occupata qui invenerit, diligenter habeat et conservet.*

Qui errantia animalia et sine custode invenerit, ita ⁶

diligenter occupet, ut non evertat; sed sicut propria diligat atque custodiat. Quod si dominus qui perdidit caballum suum vel animal non eversum, sed dilectum et sanum invenerit, per singula capita maiora quaternas siliquas ille qui invenit accipiat, et quantum in substantia ipsius caballi vel animalis expendisse iuraverit, a domino caballi recipiat. Cæterum si everterit, duplum animal domino cogatur exsolvere.

VIII. *Ne animalia errantia occupata aut tondeantur, aut caractere notentur, vel ⁷ in alieno iure ducantur.*

Caballum captum errantem nullus tondere vel vendere præsumat. Caballis etiam aut bobus vel aliis quibuslibet pecoribus errantibus nulli liceat characteres infixere. Quod si quis inventum animal vendere aut donare præsumpserit, secundum leges sicut fur teneatur. Qui vero totonderit, tres solidos compulsus exsolvat. Ita ⁸ erit etiam ei, qui characterem infixerit.

VI. TITULUS DE APIBUS, ET EARUM DAMNIS.

I. *De inventis apibus defendendis.*

II. *Si damnum faciant apes.*

III. *De furatis apibus.*

I. ⁹ *De inventis apibus defendendis.*

Si quis apes in silva sua, aut in rupibus, vel in saxo, aut in arboribus, vel in qualicumque loco invenerit, faciat tres decurias ¹⁰, quæ vocantur characteres; unde potius non per unum characterem fraus nascatur. Et si quis contra hoc fecerit, atque alienum ¹¹ signatum ¹² intruperit, duplum restituat illi cui fraus inlata est, et præterea XX. ¹³ flagella suscipiat.

II. ¹⁴ *Si damnum faciant apes.*

Si quis apiaria in civitate aut in villa ¹⁵ forsitan construxerit, et aliis damnum intulerit; statim moneatur, ut ea in abditis locis transferre debeat: ne forsitan in eodem loco hominibus aut animalibus damnum inferant. Et qui hæc præcepta aut testationem ¹⁶ neglexerit, et damnum suffocationis in quadrupedes intulerit; quod mortuum fue-

rit, duplum restituat: quod debilitatum ¹⁷ est, ille obtineat, et simile domino reddat, et pro iudicis contestatione quam audire neglexit, V. solidos coactus exsolvat.

III. FLAVIUS RECESVINTUS REX ¹⁸.

De furatis apibus.

Si quis ingenuus in apiario furti causa fuerit comprehensus, si nihil exinde abstulerit, propter hoc quod ibidem comprehensus est, III. solidos solvat, et L. flagella suscipiat. Ceterum si abstulerit, novecuplum cogatur exsolvere, et prædictum ¹⁹ numerum flagellorum excipiat. Si servus vero ingrediens nihil abstulerit, C. verberibus addicatur. Quod si abstulerit, sexcuplum reddere compellatur, pro quo si dominus satisfacere noluerit, eum servituum illi, qui damnum pertulit, tradat.

LIBER IX.

DE FUGITIVIS, ET REFUGIENTIBUS ²⁰.

I. TITULUS DE FUGITIVIS ET OCCULTATORIBUS, FUGAMQUE PRÆBENTIBUS ²¹.

I. *Si ingenuus vel servus fugitivum celasse reperiantur.*
II. *Si fugitivus vinctus quocumque ligamine absolvatur.*

III. *Infra quod tempus mancipium latens inventum iudici debeat præsentari.*

¹ Card. concluserit, aliena pascua absente domino invadere sine pascuario &c.

² Legion. Antiqua. Tolet.-goth. S. J. R. Complut. et Lind. legis auctorem omisum reliquunt, et inscriptionem.

³ Legion. et Complut. sacerdoti

⁴ Legion. forma

⁵ Tolet.-goth. Complut. et editio Lind. prætermittunt legis et auctorem et inscriptionem.

⁶ Complut. tam

⁷ Verba hæc: vel in alieno iure ducantur: desiderantur in codicibus Tolet.-goth. et Legion.

⁸ Tolet.-goth. Similiter et qui characterem infixerit

⁹ Legion. et Card. Antiqua.

¹⁰ Tolet.-goth. faciat tres characteres, unde potius &c.

¹¹ Complut. alium signatum ruperit

¹² Legion. signum

¹³ Complut. XL.

¹⁴ Legion. et Card. Antiqua.

¹⁵ Legion. et Complut. silva

¹⁶ Legion. et Complut. contestationem

¹⁷ Complut. et Lind. quod vero debilitatum, ille obtineat, &c.

Card. quod vero debilitatum ille obtineat, et simile domino reddat. Si in hominibus debilitationem, aut mortem vel damnum intulerit, iuxta leges componere non moretur, tamquam si ipse hæc perpetrasset, et pro iudicis testatione quam audire &c.

¹⁸ Tolet.-goth. noviter emendata. Complut. et Lind. non referunt legis auctorem, vel inscriptionem.

¹⁹ Tolet.-goth. C. flagella suscipiat

²⁰ Complut. De fugientibus

²¹ Complut. OCCULTATORIBUS FUGITIVORUM.

- IV. *Si nesciens quis fugitivum suscepit¹, et ei humanitatem dederit.*
 V. *Si alienum mancipium quis persuadeat, ut fugiat, vel humanitatem impendat.*
 VI. *Si ignotus homo susceptus multis diebus apud alium commoretur.*
 VII. *Si servus fugitivum sciens ostenderit viam fugiendi.*
 VIII. *De susceptione fugitivorum, si dominus vel servus suscipiat alterius fugitivum.*
 IX. *Ut ad cuius domum fugitivus venerit², vicinis et loci prioribus contestetur.*
 X. *Ut bis venditus servus per fugam rediens in libertate permaneat.*
 XI. *Ut discutiatur mancipium fugitivum, ne propter lucrum fuerit ad domum suscipientis immissum.*
 XII. *Si ingenuum se esse mentiens servus sub mercedis conditione apud alium commoretur.*
 XIII. *Si fugitivus in domo cuiuscumque fuerit inventus.*
 XIV. *De mercede eius, quiprehenderit fugitivum.*
 XV. *Si servus fugiens se esse mentiatur ingenuum.*
 XVI. *Si servus fugiens dicat se esse ingenuum³, et ob hoc mulieris ingenuæ connubia sortiatur.*
 XVII. *De his quæ servus fugiens adquisisse videtur.*
 XVIII. *De his qui præventos servos dominis reformare contemnunt.*
 XIX. *Si ingenuus vel servus latrones celandos susceperint.*
 XX. *Ut iudex cum omnibus rebus, cum quibus fugitivum invenerit, domino advenienti præsentet.*
 XXI. *De mancipiis fugitivis, et de susceptione fugitivorum.*

I. ⁴ *Si ingenuus vel servus fugitivum celasse reperiantur.*

Si quis ingenuus servum fugitivum celatum habuerit, alium paris meriti cum eodem servo domino dare cogatur. Si vero servus sine conscientia domini sui fugitivum celaverit, servi ambo publice centena flagella suscipiant: dominus vero servi nihil damni sustineat.

II. ⁵ *Si fugitivus vinctus quocumque ligamine absolvetur.*

Si quis servum alienum in fuga lapsum, ferro vinctum, aut in quocumque ligamento⁶ constitutum absolverit, pro præsumptione sua qui hoc fecerit, det domino servi solidos X. Si vero non habuerit unde componat, a iudice C. flagella suscipiat, et servum requirere⁷ ac domino restituere non moretur. Quod si eum non potuerit invenire, aut servum æqualis meriti domino reddere compellatur, aut si non habuerit unde componat, ipse subiaceat servituti, illi cuius servum laxaverit⁸ addicendus. Quod si hoc servus fecerit sine domini voluntate, coram iudice C. flagella suscipiat. Et si vinctus⁹ inveniri non poterit, servus qui solvit tradatur in servitium domino vinculati. Quodcumque autem qui vinctus fuit inventus extiterit, domino reformetur, et datus pro eo servus ad proprium dominum revertatur. Si autem conscio domino id fecerit, ipse dominus componat, sicut est de ingenuis superius constitutum.

III. ¹⁰ *Infra quod tempus mancipium latens inventum iudici debeat præsentari.*

Si cuiuslibet servus ad aliquem latens advenerit, statim eum præsentare iudici non differat. Quod si eum non præsentaverit, et usque ad octavam¹¹ noctem apud eum moratus fuerit, aut si ad longinquiora loca transierit, duos eiusdem meriti servos domino cogatur exsolvere. Nam si apud eum mancipium, quod suscepit, subcelatum invenitur, alterum cum eo dare domino non moretur: quia infra¹² diem legibus constitutum noluit contestari.

IV. ¹³ *Si nesciens quis fugitivum suscepit, et ei humanitatem dederit.*

Si quis nesciens fugitivum suscepit, et ei humanitatem dederit, et non amplius ibidem fuerit immoratus quam una die vel nocte, domino quærenti fugitivum suum præbeat sacramentum, se nescisse quod fugerit; aut si certe potuerit adprobare quod fugitivum non celaverit, ab omni calumnia liber abscedat. Si vero ibi biduo aut triduo aut quadriduo pro reparandis sumptibus vel cuiuscumque occasionis causa præteriens moras adferre voluerit, conventus a domino ubi postea manserit, vel a quo fugitivus humanitatem acceperit, cogatur ostendere; et infra sex menses, aut inveniat fugitivum, aut eos apud quos postea¹⁴ fuerit, ostendat. Quod si non potuerit invenire, conscientiam suam ex hoc sacramento purgare debebit, et apud quem novissime venit; aut repræsentet¹⁵ qui fugit, aut paris meriti servum domino reddat. Et si servus postea fuerit inventus, illum quem pro eodem dederat recipiat, et ab omni calumnia securus¹⁶ abscedat.

V. ¹⁷ *Si alienum mancipium quis persuadeat ut fugiat, vel humanitatem impendat.*

Si quis alienum mancipium persuaserit ut fugeret, aut ei, quum sciret fugitivum, humanitatem dederit, aut forte delonderit¹⁸ fugientem, si fugitivum potuerit invenire, duos cum eodem paris meriti servos domino reformare cogatur. Si autem inventus non fuerit fugitivus, tres servos eiusdem meriti domino compellatur exsolvere. Eadem¹⁹ quoque et de ancillis præcipimus custodiri.

VI. ²⁰ *Si ignotus homo susceptus multis diebus apud alium commoretur.*

Si apud quemcumque quinque²¹ vel septem dies homo ignotus, aut latens moretur; ille qui cum hospitiis suscepit, vel humanitatem dedit, ante diem testetur octavum iudici vel vicario proximæ civitatis, aut territorii, ut secundum legem de susceptione fugitivorum, quam nuper edidimus, idem ipse qui fugit, ut illius qui in loco maior est interrogatione discussus, quis sit aut propter quod venit, possit agnosci. Sicque omnis constitutio prædictæ legis, de susceptione scilicet fugitivorum, quæ noviter a nostra gloria condita esse dinoscitur, in omnibus impleatur.

¹ *Legion. Card. Tolet.-goth. S. J. R. Complut. et editio Lind. suscepit, humanitate concessa, pari modo ac in lege scribunt.*

² *Legion. et Lind. advenerit, quo verbo et in lege utiantur. Complut. pervenerit*

³ *Legion. ingenuum, mulieri se coniungat ingenuæ*

⁴ *Legion. et Card. Antiqua.*

⁵ *Legion. et Card. Antiqua.*

⁶ *Tolet.-goth. S. J. R. Legion. Complut. et editio Lind. ligamine*

⁷ *Complut. acquirere*

⁸ *Complut. relaxaverat*

⁹ *Complut. vinctum invenire*

¹⁰ *Legion. et Card. Antiqua.*

¹¹ *Legion. octavam diem vel noctem. Complut. octavam diem*

¹² *Complut. intra*

¹³ *Legion. Card. et Complut. Antiqua.*

¹⁴ *Complut. postea commoratus fuerat*

¹⁵ *Complut. præsentet*

¹⁶ *Complut. liber*

¹⁷ *Legion. Antiqua.*

¹⁸ *Complut. totonderit*

¹⁹ *Tolet.-goth. Eadem lex, et de ancillis custodiatur*

²⁰ *Legion. et Complut. Antiqua.*

²¹ *Lind. quinque aut sex*

In limitibus præterea provinciarum maior sollicitudo prætetur, ita ut ipsa aut altera die eius publicetur adventus. Quod si infra octo dies non contestatus fuerit qui suscepit ¹, et mancipium in domo sua moram ² fecerit, alium talem cum eo domino restituat, quia noluit contestari. Si vero in fuga celatus evaserit, hospes requirat fugitivum: quem si non potuerit invenire, duo æqualis meriti mancipia domino cogatur exsolvere.

VII. ³ *Si servus fugitivum sciens ostenderit viam fugiendi.*

Si servus alterius fugitivum sciens viam ostenderit, si fuerit fugitivus inventus, sive etiam non potuerit inveniri; servus qui iter monstravit, tantummodo C. ⁴ flagellorum ictibus verberetur, et domino eius nulla calumnia moveatur.

VIII. ⁵ FLAVIUS ERVIGIUS REX ⁶.

De susceptione fugitivorum, si dominus vel servus suscipiat alterius fugitivum ⁷.

Ad cuius domum transiens advenerit fugitivus, si accepta ex incognito eleemosyna confestim alibi transierit ⁸, calumnia illi qui quasi peregrinum ad horam hospitem suscepit ⁹, moveri omnino non poterit: quum se huiusmodi susceptor sacramentis purgaverit, quia incognitum habuerit eum, cui prætereunti eleemosynam dedit. Quod si duobus vel tribus diebus fugitivus apud alterum quolibet modo permanserit, statim ille qui eum suscepit, secundum quod superiori lege præcipitur, ante diem octavum prioribus loci illius, iudici, villico atque præposito coram idoneo teste ¹⁰, eum quem suscepit præsentare procuret. Sicque interrogetur, et strenue perquiratur a iudice, aut cuius sit servus, aut quando a dominis suis fugerit, vel quando aut ubi ille qui eum præsentat suscepit. Sicque tota in unum collecta atque conscripta, iudex vel alii qui adfuerint manu sua hoc quod perquisitum fuerit vel inventum subscribere debeant. Ita ut et fugitivum, et hoc ipsum quod scriptis de eodem adligatum est, ille qui eum præsentavit, in potestate sua recipiat, qualiter eum infra dies octo suis dominis reddat. Quod si dominus fugitivi longe fortasse sit positus, XX. per dies singulos millibus computatis, spatio ille qui fugitivum suscepit sibi concessio in præfinito die, ubi dominum fugitivi reperiat, fugitivum ipsum domino suo, aut per se, aut per quem voluerit, servitutum restituat, et commodum suum quantum lege altera constat, id est, per XXX. ¹¹ millia ¹² tremissem ¹³ unum a domino fugitivi accipiat. Quod si eidem qui fugitivum suscepit, gravosum fortasse extiterit propter terrarum longinquitatem, fugitivum suo domino præsentare, saltem vel ubi vicinas possessiones domini fugitivi agnoverit, actori vel procuratori fugitivum coram legitimo teste ¹⁴ præsentet, et accepta superioris commodi summa, securus ipse qui fugitivum suscepit, abscedat. Iam vero si fugitivum iudici præsentaverit, et a iudice perquisitus ipse qui præsentatur, cuius servus sit nullo modo dixerit, apud iudicem ipse qui eum præsentaverat eundem fugitivum relinquat. Iudex vero sub ardua custodia eundem qui sibi est præsentatus, infra tempus et iuxta modum superius constitutum, regis obtutibus præsentare non differat: ut principali potestate manifeste quæsitus, ubi cunctorum constat adesse conventum, cognitio fugitivi per

plurimos habeatur. His igitur omnibus necessaria sanctione præmissis, quicumque deinceps fugitivum cognitum vel incognitum, non sub isto qui præmissus est ordine, aut iudici præsentaverit, aut suo domino non reddiderit; domino fugitivi, et ipsum qui fugerat, et alium cum eo in satisfactione servitutum restituat. Quod si fugitivus perierit, duos similes servos a susceptore dominus fugitivi recipiat. Hoc quoque et iudex damno mulctabitur, si ordinem implere distulerit superius constitutum. Si vero servus sine voluntate domini sui fugitivum alterius suscepit, extensus coram iudice C. flagella suscipiat, et fugitivum petenti domino mox reformet. Quod si idem qui a servo susceptus est fugitivus minime repertus extiterit, alium similem servum pro eo dominus servi susceptoris reddere compellendus est. Certe si dominus pro servo componere noluerit, servum ipsum tradere non recuset.

¹⁵ IX. ¹⁶ *Ut ad cuius domum fugitivus venerit, vicinis et loci prioribus contestetur.*

Ad cuius domum fugerit fugitivus, prioribus loci illius villicis atque præpositis quibuscumque testetur. Et si eum in domo sua retinere voluerit, habeat potestatem. Quem quum dominus eius supervenerit, recipiat, et nullam calumniam qui suscepit, incurrat ¹⁷. Quod si se fugitivus ad alia loca forte contulerit, sacramentum, præsentibus illis quibus testatus est, præbere debet, se ut fugeret non suasisse vel præcipisse, et ubi lateat non scire, et post hæc nullam calumniam patiat.

X. ¹⁸ *Ut bis venditus servus per fugam rediens in libertate permaneat.*

Si quis proprium servum extra provincias nostras ad alias regiones venditione transtulerit, ac postmodum reversus fuerit, et dominus eum iteratim vendiderit, cogatur a iudice ut eum ab emptore recipiat, et receptum deinceps servum nullo modo inquietet, sed liber permaneat. Ipse vero qui eum ex peregrinis locis ad patriam remeantem notanda iterum cupiditate distraxerat, alium servum paris meriti priori reddat emptori: nihilominus et illi qui postea comparavit pretium redditurus. Et tamen servum ex peregrinatione reversum, nec vendere prior dominus, nec servitio suo adplicare præsumat, sed perenniter idem servus in libertate persistat.

XI. Antiqua. ¹⁹ *Ut discutiatur mancipium fugitivum, ne propter lucrum fuerit ad dominum suscipientis immissum.*

Mancipium fugitivum discutiatur, ut nomen domini sui exprimat, et diligentius, præsentate iudice, requiratur, ne forte propter lucrum capiendum ad domum fuerit suscipientis immissum. Et si ita esse constiterit, dominus tantæ fraudis inventus illi, quem in crimine occultati servi implicare conatus est, damnum quod occultatoribus impositum est, ipse persolvat. Æquum est enim, ut tam nocentium insidiarum reatus in suum recurrat auctorem.

XII. ²⁰ Antiqua. *Si ingenuum se esse mentiens servus, sub mercedis conditione apud alium commoretur.*

Si servus fugiens ingenuum se esse dicat, et unde sit

¹ Legion. Tolet.-goth. Card. et Lind. suscepit, et omnem constitutionem præmemoratae legis implere neglexerit, et mancipium &c.

² Legion. et Lind. amplius moram

³ Legion. Card. et Lind. Antiqua.

⁴ Complut. CC.

⁵ Codices Legion. S. J. R. et Complut. hanc, quæ htc VIII. est, legem dinumerant XXI.

⁶ Legion. Antiqua. Tolet.-goth. Fls. Vamba.

⁷ Complut. hæc adiicit verba: data et confirmata lex civitate Corduba

⁸ Legion. Complut. et Lind. pertransierit

⁹ Legion. hospitio suscepit

¹⁰ Legion. et Complut. idoneis testibus

¹¹ Tolet.-goth. XX.

¹² Legion. pro XXX. millibus

¹³ Complut. solidum

¹⁴ Legion. et Complut. legitimis testibus

¹⁵ Hæc IX. lex in codicibus Card. et Tolet.-goth. desideratur, et sub numero VIII. invenitur in S. J. R. Legion. Complut. et editione Lind.

¹⁶ Legion. Antiqua.

¹⁷ Legion. pertimescat

¹⁸ Legion. et Card. Antiqua.

¹⁹ Tolet.-goth. S. J. R. Complut. et Lind. legis tacent auctorem, et inscriptionem.

²⁰ Tolet.-goth. Antiqua noviter emendata. Complut. S. J. R. et Lind. auctoris nomine, et inscriptione carent.

ignoretur, sicque apud quemlibet fuerit immoratus sub certa conditione mercedis, secundum superiorem legem iudici antea præsentetur et discutiatur. Et si mercenarium eum, non fugitivum investigatio iudicis perquirentis invenit, in postmodum si inveniatur a domino, non potest tanquam reus teneri, qui nesciens fugitivum mercenarii loco susceperit. Dominus vero fugitivi mercedem, quæ placita fuerat, consequatur. Quod si servus a domino de fuga reductus iterum fugerit, et eum iteratim fugientem susceperit, qui mercenarium eum ante susceperat, continuo aut iudici tradat, aut domino remittere non moretur. Cæterum si hoc non fecerit, damnum occultatoris excipiat.

¹ XIII. ² *Si fugitivus in domo cuiuscumque fuerit inventus.*

Si fugitivus in domo potentis vel cuiuslibet fuerit inventus, qui liberum se esse dicat, aut fortasse non dicat, repetenti sine dilatione reddatur. Ille vero qui recepit, se iudicio caveat adfuturum, nullis ante iudicium tormentis eum traditurum, donec aut iste suam vindicet libertatem, aut certe ille adprobet servum qui ³ repetit. Quod si petitor ista cavere noluerit, fugitivus ille sub illius apud quem inventus est fideiussione tamdiu consistat, quamdiu cognosci possit, qui de eodem rationabiliter iudex absque retardatione definiat.

XIV. FLAVIUS RECESVINTUS REX ⁴.

De mercede eius quiprehenderit fugitivum.

Si quis fugitivum comprehenderit, per XXX. millia ⁵ vel infra tremissem accipiat; per centum vero millia unum solidum pro ⁶ beneficio consequatur; sicque dum creverit numerus millium, crescat et numerus solidorum: ita ut qui invenerit fugitivum, cum rebus omnibus, quas cum eo invenerit, præsentare suo domino non moretur. Quod si fugitivus ab eo, a quo fuerat captus, fugerit, dominus servi ab eodem sacramentum accipiat, quod non ipsius fraude vel studio fugitivus evaserit, et nullam postea calumniæ pertimescat. Et si post datum sacramentum aliquid a fugitivo convincitur accepisse mercedis, aut eius fraude doceatur admissum, ut fugitivus ad longinquiora ⁷ pertenderit: si fugitivus fuerit inventus, paræ meriti alium servum domino reformare cogatur: sin autem inventus non fuerit, duos eiusdem meriti servos domino eius exsolvere compellatur.

XV. ⁸ *Si servus fugiens se esse mentiatur ingenuum.*

Si servus in fuga positus ad ignotos advenerit, et sibi mulierem ingenuam in coniugio copulaverit, eo quod dicat se ingenuum esse, et hoc mulier vel eius parentes aut propinqui ita factum convicerint, aut certe iudex talem probationem a parte mulieris inspexerit; dum dominus servi ⁹ hanc veritatem agnoverit, nihil ipsi mulieri damni aut calumniæ moveatur, sed sit libera, et filii qui ex eis sunt procreati conditionem matris ¹⁰ sequantur. A servo vero, si voluerit, non separetur, si tamen hoc et dominus servi voluerit.

XVI. FLAVIUS CINDASVINTUS REX ¹¹.

Si ¹² servus fugiens dicat se esse ingenuum, et ob hoc mulieris ingenuæ connubia sortiatur.

Quia sæpe, dum servi dominos suos fugiunt, mentientes se esse ingenuos, mulieribus ingenuis contra legum decreta in coniugio copulantur; ideo huius legis valitura promulgatione decernimus, ut si quis servus in fuga positus, vel quibuscumque modis de iure domini sui evagans ad quemlibet pervenerit, utrum ingenuum se esse dicat, an fortasse non dicat, et sub hac occasione ingenuæ mulieris adpetierit copulam: quidquid de tam inhonesta coniunctione fuerit procreatum, conditionem patris proculdubio sequatur, ut dum dominus eius advenerit, non solum eundem fugitivum, sed et filios exinde progenitos omneque eorum peculium suo debeat vindicare dominio. Similis quoque et de ancillis ordo servandus est, quæ fugientes dominos suos, viris se ingenuis copulare præsumpserint.

XVII. FLAVIUS CINDASVINTUS REX ¹³.

De his, quæ servus fugiens adquisisse videatur.

Si servus in fuga positus aliquid, dum in ea fuga est, de artificio suo vel quocumque iusto labore adquisierit, dominus eius dum pervenerit, sibi vindicet omnia. Cæterum si cum rebus furatis ¹⁴ eum dominus suus repererit, nihil sibi exinde defendere poterit; sed ei qui perdidit, reddere non tardabit. Si vero damnum aut quodcumque crimen idem fugitivus admisisse convincitur, ille componat qui ei latebras præbuisse cognoscitur.

XVIII. FLAVIUS CINTASVINTUS REX ¹⁵.

De his, qui perventos servos dominis reformare contemnunt.

Dum plerique controversiis vacare nituntur, legum quasdam sententias inique pervertunt: et pro eo quod antiqua lege decretum est, ut dum fugitivi dominus supervenerit, eum recipiat, differunt eius homini reddere fugitivum: ut sub hac fortasse occasione, dum dilatio prætenditur, sibi eum ex prolixitate temporis vindicent servitutum: præsertim quia sit omnino superfluum, et pro vilis interdum servi persona, dominum ducentis aut trecentis millibus vel amplius fatigari, et talis obiectio callide magis quam veraciter videatur opponi. Proinde constituentes decernimus, ut quicumque domino seu per se, sive per hominem suum requirenti fugitivum suum, et agnoscenti reddere distulerit, vel comprehensum excusserit, quatuor eiusdem meriti servos, et eundem fugitivum domino reddere compellatur: aut si idem fugitivus perierit, quinque proculdubio servos similes exsolvere ¹⁶ non moretur; unum ex his ille qui composuit, postmodum recepturus, si vel ab ipso vel a domino suo fugitivus inventus, in servitutum proprii domini fuerit restitutus. Ita ut si talia nesciente domino servus admisserit, si voluerit dominus, duos eiusdem meriti servos pro eo servi domino det: si autem noluerit, servus tradatur fugitivi domino perenniter servitutus: et talis etiam de ancillis ordo servetur.

XIX. Antiqua. ¹⁷ *Si ingenuus vel servus latrones celandos susceperit.*

Si quis ingenuus vel servus sciens latrones celandos sus-

¹ *Codici Legion. hæc deest lex.*

² *Tolet.-goth. Antiqua.*

³ *Tolet.-goth. quem reperit*

⁴ *Legion. Card. et Tolet.-goth. Antiqua. Complut. et Lind. legis auctorem et inscriptionem omittunt.*

⁵ *Complut. milliaria*

⁶ *Complut. accipiat pro beneficio suo*

⁷ *Complut. longinqua pertenderet*

⁸ *Legion. et Card. Antiqua. Complut. auctorem legis tacet, et inscriptionem.*

⁹ *Complut. servi advenerit, et hanc veritatem cognoverit*

¹⁰ *Tolet.-goth. S. J. R. et Complut. patris*

¹¹ *Card. Noviter emendata. Fls. gls. Ervigius Rex. Legion.*

M.L. Tom. L.

Antiqua. Tolet.-goth. legis auctorem et inscriptionem non exhibet. S. J. R. et Complut. Flavius gls. Ervigius Rex.

¹² *Complut. De mancipiis fugitivis, qui se dicunt esse ingenuos, et mulierum ingenuarum connubia sortiuntur*

¹³ *Tolet.-goth. et Card. Antiqua. Legion. Nova. S. J. R. R. Lind. Antiqua. Fls. Cind. Rex.*

¹⁴ *Legion. et Complut. furtivis*

¹⁵ *Legion. Antiqua. S. J. R. auctorem legis tacet et inscriptionem.*

¹⁶ *Complut. tradere*

¹⁷ *Tolet.-goth. et S. J. R. legis prætermittunt et auctorem et inscriptionem.*

ceperit, præsentet quos celavit, et CC. ictus accipiat flagellorum. Quod si non præsentaverit absconsos, pœnam quam illi merebantur, incurrat.

XX. ¹ *Ut iudex cum omnibus rebus, cum quibus fugitivum invenerit, domino adveniente præsentet.*

Id quod iudex apud reum vel fugitivum invenerit, absente eo qui reum aut fugitivum persequitur, comiti civitatis ostendat, et sic apud se retineat, ei qui perdidit quum adfuerit redditurus.

XXI. ² EGICA REX.

De mancipiis fugitivis, et de susceptione fugitivorum.

Priscarum quidem legum sanctionibus manifeste deprobitur quibus modis, quibusque ³ perquisitionum titulis fugitivorum latebrosa vagatio reprimatur. Sed dum iudicum diversis occasionibus, vel susceptorum fraude eorum fuga occultitur, verum est quod et ipsarum legum ordo difficile adimpletur, et increscente vitio potior latitantibus aditus propagatur; ita ut non sit penitus civitas, castellum, vicus, aut villa, vel diversorium in quibus mancipia latere minime dignoscantur. Unde reservata anterioris legis illius sanctione, quæ de fugitivis est promulgata, huius novellæ constitutionis decreto censemus, ut quicumque deinceps fugitivum alterius suscepit, quamquam se dicat esse ingenuum, statim eum procuret iudicialiter exquirendum, ut utrum ingenuus, an fortasse sit servus, iudicis instantia perquiratur, qualiter reperta veritate servus idem domino proprio reformetur. Quod si susceptum quisque fugitivum nec iudici præsentaverit, nec pervento ⁴ domino reddiderit; si servus fuerit, vel libertus instantia iudicis CL. publice verberibus vapulabit. Si autem ingenuus, et C. flagellis coerceri, et libram insuper auri persolvere se noverit domino servi. Quod si non habuerit unde componat hanc solidorum summam, CC. flagellorum ictus accipiat. Nam et cæteri habitatores loci illius, seu cuiuscumque gentis vel generis homines quorumlibet sint servi, tam ecclesiarum, quam etiam fisci nostri vel diversorum possessorum ⁵, simili erunt sententia feriendi, si fugitivum alterius nec prodiderint, nec de possessione sua, in qua latitaverit, foris expulerint. Sed hæc observanda vel tenenda sancimus, ut in quibuscumque locis mancipia advenerint fugitiva, statim omnes habitatores locorum ipsorum congregentur in unum, qualiter mancipia ipsa fugitiva vivida indagazione perquirentes, aut per quæstionum ⁶ tormenta, aut pro pœnali examinatione, cuius sint servi vel ancillæ, aut quando dominis suis fugerint,

vel de qualibus locis inibi advenerint, specialiter manifestent; ut secundum anterioris legis edictum, propriis dominis præsententur, aut dirigantur. Quod si hunc ordinem adimplere minime procuraverint, et mancipia illa fugitiva nec perquirere, nec etiam dominis suis reformare intenderint, nec iudiciali examinatione exquirenda curaverint, sed in eo loco quo suscepta extiterint, postmodum fuerint reperta; omnes habitatores loci ipsius, tam viri quam feminæ, cuiuslibet sint gentis, generis, ordinis vel honoris CC. erunt flagellis publice a iudicibus coercendi. Quod si tiuphadi aut vicarii, atque universi qui iudiciali ⁷ functi extiterint potestate, sive numerarii actores, vel procuratores, vel ecclesiarum Dei sacerdotes, fisci vel proprietatis nostræ, atque quorumlibet hominum, in quorum commisso mancipia ipsa latebrosa vagatione se foverint, huius legis sententiam in subditis sibi populis vel iunioribus adimplere neglexerint, districti ab episcopis vel comitibus territorii, CC. ⁸ verberibus publice flagellentur. Nam si episcopi ad quorum cognitionem hæc causa pervenerit, amicitia inlecta, aut beneficio corrupti, vel quadam tepiditatis negligentia occupati, huius legis sententiam impetrantibus ⁹ illis implere distulerint ¹⁰, divinæ attestationis a comite vel tiuphadis coram ipsis se astringant, ut per XXX. dierum excommunicationis emendatione plectantur, ut in ipsis XXX. diebus nullo modo poculum vini nec alios cibos sumere audeant, excepto vespertinis horis pro refectio corporis bucellam panis hordeacei, et calicem aquæ sumant, quatenus amaritudinis sententia perferant molestiam, pro eo quod institutionem legis huius distulerint adimplere. Iudicibus tamen ac comitibus hanc sententiam adimplere iubemus, ut si ipsa prædictas institutiones neglexerint adimplere, legis huius censura tres libras auri persolvant fisci iuribus possidendas. Quicumque tamen hominum infra fines Hispaniæ consistentium ¹¹, a quibuslibet personis mancipia ab incognito accipere voluerint, non aliter ipsa emptio ¹² fiat, nisi prius coram iudice vel bonis hominibus, qui in loco illo fuerint ubi mancipium venditur, perquiratur utrum proprium an alienum servum vendere videatur, specialiter dicat, et hoc quod dixerit ipsum iurando affirmet. Ac postmodum servus ille, quem venundare voluit, per examinationem pœnæ cogatur transire. Et si perventum fuerit, quod non sit illius qui vendidit servus, sed alienum constat esse mancipium, tunc proprio domino iudicis instantia reformetur. Illum tamen qui alicum mancipium vendere voluit tamdiu in custodia vinculo mancipatum retineat, quamdiu dominus servi illius ibidem occurrens pro iudiciali examinatione suum prosequatur negotium, et legaliter compositionis excipiat ¹³ summam. Data ¹⁴ et confirmata lex in Cordoba anno feliciter sextodecimo regni nostri.

II. TITULUS DE HIS QUI AD BELLUM NON VADUNT, AUT DE BELLO REFUGIUNT.

- I. *Si hi qui exercitui præpositi sunt, commodis corrupti aliquem de expeditione ad domum redire permiserint, vel a domibus suis exire non coegerint.*
- II. *Si compulsores exercitus aliquid, dum exercitum ad hostem compellunt, de domibus eorum auferre præsumperint.*
- III. *Si præpositi exercitus relicto bello ad domum redeant, aut alios redire permittant.*
- IV. *Si præpositi exercitus, aut relicta expeditione ad domum suam redeant, aut alios exire minime compellant.*
- V. *Si compulsores exercitus beneficio accepto aliquem si-*

- ne ægritudine domi stare permiserint.*
- VI. *De his qui annonas distribuendas accipiunt, vel fraudare præsumunt.*
- VII. *Quam mercedem accipiat qui mancipia vel quaslibet res de manu hostis excusserint.*
- VIII. *Quid debeat observari, si scandalum infra fines Hispaniæ exsurrexerit.*
- IX. *De his qui in exercitu, constituto die, loco vel tempore definito, non successerint, aut refugerint; vel quæ pars servorum uniuscuiusque in eadem expeditionem debeat proficisci.*

¹ Legion. et Card. Antiqua. S. J. R. R.

² Hæc XXI. lex in codicibus Legion. Tolet.-goth. S. J. R. et Complut. inventa hęc descripta fuit.

³ Legion. quibus persecutionibus, quibus titulis

⁴ Legion. præsentate

⁵ Legion. populorum

⁶ Legion. quæstionis

⁷ Legion. iudiciaria

⁸ Legion. CCC.

⁹ Legion. imperantibus

¹⁰ Legion. distulerint, XXX. dierum excommunicationis emendatione plectantur

¹¹ Legion. comanentium vel consistentium

¹² Legion. venditio

¹³ Legion. accipiat

¹⁴ A Legion. codicis hanc loci et temporis indicationem desumpsimus.

I. ¹ *Si hi qui exercitui præpositi sunt, commodis corrupti aliquem de expeditione ad domum redire permiserint, vel a domibus suis exire non coegerint.*

Si thiufadus ² ab aliquo de thiufada ³ sua fuerit beneficio corruptus, ut eum ad domum suam redire permitteret, quod acceperat in novcuplum reddat comiti civitatis in cuius est territorio constitutus. Et si ab eo nullam mercedem acceperit, sed sic eum, dum sanus est, ad domum demiserit, vel de domo in exercitum exire non compulerit, reddat solidos XXX. Quingentenarios vero XV. et centenarius X. Si certe, decanus fuerit, V. solidos reddere compellatur, et ipsi solidi dividantur in centena, ubi fuerint numerati.

II. ⁴ *Si compulsores exercitus aliquid, dum exercitum ad hostem compellunt, de domibus eorum auferre præsumserint.*

Servi dominici, id est, compulsores exercitus, quando gogos in hostem exire compellunt, si eis aliquid tulerint, aut ipsis præsentibus vel absentibus, sine ipsorum voluntate, de rebus eorum auferre præsumserint, et hoc ante iudicem potuerint adprobare, ei cui abstulerint in undecuplum restituere non morentur. Ita tamen ut unusquisque eorum in conventu publice C. flagella suscipiat.

III. Antiqua. *Si præpositi exercitus relicto bello ad domum redeant, aut alios redire permittant.*

Si quis centenarius dimittens centenam suam in hoste, ad domum suam refugerit, capitali supplicio subiacebit. Quod si ad altaria sancta vel ad episcopum forte confugerit, CCC. solidos reddat comiti civitatis, in cuius territorio est constitutus, et pro ⁵ vita sua non perlimescat. Ipse tamen comes civitatis notum faciat regi, et sic cum nostra ordinatione partiantur solidi illi ad ipsam centenam, quæ ei fuerat adscripta. Ipse autem postmodum centenarius nullo modo præponatur, sed sit sicut unus ex decanis. Et si centenarius sine conscientia aut voluntate præpositi hostis, aut thiufadi ⁶ sui de centena sua ab aliquo per beneficium persuasus aut rogatus quemquam ad domum suam redire permiserit, vel in hoste ⁷ ut non ambularet relaxaverit, quantum ab eo acceperat in novcuplum comiti ⁸ civitatis, in cuius est territorio constitutus, satisfacere compellatur: et sicut superius diximus, comes civitatis nobis in notitiam refferre non differat, ut ex nostra præceptione dividatur inter eos in quorum centena fuerat adscriptus. Quod si centenarius ab eo nullam mercedem acceperit, et sic eum ad domum suam ambulaturum dimiserit, ille centenarius, sicut superius est comprehensum, det comiti civitatis solidos X.

IV. Antiqua. ⁹ *Si præpositi exercitus aut relicta expeditione ad domum suam redeant, aut alios exire minime compellant.*

Si decanus reliquens decaniam suam de hoste ad do-

rum suam refugerit, aut de domo sua cum sanus est, exire, et ad expeditionem proficisci noluerit, det comiti civitatis solidos X. Quod si alicui forte mercedes dederit, reddat solidos V. comiti civitatis in cuius est territorio constitutus; et ipse comes civitatis notum nobis faciat, ut cum nostra iussione dividantur inter eos, in quorum centena fuerat adscriptus. Quod si aliquis qui in thiufada ¹⁰ sua fuerat numeratus, sine permissu thiufadi sui vel quingentarii ¹¹ sui vel decani sui de hoste ad domum suam refugerit, aut de domo sua in hostem proficisci noluerit, in conventu certantium ¹² publice centum flagella suscipiat, et reddat solidos X ¹³.

V. Antiqua. ¹⁴ *Si compulsores exercitus beneficio acceperit aliquem sine ægritudine domi stare permiserint.*

Servi dominici qui in hostem ¹⁵ exire compellunt, si ab eis aliquis se forte redemerit, quantum ab eo acceperunt, in novcuplum comiti civitatis cogantur exsolvere, et eos quos rogaverit dum esset sanus, ut eum in expeditionem non compellerent, etiam si nullam mercedem ab eo acceperint, illi qui eum relaxaverint reddant pro eo comiti civitatis solidos V. Thiufadus vero quærat per centenarios suos, et centenarii per decanos suos, et si potuerint cognoscere quia per precem aut per redemptionem ad domum suam refugerint, aut de domo in hostem proficisci noluerint; tunc thiufadus præposito ¹⁶ comiti notum faciat, et scribat comiti civitatis in cuius est territorio constitutus, ut ¹⁷ comes civitatis vindictam quæ in lege posita est de his qui pro se rogant ¹⁸, aut qui se redimunt, aut thiufadis, aut centenariis, aut decanis vel servis dominicis omnia ad integrum implere non differat. Quod si exegerit et celaverit, et in notitia non protulerit, omnia quæ exegit in novcuplum reddat ¹⁹: et si corruptus ab aliquo, vel rogatus exigere distulerit, in duplum de propria sua facultate satisfaciat illis, qui inter se hanc solutionem fuerant divisuri. Quod si post exactam rem Regi notum non fecerit, ut ipse hoc iubeat in thiufada ²⁰ cui debebatur dividere, aut comiti civitatis reddere fortasse dissimulet ²¹, undecupli compositionem eis satisfacere non moretur.

VI. Antiqua. ²² *De his qui annonas distribuendas accipiunt, et fraudare præsumunt.*

Hoc iustum elegimus, ut per singulas civitates vel castella quicumque erogator annonæ fuerit constitutus, comes civitatis, vel annonæ dispensator, annonam quam eis est daturus, ex integro in civitate vel castello iubeat exhiberi, et ad integrum eis restituere non moretur. Quod si contigerit ut ipse comes civitatis aut annonarius, per negligentiam suam non habens, aut forsitan nolens, annonas eorum dare dissimulet, comiti exercitus sui querellam depromant ²³, quod annonas eorum eis dispensatores tradere noluerint. Et tunc ille præpositus hostis hominem suum ad nos mittere non moretur; ita ut numerentur dies ex quo annonæ eorum iuxta consuetudinem eis impletæ non fuerint. Et tunc ipse comes civitatis vel annonarius quantum temporis eis annonas consuetas subtraxerat, in quadruplum eis invitus de sua propria facultate restituat.

¹ Tolet.-goth. et Card. Antiqua.

² Complut. tyuphadus, eodem modo et alias scribit.

³ S. J. R. Legion. et Complut. thiuphada. Lind. thiuphadia

⁴ Card. et S. J. R. Antiqua. Legion. Antiqua noviter emendata.

⁵ Complut. de vita

⁶ Tolet.-goth. triumphadi

⁷ Tolet.-goth. vel de hoste relaxaverit

⁸ Tolet.-goth. comiti civitatis satisfaciat, ut sicut superius diximus, comes notum Regi faciat, ut ex nostra præceptione dividantur inter ipsam centenam. Quod si centenarius nullam ab eo mercedem acceperit, et sic eum ad domum reliquerit ire, centenarius det comiti civitatis solidos X.

⁹ Tolet.-goth. S. J. R. et Complut. legis auctorem simul et inscriptionem prætermittunt.

¹⁰ Lind. thyuphadia

¹¹ Card. Legion. et Lind. quingentarii aut centenarii

¹² Card. Tolet.-goth. S. J. R. Legion. et Complut, mercantium. Lind. merentium

¹³ Tolet.-goth. XIV.

¹⁴ Tolet.-goth. S. J. R. Complut. et Lind. omissum relinquunt legis auctorem, et inscriptionem.

¹⁵ Card. Complut. et Lind. in hostem

¹⁶ Complut. præposito civitatis faciat notum, in cuius &c.

¹⁷ Complut. et

¹⁸ Legion. et Complut. rogant, servis dominicis omnia &c.

¹⁹ Card. reddat comiti civitatis

²⁰ Lind. thyuphadia, et hoc modo aliquoties etiam scribit.

²¹ Complut. distulerit

²² Legion. S. J. R. et Complut. de legis auctore et inscriptione verba non faciunt.

²³ Complut. et Lind. deponant

Similiter et de his qui in tiufada fuerint numerati, observari præcipimus.

VII. Antiqua. ¹ *Quam mercedem accipiant qui mancipia vel quaslibet res de manu hostis excusserint.*

Quicumque de vitæ suæ statu desperans, inimicos fuerit adgressus, ita ut mancipia vel quodcumque genus pecuniæ vel aliarum rerum ab inimicis possit excutere ², et certus rei dominus apud eum aliquid videatur agnoscere; de his ex toto duas partes pro intuitu misericordiæ domino certo restituat, tertiam vero partem pro laboris sui premio consequatur. Similiter et si quis quaecumque mancipium ab inimicis sollicitaverit, et ipsi mancipio patrocinium aut consilium præstiterit, et eum ad certum dominum perduxerit; quicumque fuerit agnitus hoc fecisse, de mancipio decimam partem mercedis pro tali casu ³ aut eventu omnino excipiat habiturus.

VIII. FLAVIUS GLORIOSUS UBAMBA REX ⁴.

Quid debeat observari, si scandalum infra fines Hispaniæ exsurrexerit ⁵.

Cogit nostram gloriam saluberrima intentio actionis, ut sicut in dirimendis negotiis populorum legum est auctoritas promulgata, ita in rebus bellicis mutuo suffulta præsidio ab illis ⁶ ad expugnandum maneat fraternitas, dilectione retenta. Prodesse enim omnibus tranquillitas nostra non ambigit, si cunctorum animos ad bonum propositum classica legis tuba evocando constringat: scilicet, ut quæ in præteritis non bene ordinata discurrunt, deinceps disposita, opitulante domino, in melius proficiantur. Et ideo huius male usitatæ consuetudinis mores nostra clementia perhorrescit, et tædiose tolerat, quod per quorundam ⁷ incuriam frequentia ⁸ occurrant patriæ damna. Nam quotiescumque aliqua infestatio inimicorum in provincias regni nostri se ingerit, dum nostris hominibus, qui in confinio externis ⁹ gentibus adiunguntur, hostilis surgit bellandi necessitas; ita quidam facillima se occasione dispergunt, modo transductione loci, modo livore odii, modo etiam impossibilitatis dissimulatione subnixi, ut in eo præliandi certamine unus alteri fraterna solatia non impendat: et sub hac occasione, aut qui præstare debuit publicis utilitatibus fratrum destitutus adiutorio retrahatur, aut si aggredi pro gentis et patriæ utilitatibus audacter voluerit, casu imminentis periculi ab adversariis perimatur. Ideo præsentis sanctione decernimus, ut a die legis huius prænotato vel tempore, si quælibet inimicorum adversitas contra partem nostram commota extiterit, seu sit episcopus, sive etiam in quocumque ecclesiastico ordine constitutus, seu sit dux aut comes, tiufadus atque vicarius, gardingus vel quælibet persona, cui aut ex ipso sit commissum, ubi adversitas ipsa occurrerit, aut ex altero qui in vicinitate ¹⁰ adiungitur, vel quicumque in eadem provinciis vel territoria superveniens ¹¹ infra centum milia positus, statim ubi necessitas emerit, mox a duce suo, seu comite, tiufado vel vicario, aut a quolibet fuerit admonitus, vel quocumque modo ad suam cognitionem pervenerit, et ad defensionem gentis vel patriæ nostræ præstus cum omni virtute sua qua valuerit non fuerit, et quibuslibet subtilitatibus vel requisitis occasionibus alibi se transferre vel excusare voluerit, ut in adiutorium fratrum suorum promptus atque alacer pro vindicatione patriæ non existat, et superveniens adversariorum hostilitas

aliquid damni, vel captivitatis in populos vel provincias regni nostri amodo intulerit; quisquis tardus seu formidolosus vel qualibet malitia, timore vel tepiditate subcinctus extiterit, et ad præstitum vel vindicationem ¹² gentis et patriæ exire vel intendere contra inimicos nostræ gentis tota virium intentione distulerit: si quisquam ex sacerdotibus vel clericis fuerit, et non habuerit unde damna rerum terræ nostræ ab inimicis inlata de propriis rebus satisfaciat, iuxta electionem principis districtiori mancipetur exsilio. Hæc sola sententia in episcopis, presbyteris, diaconibus observanda est. In clericis vero non habentibus honorem iuxta subteriore de laicis ordinem constitutum, omnis sententia adimplenda est. Ex laicis vero sive sit nobilis, sive mediocri ¹³ viliorque persona qui talia gesserit, præsentis lege constituimus, ut amisso testimonio dignitatis, redigatur protinus in conditionem ¹⁴ ultimæ servitutis, ut de eius persona quidquid princeps iudicare voluerit potestas illi indubitata manebit. Nam iustum est, ut qui nobilitatem sui generis et statum patriæ, quod priscæ gentis acquisivit utilitas, constanti animo vindicare nequivit, legis huius sententia feriat, qui notabiliter superioribus culpis adstrictus, degener atque inutilis reperitur. De bonis autem transgressorum, laicorum scilicet, atque etiam clericorum qui sine honore sunt, id decernimus servandum ¹⁵, ut qui deinceps hoc fortasse commiserint, inde cuncta damna terræ nostræ, vel his qui mala pertulerint, sarciantur; ut recte doleat, et dignitatem se amisisse nobilitatem, et prædia ¹⁶ facultatum, cuius maligna vel timida factio, nec lædentem repulit hostem, nec se ostendit in adversariorum congressionem virilem. Nam et si quilibet infra fines Hispaniæ, Galiciæ, Galleciæ ¹⁷ vel in cunctis provinciis quæ ad ditionem nostri regiminis pertinent, scandalum in quacumque parte contra gentem vel patriam nostramque regnum, vel etiam successorum nostrorum moverit, aut movere voluerit; dum hoc in vicinis loci ipsius partibus iuxta numerum milliorum suprascriptum nuntiatum extiterit, aut etiam specialiter quisquis ille a sacerdotibus, clericis, ducibus, comitibus, tiufadis, vicariis vel quibuslibet personis iuxta ordinem suprascriptum admonitus fuerit, vel ad suam cognitionem quocumque modo pervenerit, et statim ad vindicationem aut Regis, aut gentis et patriæ, vel fidelium præsentis Regis contra quem ipsum scandalum excitatum extiterit, non citata devotione concurrerit, et præstitum se in eorum adiutorio ad destruendum exortum scandalum non exhibuerit; si episcopus vel quilibet fuerit ex clero, aut fortasse ex officio palatino, in quocumque ordine sit constitutus, vel cuiuslibet persona fuerit dignitatis, aut fortasse inferior huius infidelitatis implicatus scelere, non solum exsilio regletur, sed de eorum facultatibus quidquid censura legalis ¹⁸ exinde facere vel iudicare voluerit, arbitrio illius et potestati per omnia subiacebit. Illos tantum ¹⁹ a superioribus capitulis lex ista indemnes efficiat, qui ita ab infirmitate fuerint prægravati, ut progredi aut proficisci in consortio fidelium secundum superiorem ordinem minime possint. Qui vero et si ipsi morbis quibuslibet fuerint præpediti, omnem tamen suam virtutem in adiutorio episcoporum vel clericorum atque fratrum suorum sinceriter pro utilitate regiæ potestatis et gentis et patriæ fideliter laborantium dirigent. Quod si hoc non fecerint, superiori sententia pariter cum transgressoribus feriantur. Persona autem illa tunc erit a suprascripta damnatione innoxia, dum per idoneum testem convicerit, ita se esse præ ægritudine impossibilem, ut nullum habuisse in tempore præstandi vel proficiscendi vigorem: ut vitium, quod ex præteritis temporibus male

¹ *Emilian. et Card. Antiqua. Fls. Rcsts. Rex. Complut. et Lind. nihil de legis auctore, et inscriptione referunt.*

² *Complut. evertere*

³ *Legion. et Complut. causa*

⁴ *Legion. addit: Nova lex*

⁵ *Complut. et Lind. surrexerit*

⁶ *Lind. habilis fraternitatis dilectione &c.*

⁷ *Legion. et Complut. eorumdem*

⁸ *Legion. et Complut. frequenter*

⁹ *Legion. et Complut. extraneis*

¹⁰ *Complut. et Lind. in civitate*

¹¹ *Complut. supervenerit . . . milliaria*

¹² *Tolet.-goth. defensionem*

¹³ *Legion. mediocrius vilisque*

¹⁴ *Complut. in ultionem*

¹⁵ *Legion. Complut. et Lind. observandum*

¹⁶ *Legion. et Complut. prædictam facultatem*

¹⁷ *Legion. Card. Complut. et Lind. Galliciæ. Tolet.-goth. Galliæ vel in cunctis, &c.*

¹⁸ *Legion. Complut. et Lind. regalis*

¹⁹ *Legion. et Complut. tamen*

usque hactenus inoleverat, et severa legis huius censura redarguat, et concursus atque unanimis adsensio quietem plebium et patriæ defensionem adquirat. Data et confirmata lex die kalendarum novembrium anno feliciter secundo regni nostri ¹.

IX. ² FLAVIUS GLORIOSUS UBAMBA REX ³.

De his qui in exercitu, constituto ⁴ die, loco vel tempore definito non successerint aut refugerit ⁵; vel quæ pars servorum uniuscuiusque in eadem expeditione debeat proficisci.

Si amatores patriæ hi proculdubio adprobantur, qui se periculis ultronee pro eius liberatione obiciunt, cur desertores potius ⁶ non dicantur qui vindicatores eius se esse desistunt? Nam quando hi tales voluntarie terram salvaturi credendi sunt, qui etiam admoniti ⁷ pro liberatione patriæ non insurgunt, dum aut de bellica protectione se differunt, aut quod peius est, vel remorari contra monita cupiunt, vel destituti contra ordinem proficiscuntur: quum quidam illorum laborandis agris studentes, servorum multitudines ⁸ tegunt ⁹, et procurandæ salutis suæ gratia nec vicesimam quidem partem suæ familiæ secum ducunt: quin potius auctiores volunt fieri fruge, quam corporis sospitate, dum sua tegunt, et se destituunt, maiorem diligentiam rei familiaris, quam experientiam habentes in armis, quasi laborata fruituri possideant, si victores esse desistant. Consulendum est ergo talibus per disciplinam, quos studia utilitatis propriæ non invitant. Unde id cunctis populis regni nostri sub generali et omnimoda constitutione præcipimus, ut instituto ¹⁰ atque præfinito die vel tempore quo aut princeps in exercitum ire decreverit, aut quemlibet de ducibus vel comitibus profecturum in publicam utilitatem præceperit, quisquis ille sive admonitionem cuiuslibet suscipiat, seu etiam nec admonitus qualibet tamen cognitione id sentiat, vel quocumque sibi indicio innotescat, quo in loco exercitus bellaturus accedat, domi ulterius residere non audeat, nec qualemcumque remorationem vel excusationem profecturus exhibeat: sed definitis locis atque temporibus, iuxta quod eos vel iussio principalis monuerit, vel admonitio ducis vel comitis, tiufadi, vicarii, seu cuiuslibet curam agentis tetigerit, præstum

se unusquisque, ut dictum est, definito loco vel tempore exhibeat. Iam vero si quisquis ille admonitus, vel etiam nec admonitus, et tamen qualibet cognitione sibimet innotescente non nescius, aut progredi statim noluerit, aut in definitis locis atque temporibus præstus esse destiterit; si maioris loci persona fuerit, id est, dux, comes, seu etiam gardingus, a bonis propriis ex toto privatus, exsillii relegatione iussu regio mancipetur; ita ut quod principalis sublimitas de rebus eius iudicare elegerit, in suæ persistat potestatis arbitrio. Inferiores sane vilioresque personæ, tiufadi scilicet, omnisque exercitus compulsores, vel hi qui compelluntur, si aut in exercitum venire distulerint, aut in loco vel tempore constituto minime occurrerint, vel proficisci neglexerint, seu de expeditione publica quocumque fraudis commento effugiendo se subtraxerint, non solum ducentorum flagellorum ictibus verberati, sed et turpiter decalvatione fœdati, et insuper singulas libras auri cogantur exsolvere, quas principalis potestas cui largiri decreverit, suo maneat incunctanter arbitrii ¹¹. Quod si non habuerit unde hanc compositionem exsolvat, tunc regiæ potestati sit licitum huiusmodi transgressorem perpetuæ servituti subiicere: ut quod de eo suisque rebus ordinare decreverit, habeat sine dubio potestatem. Illos sane ab huius legis sententia decernimus ¹² innocuos, quos aut principalis absolverit iussio, aut minoris adhuc retinuerit ætatis tempus, aut senectutis vetustas, aut etiam ægritudinis cuiusque grava repræsserit moles. Si tamen is qui ægritudine fuerit prægravatus, per legitimum testem probare potuerit, quia præ ægritudinis languore in exercitum proficisci nequivit, omnem tamen virtutem rei suæ ipse qui ab ægritudine prægravatus fuerit, secundum legis huius institutionem, in publicis utilitatibus cum duce vel comite suo dirigere non moretur. Nunc vero quia de generali omnium progressionem prædiximus, restat ut de progressorum virtute vel copiis instituta ponamus. Et ideo id decreto speciali decernimus, ut quisquis ille est, sive sit dux, sive comes atque gardingus ¹³, seu sit gotus sive romanus, necnon ingenuus quisque vel etiam manumissus, sive etiam quilibet ex servis fiscalibus, quisquis horum est in exercitum progressurus, decimam ¹⁴ partem servorum suorum secum in expeditionem bellicam ducturus accedat: ita ut hæc pars decima servorum non inermis existat, sed vario armorum genere instructa permaneat ¹⁵: sic quoque ut

¹ *Tolet.-goth. ad finem adiicit: Tolet*

² *In codic. S. J. R. Legion. et Complut. hæc lex ante VIII describitur.*

³ *Card. Tolet.-goth. et Lind. Fls. gls. Ervigius Rex. Card. adiicit: Noviter emendata. Legion. Antiqua.*

⁴ *Complut. constituti*

⁵ *In codicibus Legion. et Complut. hæc rubrica mutila est: desiderantur enim quæ hinc a verbis: vel que pars: ad finem leguntur.*

⁶ *Complut. protinus*

⁷ *Lind. etiam animo acri*

⁸ *Legion. et Complut. multitudinem*

⁹ *Lind. celant*

¹⁰ *Lind. in constituto*

¹¹ *Legion. Tolet.-goth. S. J. R. et Complut. arbitrii. Unde res ipsa in principis potestatem iterum veniat, tunc id irrevocabili constitutione tenebitur, ut etiam si ipse eam habere non meruerit, qui eam prius accepit, in aliis fidelibus transfusa res ipsa proficiat. Tantum est ut in illius ultra potestatem non transeat, qui in protectione bellica tardus, et dignitate semel exstitit privatus, et rebus. Sane duces omnes, senioresque palatii ad huiusmodi sententiam obnoxii tenebuntur, quicumque fuerint superioris præcepti transgressores inventi. Necnon et illi huiusmodi damnationis sententiam merebuntur, qui aut de bello refugiant, aut in bellica protectione constituti, extra senioris sui permissum alibi properasse reperiuntur. Id tamen in hac eadem progressionem, tam in maiorum quam in minorum personis est observandum, ut si quilibet sub gravi ægritudine consistens nullo modo proficisci habeat vires, statim loci illius vel territorii episcopum ad suæ ægritudinis inspiciendam molestiam veniendum exoptet, id est, ut illum ex episcopis inspectores suæ ægritudinis advocet, in cuius territorio vel provincia aut infirmasse ei contigerit, aut immorasse, vel ex aliorum territorio advenisse contigerit. Nam ei aliter non est credendum, nisi aut episcoporum testimonio, in*

quorum territorii dirosentur infirmasse, aut iurisiurandi fuerit attestatione firmatum, aut eorum iuramento quos iidem episcopi vice sua inspectores dixerint, fuerit comprobatum. Qui tamen episcopi hanc de talibus curam habeant, ut ægritudines eorum morbosque, aut per se, aut per subditos diligenter inspiciant, si aut proficisci nullo modo possunt, aut si post aliquos dies possint definite concurrere ad bellandum, id est, antequam exercitus in præfinitis locis ingrediatur ad prælium. Et secundum quod talium ægritudines viderint, ipsorum esse iudicio committendum, utrum domi sospitatis gratia reparandæ immorentur, an reparatis viribus illis expediat ambulandum. Qualiter sub eorum episcoporum testimonio, aut ægritudinibus eorum compatiamur, ut concedat, aut vitium, si sub ægritudine fingitur, reseccetur ut placeat. Ita tamen, ut si se quisquis ita viderit infirmitate defessum, ut nullo modo proficisci valeat ad prælium, virtutem rei suæ secundum legis huius institutionem in publicis utilitatibus cum duce vel comite suo dirigere non moretur. Sin autem senserit se continuo meliorari, mox ut corporis reparaverit vires, statim per se cum omni virtute sua, secundum quod legis huius sanctione præcipitur, illic non moretur succedere, ubi novit se admonitum exstitisse, vel exercitum cognoverit postea properasse. Nunc quia de generali omnium progressionem &c.

¹² *Lind. decrevimus permanere innocuos*

¹³ *Complut. grandævus*

¹⁴ *Legion. et Complut. medietatem servorum suorum de his qui inventi fuerint a vicessimo anno, et supra id usque ad quinquaginta, singulatim unusquisque secum in expeditionem bellicam ducturus accedat, ita ut hæc ipsa medietas servorum non inermis &c.*

¹⁵ *Card. et Lind. adpareat. Legion. et Complut. adpareat. Primam et vicissimam partem unusquisque de his quos secum in exercitum duxerit, zavis ¹ vel loriciis munitam principi, duci vel comiti præsentare studeat. Reliquam vero partem armatam ostendat, id est, aliquos cum scutis, spathis &c.*

unusquisque de his quos secum in exercitum duxerit, partem aliquam zavis vel loricis munitam, plerosque vero scutis, spathis, scramis, lanceis, sagittisque instructos quosdam etiam fundarum instrumentis vel cæteris armis, quæ noviter forsitan unusquisque a seniore vel domino suo iniuncta habuerit principi, duci vel comiti suo præsentare studeat. Si quis autem extra hanc decimam¹ partem servorum suorum in exercitus progressionem accesserit, omnis ipsa decima² pars servorum eius studiose quæsita atque descripta³, quidquid minus fuerit inventum de hac instituta decima⁴ parte servorum in bellicam unumquemque secum expeditionem duxisse, in potestatem principis reducendum⁵ est, ut cui hoc idem princeps prælargiri decreverit, in eius subiaceat potestate. Quicumque vero ex palatino officio ita in exercitus expeditionem profectus extiterit, ut nec in principali servitio frequens existat, nec in guardia⁶ cum reliquis fratribus suis laborem sustineat, noverit se legis huius sententia feriendum; excepto si eum manifesta languoris ostensio comprobaverit morbidum. Nam si quisque exercitium in eandem bellicam expeditionem proficiscens, minime ducem aut comitem, aut etiam patronum suum sequutus fuerit, sed per patrocina diversorum se dilataverit, ita ut nec in

guardia cum seniore suo persistat, nec aliquem publicæ utilitatis profectum exhibeat, nec ei talis profectio impunita est, sed superiorum ordinem, quæ de vilioribus inferioribusque personis in hac lege decreta sunt, in semetipsum noverit sustinere. His igitur ordinatis atque compositis⁷, restat ut frenum cupiditati eorum ponamus, quos ad peragenda negotia utilitatis nostræ impingimus. Et ideo nullus dux, comes, tiufadus seu quislibet commissos populos regens, accepto beneficio, vel qualibet occasione suæ pessimæ voluntatis, quemquam ex suis subditis de bellica profectioe dimittat, aut admonitiones ipsas quæ fieri debent progressionem exercitus, vel indictionem armorum, sub ista quasi admonitionis occasione interserat, unde quemquam illorum militare præsumat. Nam quisquis talia agens pro his, ut dictum est, causis a quolibet aut oblatum quodcumque perceperit, aut ipse quidquam cuiuscumque exegerit; equidem si de primatibus palatii fuerit, et illi a quo tale aliquid accepit, in quadruplum satisfaciatur, et principi pro eo solo quo se munificare præsumpsit, libram⁸ auri soluturum se noverit. Minores vero personæ ab honore vel dignitate ingenuitatis privatæ, in potestatem sunt principis redigendæ, ut quod de eis vel de rebus eorum iudicare elegerit, suæ subiaceat modis omnibus potestati.

III. TITULUS DE HIS QUI AD ECCLESIAM CONFUGIUNT.

- I. *Ne ad ecclesiam confugiens abstrahatur, nisi armis defensus.*
 II. *Si ad ecclesiam confugiens, dum suis armis defenditur, occidatur.*

- I. ⁹ *Ne ad ecclesiam confugiens abstrahatur, nisi armis defensus.*

Nullus de ecclesia ausus sit aliquem violenter abstrahere, nisi ad ecclesiam confugiens armis se fortasse defendere voluerit.

- II. ¹⁰ *Si ad ecclesiam confugiens, dum suis armis defenditur, occidatur.*

Qui ad ecclesiæ porticos confugerit, et non deposuerit arma quæ tenuit; si fuerit occissus, percussor in loco sancto nullam fecit iniuriam, nec ullam calumniam pertimescat.

- III. ¹¹ *De damno hominem ab ecclesia abstrahentis.*

Si quis de altaribus servum suum, aut debitorem non traditum sibi a sacerdote vel ab ecclesiæ custodibus, violenter abstraxerit; si honestioris loci persona¹² est, ut primum iudici de eo fuerit relatum¹³ altario, cui iniuriosus fuit, cogatur exsolvere solidos C. Inferior¹⁴ vero persona det solidos XXX: quod si non habuerit unde com-

- III. *De damno hominem ab ecclesia abstrahentis.*
 IV. *Ut debitor sive reus de ecclesia non abstrahatur, et quæ sunt debita reddant.*

ponat¹⁵, correptus a iudice in conventu publicæ C. flagella suscipiat. Dominus vero servum, sive creditor debitorem recipiat excusatum.

- IV. ¹⁶ *Ut debitor seu reus de ecclesia non abstrahatur, sed quæ sunt debita reddant.*

Eos qui ad ecclesiam vel ad ecclesiæ porticos confugerint, nullus contingere præsumat, sed presbytero¹⁷ vel diacono repetat¹⁸ ut reformet, et seu debitor sive reus qui confugerat, si non meretur occidi, apud repetentem ecclesiæ custos¹⁹ interveniat, ut ei veniam det, et exortatus indulgeat. Quod si debitor aliquis ad ecclesiam confugerit, eum ecclesia non vindicet²⁰, sed presbyter aut diaconus debitorem sine dilatione²¹ restituat; ita ut ipse qui debitum repetit, nequaquam cædere eum, aut ligare præsumat, qui ad ecclesiæ auxilium decurrit; sed præsentem presbytero vel diacono constituatur infra quod tempus ei debitum reformetur. Quia licet ecclesiæ interventus religionis contemplatione concedatur, aliena tamen retineri non poterunt. De homicidis autem, maleficis et venificis in eorum titulis leges sunt requirendæ²².

¹ *Legion. et Complut.* medietatem

² *Legion. et Complut.* medietas

³ *Complut.* discussa

⁴ *Legion. et Complut.* medietate

⁵ *Legion. et Complut.* est reducendum, qualiter id ipsum de hac medietate quod minus unusquisque secum in exercitum duxerit, cui hoc idem princeps prælargiri decreverit, sui maneat incunctanter arbitrii. His igitur ordinatis &c.

⁶ *Lind.* wardia, eodem modo deinceps scribit.

⁷ *Complut.* constitutis

⁸ *Legion. et Complut.* triginta auri solidos soluturum se noverit. Minores vero personæ, et ea quæ acceperint in duplum illis a quibus sunt ablata vel exacta restituant, et ipsi L. flagella publice verberati suscipiant. Huius sane legis edictum ab anno secundo regni nostri ex die kalendarum novembrium decernimus valiturum

⁹ *Card. et Legion.* Antiqua.

¹⁰ *Tolet.-goth. Card. et Legion.* Antiqua.

¹¹ *Legion. et Card.* Antiqua.

¹² *Tolet.-goth.* persona est, ante iudicem altario &c.

¹³ *Complut.* intimatum. *Legion.* revelatum

¹⁴ *Legion. et Lind.* inferioris vero loci persona det

¹⁵ *Tolet.-goth.* persolvat, in conventu publicæ CC. flagella suscipiat

¹⁶ *Card. et Legion.* Antiqua.

¹⁷ *Complut.* a presbytero vel diacono repetantur, et seu debitor sive servus vel reus &c.

¹⁸ *Legion.* repetantur, et seu debitor &c.

¹⁹ *Legion. et Lind.* cultor

²⁰ *Legion. Complut. Tolet.-goth. S. J. R. et Lind.* defendat

²¹ *Complut.* sine aliqua excusatione

²² *Tolet.-goth. post hanc legem et hæc insuper addit verba:* Finit liber IX. Fls. Incipit liber X. Vamba Rex.

LIBER X.

DE DIVISIONIBUS, ET ANNORUM TEMPORIBUS ATQUE LIMITIBUS.

I. TITULUS DE DIVISIONIBUS, ET TERRIS AD PLACITUM DATIS.

- I. *Ut valeat semel facta divisio.*
 II. *De non revocanda divisione inter fratres, etiam si sine scriptura sit facta; solum si id idoneo teste convincatur.*
 III. *Ut quod a plurimis et a melioribus in divisione est constitutum, a paucis et deterioribus non¹ liceat immutari.*
 IV. *Ut liceat uni hæredi respondere, si ab aliquo petatur, et petere, si causa qualicumque compellitur.*
 V. *Si placitum quis divisionis inrumpat, divisam partem usurpans.*
 VI. *Si vineam aut domum quis in consortis terra construxerit.*
 VII. *Si vineam in aliena terra quis plantet, in qua non habet sortem.*
 VIII. *De divisione terrarum facta inter gotum atque romanum.*
 IX. *De silvis inter gotum et romanum indivisis relictis.*
 X. *Quod ea quæ servus non iubente domino fecerit, excepto quod lex iubet, valere non poterit.*
 XI. *Ut qui terras ad canonem accepit, placitum servet.*
 XII. *De terris quæ definito annorum numero per placitum dantur.*
 XIII. *Si ille qui ad placitum terras accepit, extendat culturas.*
 XIV. *Si inter eum qui dat et accipit terram aut silvam, contentio oriatur.*
 XV. *Ut qui ad excolendum terram accipit, sicut ille qui terram dedit, ita et iste censum exsolvat.*
 XVI. *Ut si goti de romanorum tertia quippiam tulerint, iudice insistente, romanis cuncta reforment.*
 XVII. *De mancipiorum agnationibus dividendis, atque eorum pecuniis partiendis et decernendis².*
 XVIII. *Ut peculium et peculiare ad unam intelligentiam habeatur.*
 XIX. *Si pro acceptis rebus promissio non solvatur.*

I. ³ *Ut valeat semel facta divisio.*

Valeat semel facta divisio iusta⁴, et nulla postmodum immutandi admittatur occasio.

- II. ⁵ *De non revocanda divisione inter fratres, etiam si sine scriptura sit facta, solum si id idoneo teste convincatur.*

Divisionem factam inter fratres, etiam si sine scriptura inter eos convenerit, permanere iubemus, dummodo testibus idoneis comprobetur; et divisio ista plenam habeat firmitatem.

- III. ⁶ *Ut quod a plurimis et melioribus in divisione est constitutum, a paucis et deterioribus non liceat immutari.*

Si plures fuerint in divisione consortes, quod a multis et⁷ a melioribus iuste constitutum est, a paucis et⁸ deterioribus non convenit aliquatenus immutari.

IV. FLAVIUS CINDASVINTUS REX⁹.

Ut liceat uni hæredi respondere, si ab aliquo petatur: et petere, si causa qualicumque compellitur.

Quum priscae legis auctoritate fuerit constitutum, ut is qui ad dicendam causam compellitur, non nisi præsente eo, qui rei litigiosæ consors est, audiatur: satis ex hoc petitorum negotia superflue conspeximus dilatari, quum ad dicendam causam pro sua unusquisque persona suffi-

ciat. Igitur ne callida oppositione causantis, dum excusatio prætenditur pro consorte, tricennalis obviet annositas petitori; providentissima deliberatione sancimus, ut remota excusatione consortium, tam pro eorum quam pro sua persona, is qui iudicialiter pro communibus rebus fuerit appellatus, respondeat. Nec ullum præiudicium consortis absentia, si cohæres eius iustissime, seu etiam per commentum aut per ignaviam fuerit superatus, incurrat: sed si reparare¹⁰ negotium legaliter intenderit, permittatur. Abrogata denique supra factæ legis tam inconvenientis sententia, hoc salubre decretum per universos regni nostri populos omni decernimus reverentia valiturum. Ac similis etiam ordo servabitur, si unus forsitan ex consortibus quemquam crediderit lite pulsandum.

- V. ¹¹ *Si placitum quis divisionis inrumpat, divisam partem usurpans.*

Qui placitum divisionis inruperit, et quamlibet partem alienæ portionis invaserit; tantum de suo, quantum de alieno occupavit, amittat.

- VI. ¹² *Si vineam aut domum quis in consortis terra construxerit.*

Si quis¹³, domino nesciente¹⁴ vel¹⁵ consentiente, vineam in consortis terra plantaverit, aut domum fecerit, vel certe si ipse qui vineam plantat, vel domum facit, ignoraverit quod portio sit consortis; dum hoc aut testibus aut iuramento firmaverit, aliud tantum terræ paris meriti domino illi, in cuius terram vineam plantavit, restituat, et qui posuit vineam securus obtineat¹⁶. Si vero domino con-

¹ Legion. non convenit aliquatenus immutari

² Complut. discernendis

³ Legion. Antiqua.

⁴ Legion. iusta et recta

⁵ Legion. Antiqua.

⁶ Legion. Antiqua.

⁷ Card. vel

⁸ Card. vel

⁹ Emilian. Fls. Rcsts. Rex. Legion. Antiqua. Tolet.-goth. Card. et S. J. R. omissum relinquunt legis auctorem, et inscri-

ptionem.

¹⁰ Lind. separare

¹¹ Legion. et Tolet.-goth. Antiqua.

¹² Legion. et Tolet.-goth. Antiqua. Card. Antiqua noviter emendata.

¹³ Legion. et Complut. Si quis nesciens vel sciens domum aut vineam in consortis &c.

¹⁴ Lind. sciente

¹⁵ Card. vel absente

¹⁶ Legion. possideat

tradente plantaverit, iuste ¹ eam perdat qui rem alienam domino contradicente ² plantavit. Similis etiam et de ædificiis forma servetur. Hoc tamen adiicimus, ut si quicumque alteri terram vendiderit aut donaverit sive commutaverit ³, quæ tamen reperiatur quandoquidem non eius iuris fuisse qui dedit; si ille qui terram ipsam acceperit, in eadem terra domum ædificaverit, aut vineam plantaverit, sive olivela, hortum vel pomaria fecerit, sive etiam si quid utilitatis ibi aut laboris adiecerit ⁴, et dominus terræ illius cui terra ipsa debita fortasse manebat, callidum se servans contestari noluerit, aut fortasse longe commanens id ipsum aut nescierit, aut contestari noluerit ⁵, ut in postmodum laboratum ibi auferre aliquid possit: dum hoc ipse cuius eandem terram esse patuerit, coram iudice propulsaverit, ab auctore qui terram ipsam iniuste alteri dedit, alteram et similem terram in duplo recipiat ⁶; et ille qui ⁷ in eadem terra labores suos exercuit ⁸, id quod laboravit nullo modo perdat.

VII. ⁹ *Si vineam in aliena terra quis plantet, in qua non habet sortem.*

Qui vineam in alieni fundi territorio, in quo ipse consors non est, sine permissione domini, sive per vim, aut forsitan domino nesciente vel absente plantaverit, etiam si ei contradictum non fuerit, vineam quam plantavit amittat: quia sufficere ei debet quod ad duplicationem rei non addicitur, qui aliena prævaricare ¹⁰ dinoscitur.

VIII. ¹¹ *De divisione terrarum facta inter gotum atque romanum.*

Divisio inter gotum et romanum facta de portione terrarum sive silvarum, nulla ratione turbetur, si tamen probatur celebrata ¹² divisio; nec de duabus partibus goti aliquid sibi romanus præsumat ¹³, aut vindicet, aut deertia romani gotus sibi aliquid audeat usurpare aut vindicare, nisi quod a nostra forsitan ei fuerit largitate donatum; sed quod a parentibus vel vicinis divisum est, posteritas immutare non tentet.

IX. ¹⁴ *De silvis inter gotum et romanum indivisis relictis.*

De silvis quæ indivisæ forsitan restiterunt ¹⁵, sive ¹⁶ gotus sive romanus sibi eas adsumpserit ¹⁷, et fecerit fortasse culturas, statuimus ut si adhuc silva superest, unde paris meriti terra eius cui debetur portio debeat compensari, silvam accipere non recuset. Si autem paris meriti quæ compensetur, silva non fuerit, quod ad culturam scisum est dividatur.

X. ¹⁸ *Quod ea quæ servus non iubente domino fecerit, excepto quod lex iubet, valere non poterit.*

Quidquid servus non iubente domino dividerit vel fecerit, excepto quod lex permittit, firmum non esse iubemus, si id dominus servi noluerit custodire.

¹ Complut. iuste quod plantavit, amittat
² Legion. et Lind. contraeunte
³ Vigil. Legion. et Complut. commutatam acceperit
⁴ Legion. et Complut. exercuerit
⁵ Legion. Tolet.-goth. et Complut. neglexerit
⁶ Legion. et Complut. restituat
⁷ Legion. et Complut. qui plantavit vineam, et in terra labores suos &c.
⁸ Card. exercuit, si interdictum non fuerit
⁹ Tolet.-goth. Antiqua.
¹⁰ Legion. Tolet.-goth. Complut. et Lind. pervasisse
¹¹ Legion. Nova lex
¹² Tolet.-goth. celata
¹³ Legion. præsumat usurpare aut vindicare
¹⁴ Tolet.-goth. et Legion. Antiqua.
¹⁵ Vigil. Legion. et Complut. residuæ erunt. Lind. resederunt

XI. ¹⁹ *Ut qui terras ad canonem accepit, placitum servet.*

Terras quæ ad placitum canonis datæ sunt, quicumque suscepit, ipse possideat, et canonem domino singulis annis qui fuerit definitus exsolvat, quia placitum non oportet ²⁰ inrumpi. Quod si canonem ²¹ constitutum singulis annis implere neglexerit, terras dominus pro iure suo defendat: quia sua culpa beneficium quod fuerat consequutus amittit, qui placitum non implesse convincitur.

XII. ²² *De terris quæ definito annorum numero per placitum dantur.*

Si per precariam epistolam certus annorum numerus fuerit comprehensus, ita ut ille qui suscepit terras post quodcumque tempus domino reformet ²³; iuxta conditionem placiti terram qui accepit, restituere non moretur.

XIII. ²⁴ *Si ille qui ad placitum terras accepit, extendat culturas.*

Qui ad placitum terras suscepit, hoc tantum teneat quod eum terrarum dominus habere permiserit, et amplius non præsumat. Quod si ²⁵ terras culturæ longius extendisse cognoscitur, et sibi alios ad excolendos agros forte conduxerit ²⁶, aut plures filii vel nepotes in loci ipsius habitatione subcreverint ²⁷, aut campos quos ei dominus terræ non præstiterat, occupaverit, aut silvam quæ ei data non fuerat propter excolendos agros, aut conclusos, aut facienda forsitan prata succiderit: quidquid amplius usurpavit quam ei præstitum probatur ²⁸, amittat, et in domini consistat arbitrio, utrum canon addatur, an hoc quod non præstitit, dominus ipse possideat. Si tantummodo alicui ager sit datus, et data silva vel campus non fuerit, sine iussu domini nihil de silva vel de campo qui agrum suscepit, usurpet.

XIV. ²⁹ *Si inter eum qui dat et accipit terram aut silvam, contentio oriatur.*

Si inter eum qui accipit terras aut silvas, et qui præstitit, de spatio unde præstiterit, orta contentio fuerit, tunc si superstis ³⁰ est ipse qui præstitit, aut si certe mortuus fuerit, eius hæredes præbeant sacramentum quod non amplius auctor eorum dederit, quam ipsi designanter ostendunt. Et sic posteaquam iuraverint, præsentibus testibus quæ observentur signa constituent, ut pro ea re deinceps nulla accedat causatio: Si vero consortes eius aut non dignentur iurare, aut forte noluerint, aut aliquam dubietatem habuerint quantum vel ipsi dederint, vel antecessores eorum; ipsi ut animas suas non condemnent, nec sacramentum præsentent, sed tota aratra quantum ipsi vel parentes eorum in sua sorte susceperant, per singula aratra ³¹ quinquagenos aripennes dare faciant; ea tamen conditione, ut quantum occupatum habuerint vel cultum, iuxta quinquaginta aripennes concludant, nec plus quam eisdem mensuratum fuerit aut ostensum, nisi terrarum dominus forte præstiterit, audeant usurpare. Quod vero amplius usurpaverint, in duplum reddant invasa.

¹⁶ Complut. si seu
¹⁷ Tolet.-goth. adruperit
¹⁸ Legion. Antiqua.
¹⁹ Legion. Antiqua.
²⁰ Legion. et Complut. potest
²¹ Legion. et Complut. annonas constitutas
²² Legion. Antiqua.
²³ Legion. et Complut. reformaret
²⁴ Card. Noviter emendata. Legion. Antiqua.
²⁵ Legion. Card. Tolet.-goth. Complut. et Lind. Quod si culturas suas longius &c.
²⁶ Vigil. Emilian. Tolet.-goth. et Lind. coniunxerit
²⁷ Card. Tolet.-goth. et Lind. successerint
²⁸ Complut. fuerat
²⁹ Card. Fls. Rcs. Rex. Legion. Antiqua.
³⁰ Tolet.-goth. suprestis. Complut. et Lind. si superest
³¹ Complut. pro singulis aratris

XV. ¹ *Ut qui ad excolendum terram accipit, sicut ille qui terram dedit, ita et iste censum exsolvat.*

Qui accolam ² in terra sua susceperit, et postmodum contingat, ut ille qui susceperat, cuicumque tertiam ³ reddat; similiter sint ⁴ et illi qui suscepti sunt, sicut et patroni eorum qualiter unumquemque contigerit.

XVI. ⁵ *Ut si goti de romanorum tertia quippiam tulerint, iudice insistente, romanis cuncta reforment.*

Iudices singularum civitatum, villici ⁶ atque præpositi terras ⁷ romanorum ab illis qui occupatas tenent auferant, et romanis sua exsequutione ⁸ sine aliqua dilatione restituant, ut nihil fisco debeat deperire: si tamen eos quinquaginta annorum numerus aut tempus non excluderit.

XVII. FLAVIUS CINDASYNTUS REX ⁹.

De mancipiorum agnationibus dividendis, atque eorum pecuniis partiendis et discernendis.

Providentissimi iustique iuris est, ut formam inveteratæ censuræ, quæ ab æquitatis ratione dissentit, novellis etiam sanctionibus ¹⁰ emendemus; nec immerito prius nascendi causas nos expedit arbitrari, et ita demum legem ponere nascituris. Si enim filius ab utroque parente gignitur et creatur, cur idem ad conditionem tantum pertineat genitricis, qui sine patre nullatenus potuit procreari? Hac rationabiliter naturæ lege compellimur agnationem ancillæ, quæ servo alieno coniuncta peperit, inter utrosque dominos æqualiter dividendam. Quod si unus tantum filius ab eisdem parentibus fuerit procreatus, quoniam ambobus dominis modo placito non poterit deservire, idem filius apud matrem usque ad ætatis annum duodecimum educetur, donec ætas eius in exercendis laboribus ferre servitium pubertatis incipiat. Post hæc autem dominus ancillæ domino servi cui hæc ancilla coniuncta est, pretium ex medietate persolvat, quantum idem filius a bonis hominibus valere fuerit æstimatus. Similis forma cervetur et de cæteris filiis qui impari numero fuerint procreati. Peculium vero mobilis rei quod servus et ancilla profligaverint sub uno contubernio constituti, utrique domino decernimus pertinendum. Sane si in fundum alterius domini ad cuius iura idem servus vel ancilla non pertinent, præter ædificium agrumque, vel aliquid quod esse possit immobile a servis talibus in re mobili fuerit conquisitum, non aliter quam agnationem rem huiusmodi

æqualiter eorum domini sibi debeant vindicare. Quod si unus ex his dominis contubernia famulorum fuerit conatus inrumpere, statim eos separare non differat; ea tamen conditione servata, ut postquam ad dominorum cognitionem contubernia servorum pervenerint, si eos in hoc dominorum voluntas perseverare noluerit, infra anni spatium ipsum contubernium resolvere non morentur. Cæterum si hoc rationabile tempus, quod hac lege indultum est, negligentia dominorum excesserit, quidquid post expletum annum fuerit procreatum, utrique domini æqualiter inter se sexus, numeri, vel ætatis contropatione noverint dividendum. Quod si super annum tempus excesserit, et hoc unus dominus vel ambo nescierint, quodcumque nasci potuerit, similiter in divisionis æquali portione manebit.

XVIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECESVINTUS REX ¹¹.

Ut peculium et peculiare ad unam intelligentiam habeatur.

Sæpe contentionis apice ¹² improbos vidimus sinceram intelligentiam desecare ¹³, quæ ut refelli possit, compendio brevitalis uti sic convenit. Omnis ergo res quæ mobilis immobilisque consistit, cuiuscumque fuerit generis sive formæ, aut peculii aut peculiaris nomen habuerit, unius intelligentiæ vim evidentiamque obtineat, ut ex hoc omnis de mobilibus immobilibusque rebus intentio ¹⁴ conquiescat.

XIX. FLAVIUS GLORIOSUS RECESVINTUS REX ¹⁵.

Si pro acceptis rebus promissio non solvatur.

Si quis terram, vineam aut aliquam rem aliam pro decimis, vel quibuslibet commodis præstationibusque reddendis per scripturam, aut quamcumque definitionem ita ab alio acceperit possidendam, ut ille qui dat, sic sub alius exsolutionis debito det, ne videatur ius rei suæ amittere voluisse, quidquid debet qui rem accipit, etiam sine sollicitudine domini ipse sollicitus reddat. Nam quamvis consuetudo vel promissio exsoluta non fuerit, de rebus suis pars domini excludi non poterit, quia non voluntate istius qui dedit, sed fraude illius qui rem accepit, videatur ¹⁶ commotio rei domino commoveri. Si vero ille qui rem accepit consuetudinem aut promissionem differat adimplere, quodcumque de promisso ¹⁷ vel consueto debet, rei domino in duplum exsolvat. Nam si ita reddere promissum aut consuetum dissimulet, ut dominum rei legum tempus excludat, usque ad L. annos rem cum augmento solius laboris quod illic fecit amittat.

II. TITULUS DE QUINQUAGENARII ET TRICENNALIS TEMPORIS INTENTIONE.

- I. *Ne post L. annos sortes goticæ vel romanæ amplius repetantur.*
- II. *Ne mancipia fugitiva post L. annos ad servitium revocentur.*
- III. *Ut omnes causæ tricennio concludantur.*
- IV. *Ut exceptis fiscalibus servis, tricennale tempus valeat*

in omnibus causis.

- V. *De interruptione tricennii.*
- VI. *Ne tricennale tempus impediat relegatis.*
- VII. *De præfixo annorum numero, quo fiscales servi possint ad servitium repeti.*

¹ Legion. Antiqua.

² Complut. agricolam

³ Complut. terram

⁴ Tolet.-goth. Legion. Card. et Complut. sentiant

⁵ Legion. Antiqua.

⁶ Complut. villarum præpositi

⁷ Legion. et Lind. tertias

⁸ Legion. Card. Complut. et Lind. exactione

⁹ Card. Nova. Legion. Antiqua noviter emendata. Tolet.-goth. et Complut. auctorem legis huius vel inscriptionem non referunt.

M.L. Tom. I.

¹⁰ Complut. legibus

¹¹ Legion. Antiqua. Tolet.-goth. et Complut. auctoris nomen, et legis inscriptionem omittunt.

¹² Legion. Tolet.-goth. et Complut. intentionis acie. Card. et Lind. contentionis acie

¹³ Lind. deserere

¹⁴ Complut. contentio

¹⁵ Card. Fls. gls. Chs. Legion. Antiqua. Tolet.-goth. et Complut. nec legis auctorem, nec eius inscriptionem indicant.

¹⁶ Card. videtur contentio rei &c.

¹⁷ Legion. et Complut. de promissione vel consuetudine

I. ¹ *Ne post L. annos sortes goticæ vel romanæ amplius repetantur.*

Sortes goticæ et tertiarum romanorum, quæ infra ² quinquaginta annos non fuerint revocatæ, nullo modo repetantur.

II. ³ *Ne mancipia fugitiva post L. annos ad servitium revocentur* ⁴.

Mancipia fugitiva quæ infra quinquaginta annos inventa non fuerint, non liceat ad servitium revocare.

III. ⁵ *Ut omnes causæ tricennio concludantur.*

Omnes causæ, seu bonæ sive malæ, aut etiam criminales, quæ infra XXX. annos definitæ non fuerint, vel mancipia quæ in contentione posita fuerant aut sunt ⁶, ab alio tamen possessa, si definita atque exacta ⁷ non fuerint, nullo modo repetantur. Si quis autem post hunc triginta annorum numerum causam movere tentaverit, iste numerus ei resistat, et libram auri cui rex iusserit ⁸, coactus exsolvat.

IV. FLAVIUS GLORIOSUS RECESVINTUS REX ⁹.

Ut exceptis fiscalibus servis tricennale tempus valeat in omnibus causis.

Sæpe competentis indebita resolutio iuris evanescere facit statum ¹⁰ iuxta possessionis; et quod nulla nobilitas decoravit, indebita licentia libertati contrahit. Tricennalis ergo transcursio temporum quum tam constanter inolevisse videatur in negotiis sanctionum ¹¹, ut iam non quasi ex institutione humana, sed veluti ex ipsarum rerum videatur processisse natura: ideo valitura sanctionis huius æternitate decernitur, ut si per tricennii tempus, seu fiscus de quorumlibet iure quodcumque tenuerit, sive quilibet de fisci, extra mancipia fiscalia, aut cuiuspiam rebus aliquid fortasse possederit, perenni sibimet iure vindicet et retinet, et nec contra hunc numerum, in quo etiam veritas perfectæ completur ætatis, attentet commoveri vox cuiuscumque petitionis. Servi vero fisci, quorum de stirpe servili evidens origo patuerit, resoluti atque per diversa vagantes quamvis nihil in pensione tributis persolverint, quamvis fuga vel latebris seu patrociniis quorumcumque defensi latuerint, servitutis conditionem non erunt penitus evasuri: sed in originem pristinam absque temporum præiudicio redigendi: ab huius sententia legis illis tantummodo segregatis, qui percipere valuerint regia conlatione remedia libertatis.

V. FLAVIUS CINDASVINTUS REX ¹².

De interruptione tricennii.

Sæpe proprium ius alterius longinqua possessio in ius transmittit alterius: nam quod quisque XXX. annis expletis absque interruptione temporis possidet, nequaquam ulterius per repetentis calumniam amittere potest. Ut ergo tam petenti quam possessori competentem possit esse consultum, id ab omnibus observandum est, ut quicumque

rem quæ ab alio per XXV. annos, et supra, infra XXX. annos tamen, possessa est, sui iuris esse adstruxerit, et possessor fortasse sive a iudice seu a repetente communitus, vel reddere distulerit, vel rationabiliter responsum parare contempserit, aut quancumque dilationem videatur afferre, sive etiam eiusdem rei quæ petitur ¹³, absentem possessorem, hoc est, aut in alia provincia, aut in expeditione publica positum esse constiterit ¹⁴; tunc iudex id quod repositur, id est, seu possessio sive quodcumque fuerit, pro interruptione temporis coram duobus aut tribus ingenuis petenti consignare procuret. Ita ut si iudex rem ipsam petenti per saionis instantiam præceperit consignare, per epistolam manu sua subscriptam eundem saionem iuxta modum subterius ¹⁵ comprehensum informet: et si forte possessio est ubi repositio alicuius substantiæ sit, ne per rationales excusatio fiat, annulo iudicis vel saionis qui locum consignat, eadem ostia, ubi res est posita, per illos octo dies maneat obsignata, et ille qui accepit, octo tantum diebus possideat, et nihil exinde expendere, aut evertere, vel alienare præsumat, sed in eo tantum loco quod voluerit, aut potuerit laboris exerceat. Post octo autem dies rem intemeratam dimittat, ab eo quem possidentem inveniatur indubitanter adprehendendam, et nullam ex hoc ille qui octo diebus possedit, calumniam pertimescat. Ita tamen ut sive ipse, seu pars eius aut posteritas infra XXX. annos a die interrupti temporis rem quam sibi consignari poposcerat, sui iuris esse convincat. Nam si convincti eadem actio taliter non potuerit, ille quidem qui suprestis est, qui dominium alienum inquietavit, rei domino velut iniustus satisfaciat petitor. Aut si aliquid expenderit exinde, vel everterit, in quadruplum reddere compellatur. Parti vero eius aut posteritati nulla ex hoc ulterius calumnia moveatur, illa vero evidentissime conditione taxata ¹⁶, ut si diversarum rerum, et in diversis locis hæc de qua agitur fuerit dispersa facultas, ex omnibus his quæ ad eandem pertinent repetitionem, unum quodcumque fuerit secundum præsentis legis decretum a iussione ¹⁷ iudicis consignatum pro traditione teneatur omnium rerum. ¶ *ITEM.* ¹⁸ *Exemplar epistolæ informationis. Ille iudex illi saioni. Informamus te, ut locum illum quem ille repetit, et nunc in dominio illius esse videtur, iuxta legis ordinem coram duobus aut tribus ingenuis illi consignes, octo tantum diebus possidendum: ita ut si aliquid ibi repositionis habeatur, et annulo domini sui non est signatum, propter auferendam excusationem rationabilium per illos octo dies annulo tuo maneat obsignatum; a te vero nihil exinde aliquatenus auferatur.*

VI. FLAVIUS RECESVINTUS REX ¹⁹.

Ne tricennale tempus impediatur relegatis.

Quantum pressuris conditio urgetur humana, tantum multis remediis clementiam principalem necessitati consulere decet humanæ. Quapropter quum quisque nobilis atque ²⁰ inferior ingenuus sive etiam servus regio iussu in custodiam vel in exsilium extiterit deputatus ²¹, et contingat eum quandoque, aut liberationem ²² gratiamque invenire, aut ad sua bona reverti, si quancumque rem in repetitione videatur habere, non illud tempus pro tricennali vel quinquagenario annorum numero in eius actione iungatur, quod ipse in custodia vel in exsilio fuisse dinos-

¹ *Tolet.-goth. Legion. et Card. Antiqua.*

² *Complut. et Lind. intra*

³ *Legion. Antiqua.*

⁴ *Tolet.-goth. Legion. et S. J. R. repetantur*

⁵ *Legion. et Card. Antiqua.*

⁶ *Card. aut non sunt*

⁷ *Card. aut vindicata*

⁸ *Complut. voluerit*

⁹ *In codicibus Legion. Tolet.-goth. S. J. R. et Complut. hæc lex IV. desideratur, sub cuius tamen dinumeratione, quæ hinc VII. est, invenitur.*

¹⁰ *Card. et Lind. statutum tempus*

¹¹ *Lind. actionum*

¹² *Card. Fls. Ervigius Rex. in quo codice hæc ipsa lex V.*

dinumeratur VI. Legion. Antiqua.

¹³ *Legion. repetitur*

¹⁴ *Card. constiterit, aut non constiterit*

¹⁵ *Legion. legis subterius*

¹⁶ *Complut. servata*

¹⁷ *Complut. et Legion. per saionem iudicis*

¹⁸ *Legion. Antiqua lex, capitulare exemplar epistolæ informationis. Ille iudex &c.*

¹⁹ *Legion. Antiqua. Tolet.-goth. S. J. R. et Complut. auctorem et inscriptionem huius legis silentio prætermittunt.*

²⁰ *Complut. seu*

²¹ *Card. deputatus aut ab hostibus deportatus*

²² *Legion. Card. et Complut. liberationem invenire*

citur: sed remoto omni illo tempore, quo evidenter eidem personæ in pressuris et in penuria constitutæ sibi debitum negotium sequi non licuit. De cætero iuxta legum decreta vel tempus in eius actionibus legalis ordo maneat constitutus.

VII. FLAVIUS EGICA REX ¹.

De præfixo annorum numero ², quo fiscales servi possint ³ ad servitium repeti.

Abrogata legis illius sententia, qua de fiscalibus servis præcipitur, ut absque præiudicio temporum in servitutis

pristinæ originem redigantur ⁴; id novo sanctionis edicto decernimus, ut iidem ipsi fiscales servi, quos per XXX. annos inter præsentis aut quisque possederit, aut ipsi coram positi prædictum numerum annorum nullo dominante transierint, vel ii etiam qui per diversa vagantes sine aliqua tributi vel servitii impensione quinquagenariam annorum ⁵ metam pervagando excesserint, nullo modo sint ad fisci servitutem ulterius repetendi. Sed quod eos fuisse tricennalis, vel quinquagenarius ⁶ legalis communisque ordo convicerit, hoc esse eos modis omnibus oportebit, ut in ⁷ perquisitione mancipiorum fiscalium, una eademque lex principis teneat, quæ et in populorum similibus vocibus dignoscitur constituta.

III. TITULUS DE TERMINIS ET LIMITIBUS.

- I. *Ut termini et limites conserventur.*
 II. *De conlisis et evulsis limitibus.*
 III. *Quid observetur si de terminis contentio oriatur.*

I. ⁸ *Ut termini et limites conserventur.*

Antiquos terminos et limites sic stare iubemus, sicut antiquitus videntur esse constructi, nec aliqua patimur commotione divelli.

II. ⁹ *De conlisis et evulsis limitibus.*

Qui studio pervadendi limites complanaverit, aut terminos fixos fuerit ausus evellere: si ingenuus est, per singula signa vel notas XX. ¹⁰ solidos, cui fraudem fecit, cogatur inferre ¹¹: et si servus est, per singula signa L. flagella suscipiat, et limitem et terminum restituat. Si quis autem dum arat ¹², vel vineam plantat, terminum casu non voluntate convellerit; vicinis præsentibus restituat terminum, et postmodum ex hoc nullum damnum aut periculum vereatur.

III. ¹³ *Quid observetur si de terminis contentio oriatur.*

Quotiescumque de terminis fuerit orta contentio, signa quæ antiquitus constituta sunt, oportet inquiri, id est, aggeres terræ sive arcas, quas propter fines fundorum antiquitus apparuerint fuisse congestas atque constructas: lapides etiam, quos propter indicia terminorum notis evidentibus sculptos constiterit esse defixos. Si hæc signa defuerint, tunc in arboribus notas, quas decurias vocant, convenit observari, sed illas quæ antiquitus probantur incisæ.

IV. FLAVIUS GLORIOSUS RECESVINTUS REX ¹⁴.

Si alter intra terminos alienos possidere dicatur.

Si quis intra terminos alienos, per absentiam aut per ignorantiam domini, partem aliquam forte possederit, ita ut diuturna mansio etiam in multo tempore inolita, vel amplius quam L. annis hominum, partis eius habitatio publice et immobiliter consistere aut permanere nullatenus comprobetur; statim quum per antiqua signa evidentibus inspectoribus fines loci alterius cognoscuntur, amittat do-

- IV. *Si alius intra terminos alienos possidere dicatur.*
 V. *Ut si aliqua pars de aliquo loco tempore romanorum remota est, ita persistat.*

mino reformandam. Nec contra signa evidentia debitum dominium ullum longæ possessionis tempus excludat. Sed hoc si ex his contententibus unius possessoris sive auctorum eius dominium reperiatur advenisse ¹⁵ postremum. Nam si tanta tempora excesserunt, ut nec ipsi nec auctores eorum noverint, cuius primum aut dominium aut possessio fuit: sed nec per testem, nec per scripturam potuerit postremus possessor ostendi; quia dubium ¹⁶ primæ possessionis constat indicium; unusquisque quod possidet, inrevocabiler possidebit. Verum ubi unus possessor sine alterius domini mansoribus publice possidens per evidentia signa locum ex integro vindicare videtur; nulla ratio sinit, ut quamvis per longa tempora eius possessionis integritas decerpatur. Unde si alter illic se per præsumptivam introduxerit novitatem, nihil nocere poterit possessori. Si vero idem aliena adpetens, aliquid ex hoc repetit non præsumptive, sed per iudicium; si meretur obtineat. Nam si incognite et improvise adtentet aliquatenus accedere velle, liceat hunc domino vere, ut violentum accusare, et ut invasorem, per iudicium legibus abdicare.

V. ¹⁷ *Ut si aliqua pars de aliquo loco tempore romanorum remota est, ita persistat.*

Si quodcumque ante adventum gotorum de alicuius fundi iure remotum est, et ad aliquam possessionem, aut venditionem, aut donationem, aut divisionem, aut aliqua transactione translatum est; id in eius fundi, ad quem a romanis antiquitus probatur adiunctum, iure ¹⁸ consistat. Quum autem proprietas fundi nullis certissimis signis, aut limitibus probatur, quid debeat observari, eligat inspectio iudicantium, quos partium consensus elegerit: ita ut iudex quos certiores agnoverit vel seniores, faciat eos sacramenta præbere, quod terminos absque ulla fraude monstraverint, et tamen nullus novum terminum sine consortis præsentia, aut sine inspectore constituat. Quod si forsitan liber hoc fecerit, damnum pervasionis accipiat ¹⁹, quod legibus continetur. Si vero id servus admiserit domino nascente, ducenta flagella publice extensus accipiat, et nullum ex hoc præiudicium domino computetur.

¹ Hæc VII. lex sub numero V. in codice Card. describitur. Tolet.-goth. Fls. Vamba Rex.

² Legion. et Complut. tempore

³ Legion. et Complut. debeant

⁴ Legion. reducantur

⁵ Legion. et Complut. numeri

⁶ Complut. quinquagenalis

⁷ Complut. ita ut per inquisitionem

⁸ Tolet.-goth. Antiqua.

⁹ Legion. Antiqua.

¹⁰ Legion. et Complut. XXX.

¹¹ Legion. exsolvere

¹² Card. dum arat pomaria

¹³ Tolet.-goth. et Legion. Antiqua.

¹⁴ Legion. Antiqua. In Tolet.-goth. S. J. R. et Complut. legis auctor et inscriptio omittuntur.

¹⁵ Complut. esse

¹⁶ Tolet.-goth. et Lind. nullum

¹⁷ Card. et Legion. Antiqua.

¹⁸ Legion. ita persistat

¹⁹ Complut. incurrat

LIBER XI.

DE ÆGROTIS ATQUE MORTUIS, ET TRANSMARINIS NEGOTIATORIBUS ¹.

I. TITULUS DE MEDICIS ET ÆGROTIS.

- I. *Ne absentibus propinquis mulierem medicus flebotomare præsumat.*
 II. *Ne medicus custodia retentos visitare præsumat.*
 III. *Si medicus pro ægritudine ad placitum expectetur.*
 IV. *Si ad placitum susceptus moriatur infirmus.*

- V. *Si de oculis medicus hiprehysma tollat.*
 VI. *Si per flebotomum ingenuus sive servus mortem incurrat.*
 VII. *De mercede discipuli.*
 VIII. *Ne indiscussus ² medicus custodia deputetur.*

- I. ³ *Ne absentibus propinquis mulierem medicus flebotomare præsumat.*

- IV. ¹¹ *Si ad placitum susceptus moriatur infirmus.*

Nullus medicus ⁴ sine præsentia patris, matris, fratris ⁵, filii aut avunculi ⁶, vel cuiuscumque propinqui mulierem ingenuam flebotomare præsumat, excepto si necessitas emerit ægritudinis; ubi etiam contingat supradictas personas minime adesse, tunc aut coram vicinis honestis, aut coram servis et ancillis idoneis, secundum qualitatem ægritudinis, quæ novit impendat. Quod si ⁷ hoc sine prædictis præsumpserit, X ⁸ solidos propinquis aut marito coactus exsolvat, quia difficillimum nullatenus est, ut sub tali occasione ludibrium interdum ad crescat.

Si quis medicus infirmum ad placitum susceperit, cautionis emissio vinculo, infirmum restituat sanitati; certe si periculum contigerit mortis, mercedem placiti penitus non requirat: nec ulla exinde utrique parti calumnia moveatur.

- V. ¹² *Si de oculis medicus hypochysma ¹³ tollat.*

Si quis medicus hypochysim ¹⁴ de oculis abstulerit, et ad pristinam sanitatem infirmum revocaverit, V. solidos pro suo beneficio consequatur.

- II. ⁹ *Ne medicus custodia retentos visitare præsumat.*

- VI. ¹⁵ *Si per flebotomum ingenuus vel servus mortem incurrat.*

Nullus medicorum, ubi comites, tribuni, aut villici in custodiam retruduntur, introire præsumat sine custode carceris; ne illi per metum culpæ suæ mortem sibi ab eodem explorent. Nam si aliquid mortiferum his ab ipsis medicis datum vel indultum fuerit, multum rationibus publicis deperit. Si quis hoc medicorum præsumpserit, setentiam cum ultione percipiat.

Si quis medicus dum flebotomiam exercet, ingenuum debilitaverit, CL. solidos coactus exsolvat. Si vero mortuus fuerit, propinquis continuo tradendus est, ut quod de eo facere voluerint, habeant potestatem. Si vero servum debilitaverit aut occiderit, huiusmodi servum restituat.

- VII. ¹⁶ *De mercede discipuli.*

Si quis medicus famulum in doctrina susceperit, pro beneficio suo XII. solidos consequatur.

- III. ¹⁰ *Si medicus pro ægritudine ad placitum expectetur.*

- VIII. ¹⁷ *Ne indiscussus medicus custodia deputetur.*

Si quis medicum ad placitum pro infirmo visitando, aut vulnere curando poposcerit; quum viderit medicus vulnus, aut dolores agnoverit, statim sub certo placito cautione emissa infirmum suscipiat.

Nullus medicum inauditum, excepta homicidii causa, in custodiam tradat ¹⁸. Pro debito tamen sub fideiussore debet consistere.

II. TITULUS DE INQUIETUDINE SEPULCRORUM.

I. *De violatoribus sepulcrorum.*II. *Si sepulcrum mortui auferatur.*I. ¹⁹ *De violatoribus sepulcrorum.*

Si quis sepulcri violator extiterit, aut mortuum expolia-

verit, et ei aut ornamenta vel vestimenta abstulerit; si liber hoc fecerit, libram auri coactus exsolvat hæredibus mortui, et quæ abstulit reddat. Quod si hæredes non fue-

¹ Legion. De ægrotis et medicis, vel mortuorum sepulcris atque negotiatoribus

² Legion. et Complut. indiscretus: hoc ipsum verbum in lege reperitur.

³ Legion. Nova lex. Card. Antiqua.

⁴ Legion. et Complut. medicus indiscussus

⁵ Legion. fratris, mariti, &c.

⁶ Tolet.-goth. avi

⁷ Tolet.-goth. Legion. Complut. et Lind. Quod si aliter præsumpserit

⁸ Tolet.-goth. XX.

⁹ Legion. Tolet.-goth. et Card. Antiqua.

¹⁰ Legion. et Card. Antiqua. Tolet.-goth. Fls. Vamba.

¹¹ Legion. Tolet.-goth. S. J. R. et Card. Antiqua.

¹² Legion. et Card. Antiqua.

¹³ Legion. Card. Complut. et Lind. hypochysmata

¹⁴ Complut. hypochysmata. Lind. hypochysma

¹⁵ Legion. et Card. Antiqua.

¹⁶ Tolet.-goth. Legion. et Card. Antiqua.

¹⁷ Legion. et Card. Antiqua.

¹⁸ Legion. Complut. et Lind. retrudat

¹⁹ Tolet.-goth. et Card. Antiqua.

rint, fisco nostro ¹ cogatur inferre ², et præterea C. flagella suscipiat. Servus vero si hoc crimen admiserit, CC. flagella suscipiat, insuper et flammis ardentibus exuratur, redditus nihilominus cunctis quæ visus est abstulisse.

II. ³ *Si sepulcrum mortui auferatur.*

Si quis mortui sarcophagum abstulerit, dum sibi vult

habere remedium, XII. solidos iudice insistente hæredibus mortui cogatur exsolvere. Quod si, domino iubente, servus hoc admiserit, dominus pro servo componere ⁴ non moretur. Servus vero si ex sua voluntate hoc admiserit ⁵, centum flagella suscipiat, et quod tulerat, et loco et corpori proprio reformetur.

III. TITULUS DE TRANSMARINIS NEGOTIATORIBUS.

I. *Si transmarini negotiatores rem furtivam vendere detegantur.*

II. *Ut transmarini negotiatores suis et telonariis, et legibus audiantur.*

I. ⁶ *Si transmarini negotiatores rem furtivam vendere detegantur.*

Si quis transmarinus negotiator aurum, argentum, vestimenta vel quælibet ornamenta ⁷ provincialibus nostris vendiderit, et competenti pretio fuerint venundata; si furtiva postmodum fuerint adprobata, nullam emptor calumniam pertimescat.

II. ⁸ *Ut transmarini negotiatores suis et telonariis, et legibus audiantur.*

Quum transmarini negotiatores inter se causam habent, nullus de sedibus nostris eos audire præsumat, nisi tantummodo suis legibus audiantur apud telonarios suos.

III. *Si transmarinus negotiator mercenarium de locis nostris secum transtulerit.*

IV. *Si transmarinus negotiator mercenarium pro commercio susceperit.*

III. ⁹ *Si transmarinus negotiator mercenarium de locis nostris secum transtulerit.*

Nullus transmarinus negotiator de sedibus nostris mercenarium audeat in loca sua transferre. Qui contra hoc venire tentaverit, inferat fisco nostro auri libram unam, et præterea C. flagella suscipiat.

IV. ¹⁰ *Si transmarinus negotiator mercenarium pro commercio susceperit.*

Si quis transmarinus negotiator mercenarium ¹¹ de sedibus nostris pro vegetando commercio susceperit, det pro beneficio eius solidos III. per annum unum, et nihilominus impleto placito servum domino reformare cogatur.

LIBER XII.

DE REMOVENDIS PRESSURIS, ET OMNIUM HERETICORUM OMNIMODO SECTIS EXTINCTIS.

I. TITULUS DE TEMPERANDO IUDICIO, ET REMOVENDA PRESSURA.

I. *De commonitione principis, qua iubetur, ut iudicium temperent iudices.*

II. *Ut nullus ex his, qui populorum accipiunt potestatem et curam, quoscumque de populis, aut in sumptibus, aut in indictionibus inquietare pertentet.*

I. FLAVIUS GLORIOSUS CINTASVINTUS REX ¹².

De commonitione principis, qua iubetur, ut iudicium temperent iudices.

Qui necessariam culpis hominum severitatem disponimus, convenit ut Deo placita remedia miseris impendamus. Obtestamur itaque iudices omnes cunctosque quibus iudicandi concessa potestas est, et teste virtutum omnipotentem domino commonemus ad investigandam quidem rei veritatem in causis omnibus sollertes existere, et absque personarum acceptione negotiorum omnium contentiones examinare; circa victas tamen personas, ac presertim paupertate depressas severitatem legis ¹³ aliquantulum tempe-

tem et curam, quoscumque de populis, aut in sumptibus, aut in indictionibus inquietare pertentet.

rare. Nam si in totum iudicii proprietates attendatur, misericordiæ proculdubio mansuetudo deseritur.

II. ¹⁴ *Ut nullus ex his, qui populorum accipiunt potestatem et curam, quoscumque de populis, aut in sumptibus, aut in indictionibus inquietare pertentet.*

Omnes quos regni nostri felicitate tuetur, nihil aliud eorum utilitatibus consulentes, momentis omnibus statuimus, nisi ut nullam dispensionum suspicionem patiantur. Quid est enim iustitiæ tam proximum vel nobis familiare, quam piam fidelibus manum porrigere, et iuste eos quos regimus, in diversis negotiis adiuvere? Decernentes igitur et huius legis nostræ severitate constituentes iubemus,

¹ *Tolet.-goth.* fisco nostro persolvat

² *Complut.* exsolvere

³ *Legion.* Antiqua.

⁴ *Tolet.-goth.* componat.

⁵ *Tolet.-goth.* talia fecerit

⁶ *Legion. et S. J. R.* Antiqua.

⁷ *Card.* ornamenta aut aliam rem

⁸ *Legion. et Card.* Antiqua.

M.L. Tom. I.

⁹ *Legion. et Complut.* Antiqua.

¹⁰ *Legion. et Card.* Antiqua.

¹¹ *Card.* mercenarium servum sponte domini sui de sedibus *Legion.* mercenarium de locis pro vegetando in commercio

¹² *Tolet.-goth.* Fls. Rcs. *Card.* Antiqua. *Legion.* legis huius auctorem, et inscriptionem omittit.

¹³ *Complut.* legalem

¹⁴ *S. J. R.* Recaredus Rex.

ut nullis indictionibus, exactionibus, operibus vel angariis comes, vicarius, villicus pro suis utilitatibus populos adgravare præsument, nec de civitate vel de territorio annonam accipiant. Quia nostra recordatur clementia, quod dum iudices ordinamus, nostra largitate eis compendia ministramus. Simili auctoritate iubemus rectorem provinciae, sive comitem patrimonii, aut actores fisci nostri, ut nullam in privatis hominibus habeant potestatem, nullaque eos molestia inquietent. Sed si privatus cum servis fisci nostri habuerit causationem, actor vel procurator communis in iudicio rectoris provinciae, vel iudicis territorii, ubi causa fuerit intromissa, suum repræsentet¹ minorem, ut discusso negotio districtione legali uniuscuiusque emendetur excessus. Et quia dum regali cura actores nostrarum perquireremus² provinciarum, comperimus quod

numerarii vel defensores annua vice mutentur: qua de causa detrimentum nostris non ambigimus populis evenire: ideoque iubemus, ut numerarius vel defensor³, qui electus ab episcopis vel populis fuerit, commissum peragat officium. Ita tamen ut dum numerarius vel defensor ordinatur, nullum beneficium iudici dare debeat, nec iudex præsumat ab eis aliquid accipere vel exigere. Quod si quis iudicum hanc nostram transcederit constitutionem, honore privatus decem libras auri fisco nostro coactus exsolvat. Sacerdotes vero quos divina oblatione convenimus, si excessus iudicum aut actorum scierint, et ad nostram non retulerint agnitionem, noverint se concilii iudicio esse plectendos, et detrimenta, quæ pauperes eorum silentio pertulerint, ex eorum rebus illis esse restituenda.

II. TITULUS DE OMNIUM HÆRETICORUM ATQUE IUDÆORUM CUNCTIS ERRORIBUS AMPUTATIS.

- I. *Quod post datas fidelibus leges, oportuit infidelibus constitutionem ponere legis.*
- II. *De omnium hæresium erroribus abdicatis.*
- III. *De datis et confirmatis legibus supra iudæorum nequitiam promulgatis.*
- IV. *De cunctis iudæorum erroribus generaliter extirpatis.*
- V. *Ne iudæi more suo celebrent pascha.*
- VI. *Ne iudæi more suo sædus copulent nuptiale.*
- VII. *Ne iudæi carnis faciant circumcissionem.*
- VIII. *Ne iudæi more suo diiudicent escas.*
- IX. *Ne iudæi quæstione christianos inscribant.*
- X. *Ne iudæi contra christianos testificentur, et quando ex illis progenitis testificari sit licitum.*

- XI. *Ne iudæus christianum mancipium circumcidat.*
- XII. *De pœna qua perimenda est transgressio iudæorum.*
- XIII. *De mancipiis christianis, quæ a iudæis aut vendita aut libertati tradita esse noscuntur.*
- XIV. *Ut nullis modis iudæis mancipia adhæreant christiana, et nec in sectam eorum modo quocumque ducantur.*
- XV. *De interdicto omnibus christianis ne quisque iudæum quacumque factione aut favore vindicari vel tueri pertentet.*
- XVI. *Placitum iudæorum in nomine principis factum.*
- XVII. *De iudaizantibus christianis.*
- XVIII. *De perfidia iudæorum.*
- XIX. *De homicidiis.*

I. FLAVIUS GLORIOSUS RECESVINTUS REX⁴.

Quod post datas fidelibus leges oportuit infidelibus constitutionem ponere legis.

Hactenus per arduas culparum semitas iudæorum cautos direximus gressus, et per humanæ adinventionis præcipites et immoderatos excessus ordinatæ gravitatis emisimus cursus. Egisse⁵ namque nostram illis intensionem conspicuum est, et dissuadere quod male suasum irrite libet, et prohibere quod turpe est decet, et auferre quod male actum et a decore honestatis abhorret. Ut enim legalis ordo male consciarum sibi mentium abdita penetravit, ita legalis censura et morum prava correxit, et scelerum commissa truncavit. Verum hanc pudicitiam animorum non egimus alibi quam intra ecclesiam Dei vivi, qui diversitatem simul nationum et hominum unius tunicæ immortalitate vestivit, unius etiam sacræ religionis sibi vinculis religavit. Ibi etiam⁶ licet excellentia nostri vigoris a virtutum Deo fuerit terrenæ gloriæ sublimata culminibus; interdum tamen motu compassionis, interdum acie iudicantis, et peccandi licentiam sollicitè vitare curavit, et perventa delicta modo temperanter diminuendo subtraxit, modo vehementer extirpando conlisset; non solum sequens nobilium illustriumque gentium mores, quæ rationabilibus et modestis legibus ordinare curaverunt illicitos populorum excessus, sed sanctissimorum quoque pa-

trum toto terrarum orbe felicium, et regulas imitans, et exempla præsumens, quo possit amplitudo nostræ mansuetudinis illorum præceptis velut in forma operis imitationem exprimere actionis; et ex hoc debere cognoscere proximis subiectisque plebibus honestatis competentia indidisse decreta, ex quo aut culparum meritis sunt evidenter impressa, aut sanctorum patrum sententiis prorsus non inveniuntur externa, duo mihi dona uno divinitatis præmio provenire confidens, ut et cum proximis salutari temporum perfruar pace, et divinis iudiciis munere regiminis peracta mercede dispositis, dehinc populorum fidelium legibus, atque in domo sancta fidei veræ propriis membris confecto medicamine salutari, et ordinata charitatis decantissima pace, fidenter in virtute Dei adgrediar hostes eius, et insequar æmulos, persequar adversos, contendens viriliter, perseverans instanter, aut comminuere illos ut pulverem⁷ excussum, aut delere ut lutum platearum sordentium. Certe aut de illis et fidei conquirere lucrum, et gloriæ⁸ Dei dare triumphum⁹, ut dum fideles populos in religionis sacræ pace possederim, atque infideles ad concordiam religiosæ pacis adduxerim, et mihi crescat gloriæ præmium¹⁰, et dilatam atque augeam regnum¹¹.

II. FLAVIUS RECESVINTUS REX¹².

De omnium hæresium¹³ erroribus abdicatis.

Divinæ virtutis æternum consilium, et in ultimorum se-

¹ *Legion. et Complut.* præsentet. *Lind.* suam repræsentet personam et minorem

² *Complut.* perquirimus

³ *Legion. et Complut.* defensor ordinatus nullum beneficium iudici dare debeat

⁴ *Complut.* auctorem non memorat, nec inscriptionem legis.

⁵ *Tolet.-goth.* Exegisse

⁶ *Legion. Complut. Tolet.-goth. S. J. R. et Lind.* enim

⁷ *Complut.* ut pulverem ante faciem venti excussum

⁸ *Complut.* ecclesiæ dare

⁹ *Tolet.-goth. et Legion.* trophæum

¹⁰ *Complut.* et virtutum domino

¹¹ *In codice Card. ad finem huius legis adnotatio eadem conscripta manu sic ait: Correctum usque hic.*

¹² *Tolet.-goth.* Antiqua. *Legion.* nihil de auctore vel de inscriptione legis huius refert.

¹³ *Legion.* hæreticorum

rie sæculorum pietatis eius revelatum arcanum, per retroacta ¹ dierum tempora omnem, ut cernimus, a cunctis nostri regimonia ² finibus, et perfidiam dissipavit errantium, et dogmatum abdicavit commenta pravorum. Verumtamen ne dum nostris consistimus in diebus, tempus illud occurrat, de quo vas electionis olim protulit, dicens ³; erit enim tempus, quum sanam doctrinam non sustinebunt, sed secundum sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus, et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur: convenit ea quæ in luce fidei manent, a tenebris contradictionum edicto legali defendere, et ea quæ exoriri obvia forsitan error impulerit, gestis legalibus propulsare. Nullus itaque cuiuslibet gentis aut generis homo proprius et advena, proselytus et indigena, externus et incola contra sacram et singulariter unam veritatis catholicæ fidem quascumque ⁴ noxias disputationes eadem fidem impugnans palam pertinaciter atque constanter proferat, vel proferre silenter adtentet. Nullus evangelii ⁵ decreta convellat: nullus apostolica instituta decerpit: nullus antiquorum patrum defensionis ⁶ huius sacras definitiones inrumpat: nullus modernorum disserentium congruentes fidei tractatus spernat: nullus contra omne sanctum dictum aut factum veræ fidei sacra-

mentum, aut cogitationes ruminet cordis, aut verba patuli proferat oris: non in contradictione controversiam perfidus excitet pervicacis: non in probitatis contemptionem litem statuat adversantis. Nam quæcumque persona ex his in cunctis istis vetitis extiterit deprehensa, si quidem ex quacumque religionis potestate vel ordine fuerit, amisso loci et dignitatis honore, perpetuo reatu erit obnoxius, rerum etiam cunctarum amissione mulctatus. Si vero ex laicis extiterit, et honore solutus et loco, et omni rerum possessione erit nudatus. Ita ut omnis transgressor sanctionis istius, aut æterno exilio mancipatus intereat, aut divina miseratione respectus, a prævaricatione convertatur et vivat.

III. FLAVIUS RECESVINTUS REX.

De datis et confirmatis legibus supra iudæorum nequitiam promulgatis.

Vetitis et seclusis generaliter omnium hæreticorum præsumptionibus execrandis, nunc specialiter nobis est de præsentibus ordinandum: quoniam et in præsentibus de his cognoscimus esse præsumptum. Nam quum virtus Dei to-

¹ Legion. Tolet.-goth. et Complut. retroactorum. Card. retroactorum

² Complut. et Lind. regiminis

³ Card. dicens Paulus Apostolus

⁴ Card. quacumque noxia disputatione

⁵ Legion. Nullus evangelica sacramenta contemnat. Card. Evangelii sacra convellat

⁶ Card. defensionibus aliquibus. Lind. impugnationibus suis

⁷ Legion. et Tolet.-goth. auctorem legis tacent, et inscriptionem omittunt. Lind. Fls. gls. Chints. Rex.

⁸ Quam hæc proferimus legem, a codicibus Legion. et Card. editione Lind. deprompta est:

III. FLs. RCNS. REX.

Lex in confirmatione concilii.

Eximia synodalis auctoritas, et veneranda est pariter et tremenda: atque in tantum per donum Sancti Spiritus agitur, ut ex diversitate multorum animorum et cordium, unum corpus unamque animam fecisse monstretur: dum numerositas aggregata pontificum, non per sententiam discrepat, non per stylum diversa obiectat, nec per iudicium aliud unus, quam universitas affirmat. Ideo reverendum mihi conventum synodalis concilii, in cuius medio præsentia Sancti Spiritus se habitare promisit, devote venerans, instanterque honorans ea quæ illorum ore, nostræque gloriæ hortatu digesta sunt, in notitiam deducimus singulorum. Illa dicimus synodalis concilii gesta, quæ anno quarto regni nostri in toletana urbe noscuntur esse confecta: quorum institutionum evidentia, ut sine cunctatione omnibus innotescant, hic ea specialiter prælegimus renotanda.

Est igitur primus canon de reddito testimonio dignitatis eorum, quos profanatio infidelitatis, cum Paulo traxit in societatem tyrannidis; quos celsitudo nostra una cum filiis, per huius nostræ legis edictum, et testimonio nobilitatis pristinae uti, et rebus, quas per auctoritatis nostræ vigorem perceperint, decernimus revestiri.

Item secundus est canon de accusatis sacerdotibus, seu etiam optimatibus palatii atque gardingis: sub qua eos iustitiæ cautela examinari conveniat, quos nostræ gloriæ mansuetudo, iuxta ipsius canonis instituta ¹, nullis tormentorum generibus ante publicam discussionem subiici censuit. Ut et homines, qui deinceps fuerint accusati, iuxta sanctionem prædicti capituli erunt proculdubio iudicandi. Unde id specialiter observandum fore censemus: ut quicquid contra hanc regulam sententiæ nostræ vel prædicti canonis institutionem, aut in personam cuiusquam fuerit actum, aut de rebus accusatæ personæ extiterit iudicatum, iuxta prædicti canonis institutionem nullo vigore subsistat: quod persona ipsa aliter quam decernimus iudicata, aut testimonii sui dignitatem amittat, aut quæstu rei propriæ careat.

Tertius quoque canon est de tributorum principali relaxatione in plebe. Ubi nostræ gloriæ auctoritate simul et exhortatione sancitum est: ut omne tributum præteritorum annorum, usque in annum primum regni nostri, quod in privatis vel in fiscalibus populis reiacet, absolutionis perpetuæ debeat sanctione laxari: ea tantum præcipientes publicis thesauris exhiberi, quæ exacta, non illata fuisse constiterint.

¹ Lind. constituta

Quartus post hæc sequitur canon pro munitione proles regie, quam promptæ voluntatis effectu omnis conventus sacerdotum atque etiam seniorum condere præceperunt.

Quintus canon sequitur, ne defuncto principe, relictam eius coniugem quisquam sibi, aut in coniugio aut in adulterio audeat sociare.

Sextus deinde sequitur canon, ut, exceptis servis vel libertis fiscalibus, nullus de servitio quorumlibet aut libertis, deinceps ad palatinum transeat officium. Quod si fecerint, præsentis legis nostræ edicto ad propriæ servitutis iugum modis omnibus reducendi sunt; qualiter, aut dominis suis, si superstites sunt, aut eorum propinquis, quibus decedentium successio ex lege debetur servituri tradantur.

Post hunc septimus est canon, de his qui pro accidentia iurgiorum altaria nudare præsumunt, vel luminaria ecclesiæ subtrahunt.

Octavus quoque sequitur canon, ne admonente metropolitano quisquam ex confinitimis ad locum, ubi invitatur, venire contemnat.

Nonus quoque canon subsequitur de confirmatione concilii toletani duodecimi, quod factum est anno primo gloriæ nostræ.

Decimus huic canon adiungitur, ubi speciali sententia definitur, utrum audeant ministrare hi, qui penitentiam in sacerdotio constituti accipiunt.

Undecimus quoque canon habetur, ne quis alienum clericum vel monachum suscipiat fugientem.

Duodecimus post hæc canon scribitur, de non excommunicandis a proprio episcopo personis illis, quæ ad metropolitanum suum negotia sua dicendum ² accesserint.

Ultimus et tertius decimus post hunc canon subsequitur, de relatione gratiarum, quæ post peractionem concilii Deo et principi persolvantur.

Quæ omnia præmissa synodalia institutionum decreta, a præsentibus die vel tempore omni cura, omnique vigilantia per cunctas regni nostri provincias decernimus observanda: qualiter et perspicuum auctoritatis validæ fastigium subcant, et perpetuo vigoris ordine solidata persistent. Quamobrem sacræ huius legis oraculo omnibus generaliter religiosis atque etiam laicis, sub regni nostri ditione manentibus, interdictum pariter et iukemus, ut prædicta synodalia gesta nullus contemnat, nullus etiam prætereire aut convellere audeat. Nemo notus harum constitutionum iura resolvat: nemo incognitus nescientiæ se obiectibus excusare coniciat. Nam a præmemorato superius die vel tempore et auctoritatis debitæ vigore pollebunt, et institutionum suarum legibus vel regulis cunctorum universalitas adstringetur. Si quis autem huius nostræ legis violator extiterit, ac non potius ea quæ præmissa sunt custodierit, et diutinam ecclesiasticæ disciplinæ excommunicationem excipiat, et decimam partem rei suæ fisci partibus sociandam amittat. Quod si nihil habuerit facultatis unde prædictam compositionem persolvere possit, absque aliquo infamio sui quinquaginta eum oportebit ictibus verberari. Huius igitur nostræ legis decretum, quod in confirmationem huius sacri concilii noscitur promulgatum, gloriosæ manus nostræ exaratione subscripsimus, et ad perennem memoriam, valorem ei perpetuum innodamus. Edita lex in confirmatione concilii toletano sub die idus nov. era DCCXXI, anno quoque feliciter IIII. regni gloriæ nostræ in Dei nomine toletano.

² Lind. suggesturi

tum universaliter acie verbi sui radicitus hæresium extirpaverit fomitem vel surculum, sola iudæorum nequitia ingemiscimus regiminis nostri arva esse polluta. Unde per spiritum ¹ Dei vindicare conabimur pacem nostram, quæ gentibus quidem stultitia est, eisdem vero iudæis scandalum, nobis autem credentibus idem Christus Dei virtus, et Dei sapientia, cuius miseratione præventi concutimur intentione fideli, tam vetustis erroribus ponere finem, quam futurorum exordiorum concidere novitatem. Quapropter æterna lege iubemus, et sacrarum scripturarum iussu decernimus, tam nostrarum legum edicta, quam prædecessorum nostrorum regum legali serie sententias promulgatas, quæ contra iudæorum perfidiam et personas data consistunt, et æterna consecratione inviolata persistere, et perenni custodia observata manere ². Quæ si quis eorum temerare detectus extiterit, et subter iacentium legum damnis obnoxius erit, et specialibus ultionum sententiis subiacebit.

IV. FLAVIUS RECESVINTUS REX ³.

De cunctis iudæorum erroribus generaliter extirpatis ⁴.

Nullus iudæorum sacræ religionis christianam fidem, quam sancti percepit ⁵ tinctione baptismatis, aut profanet aliquatenus, aut relinquat. Nullus hanc factis, nullus dictis impunit. Nullus alibi absconse, nullus palam insultet. Nullus fugere ad hanc evadendam contendat: nullus ut hanc effugiat quibuscumque latibulis sese occultandum iniiciat. Nullus spem quandoque profanationis iterandæ contineat. Nullus confidentiam renovandi erroris adsumat. Nullus prorsus perfidiam et christianæ religioni obviam sectam corde retineat ⁶, verbis promat, factis ostendat. Nullus ex his quæ in eorum placitis sunt conscripta, eorumque publica subscriptione notata, temerare ⁷ studeat, vel revelare ⁸ præsumat. Nullus horum omnium velitorum conscius, vel operatorem celare pertentet ⁹. Nullus inventum latentem publicare retardet. Nullus auditam latebram denunciare recuset. Cunctorum namque eorum quisquis transgressor inventus fuerit, constitutæ legis erit supplicio puniendus.

V. ¹⁰ *Ne iudæi more suo celebrent pascha.*

Nullus de iudæis XIII. luna mensis ¹¹ primi alicuius faciat pascha, neque dierum ipsorum, ut soliti sunt, solemnities celebrabunt. Non dies festos omnis ¹² solemnities mediocres aut summos quisque eorum venerabitur, aut intendat ¹³ honore vel errore vetusto: non ferias custodiat, non sabbata et omnia festa ritu observantiæ suæ deinceps aut colat, aut contingere ¹⁴ quandoque præsumat. Nam præventus mox speciali damnationis suæ mulctabitur ultione.

VI. ¹⁵ *Ne iudæi more suo fœdus copulent nuptiale.*

Nemo ex iudæis propinquitatem sanguinis sui coniugio copulet, adulterio polluat, incestu commaculet. Nullus usque ad septimum ¹⁶ generis gradum coitu personam quamcumque contingat; nullus festa nuptialia aliter quam

¹ *Complut.* per scripturam Dei iudicare curabimus
² *Complut.* manere. Si quis temerator detectus extiterit
³ *Legion. Tolet.-goth. et Complut.* auctorem omittunt et inscriptionem.
⁴ *Card.* extirpandis
⁵ *Card. et Complut.* perceperunt
⁶ *Legion.* teneat
⁷ *Legion.* temerare præsumat
⁸ *Card.* oberrare
⁹ *Complut. et Lind.* adtentet
¹⁰ *Card. Fls. Rcs. Rex. Tolet.-goth. Egica Rex. Complut. et Lind.* Rescindus. Rex.
¹¹ *Legion. et Complut.* mensis alicuius
¹² *Complut.* anni seu solemnities mediocres
¹³ *Legion.* intentet
¹⁴ *Legion.* continere
¹⁵ *Card. Fls. gls. Rex. S. J. R. Reccds. Rex. Complut. Recinds. Rex.*

christianorum mos habet, appetat vel usurpet. Nam detectus damnationis datæ ultionibus punietur.

VII. ¹⁷ *Ne iudæi carnis faciant circumcissionem.*

Nullus iudæorum circumcissionem operetur carnis. Nullus hanc sibi fieri patietur indemnis. Non servus, non ingenuus aut libertus, incola, vel extraneus eiusdem detestandæ sectionis opprobrium quacumque occasione, aut ¹⁸ ferre, aut alteri inferre præsumat. Nam quicumque sponte talia fecisse vel sustinuisse probabitur, datæ legis severitate plectetur.

VIII. ¹⁹ *Ne iudæi more suo diiudicent escas.*

Quum beatus apostolus Paulus dicat: omnia munda mundis, coinquinatis autem et infidelibus nihil est mundum: merito iudæorum detestabilis vita et discretionis horrendæ immunditia omni sordium errore ²⁰ immundior, et repelli oportet, et abiici debet. Ne quis ergo ex his primævæ ritus traditionis et usuati consuetudine ²¹ mundas ab immundis diiudicet escas. Nemo sumenda inhoneste reiciat, quæ valde bona esse sui conditio probat. Nemo ex his aliud privet, aliud usurpet, nisi tantum illa discretionis servata, quæ ab omnibus christianis tenetur salutaris, et congrua. Alioquin in transgressione quisque detectus, constitutis erit suppliciiis addicendus.

IX. ²² *Ne iudæi quæstione christianos inscribant.*

Speciali hoc decreto censetur nulli iudæo pro qualicumque negotio quandoque licere contra christianum, quamvis humilis servilisque personæ, testimonium dicere, neque pro qualibet actione aut ²³ inscriptione christianum impetere, aut pro iudæorum causis quacumque factione hunc tormenta subire præsumat. Profanum etenim satis est infidelis fidem fidelibus anteponere, et membra Christi adversariorum eius molestiis subiugare. Sane si iidem inter se causarum negotia reperiantur habere, et testificandi adversum se, et in servis suis tantumdem coram christianis iudicibus quæstionem iniicere, sit illis liberum ex lege licere.

X. ²⁴ *Ne iudæi contra christianos testificentur, et quando ex illis progenitis testificari sit licitum.*

Si coram hominibus repertum mendacium et infamem facit, et damnis affligit, quanto magis in divina falax fide præventus non erit penitus ad testimonium admittendus? Merito ergo testificari prohibiti sunt iudæi seu baptizati, sive non extiterit baptizati. De stirpe autem illorum progeniti, si morum probitate et fidei plenitudine habeant idonei, permittitur illis inter christianos veridica quidem testificandi licentia, sed non aliter nisi a sacerdote, rege vel iudice mores illorum et fidem omnimodis comprobentur.

²⁵ XI. ²⁶ *Ne iudæus christianum mancipium circumcidat.*

Nulli iudæo liceat christianum mancipium comparare,

¹⁶ *Legion. Card. Complut. et Lind.* sextum
¹⁷ *Card. Fls. gls. Rcs. Rex.*
¹⁸ *Legion. Complut. et Lind.* aut perferat, aut
¹⁹ *Card. Fls. gls. Rcs. Rex. Tolet.-goth. et S. J. R. Rcs. Rex.*
²⁰ *Legion. et Lind.* horrore
²¹ *Tolet.-goth.* consuetudine moris mundas
²² *Card. et Lind. Fls. gls. Rcs. Rex. S. J. R. Reccds. Rex. Legion. Fls. R.*
²³ *Legion. Complut. et Lind.* ad inscriptionem
²⁴ *Card. et Lind. Fls. gls. Rcs. Rex. Legion. Resints. Rex. S. J. R. Reccds. Rex. Tolet.-goth. Fls. Rcds. Rex. Complut. Rencildus Rex.*
²⁵ *Codices Legion. Tolet.-goth. Card. et Complut. hac inversione dinumerant duas has leges, ut, quæ hic XI est, apud illos XII sit, sequentis vice similiter versa.*
²⁶ *Card. Fls. Rcs. Rex.*

vel donatum accipere. Quod si comparaverit, vel donatum acceperit, et eum circumciderit; et pretium perdat, et quem acceperat liber permaneat. Ille autem, qui christianum mancipium circumciderit, omnem facultatem suam amittat, et fisco adgregetur. Servus vero vel ancilla qui contradixerint esse iudæi, ad libertatem perducantur.

XII. ¹ *De pœna qua perimenda est transgressio iudæorum.*

Hæc de sinu fortissimarum legum sententia emanat ad puniendam ² perfidiam iudæorum, ut quicumque aut superioribus vetita legibus, aut suis innexa placitis temerare voluerit, vel frustrare præsumserit; mox iuxta sponsionem ipsorum gentis suæ manibus aut lapidibus perimatur, aut igne cremetur. Quod si denotatum crimine reum principalis pietas reservaverit ³, nimirum illi cui placuerit serviturus a rege donetur, et omnia bona eius aliis possidenda tradantur: sicque fiat ut nec rem amissam recipiat dominus, nec libertatem reparet servus.

XIII. ⁴ *De mancipiis christianis quæ a iudæis, aut vendita aut libertati tradita esse noscuntur.*

Sanctissimis ac beatissimis Agapio, Cecilio ⁵ item Agapio episcopis sive iudicibus ibidem institutis, similiter et reliquis sacerdotibus vel iudicibus ⁶ in territorio Varbi ⁷, Ausgi ⁸, Sturgi, Iiturgi, Viatula ⁹, Tutigiæ, Gabri et Epagri consistentibus. Dudum latæ constitutionis auctoritas a domino et præcessore nostro ¹⁰ Reccaredo rege sufficere poterat, ut mancipia christiana nullatenus in hebræorum iure manerent ¹¹ obnoxia; si inpostmodum contra iustitiæ instituta eorum pravitas subripiendo principum animos, aliqua sibi iniusta non poposcisset beneficia. Proinde quia Deo adiuvante legem fieri decrevimus, et fraudibus eorum per diversa capitula obstinimus; ideo pro eo quod retro tempore fuerat viliatum iuxta edictum ante dicti principis decernimus: ut si qua christiana mancipia eo tempore quo hæc auctoritas data est, in eorum iure fuisse probantur, seu sint libertati tradita, seu forte ad libertatem non fuissent perducta, ad civium romanorum privilegia iuxta nostræ legis huius edictum transire debeant. Nam etsi aliqua inlicito ausu de eisdem mancipiis, quæ per constitutionem regiam fuerant absoluta, in iure cuiuslibet per quamcumque scripturam transegisse visa sunt; rescissa tali conligationi ad statum ingenuitatis, recepto iuxta leges pretio a venditoribus revertantur: et prænotati in polipectis publicis, atque secundum eorum peculium iustissima adæratione censiti ¹², vitam in propriis laboribus in ingenuitate transigere valeant. Si qua vero mancipia post metas dierum, in quibus auctoritas sæpe dicti principis promulgata est, ab illis quolibet titulo iustissime conquisita sunt, aut vendere aut libertare, prout maluerit, usque ad kalendas iulias licentiam illis tribuimus. Hi vero christiani qui ab hebræis quocumque tempore circumcisi sunt, vel in ritu eorum sunt, legali ordine ¹³ mulcentur. Nam et de his qui per legem abso-

luti esse cernuntur, qui ab ipsis hebræis servi addicti sunt, vel hucusque retenti, sicut de ingenuis legibus satisfacere non morentur. Iudæi igitur qui ad fidem sanctam confugium visi sunt fecisse, portionem sibi debitam ex successione parentum in mancipiis ¹⁴ accipiant. Venditiones vero quæ factæ fuerint quos in unum tempus venditionis invenerint, parentum vel filiorum nulla sit in distrahendo divisio, sed in unum ad comparantis transeant dominium. Nam et quisquis de iudæis sub nomine proprietatis ¹⁵ fraudulenta suggestione aliquid a præcessoribus ¹⁶ nostris visus est promeruisse, exacta eius auctoritate ¹⁷ fisco nostro faciat ¹⁸ sociari. Mancipia vero iudæorum, quæ ad baptismi gratiam fecerint ¹⁹ confugium, ubicumque reperta fuerint ²⁰ exigantur, et libera dominis suis reddantur; ita ut qui habet suum peculium, in ea libertate illi conferatur: et qui non habuerit, a manumissore prout vires habuerit illi concedatur, et descripti sicut ceteri eorum liberti, census pro eo peculio illis imponatur.

XIV. ²¹ *Ut nullis modis iudæis mancipia adhæreant christiana, et ne in sectam eorum modo quocumque ducantur.*

Universis populis ad regni nostri provincias pertinentibus salutifera ²² remedia nobis gentique nostræ conquirimus, quum fidei nostræ coniunctos de infidorum ²³ manibus clementer eripimus. In hoc enim orthodoxa gloriatur fidei regula, quum nullam in christianis habuerit potestatem hebræorum execranda perfidia. Abominanda sunt ergo in christianis funesta iudæorum imperia, et reducenda est sub amore catholico plebs Deo sacrata in gratiam. Ob hoc hac in perpetuum valitura lege sancimus, atque omni cum palatino officio futuris temporibus instituentes decernimus, ut nulli hebræorum ab anno regni nostri feliciter proximo ²⁴ christianum liberum, vel servum mancipium in patrocinio vel servitio suo habere liceat. Nullum ex his mercenarium, nullumque sub quolibet titulo sibimet adhærentem hæc divalis sanctio fore permittit ²⁵. Vendere tamen infra fines regionum nostrarum in his locis, ubi commanere videntur, cum omni peculio christiano, cui fas fuerit, iustissimo pretio libera facultas subiaceat. Nec liceat venditoribus in alias eos regiones transferre, nisi ubi eorum mancipiorum sessio iudicatur et mansio. Quod si ita proveniat, ut hi qui transacti fuerint, nihil in suo cernantur habere peculio, tantum his mancipiis a venditoribus dari præcipimus, quantum illis sufficere ad excolendum vel gubernandum se invenerit comparantis electio; ne sub nomine emptionis non tam transactio, quam videatur esse exsilium. Liberare vero servum christianum iudæus si maluerit, ad civium romanorum dignitatem eundem manumittere debet: nulli scilicet hebræo nec cuiuslibet obsequio reservato, sed vitam suam ubi voluerit manumissus, procul ab hebræorum consortio transigendi habeat potestatem. Quod si calliditatis fraudulenta hebræus infestus venditionem atque libertatem tali sub dolo fecerit, ut quædam deceptionis argu-

¹ Card. Fls. Chds. Rex. S. J. R. et Lind. Recds. Rex.

² Legion. ad perimendam

³ Legion. servaverit

⁴ Card. S. J. R. et Lind. Fls. gls. Sisebutus Rex.

⁵ Card. Cicilio. Legion. Cilicio

⁶ Legion. ducibus

⁷ Legion. Barbari. Tolet.-goth. Barbia, Urgi.

⁸ Card. Legion. S. J. R. et Complut. Aurgi

⁹ Card. Beatia, Vitia, Tuia, Tatugia, Egabro et Ephagro consistentibus. Legion. Vivatia, Tuia, Tatugi, Egabro et Pagro consistentibus. Complut. Viatia, Tirga, Taugy, Agabro et Epagro consistentibus. Tolet.-goth. Viata, Tiufai, Tuti... Egabro, Erepagro consistentibus. S. J. R. Iiturgi, Avatia, Tuga, Taugi, Agabro et Epagro consistentibus

¹⁰ Card. præcessore nostro divæ memoriæ

¹¹ Complut. permaneant

¹² Card. censiti cum propriis laboribus in ingenuitatem transire valeant

¹³ Legion. et Complut. ordinatione

¹⁴ Card. incunctanter

¹⁵ Card. proprietatis vel præcepti

M.L. Том. I.

¹⁶ Complut. prædecessoribus

¹⁷ Card. auctoritate vel præcepto

¹⁸ Complut. et Lind. faciatis

¹⁹ Legion. et Complut. fecerunt

²⁰ Card. fuerint, non reddantur dominis iudæis, sed libera domino serventur. Ita ut ubicumque repertum fuerit suum peculium, in ea libertate ille conferatur, ut census in eo peculio non imponatur, sed libere eo fruatur

²¹ Legion. S. J. R. Complut. et Lind. Fls. Sisebutus R. Card. Flavius gloriosus Recessuindus Rex.

²² Complut. salutaria

²³ Card. de infideliorum manibus hebræorum mancipibus clementer. Legion. de iudæorum manibus

²⁴ S. J. R. Legion. et Complut. primo

²⁵ Card. permittit. De ipsis namque mancipiis, quæ hactenus per pretium emptionis habuerunt, quæ quasi libera facultas eis subiaccit; non eos deinceps audeant proprio iure retineri. Sed cuiuscumque christiano vili pretio vendere festinent cum omni illorum peculio, et tantum eis ex his mancipiis ab emptoribus pretium expetere præcipimus, quantum numero quantitatis sub nomine emptionis invenerit electio comparantis. Liberare vero &c.

mentatio, venundato vel manumisso futuris temporibus invidio dolo proveniat, quatenus ¹ hunc captiositas ementis atque vendentis dolo malo decipiat; huius nefandi sceleris argumentum ingenuus si prodiderit, facultatem sibi profuturam in omnibus iudæi percipiat. Christianus revera quem similis præsumptio reum fecerit, nullis si fuerit facultatibus dilatatus, in servitium cui princeps voluerit reducatur. Si rerum certe ² illi ambitio fuerit, medietate fisco coniuncta, perpetua ipse notetur infamia. Scrivus vero huius caliditalis defector liberum se gaudeat profuturum, et in eius consistat ³ adsiduus patrocinio, in cuius cernitur hactenus fuisse servitio. Ut autem eius firmissima libertas permaneat, vicarium a fisco servum dominus pro eodem accipiat, et insuper ⁴ libra auri ab ipsis, quorum revelavit scelera, illi exacta proficiat. Quod si hebræus circumciderit christianum, aut christianam in suam sectam ritumve transduxerit, cum augmento denuntiantis capitali subiaceat supplicio, eiusque sine dubio bona incunclanter sibi vindicet fisco. Mancipia vero quæ ex christianorum et hebræorum connubiis nata vel genita esse noscuntur, id observari censuimus, ut christiana efficiantur. Si certe hi, qui in ritum hebræorum transducti sunt, in ea perfidia stare voluerint, ut minime ad sanctam fidem perveniant, in cœtu populi verberibus cæsi atque turpiter decalvati, christiano, cui a nobis iussum fuerit, perpetuo servitio ⁵ servituri subdantur. Quod si tam illicita connubia fuerint præventa, id elegimus observandum, ut si voluntas subiacerit, infidelis ad fidem sanctam perveniat. Si certe distulerit, noverit se a coniugali consortio divisum, atque divisum in exilio perenniter mansurum ⁶.

Inter cætera hoc adiacentes præcipimus, ut dum quispiam hebræorum certa devotione in catholicam confugium fecerit fidem, et purificationis unda lavacrum sanctum suscepit; quidquid eodem tempore in omnibus rebus comprobatur habere, remota cunctorum molestia, ut vere fidelis sibi perpetim ⁷ vindicet. ⁸ Hoc vero edictum infra diem kalendarum proxime succedentium iuliarum implere cunctos per nostras a Deo conlatas regiones modis omnibus præmonemus. Quibus evolutis kalendis apud quemlibet hebræorum christianum repertum fuerit mancipium, medietas facultatis hæbrei huius fisco subiaceat, et libero reddito, qui per suam proditionem fuerit apud eum repertus, nihil sibi hebræus de persona eius vel peculio ultra defendat.

Hanc vero legem quam pietatis et religionis amore concepimus pro nostro populique nostri remedio, in perpetuum suffragante auctore domino valituram esse censemus. Successores quoque nostros legis huius instituta servantes, victrix Christi victores faciat dextera, et eius solium in veritate conroboret, cuius in hoc fidem inspexerit divina clementia. Et licet huius legis prolata sententiam a nemine temerari posse credamus; audacia tamen transgressoris, et non venerabiliter conservantis, sit in hoc sæculo ignominiosior cunctis hominibus, et vita illius eodem in tempore concidat, quo sinistrae partis adensum in tam nefaria voluntate perduxerit detestanda temeritas: tantumque obnoxius in æternum peccatorum mole detineatur, in quantum transgressus fuerit legis huius salubre

decretum. Futuri etiam examinis terribile quum patuerit tempus, et metuendus Domini adventus fuerit reservatus ⁹, discretus a Christi grege perspicuo, ad lævam cum hebræis exuratur flammis atrocibus, comitante sibi diabolo, ut ultrix in transgressoribus æterna pœna desæviat, et locuplex remuneratio christianis faventibus hic et in æternum copiosa proveniat.

XV. ¹⁰ *De interdicto* ¹¹ *omnibus christianis ne quisque iudæum quacumque factione atque favore vindicare vel tueri pertentet.*

In conclusione omnium præteritarum legum, quas ad conterendam perfidiam iudæorum, tam nostra intentio quam præcessorum nostrorum studia decreverunt, oportuit hanc novissime ¹² legem ad robur soliditatis adiicere, et competenti munimento præmissa ex ordine reborare. Postquam enim dedimus sacræ fidei profanis hostibus competens repudium, et cunctis adinventionibus perfidorum posuimus ex obvio terminum, debite compulsi sumus, et ea quæ concreta sunt solidare, et quæ consolidata sunt pulcritudine venustare; ut quanto artifex vivacius expresserit ingenium cogitationis in arte, tanto vigorem simul et decus adsumat qualitas formæ. Ne ergo quibuscumque adinventionibus calliditas iudæorum indesinenti persequenda conatu subrepat optatam ¹³ profano iure licentiam: hoc providenter legis huius decernitur sanctione, ut nullus de religiosis cuiuscumque ordinis vel honoris, seu de palatinis mediocribus atque primis, vel ex omnibus cuiuslibet qualitatis aut generis, ac principum vel quarumcumque potestatum, aut obtineat ¹⁴, aut subrepat animos iudæos, sive baptizatos sive non baptizatos, in suæ observationis detestanda fide et consuetudine permanere, sive eos qui baptizati sunt ad perfidiam ritumve pristinum quandoque redire. Nullus sub patrocinii nomine hos pro suæ pravitalis licentia conetur in quippiam defendere ¹⁵. Nullus quocumque argumento aut factione illis hanc defensionem conetur impendere, per quam liceat eis obviam sanctæ fidei et christiano contraria cultui palam, aut occulte aliquatenus adtentare, nequiter proferre vel tangere. Quod si quispiam hæc præsumpserit temerare ¹⁶, si episcopus fuerit, aut etiam ex cæteris clericis atque religiosis, vel certe ex cunctis laicis quisquis deprehensus extiterit, a conventu catholicorum seclusus, excommunicatione ecclesiastica ¹⁷ feriatur, et quartæ partis omnium bonorum suorum amissione mulctabitur, quæ fisco non dubie quantocius connectetur. Dignum etenim est eos aliquamdiu a fidelium Christi societate divelli, et rerum damno mulctari, qui adponunt Christi amorem, et veritatis speciem consensu inimicorum eius detestabiliter impugnare, et in legum transgressionibus ¹⁸ illa immobiliter sententia permanente, quam divæ memoriæ Sisebutus Rex visus est in huiusmodi actione superiori lege sanxisse.

XVI. *Placitum iudæorum in nomine principis factum.*

Clementissimo ac serenissimo domino nostro Recesvindo ¹⁹ Regi. Omnes nos ²⁰ ex hebræis Toletanæ civi-

¹ *Card.* quatenus hanc deliberationem vel venundationem iuri suo iteratim usurpet, evacuata modis omnibus reputabitur huius temeritatis vel dolosa deceptio; et hanc nefandam sceleris argumentationem, ingenuus, si prodiderit, meritum sui laboris profuturum ex facultatibus iudæorum sumat et percipiat christianus, et huius argumentationis præsumptor, nullus si fuerit facultatibus dilatatus &c.

² *Card.* Si certe rerum facundior fuerit, medietate fisco nostro coniuncta, perpetua &c. *S. J. R.* Si reus certe in illo iudicio fuerit, medietate fisco coniuncta

³ *Card.* et in eius consistat arbitrio, utrum patrocinari cui elegerit, an in eius consistere patrocinio, in cuius

⁴ *Card.* et proditor insuper libram auri ab ipso, cui revelavit scelera, illi exacta proficiat

⁵ *Complut.* servitio subdantur

⁶ *Legion. Vigil. Complut. et Lind.* permanere

⁷ *Complut.* in perpetuum

⁸ *Card.* vindicet, possessurus simul cum hæreditate suorum genitorum adfutura. Hoc vero &c.

⁹ *Lind.* reseratus

¹⁰ *Card. Rcs. Rex. Legion. et Lind. Fls. glosus. Rends. Rex.*

¹¹ *Complut.* interdictione

¹² *Complut.* novissimam

¹³ *Complut.* optata profana iura licentiæ. *Lind.* aperiens profano iuri licentiam

¹⁴ *Complut.* optione obtineat

¹⁵ *Legion. Complut. et Lind.* defensare. *Card.* defensare vel patrocinare

¹⁶ *Card.* temptare

¹⁷ *Complut.* canonica

¹⁸ *Complut.* transgressoribus

¹⁹ *Legion.* Recesvinto

²⁰ *Legion. et Complut.* nos hebræi

tatis ¹ qui infra subscripturi vel signa facturi sumus : bene quidem ² hactenus nos meminimus compulsos fuisse, ut placitum in nomine divæ memoriæ Chintilani ³ Regis pro conservanda fide catholica conscribere deberemus, sicut et fecimus. Sed quia et perfidia nostræ observationis ⁴ et vetustas parentalis erroris nos ita detinuit, ut nec veraciter Iesum Christum Dominum crederemus, nec catholicam fidem sinceriter teneremus, idcirco nunc libenter ac placite spondemus gloriæ vestræ, tam pro nobis, quam pro uxoribus et filiis nostris per hoc placitum nostrum, ut deinceps in nullis observationibus, in nullis usibus iudaicis miteamur. Iudæis etiam non baptizatis nullo pœnitentis execrando consortio sociemur. Non more nostro propinquitati sanguinis usque ad sextum gradum incestiva coniunctione vel fornicatione iungamur. Non coniugia ex genere nostro, aut nos aut filii nostri vel nostra posteritas nullatenus sortiamur, sed in utroque sexu deinceps christianis iugali copulatione neclamur. Non circumcisiones carnis operemur. Non pascha et sabbata cæterosque dies festo iuxta ritum iudaicæ observantiæ celebremus. Non escarum discretionem vel consuetudinem teneamus. Non ex omnibus quæ iudæorum usus et abominanda consuetudo vel conversatio agit, aliquatenus faciamus; sed sincera fide, grato animo, plena devotione in Christum Filium Dei vivi, secundum quod evangelica et apostolica traditio habet, credamus, atque hunc confiteamur et veneremur. Omnes etiam usus sanctæ christianæ religionis, tam in festis diebus, vel in coniugiis et escis, quam in observationibus universis veraciter teneamus, et simpliciter ⁵ amplectamur, nullo observato ⁶ apud nos aut oppositionis obiectu, aut fallaciæ argumento, per quod aut illa quæ facere denegamus, iterum faciamus, vel hæc quæ facere promittimus, minime vel non sinceriter compleamus. De suillis vero carnibus id observare prœmittimus, ut si eas pro consuetudine minime percipere potuerimus, ea tamen quæ cum ipsis decocta sunt, absque fastidio et horrore sumamus et comedamus. Quod si in omnibus quæ supra taxata sunt, in quocumque vel minimo transgressores inventi fuerimus, aut contraria christianæ fidei agere præsumperimus, aut quæ congrua catholice religioni promissimus, verbis aut factis implere distulerimus, iuramus per eundem Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, qui est ⁷ in Trinitate unus Deus, quia qui ex nobis horum omnium vel unius transgressor inventus fuerit, aut a nobis aut a filiis nostris ignibus vel lapidibus perimatur; aut si hunc ad vitam gloriæ vestræ reservaverit pietas, mox amissa libertate, tam eum, quam omnem rei ipsius facultatem cui elegeritis perenniter deservendum ⁸ donetis, vel quidquid ex eo aut ex rebus eius facere volueritis ⁹, non solum ex regni vestri potentia, sed etiam ex huius placiti sponsione potestatem liberam habeatis. Factum ¹⁰ placitum sub die XII. kalendarum ¹¹ martiarum, anno feliciter sexto regni gloriæ vestræ, in Dei nomine Toletō.

XVII. ¹² *De iudaizantibus christianis.*

Sicut defendendum a christianis est eorum scelus, qui in Christo prævaricatores existunt, ita modis omnibus decernendum, ut nullus omnino veniam mereatur, qui a meliori proposito ad deterius declinasse convincitur. Quia ergo crudelis et stupenda præsumptio crudeliori debet extirpari supplicio: ideo legis huius edicto decernimus, ut quicumque christianus ac præsertim a christianis parentibus ortus, sexus scilicet utriusque, circumcisiones vel quoscumque ritus iudaicos exercuisse repertus est, vel,

quod Deus avertat, potuerit ulterius reperiri, conspersione et zelo catholicorum, tam novis et atrocibus pœnis afflictus morte turpissima perimatur, quam horrendum et execrabile malum est, quod ab eo constat nequissime perpetratum. Eorum vero bona sibi proculdubio fiscus adumat, si hæredes ¹³ vel propinquos talium personarum facti huius error consentiendo commaculet.

XVIII. ¹⁴ *EGICA REX.*

De perfidia iudæorum.

Quum sacris edocemur edictis, ut sive per occasionem seu per charitatem tantum Christus Dei Filius nunciatur, oportunitate satis est, et ad fidem christianam conveniens, ut sicut fideles trahimus libertatis ad gratiam, ita infideles provocemus ad vitam, et quod fides Christi in nobis aucta finibus crescat, et iudæorum prævaricatrix actio evulsa funditus subruat. Proinde devotione mentis decreto censemus, ut quicumque deinceps ex perfida hebræorum plebe vir, seu femina ad catholicæ fidei rectitudinem per veram conversationem sive professionem ¹⁵ redierit; idemque ¹⁶ suorum rituum errorem vel cæremônias abnuens, christianorum more tramitem vitæ suæ duxerit; ab omni liber maneat onere functionis, quam pridem iudaismo consistens publicis utilitatibus usus fuerat persolvisse; ita videlicet, ut illis exsolutionibus eius functio crescat, quos adhuc detestandæ incredulitatis fuscant nequitia, et parentalis error manifestus retentat. Iniustum namque est illos censionis onere prægravari, vel iudaicis amplius indictionibus implicari, qui iugum Christi dulce eiusque onus leve per dignam conversationem noscitur excipere. Quibus etiam veram fidem perfecte credentibus, erit omnimode licitum mercandi usu properare ad cataplum, et cum christianis agere christiano more commercium: ita ut si quilibet christianorum de illorum conversatione incognitus quodcumque de ipsis emere voluerit, non aliter ei licebit, nisi prius ex toto christianum se esse dixerit, eique coram testibus orationem dominicam vel symbolum recitaverit apostolorum, et christianorum cibos, ut veri christicolæ, sumpserit vel libenter acceperit. Quod si quispiam de eisdem sanctæ fidei conversis prævaricator extiterit, cum omnibus rebus suis est fisco perpetim addicendus. De cætero vero iudæi qui in perfidia cordis sui perseverantes, ad catholicam fidem converti neglexerint, hanc legis sententiam decrevimus promulgari: scilicet ut nec ad cataplum pro transmarinis commerciis faciendis ulterius audeant properare, nec cum christianis quodcumque negotium palam vel occulte peragere; sed tantum inter se ipsi habeant licentiam propria commercia definire, ac more solito sui census impensionem, vel eorum qui conversi fuerint, exsolutionem de rebus propriis debeant fisco persolvere: et tam mancipia, quam ædificia, terras, vineas, atque etiam oliveta, vel alias quascumque res immobiles quas a christianis venditionis causa vel quibuslibet aliis modis accepisse noscuntur, quamvis iam multa annorum curricula effluxissent, reddito tamen illis propterea de pretio, totum fisci erit viribus sociandum; ut cui hoc regia potestas donare elegerit, libero perfruatur arbitrio. Nam et quicumque de eisdem iudæis in infidelitate perdurantibus, ad cataplum ire præsumperit, aut cum quolibet christiano aliquod commercium elegerit ¹⁷; cum omni habitatione rerum suarum obiurgatus perpetim fisco erit serviturus. Omnes vero christianos admonemus, et sub divini numinis ¹⁸ adiuratione testamur per eum, cuius redempti sanguine sumus, ut amodo nul-

¹ *Card. et Lind.* civitatis atque Hispaniæ gloriæ vestræ qui infra

² *Card. et Complut.* bene quidem ac iuste dudum nos

³ *Complut.* Cintilani

⁴ *Legion. Card. et Complut.* obstinationis

⁵ *Card. Legion. Complut. et Lind.* sinceriter

⁶ *Card. Legion. et Lind.* reservato

⁷ *Card.* qui est unus in Trinitate et verus Deus

⁸ *Complut.* possidendam

⁹ *Complut.* iusseritis. *Lind.* fieri iusseritis

¹⁰ *Complut.* Facto placito

¹¹ *Legion. Complut. et Lind.* kalendas martias

¹² *Lind.* Fls. gls. Cind. Rex.

¹³ *Legion.* ne hæredes

¹⁴ *A codicibus Complut. et S. J. R. hanc XVIII legem deprompsimus.*

¹⁵ *Complut.* per confessionem

¹⁶ *Complut.* omnemque suum ritum, errorem &c.

¹⁷ *Complut.* egerit

¹⁸ *Complut.* nominis

lus cum eisdem iudæis in perfidæ duritia permanentibus, quodcumque commercium agere præsumat. Quod si quilibet fidelium talia egerit, si maior potentiorque persona fuerit, tres auri libras fisco persolvat. Si quis quoque amplius ab illis acceperit quam quod duas rei ipsius quantitates valere constiterit, quidquid superius emerit, tri-

plum de sua facultate una cum pretio quod dederit, fisci iuribus profuturum amittat. De inferioribus vero personis si quis talia egerit, C. verberibus vapulabit, et iuxta quod suæ habitationis facultas exstiterit, ita et Principis electione specialis damni iacturam excipiat ¹.

² III. TITULUS DE NOVELLIS LEGIBUS IUDÆORUM, QUO ET VETERA CONFIRMANTUR, ET NOVA ADIECTA SUNT.

- I. De commemoratione priscarum legum, quæ in iudæorum transgressionibus promulgatæ sunt, atque de confirmatione earum.
- II. De blasphematoribus Sanctæ Trinitatis.
- III. Ne iudæi, aut se, aut filios suos, vel famulos a baptismi gratia subtrahant.
- IV. Ne iudæi more suo celebrent pascha, vel carnis circumcisionem exercent, ac ne christianum quemcumque a fide Christi commoveant.
- V. Ne iudæi sabbata, cæterasque festivitates suo ritu celebrare præsumant.

- VI. Ut omnis iudæus diebus dominicis, et in prænotatis festivitatibus ab opere cesset.
- VII. Ne iudæi more suo diiudicent escas.
- VIII. Ne iudæi ex propinquitate sanguinis connubia ducant, et sine benedictione sacerdotis nubere non audeant.
- IX. Ne iudæi religioni nostræ insultantes, sectam suam defendere conantes, alibi se transducant; ne quilibet refugientes suscipiat.
- X. Ne christianus a iudæo quocumque munus contra fidem Christi accipiat.

¹ Sub huius tituli finem inventa est in codicibus S. J. R. et Complut., omni neglecta dinumeratione, quæ nunc sequitur, lex.

culpæ; quid enim culpæ eius poterit æstimari, qui nesciens hoc factum gladium in manu sua tenuit.

VAMBA REX.

De homicidiis.

Superiori lege antiqua censuit institutio, ut quicumque volens homicidium perpetraverit, cum omnibus rebus suis in parentum vel propinquorum hæredum defuncti iure maneat serviturus. Nos tamen sancimus, ut quicumque deinceps occiderit hominem, si volens aut nolens homicidium perpetraverit, si vir filios habens, et absque voluntate filiorum vel uxoris hoc perpetraverit facinus, ipse in potestate parentum vel propinquorum defuncti tradatur, facultates tantum ¹ eius filii vel hæredes scelus perpetrantis accipiant: quia iniuste ordinatum esse censemus, ut per parentum culpas filii vel nepotes ad mendicitatem deveniant, nec valeant Principum exercere iussa, quos cum parentum facultate oportebat peragere negotia publica: quum et dominus præcipiat dicens: Anima patris, anima matris, anima quæ sola peccaverit, sola puniatur.

Codices Legion. et Escor. 2. titulum et leges sequentes referunt, quæ in quibusdam etiam codicibus castellanis inveniuntur.

I. TITULUS DE CONVICIIS ET VERBIS ODIOSE DICTIS.

Si quis violentus homo contra hominem aliquis ad aliquem dixerit marcosum ² capite vel cervice, et ille non habuerit cui dixerit criminator, extensus ante iudicem L. flagella suscipiat.

II. Si quis genebrosum vel gotrosum ³ dixerit, et ille non habuerit cui dixerit, dictor criminis extensus ante iudicem CL. flagella suscipiat.

III. Si quis vigosum ⁴ dixerit, id est taopasum ⁵, vel disturbatum, et ille non habuerit, dictor criminis extensus ante iudicem XXX. flagella suscipiat.

IV. Si quis circumsum dixerit, vel disturbatum, et ille non habuerit, dictor criminis extensus publice CL. flagella suscipiat.

V. Qui ponderosum dixerit, et ille non habuerit, dictor criminis extensus publice CL. flagella suscipiat.

VI. Qui sarracinatorem et non probaverit, dictor criminis extensus ante iudicem CL. flagella suscipiat.

VI. De his qui se in gladiis alienis impulerint.

Si quis lanceam vel quodlibet gladium in manu sua tenens dum non sperans, et aliquis in eodem gladio inciderit sine voluntate eius qui gladium in manu sua tenuit, dum sacramento se expiaverit non inde ⁶ conscium fuisse, vulneratus suæ imputet

¹ Complut. tamen

² Esc. 2. macrosom: forte achorosum

³ Esc. 2. cotrosom

⁴ Esc. 2. uvigosom

⁵ Esc. 2. tauposom

⁶ Esc. 2. non in se conscium

⁷ Esc. 2. protinus

⁸ Esc. 2. præsumpsit

VII. De contumelio ingenuorum.

Si quis aliquem hominem ingenuum pedibus traxerit sine culpa, aut subgiterit, aut capillos capitis abstraxerit, si nullus livor apparuerit pro singulis obiectionibus, quæ superius continentur, coactus a iudice quinque solidos reddat, cui iniuriam fecerit. Et si non habuerit unde componat, districtus a iudice quinquaginta flagella suscipiat.

VIII. FL. EGIGA REX. Antiqua.

Ut exceptis fiscalibus servis tricennale tempus non valeat in omnibus causis.

Hæc ipsa lex reperietur in lib. X. tit. II. lege IV. proximaque succedit huic in codice Escor. 2., quæ lib. II. tit. V. pag. 30 a Card. codice deprompta descripta manet, cui epigrapha inscribitur: De superfluis scripturis confectis: Post hæc codex Legion. et idem Escor. 2. adiciunt quæ sequuntur, et quamvis mendosa inventa, typis tamen mandare non recusamus.

Qualiter examinatio debeat fieri, hic ordo servabitur. In lib. XII. titulo tertio, sententia octava decima de mensura et ordine examinationem kalde.

Tres uncias semis, atque pueritia innocens tota manu sana, et totum corpus absque macula lapides tres manu dextra in caldaria mittat, et ⁷ postea eiiciat. Et si formidolosus lapidem non eiecerit, et bis aut tertio pro uno negotio manum miserit, aut supra mensuram caluerit aqua, omnino examinatio invalida erit. Et qui ⁸ presserit mensuræ pondere taxatum negotium reparaverit valituram inter omnia ac censura plenum robur obtineat. Hæc est in quinquagesimo canone de coercitione principum et episcoporum auctorica regula. Mancipium dum quindecim annos habuerit mittat manum in calda: usque in XVII. annum ipsa ⁹ est pueritia.

II. De pondere et mensura.

Auri libra ¹⁰ I. LXX. II. solidos auri: uncia una VI. solidos: statera auri I. III. solidos: dragma I. XII. argenteos: tremisse ¹¹ I. quinque argenteos: seliqua ¹² I. argentium et tertia pars argencii ¹³. Baldres faciunt argencotabili ¹⁴.

² Ut hunc integrum titulum in lucem edere rectius possimus, versare curavimus Card. S. J. R. Complut. Escor. 1 et 2 codices, qui tantum illum referunt.

⁹ Esc. 2. ipse

¹⁰ Legion. id est, quod semper interserit, dum de ponderis designatione agit.

¹¹ Legion. id sunt

¹² Legion. sceliqua

¹³ Legion. de argenzo

¹⁴ Legion. argenzotabli

- XI. *Ne iudæi libros illos legere audeant, quos christiana fides repudiat.*
 XII. *Ne iudæis mancipia deserviant vel adhæreant christiana.*
 XIII. *Si se iudæus christianum esse testetur, et ob hoc non velit a se reiicere mancipium christianum.*
 XIV. *Professio iudæorum; quomodo unusquisque eorum ad fidem veniens, indiculum professionis suæ scribere debeat.*
 XV. *Conditiones iudæorum, ad quas iurare debeant hi, qui ex eis ad fidem venientes, professiones suas dederint.*
 XVI. *De christianis mancipiis iudæorum quæ se non prodiderint christiana, sive de publicatoribus eorum.*
 XVII. *Ne iudæi a quolibet potestate accepta, extra regiam ordinationem christianum quemquam imperare, plectere vel distringere audeant.*
 XVIII. *Ut iudæorum servi necdum adhuc conversi si ad Christi gratiam convolaverint, libertate donentur.*
 XIX. *Ne iudæi administratorio usu sub ordine villicorum atque actorum christianam familiam regere audeant, et de damnis eorum qui his talia ordinanda iniunxerint.*
 XX. *Ut iudæus ex aliis provinciis vel territoriis ad regni*

nostrum ditionem pertinentibus veniens, episcopo loci vel sacerdoti se præsentare non differat; vel quid huic in toto observare conveniat.

- XXI. *Qualiter concursus iudæorum in diebus institutis ad episcopum fieri debeat.*
 XXII. *Ut quicumque iudæum secum obsequentem habuerit, expetente sacerdote, eum apud se retinere non audeat.*
 XXIII. *Ut cura omnis distringendi iudæos solis sacerdotibus debeat.*
 XXIV. *De damnis sacerdotum vel iudicum, qui in iudæis instituta legum adimplere distulerint.*
 XXV. *Ne iudices quicumque de perfidorum excessibus extra sacerdotum conniventiam iudicare præsumant.*
 XXVI. *Ut episcopi immunes habeantur a damnis eorum, quum presbyteri ea, quæ ipsi non correxerint, ad eos non remiserint corrigenda.*
 XXVII. *De servata principibus miserendi potestate in his, qui ad fidem Christi conversi veraciter fuerint.*
 XXVIII. *Ut episcopi omnibus iudæis ad se pertinentibus libellum hunc de suis erroribus editum tradant, et ut professiones eorum, vel conditiones in scriniis ecclesiæ recondant.*

I. *De commemoratione priscarum legum, quæ in iudæorum transgressionibus promulgatæ sunt; atque de novella confirmatione earum.*

Perfida¹ iudaici erroris sæpe calliditas eo vehementius ducescit in crimine, quo institutis contra se legibus nititur frequentius contraire. Et ideo licet posituri simus² tot tantisque eorum erroribus novitatis ordine leges, libet tamen illas primum a dominis et prædecessoribus nostris dictas³ promulgare, et in eorum transgressionem constitutiones intendere, ordinatimque⁴ nos præcedentium edicta oportet retexere: ut ex hoc collata cum veteribus nova, in his quæ decenter sunt edita, confirmentur ut condecet; similiter et nova sic⁵ ordinentur, ne præterita citra rationem videantur confundere, et⁶ uniformis membri compago⁷ utraque legibus ordinata, clara hic iustitiæ manifestatione eluceat. Sicque⁸ quid in præteritis legibus confirmatione sit dignum, quidve novitatis edicto inconvulsibile censeatur, eo luce clarius pateat, quo complexa hic ex utrisque veritas exstiterit declarata. Et ideo in eisdem præcedentium legum statutis reperimus legem, quæ de omnium hæresum erroribus abdicatis promulgata confulsit⁹. In qua lege id adiiciendum emendandumque evidens ratio persuasit, ut si cuiuslibet hæresis permotus quisque insania contempserit ipsius legis in aliquo instituta, cuiuscumque sit generis¹⁰ persona, si publica perversum dogma defensione vindicare voluerit, sub¹¹ ardua erit pœna religandus, eiusque bona in principis potestate consistant: et¹² si ipse perversi erroris sectator se corrigere¹³ usquequaque destiterit, ab¹⁴ exsilio nullo modo revocetur. Nam et res eius, cui eas princeps conferre voluerit, inconvulse deserviant. Cæte-

rum si quis ignorantia¹⁵ cecitati deditus cuiuslibet erroris sectam ex¹⁶ corde tenuerit, et verbis vindicare¹⁷ voluerit, vel factis quibuslibet ostenderit; ad episcopum loci vel ad quemlibet sacerdotem se instruendum remittat¹⁸, ac quæ sancta sunt, præbeat, qualiter ab eo una cum consensu metropolitani formulam rectæ institutionis accipiat. Iam vero si ab his hæreticus quisquis ille comperitus vel instructus se distulerit corrigendum¹⁹, superioris sententiæ iacturam ordine superius adnotato sustineat, id est, quæ²⁰ illis est lata, qui²¹ in publica defensione adversam nostræ fidei vindicaverint sectam. Denique abhinc specialiter²² relaxatæ²³ sint leges, quæ in iudæorum sunt transgressionibus positæ: id est, de datis et confirmatis legibus supra iudæorum nequitiam promulgatis, sive de cunctis iudæorum erroribus²⁴ amputandis. Ita vero ne iudæi more suo celebrent pascha, neque more suo fœdus nupciale copulare præsumant, et ut carnis circumcisionem non faciant, neque more suo diiudicent escas, nec²⁵ contra christianos inscribant, nec contra christianos testificari²⁶ præsumant; et ne iudæus christianum mancipium circumcidat. Mancipia²⁷ quoque christiana quæ a iudæis, aut vendita, aut libertati esse noscuntur tradita, statum libertatis absque dubio oblineant; et nullo modo iudæis mancipia christiana deserviant. De interdicto quo omnibus christianis inhibetur²⁸, ne quisquam iudæum quemcumque fatione atque favore²⁹ vindicare studeat³⁰ vel tueri, atque iudaizantes christianos præsumat celare. Harum igitur fortissimarum legum sententias in prædictorum iudæorum perfidiam promulgatas, exceptis duobus subter adnexis³¹ capitulis, cæterisque aliis quæ contraria inveniuntur, et iustitiæ regulis, et institutionibus nostris, omnia, ut dictum est, iugi temporum æternitate valitura censemus, et irrevocabili gloriosæ serenitatis nos-

¹ Esc. 1. Perfidia iudaici erroris atque calliditas

² Esc. 1. pro tot.

³ Card. et Esc. 1. prædecessoribus nostris promulgatas in eorum &c.

⁴ Card. et ordinatum præcedentium edictum retexere

⁵ Esc. 1. hic

⁶ Card. et Complut. quo

⁷ Card. et Esc. 1. ex utrisque

⁸ S. 1. R. et Esc. 2. Si quod in

⁹ Complut. Card. et Esc. 1 et 2. consistit

¹⁰ Card. ordinisve persona. Esc. 1. ordinisve prosapia

¹¹ Card. et Esc. 1. sub arduo erit pœnitentiæ exsilio religandus

¹² Card. et Esc. 1. qualiter si ipse

¹³ Card. et Esc. 1. corrigi

¹⁴ Card. et Esc. 1. et ille ab exsilio nullo modo revocetur ærumna, et res eius

¹⁵ Card. ignorantia præcipitio. Esc. 1. ignorantia præcipitio
M.L. Tom. I.

tationi

¹⁶ Card. et Esc. 1. aut . . . aut verbis

¹⁷ S. J. R. indicare

¹⁸ Card. et Lind. se instruendum (Esc. 1. instituendum) remittat, qualiter

¹⁹ Card. et Esc. 1. corrigi

²⁰ Card. Esc. 1. et 2. et S. J. R. in illis

²¹ Esc. 1. qui publica defensione

²² Card. et Esc. 1. speciales

²³ Esc. 1. latæ

²⁴ Card. et Esc. 1. generaliter extirpandis. Et ne iudæi.

²⁵ Card. et Esc. 1. ac ne quæstione christianos inscribant.

²⁶ Card. et Esc. 1. testificentur

²⁷ Card. et Esc. 1. De mancipiis quoque christianis

²⁸ Card. et Esc. 1. prohibetur

²⁹ S. J. R. Complut. et Esc. 2. labore

³⁰ Card. et Esc. 1. pertentet

³¹ Complut. adiunctis

træ oraculo confirmamus, atque in tantum¹ eis consultum valitudinis robore celebriori porrigimus, in quantum nil repugnantiae habuerint cum his quæ novitatis nostræ nunc sententia diffinimus. Nam in quibusdam ipsis legibus, quod nobis inconueniens videtur atque contrarium, hæc duo interim inter cætera repugnantia rationi vel institutioni nostræ capitula continentur. Quodlibet² decretum hactenus, nullo modo tradatur, nullumque vigorem deinceps valitudinis retinebit. Illa quidem in his sententiis prima est, per quam iudæis datur execranda³ licentia manumittendi christiana mancipia. Secundum namque⁴ capitulum non solum⁵ culpæ ad unius redigitur damnationem, sed vindictæ. Nam quædam leges, sicut culparum habent diversitates, non ita discretas⁶ retinent ultiones, sed permixta scelera transgressorum ad unius remittuntur legis pœnale iudicium: ne secundum modum culpæ⁷ habeant pœnam; quum maior minorque transgressio unius non debeat mulctationis prædamnari supplicio: præsertim quum dominus in lege præcipiat, pro mensura peccati erit et plagarum modus; unde lex ipsa⁸ inscribitur de pœna qua perimenda sit transgressio iudæorum, quia Deus⁹ mortem non vult, nec lætatur in perditione vivorum, pro eo quod in se per¹⁰ redemptionem continet mortuum, in nullo¹¹ veræ valitudinis retinebit statum; proinde iam nunc ad conterendum¹² malitiæ caput, ad necandum infidelitatis commentum¹³, ad perimendum¹⁴ profanationis elogium alacri intentione¹⁵ procurrimus, nisu validæ oppugnationis obsistimus, fortia in perfidiis præceptionum tela obicimus.

II. ¹⁶ De blasphematoribus Sanctæ Trinitatis.

Si¹⁷ in sacri evangelii prædicatione Dominus prolutum in fratrem contumelii verbum iudicio adsignat reum, quanto magis peccantem in Spiritum Sanctum divinæ animadversionis sententia damnat, quod irremissibile et hic et in futuro Salvator ipse denuntiat? Et ideo si quis Christi Filii Dei blasphemaverit nomen, eiusque sacrum corpus et sanguinem contempserit sumendum percipere, aut perceptum visus fuerit reiecisse, vel quamlibet iniuriarum blasphemiam in Sanctam dixerit Trinitatem, id est, in Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum, tunc instantia sacerdotis vel iudicis, in cuius civitate¹⁸ vel territorio hoc malum exortum exstiterit, blasphemator¹⁹ centenis flagellis²⁰ decalvatus subiaceat, et ardua in vinculis constitutus²¹ exsilii conteratur ærumna. Res tamen eius in potestatem principis redactæ manebunt, qualiter in iure eorum, cui eas potestas conferre elegerit regia, inconvulse existant²².

¹ Esc. 1 esse eis
² Card. et Esc. 1. Quæ licet tempta (Esc. 1. tenta) usque hactenus nullo modo credantur, nullius tamen vigoris deinceps valitudinem retinebunt. Illa siquidem
³ S. J. R. Complut. et Esc. 1. exercenda
⁴ Card. et Esc. 1. secundum sane
⁵ Card. Esc. 1. et Lind. non solum reprehensibile nobis videtur, sed impium, ubi totius universitas culpæ, ad unius redigitur damnationem vindictæ
⁶ Card. et Esc. 1. in se retinent
⁷ Card. et Esc. 1. modus est adhibitus pœnæ; quum
⁸ Card. et Esc. 1. lex ipsa quæ inscribitur
⁹ Esc. 2. et Complut. Dominus
¹⁰ Complut. pro redemptione. Lind. peremptionem continet mortis. Card. interemptionis terminum continet morientium. Esc. 1. in se peremptiones continet morientium
¹¹ Card. in nullo se cupit ulcisci vindictæ, in quo respicit compunctio mentis futuræ
¹² Complut. et Esc. 2. obterendum
¹³ Complut. et Esc. 2. commercium
¹⁴ Card. comprimendum
¹⁵ Card. consurgere procuremus nisu, ut valde eorum oppugnationibus obsistendo fortialiter superemus, eorumque tela triumphaliter obicimus
¹⁶ Card. et Esc. 1. Flavius Ervigius Rex.
¹⁷ Complut. Sicut sacri evangelii textu prædicat Dominus. Card. Sicut pia veritas sacri evangelii prædicat. S. J. R. Sicut

III. ERVIGIUS REX²³.

Ne iudæi, aut se, aut filios suos, aut famulos a baptismi gratia subtrahant.

Quum veritas ipsa petere, quærere, et pulsare nos edoceat, præmonens, quod regnum cælorum violenti diripiant²⁴, in nullo est dubium, quod illæ indultæ gratiæ munus²⁵ abhorreat, qui ad eam accedere ardenti animo non festinat. Proinde si quis iudæorum de his scilicet, qui adhuc nondum sunt baptizati, aut se baptizari distulerint, aut filios vel famulos suos nullo modo ad sacerdotem baptizandos remiserint, vel servos²⁶, quos de baptismo reduxerint²⁷, et vel unius anni spatium²⁸ post legem hanc editam quispiam illorum sine gratia baptismi transegerit, horum omnium transgressor, quisquis ille reperlus exstiterit, C. flagella suscipiat, et decalvatus debita mulctetur exsilii pœna. Res tamen eius²⁹ in principis potestate permaneant, qualiter si incorrigibilem, duriorumque eum³⁰, ostenderit vita, perpetua³¹ in eius, cui eas princeps largiri voluerit, potestate persistent.

IV. ERVIGIUS REX.

Ne iudæi more suo celebrent pascha, vel carnis circumcisionem exercent, ac ne christianum quemcumque a fide Christi commoveant.

Si obstinata iudæorum perfidia non tam figuris, quam veritati observantiam legis impenderet, numquam dominum gloriæ crucifixissent. Pascha enim nostrum immolatus est Christus, et si cordis nobiscum circumcisione gauderet, adumbratam illam corporis expoliationem nullo modo in carne exprimeret, propheta dicente: Circumcidimini domino, et auferte præputia³² cordium vestrorum. Unde nos non iam figuris prætereuntibus inhærentes, sed veritatis promissionibus certiores, id omnino³³ observandum præcipimus: ut si quis iudæorum ritu suo pascha celebraverit, centenis is verberatus flagellis et turpiter decalvatus, exsilio diutino mancipetur, et res eius fisco associandæ sunt. Illi vero, qui carnis circumcisiones iudæis³⁴ vel christianis exercere præceperint³⁵, quisquis³⁶ talia intulerit, aut fieri ab altero permiserit, veretri ex toto amputatione plectetur, et res eius fisci iuribus sociandæ sunt. Mulieres tamen, quæ aut circumcisiones exercere præsumpserint, aut circumcidendos quosque cuilibet circumcissori obtulerint, naribus abscisis, et rebus suis omnibus in principis potestate redactis, lugeant facinus suæ præsumptionis. Simili quoque pœna et illi plectendi sunt, qui christianum vel christianam a fide dimoverint Christi, vel ad ritum³⁷ iudaicæ prævaricationis adduxerint.

in sacro evangelio prædicat dominus, et prolutum
¹⁸ Card. et Esc. 1. in cuius civitate, castro, vel territorio. Lind. castro
¹⁹ Card. et Esc. 1. blasphemator ipse
²⁰ Card. flagellis subiaceat, et decalvatus turpiter ardua in vinculis
²¹ Card. et Esc. 1. perpetui exsilii. Esc. 2. in vinculis constitutus exsilio perpetuo
²² Card. et Esc. 1. persistent
²³ Card. Fls. gls. Rcs.
²⁴ Esc. 1. diripiunt
²⁵ Card. munus hoc
²⁶ Card. vel se suosque de baptismo
²⁷ Card. et Esc. 1. subtraxerint
²⁸ Esc. 2. spatio
²⁹ Complut. eius principalis potestas retineat. Card. Esc. 1. et Lind. eius ad principis potestatem pertineant
³⁰ Complut. eum dierum ostenderit longitudo, perpetua in eius, cui principalis potestas largiri voluerit, persistent potestate
³¹ Esc. 1. vita dapnata
³² Card. præputium
³³ Card. et Esc. 1. omnimode
³⁴ Card. et Esc. 1. in iudæis
³⁵ Card. et Esc. 2. præsumpserint
³⁶ Card. et Esc. 1. quisquis hæc, aut intulerit alteri, aut fieri ab altero sibi permiserit
³⁷ S. J. R. et Esc. ad aditum

V. ¹ *Ne iudæi sabbata, cæterasque festivitates suo ritu celebrare præsumant.*

Figuris prætereuntibus ², quempiam operum indese-nenter exhibitiones impendere, quid est aliud nisi ³ ama-tores veritatis non esse? Unde reprobabile id dominus per prophetam insinuans ait: Neomenias ⁴, et sabbata, et solemnitates vestras odivit anima mea. Oh hoc nos, qui-bus ab apostolo ⁵ præceptum est, ut potius in novitate spiritus quam in vetustate litteraræ ambulemus, id infidelibus fidei intentione præcipimus, ut si quis iudæorum neomenias ⁶, seu festivitates tabernaculorum, vel sabbata, ferias quoque, vel cæterarum festivitatum solemnitates ritus sui more peregerint, vel celebrare præsumpserint, cen-tenis ⁷ flagellis subiaceant, et decalvati exsilii debilitentur ærumna bona ad ⁸ principem redeant, qualiter ea aut perfecte illis conversis aliquando restituat, aut ea, in malis perdurantibus, aliis ⁹, ut fas fuerit, servitura concedat.

VI. ¹⁰ *Ut omnis iudæus diebus dominicis, et in prænotatis festivitatis ab opere cesset.*

In nullo est dubium, illum manifeste fidei catholicæ ad-versari, qui reverentiam diebus dominicis non impendit. Unde negatores vel destitutores ¹¹ fidei nostræ iustissime insequentes, id religiosa sanctione iubemus, ut sive sit iudæus sive iudæa, quodlibet opus rurale ¹² in natali domini, vel in omnibus sanctissimis solemnitatibus, seu dominicis diebus exercens, vel lanificia ¹³ faciens seu quascumque operationes ¹⁴ vel cætera talia agens, extra quam nobilium honesta christianorum consuetudo permittit; præsumptor talis ¹⁵ rei centenis verberibus subiaceat decalvatus. Quod si ¹⁶ servi eorum vel ancillæ in talibus diebus reperiuntur supradictis laboribus occupati, tunc et ipsi simili sententia sunt feriendi. Domini tamen eorum, si servos suos permiserint talia agere, C. solidos auri fisco compellantur reddere. Dies tamen ipsi, qui ab eisdem iudæis sollicita devotione sunt observandi, hi sunt, id est, festum Virginis Sanctæ Mariæ, quo gloriosa ¹⁷ eiusdem genitricis domini conceptio celebratur: item natalis Christi et circumcisionis eius, sive etiam apparitionis: dies quoque ¹⁸ paschæ, vel dies sanctissimi octavarum: inventio-nis quoque crucis dominicæ festum, et ascensionis dominicæ dies, vel pentecostes, seu etiam concurrentes ¹⁹ per totum annum dominici et religiosa fide Christi venerabiles dies.

VII. ²⁰ *Ne iudæi more suo diiudicent escas.*

Illud sane, quod iudæorum detestatur ²¹ conversatio iudaica superstitione pollutior, mundas ab immundis iudicans escas, aliud assumit, aliud reiicit. Quicumque ²² in huius observantiæ inventus fuerit errore, id est, ut ali-

ter id faciat quam honesta christiani moris est consuetudo; tunc iudicis instantia, in cuius territorio actum extiterit, C. verberibus feriatur, et turpiter decalvetur. Huius sane legis omnimode præceptionis integritas, sicut de escis, ita et de poculis observanda est, scilicet ut superioris iacturæ supplicium simili quoque ordine, et illi qui a christianorum ²³ poculis se abstinere præsumpserint, patiantur. De escis tamen ²⁴ porcinis tantum et carnibus, id discreta nec remissa pietate decernimus, ut quicumque ex illis carnibus vesci penitus abhorrescunt ²⁵, si natura forte id fastidiente fugiunt ²⁶, et non more illo perversitatis hoc ipsum diiudicantes contemnant, præsertim si in cæteris operibus christianis similes habeantur, et christianitatis ab eis non defuerit votum, atque ²⁷ operationis studium; tunc hi tales, qui fideles in reliquis conversationibus approbantur, pro hac sola reiectione suillarum carni-um ad iacturam legis superius comprehensam teneri non poterunt: quia contrarium æquitati videtur, ut quos manifesta operum Christi nobilitat fides, pro sola reiectione unius cibi ad pœnam teneantur notabiles.

VIII. ²⁸ *Ne iudæi ex propinquitate sui sanguinis connubia ducant, et sine benedictione sacerdotis nubere non audeant.*

Nulli iudæorum in utroque sexu permittimus ex propinquitate sui sanguinis, vel uxoris suæ, atque etiam virorum, iuxta legem quæ in christianis est lata, usque ad sextu ²⁹ generis gradum connubia ducere, vel incesti maculam operari. Huius igitur fœdæ permixtionis pervasores tali multentur pœna, ut separati ab invicem centena flagella suscipiant, et decalvati exsilioque religati sub pœna ³⁰ maneant; eorumque ad filios bona, quos de præcedenti ³¹ coniugio habuerint, redeant; si tamen et ipsos in nullis iudaicæ prævaricationis maculaverit noxa, et nulla incestivæ nationis sordidaverit macula. Quod si non habuerint filios, aut habitos, ut dictum est, iudaicus involverit error, vel incesti ³² fœdaverit natio; tunc facultas prædictorum omnimode ³³ in principis potestate consistat ³⁴. Illud tamen modis omnibus observandum præcipimus, ut si quis iudæus sive iudæa ³⁵ noviter renati, nuptiale festum ³⁶ celebrare voluerint, non aliter quam cum præmisso dotis titulo, quod in christianis salubri institutione præceptum est, vel sacerdotali benedictione intra sinum ecclesiæ sanctæ percepta coniugium cuipiam ³⁷ ex his adire permittimus. Quod si certe sine benedictione sacerdotis quisquam hebræorum noviter coniugium duxerit, vel solemnitatem legis pro dotali titulo in quocumque transcenderit ³⁸ post renovationem baptismatis, C. solidos principi coactus exsolvat, aut C. flagella publice suscipiat. Hæc scilicet damna vel verbera singillatim unusquisque percipiat videlicet tam ille qui nupsit, quam ea quæ nupta est, vel etiam parentes eorum unusquisque pro se iacturam legis suscipiat.

¹ Card. et Esc. 1. Flavius Ervigius Rex.
² S. J. R. Esc. 1. 2. et Complut. præeuntibus
³ Card. et Esc. 1. quam
⁴ Card. et Esc. 2. Neomenia
⁵ Card. et Esc. 1. ab apostolico præceptum est ore
⁶ Esc. 2. neomenia
⁷ Card. centenis decalvatus flagellis subiaceat, et exsilii debita mulctetur ærumna
⁸ Card. ad principis redeant iura, qualiter
⁹ Card. Esc. 1. et 2. aliis, quibus fas fuerit
¹⁰ Card. et Esc. 1. Flavius Ervigius Rex.
¹¹ Card. Esc. 1. et Lind. disturbatores
¹² S. J. R. Complut. et Esc. 2. quodlibet opus in natali domini
¹³ Esc. 2. seu faciens quascumque operationes
¹⁴ Card. Esc. 1. et Lind. operationes in domibus, agris vel cæteris talibus agens
¹⁵ Card. et Esc. 1. huius
¹⁶ Card. et Esc. 1. quod si forsitan servi
¹⁷ Card. quo gloriosa concelebratio eiusdem genitricis domini celebratur
¹⁸ Esc. 2. dies paschæ quoque sanctus, vel
¹⁹ Esc. 1. percurrentes
²⁰ Card. et Esc. 1. Flav. Gloriosus Ervigius rex.

²¹ Card. et Esc. 1. detestabilis
²² Card. et Esc. 1. In quocumque huius observantiæ inventus fuerit error
²³ Card. et Esc. 1. christianis
²⁴ Card. et Esc. 1. id est, de porcinis tantum carnibus
²⁵ Card. obhorrescunt
²⁶ Card. refugiant
²⁷ Esc. 1. atque omnimodæ operationis
²⁸ Card. et Esc. 1. Flavius Glor. Ervigius rex.
²⁹ Card. et Esc. 1. sexti
³⁰ Card. et Esc. 1. penitentia
³¹ S. J. R. Complut. et Esc. 2. de præsentii
³² Esc. 1. incestiva
³³ Esc. 1. omnium
³⁴ Card. Esc. 1. et Lind. consistat; qualiter principali discretionem res ipsa, aut in christianis eorum hæredibus concessa (Card. conversis) permaneat, aut si hæredes huiusmodi dignitatis defuerint, fisco nostro sociata deserviat. Illud tamen &c.
³⁵ Card. et Esc. 1. noviter nuptiale
³⁶ Card. fœdus
³⁷ Card. et Esc. 1. cuiquam
³⁸ Card. et Esc. 1. transcenderit C. solidos principi coactus exsolvat

ligata : et versa vice, religionis nostræ honorabile Christi ¹ membrum humilietur ante filios perfidorum ²; sicque corpus Christi videatur obsequi Anti-Christi ministris : et cum præpostero ordine ipsi, qui nostram oppugnant ³ moribus fidem, obsequentes habeant ⁴ sub impietatis suæ errore famulos sacræ fidei nostræ. Proinde legem illam quæ a glorioso prædecessore nostro divæ memoriæ Sisebuto rege est edita, in huiusmodi causis tenendam esse sancimus, et ⁵ contextum legis ipsius, excepto ubi mortis ultio ponitur ⁶, glorioso serenitatis nostræ oraculo confirmamus : qualiter ⁷ prædictæ legis edicto transgressores legis ipsius prædecessores nostri regni sub perpetua maledictionis censura obstringunt. Nullus ex iudæis mancipium christianum habere præsumat, ne quidquam contra eiusdem legis monita agere audeat, excepto hoc uno ⁸, quod lex ipsa eis permittit, ut christianum mancipium iudæus audeat manumittere : quia valde indignum est, ut hi, quos cænosā servitus perfidiæ maculat, libertatis titulum christianis imponant. Non est enim consequens, ut tenebræ lucem obnubilent, aut servitus ⁹ præroget libertati : præsertim quum hoc in primæva tantummodo editione legis ipsius, quum ad fidem primitus vocarentur, illis videatur fuisse concessum. Nunc vero ¹⁰ sancimus per huius legis seriem, ut nullus iudæorum christianum mancipium manumittat, quia contra legis ipsius edictum, ut vere utique transgressores, christiana mancipia habere comprobantur, quibus tamen sufficiat, si pro præteritis transgressionibus non damnentur. Nam modo sane illis hæc licentia pœnitentis denegatur : quia contra legum et canonum edicta ¹¹ agere præsumpserint. Hoc tantum illis sine dubio more concedimus pietatis, ut a primo anno regni nostri ¹², id est, a kal. februarii usque ad sexagesimum diem habeat quisquis ¹³ licentiam venundare christiana mancipia, non tamen sine cognitione sacerdotum vel iudicum, ad quorum territoria pertinere noscuntur : ne ¹⁴ hi, qui venundati ¹⁵ sunt, damna mortis ¹⁶ perferant, et hi qui venditores existunt locum fraudis agenda vel inferendæ reperiant ultionis. Iam vero ¹⁷ a prædictis kalendis transacto prædicto sexagesimo die, nulli iudæorum licebit christianum habere mancipium, non ingonuum, non etiam servum. Sed ¹⁸ post peractum huius temporis conlatum spatium, id est sexaginta dierum, apud quemcumque iudæum mancipia christiana reperiantur, cum collato sibi a domino peculio per huius legis edictum erunt liberi modis omnibus permansuri, si tamen violenter se a dominis suis celatos esse probaverint. Iudæi tamen ipsi, qui, expleto temporis supradicti spatio, tenere vel occultare ¹⁹ mancipia christiana præsumpserint, aut etiam quibuslibet aliis modis hanc sanctionem ²⁰ implere distulerint, aut medietatem rerum suarum fisco sociandam amittant ;

aut si viliores personæ fuerint, et unde componant, non habuerint, centena flagella suscipiant decalvati.

XIII. ERVIGIUS REX.

Si se iudæus christianum esse testetur, et ob hoc non velit a se reiicere mancipium christianum.

Si quorundam iudæorum subtilitas ²¹, timens quæstum rei suæ amittere, christiano more se intimet conversari ²², et ob hoc non se amittere debere dicat christiana mancipia, quia et ipse christianam videatur ducere vitam : his ordinibus comprobandum est, quo nec astuta fraus excusatione obtendat ²³, nec sincera conversatio cæsum cum cæteris pereuntibus perferat. Ac per hoc id omnimode sanctione præcipimus, ut omnes iudæi per universas regiones constituti ab anno primo regni nostri a kalendis februariis usque in supervenientes præsentis anni kalendas aprilis, aut vendendi christiana mancipia iuxta præmissæ legis ordinem licentiam habeant, aut si eà apud se retinere voluerint, his ordinibus se christianos ostendant. Concedimus enim eis ²⁴; de quibus evidens periurii suspicio non habetur, ut habeant LX. ²⁵ dierum a kalendis præsentis anni aprilis spatium ²⁶, in quo possint qui ex illis salvari ²⁷ desiderant, et christianæ fidei aggregari exoptant, ad episcopos locorum concurrere, et manus suæ subscriptionibus vel signis roborata illis suæ professionis ²⁸ publicare fœdera; in qua ²⁹ scilicet professione id quisque studeat innectere, et profiteri, ut omnes iudaicos errores abneget, et in nullo sequatur sectam suæ prævaricationis antiquæ. Quisquis ³⁰ igitur ex illis ex toto corde pristinos errores relinquens, ad fidem sacræ religionis conversus fuerit christianæ, cum symboli quoque interpositione, et quod ultra ad vomitus sui nullo modo revertatur errorem, vel cætera secundum scriptum professionis ipsius ordinem, quem post hanc legem curavimus adnotare ³¹, in nullo se profiteatur exinde aliquid immutare. Hanc sane professionem ne nudis tantummodo verborum promissionibus proferat, et aliud verbo promat, aliud corde retineat, et sic in eius ³² promissis simulatio potius, quam veritas locum suum inveniat : cura sollicita episcoporum, iudicumque ministerio ³³, illi ipsi, qui superiores sententiam patefecerint, mox allatis conditionibus ³⁴ iurare debebunt, quia quæ eorum professio continet, sincero non maculato corde profiteantur ³⁵. Sicque fiet ut hi tales, quos et professio cum operis effectu sacræ fidei dignos esse probaverit, et iurisiurandi pollicitatio devotos fore monstraverit, possint utpote ³⁶ christiani, christianis mancipiis uti. Nam non aliter poterunt christiana mancipia illorum dominio subiugari, nisi et ipsi evidenter comprobentur ³⁷ christiani, et fre-

¹ Esc. 2. et S. J. R. regnum

² Card. Esc. 1. et Lind. perditorem; et portio dicata Christo per lavracum perfidorum obsequiis subiugetur; sicque Corpus Christi

³ Esc. 2. impugnant

⁴ Card. et Esc. 1. habeant famulos fidei nostræ ad impietatem

⁵ Card. et Esc. 1. et omnem textum

⁶ S. J. R. et Esc. 2. panditur

⁷ Card. et Esc. 1. iuxta prædictæ legis edictum ubi . . . obstrinxit

⁸ Esc. 1. quod eisdem iudæis penitus non licebit, secundum quod lex ipsa permittit, ut christianum

⁹ Card. aut servitus aut servus. Esc. 2. non pergit ultra, sed hic legem finit.

¹⁰ Esc. 1. Nunc vero christianum mancipium quemque manumittere omnino non poterit, quia contra legis ipsius edictum

¹¹ Card. interdicta. Esc. 1. dicta

¹² S. J. R. usque ad XL. diem, similiter paulo etiam post eundem dierum numerum repelit.

¹³ Card. quisquis ille iudæus. Esc. 1. quisquis ille iudæus iuxta tenorem legis huius

¹⁴ Card. et Esc. 1. ne et hi

¹⁵ Card. et Esc. 1. venundandi

¹⁶ Card. et Esc. 1. vel salutis

¹⁷ S. J. R. Iam vero transacto prædicto XL. die

¹⁸ S. J. R. Sed apud quemcumque iudæum

¹⁹ Card. et Esc. 1. sive libertare

M.L. Tom. I.

²⁰ Card. severitatis nostræ. Esc. 1. serenitatis nostræ

²¹ Card. Esc. 1. et Lind. fraudulenta subtilitas cavens quæstum

²² S. J. R. se conversari profiteatur intime

²³ S. J. R. obtineat

²⁴ Esc. 1. et Lind. eis, id est, his tantum, de quibus

²⁵ S. J. R. XL.

²⁶ Card. Esc. 1. et Lind. salutare spatium

²⁷ Card. Esc. 1. et Lind. salvandi vel christianæ fidei aggregandi sunt, ad episcopos

²⁸ Esc. 1. promissionis

²⁹ Esc. 1. in quibus confessionibus quisquis id curabit innectere, quia et ritus omnes

³⁰ Card. et Esc. 1. Et quia ex toto

³¹ Card. et Esc. 1. adnotare. Hanc sane professionem ne nudis tantummodo verborum propositionibus proferant et aliud corde retineant, et sic in eius promissis

³² Card. et Esc. 1. eorum

³³ Card. et Esc. 1. sollicita . . . instantia, illi qui superioris professionis suæ patefecerint votum, allatis

³⁴ S. J. R. codicibus

³⁵ Card. Esc. 1. et Lind. protestantur, se donec advixerint conservare. Sicque fiet

³⁶ Esc. 1. utpote christiani christianorum mancipiorum serviitiis uti

³⁷ Card. purissimi vel verissimi christiani. Esc. 1. verissimi christiani

quenter christianorum ¹ escis adhæserint, et coniugia inierint. Iam vero qui post datam confessionem, reddito iuramento, iuxta superiorem tenorem ² christianum se ³ devoverit esse, et in quolibet ritu iudaicæ sectæ cultor fuit inventus, et huius promissionis suæ transgressor esse reperiat, quia et nomen Domini ausus est profanare, et se iudaici erroris cæno polluere, amissis rebus omnibus et in potestatem principis redactis, C. flagella suscipiat, et decalvatus exsilii debita conteratur ærumna. Illi tamen, qui ⁴ obdurato corde, obstinatione malitiæ interclusi ⁵, si infra numerum dierum superius constitutum ⁶ professionem suam publicare destiterint, aut extra prædictum tempus christianum mancipium habere præsumserint, ad damnationem præmissæ legis, quæ de christianis lata est mancipiis, ut non serviant iudæis, tenebuntur obnoxii; id est, ut aut medietatem rerum suarum fisco sociandam amittant, aut si viliores personæ fuerint, et unde component non habuerint, C. flagella cum decalvatione suscipiant. Mancipia tamen christiana quæ retinere apud se contra legem vetita præsumserint, vel quia ipsa se mancipia infra prædicti temporis spatium christiana fuisse non prodiderint, in eorum servitio, quibus a rege donata fuerint, perpetualiter manebunt servitura.

XIV. ⁷ ERVIGIUS REX.

Professio iudæorum: quomodo unusquisque eorum ad fidem veniens indiculum professionis suæ ⁸ in præsentia sacerdotis vel iudicis conscribere debeat.

Ego ille abrenuncio universis ritibus et observationibus sectæ iudaicæ, abominans in toto solemnitates, vel ceremonias sive observationes omnes, quas in præterito tempore usque nunc observavi et tenui: ita ut deinceps nihil de ritu vel celebritate earundem observationum exerceam, nihil de usu præteriti erroris assumam, id est, ut nec affectu talia ⁹ quæram, nec opere quodcumque tale perficiam. Proinde abrenuntiatis his omnibus quæ christianitatis doctrina abominatur, et prohibet:

Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cæli et terræ, visibilium omnium, et invisibilium conditorem: et in unum Dominum Iesum Christum Filium Dei unigenitum, et ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum de Deo ¹⁰, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum non factum, homouision Patri, hoc est, eiusdem cum Patre substantiæ, per quem omnia facta sunt, quæ in cælo et quæ in terra ¹¹. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de cælis ¹², et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine homo factus. Passus sub Pontio Pilato, crucifixus ¹³, mortuus, et sepultus, tertia die resurrexit ¹⁴, ascendit in cælos, sedet ad dexteram Patris ¹⁵. Iterum venturus ¹⁶ est cum gloria

iudicare vivos et mortuos, cuius regni non erit finis. Credo et in Spiritum Sanctum Dominum ¹⁷ vivificantem, ex Patre et Filio procedentem, cum Patre et Filio adorandum et glorificandum. Qui loquutus est per Prophetas. In unam sanctam catholicam, atque apostolicam ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum; et exspecto resurrectionem mortuorum, et vitam futuri sæculi. Amen.

Hæc ¹⁸ quæ in huiusmodi subscripta serie dicta sunt, iam veraciter credens, et fideliter retinens ¹⁹, et cum toto mentis meæ affectu amplectens ²⁰, ac subscribens promitto, ut nullo unquam tempore ad vomitum superstitionis iudaicæ redeam. Numquam observationes vel ceremonias, quas soliti sunt iudæi custodire, amodo aut opere impleam, aut corde ²¹ retineam, abnegans in toto iudaicam sectam, respuens in toto iudæorum perfidiam, abiciens ²² quidquid christianam ²³ fidem impugnat. Et ita me deinceps veraciter in Sanctam Trinitatem profiteor credere, ut christiano ²⁴ more deinceps vivere debeam, et iudæorum ²⁵ fugiens amodo consortia, et cum honestis ²⁶ christianis me semper adiungam. Qualiter cum illis sive absque illis christianorum ²⁷ semper cibos accipiam ²⁸ et ad ecclesiam Dei ²⁹ vere fidelissimus christianus devotissime et frequentissime concurrere debeam, et in festivitatibus dominicis, sive etiam in martyrum festis, quæ christianæ religionis pietas observanda decrevit, ita promitto, eas ipsas festivitates devote suscipere, et cum summo amore complecti, atque in ipsis diebus semper cum christianis honestissimis interesse, sicut honesta et pia christianorum consuetudo id suscipere consuevit vel facere. Facta fidei vel credulitatis meæ professio sub die vel ³⁰.

XV. ³¹ Conditionis iudæorum ³² ad quas iurare debeant, et hi qui ex eis ³³ ad fidem venientes professiones suas dederint.

Iuro primum per Deum Patrem omnipotentem, qui dixit: Per memetipsum iurabitis, et non periurabitis nomen Dei vestri, qui fecit cælum et terram, mare, et omnia, quæ in eis sunt, et mari posuit terminum dicens: usque hic ³⁴ venies, et confringes tumentes fluctus tuos. Qui dixit: cælum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Qui primum angelum ³⁵ de cælo proiecit superbum; ante cuius conspectum adstat omnis exercitus angelorum cum tremore, cuius aspectus arefacit abyssos, et indignatio tabescere montes facit. Qui primum hominem Adam in paradiso constituit ³⁶, et ei præceptum dedit, ne de vitulo ligni pomo comederet, quo ³⁷ degustato de paradiso est proiectus, et ³⁸ catenæ prævaricationis vinculo se una pariter cum genere humano adstrinxit. Qui Abel sacrificium libenter accepit, et Cain digne ³⁹ iusteque reprobavit. Qui Enoch in huius vitæ corpore in paradiso con-

¹ Card. Esc. 1. et Lind. christianorum societate coniungi. Iam vero

² Card. et Lind. ordinem

³ Card. esse decreverit ac devoverit

⁴ Esc. 1. quos obduratio cordis obstinatione malitiæ intercluserit, si infra

⁵ Card. infra numerum

⁶ Esc. 1. aut professiones suas publicare

⁷ Esc. 1. *Omissum legis et auctorem, et inscriptionem relinquit.*

⁸ Card. Esc. 1. Complut. et Lind. professionis suæ conscribere debeat

⁹ Complut. affectu tali ea quæram

¹⁰ Complut. et Card. Deum ex Deo . . . ex Deo vero

¹¹ Complut. in terra consistunt

¹² Esc. 1. et Lind. de cælo

¹³ Card. et Esc. 1. crucifixus et sepultus descendit ad inferna: tertia die

¹⁴ Esc. 1. resurrexit vivus a mortuis

¹⁵ Complut. Dei Patris. Unde iterum. Card. Patris omnipotentis

¹⁶ Card. venturus in gloria

¹⁷ Complut. Deum. Esc. 1. et vivificantem

¹⁸ Esc. 1. Hæc quæ in huius symboli a me præmissa sunt fide veraciter credens

¹⁹ Complut. retinens, eximioque toto mentis

²⁰ Complut. et S. J. R. explens

²¹ Card. et Esc. 1. aut cordis affectu

²² Esc. 1. vincens

²³ Complut. quidquid christiana fides impugnat

²⁴ S. J. R. et Complut. ut Christi amore deinceps . . . et iudæorum deinceps fugiens veraciter consortia

²⁵ Esc. 1. amodo consortii fugiens

²⁶ Complut. omnibus

²⁷ Complut. et Esc. 1. christianos

²⁸ Esc. 1. adsumam

²⁹ Esc. 1. ut vere fidelissimus

³⁰ Lind. vel anno regis. Card. vel anno Esc. 1. vel æra. Complut. codex hanc XIV. legem ultimam describit, finemque fecit.

³¹ Codex etiam Legion. hanc legem in antecedentis tituli fine refert, hac tantum epigrapha: Conditiones iudeorum.

³² Card. sacramentorum

³³ Legion. et Esc. 1. ex his

³⁴ Legion. et Lind. huc . . . huc

³⁵ Legion et Card. archangelum superbientem proiecit, cui adstat

³⁶ Esc. 1. constituens ei

³⁷ S. J. R. et Esc. 1. quo gustato, et

³⁸ S. J. R. et Esc. 1. et catena prævaricationis et vinculo

³⁹ Card. indigne reprobavit

servans cum Elia, in extremo huius sæculi fine moriturum¹, et ad metam² reducturus est. Qui Noe cum uxore, et tribus filiis cum uxoribus, et animalibus, et volatilibus cæli, atque reptilibus in arca tempore diluvii conservare dignatus est, per quod unumquodque genus recuperaretur. Qui de Sem filio Noe Abraham, et de eo israeliticum populum propagare dignatus est. Qui patriarchas et prophetas elegit, et benedixit patriarchis Abraham, Isaac et Iacob. Iuro per eum qui Sancto Abraham repromisit, dicens: in semine tuo benedicentur omnes gentes, dans eis signum circumcisionis in fœdere sempiterno. Iuro per Deum³, qui Sodmam et Gomorram subvertit, et uxorem Loth aspicientem retrorsum in salis convertit statuum. Iuro per eum, qui luctatus est cum Iacob, et tangens nervum eius femoris, claudicare eum fecit, et dixit: non vocaberis Iacob, sed Israel. Iuro per Deum, qui Ioseph liberavit de manu fratrum suorum, et gratiosum eum fecit in oculis Pharaonis, ut per eum omnis Israel salvaretur⁴ ab inopia famis. Iuro per Deum, qui Moysen de aquis liberavit, et ei in rubo ignis⁵ apparuit, et⁶ per manus ipsius⁷ decem plagas Ægyptiis intulit, et populum suum israeliticum⁸ de servitute Ægyptia liberavit, et per mare Rubrum⁹ siccis pedibus eos transire fecit, ubi¹⁰ contra naturam fluentis elementi tanquam murus aqua¹¹ ab eo solidata stetit. Iuro per Deum, qui Pharaonem, et eius exercitum in mari Rubro demersit, qui per diem in columna nubis populum israeliticum, et per noctem in columna ignis præcessit. Iuro per Deum, qui Moysi in monte Sinai legem digitis suis in tabulis lapideis scriptam dedit. Iuro per Deum, qui montem ipsum Sinai fumare¹² fecit, vidente populo israelitico. Iuro per Deum, qui Aaron sibi primum elegit sacerdotem, et eius filios in tabernaculo igne consumpsit, quia ignem alienum ausi fuissent offerre coram domino. Iuro per Deum, qui Dathan et Abiron suo iusto iudicio¹³ hiatus terræ viventes absorbere iussit. Iuro¹⁴ per Deum, qui amaras aquarum admixtione¹⁵ ligni in saporem dulcedinis commutavit. Iuro per eum, qui sitiens populo israelitico¹⁶, percussente Moysen virga in petra, immensas aquarum inundationes produxit¹⁷. Iuro per eum, qui per quadraginta annos populum israeliticum in eremo pavit, eorumque vestimenta, ne usu attererentur, integra¹⁸ usquequaque servavit. Iuro per eum, qui irrevocabili iussu decrevit, ne quis de israelitico populo in terram promissionis¹⁹ intraret, ob hoc scilicet, quia verbis Dei non credidissent, excepto Iesu Nave, et Caleph, quos illic intraturos promisit et prædixit. Iuro per eum, qui præcepit Moysi, ut erecta manu sua contra Malacitas²⁰ victor populus israeliticus existeret. Iuro per eum, qui patres nostros per manum Iesu Nave Iordanis fluvium transire iussit, et ut duodecim lapides de eodem fluvio in testimonium tollerentur, instituit²¹. Iuro per eum, qui omni Israeli, ut transito eodem Iordanis fluvio, lapideis cultris circumcideretur, præcepit. Iuro per eum, qui muros

Ierico civitatis subvertit. Iuro per eum, qui David regni²² gloria decoravit, et de manu Saul et filii sui Absalonis eum eripuit. Iuro per eum, qui ad orationem Salomonis nebula templum replevit, et suam ibidem²³ benedictionem fudit²⁴. Iuro per eum, qui Eliam prophetam per turbinem in currum igneam e terra sublevans gloriæ²⁵ sedibus intulit, et per eum qui ad orationem Elisæi percusso pallio Elisæi aquas Iordanis divisit. Iuro per eum, qui tres pueros in camino ignis ardentis sub oculis regis infesti conservare dignatus est; qui tenet clavem David, et claudit, quod nemo aperit, et aperit, quod nemo claudit. Iuro per eum, qui omnia mirabilia, et virtutes, et signa in populo israelitico vel in aliis gentibus fecit. Iuro per eum, et per sacra decem legis præcepta. Iuro et per Iesum Christum Filium Dei Patris omnipotentis, sanctumque Spiritum Paraclitum, qui est in Trinitate unus, et verus Deus, et sanctam resurrectionem Domini nostri Iesu Christi, eiusque ad cœlos ascensionem, et gloriosum atque terribilem eius adventum, in quo venturus est iudicare vivos et mortuos, mitis apprensus iustis, terribilis autem impiis, atque eius venerandum Corpus et pretiosum Sanguinem; qui cœcorum oculos aperuit, surdos audire fecit, paralytics ad sua membra reduxit, qui linguas mutorum resolvit, dæmonio²⁶ vexatos sanavit, claudos currere fecit, et mortuos suscitavit; qui super aquas pedibus ambulavit, et Lazarum morte resolutum, quem iam in putredinem se caro solvisset, viventem²⁷ eum saluti restituit, et in gaudium mutavit lamentum; qui est factor sæculi, lucis principium, salutis auctor, qui mundum ortu suo illuminavit, passione sua redemit, qui solus inter mortuos liber fuit, et a morte teneri non potuit, qui tartarea claustra comminuit, et de inferno beatorum animas præsentia²⁸ suæ maiestatis eripuit, qui devicta morte carnem, quam de terris assumpsit, in cœlos post mundi victoriam deportavit²⁹, sedens ad dexteram Dei Patris omnipotentis, accipiens ab eo æternam regni potestatem. Iuro et per omnes cœlestes virtutes, omniumque sanctorum³⁰, et apostolorum reliquias, sive et per sancta quatuor evangelia, quæ subterpositis³¹ his conditionibus in sacrosanto altario sacri illius nominis³² contineo manibus vel contingo.

Quia omnia, quæ in professione mea renovanda curavi, vel colligere potui, quam tibi, domino *illo illius* sedis episcopo manu mea subscriptam dedi, sinceritate tota³³ ibidem dixi, et sub nullo argumento vel fraude ea quæ in ipsa professione comprehensa sunt protuli; sed³⁴ omni sinceritate, sicut eadem confessio continet³⁵, omnes ritus iudaicæ observationis abinceps abnego, et cum omni cordis mei intentione in Sanctam Trinitatem³⁶ credo, et credens perpetuum in ea permanere meipsum spondeo, et numquam consortio impietatis iudaicæ sociatus ero; sed in omnibus, et per omnia christiano deinceps more vivens, et³⁷ christianorum participium habiturus sum, et quidquid in eadem professione, quam de sanctæ fidei observatione conscripsi³⁸ omni fidei puritate custodiam: qua-

¹ Legion. Card. Esc. 1. et Lind. morituros
² Card. remedium. Esc. 1. medium
³ Legion. Card. et Esc. 1. Iuro per eum . . . eum . . . eum.
⁴ Esc. 1. erueretur a fame
⁵ Card. et Esc. 1. in igne
⁶ Legion. Card. et Esc. 1. qui
⁷ Card. ipsius Moysi
⁸ Esc. 1. israel
⁹ Card. et Esc. 1. per siccum eos
¹⁰ Esc. 1. qui
¹¹ Legion. et Lind. se solidata exhibuit. Card. tanquam murum solidatum exhibuit. Esc. 1. aquæ soliditatem exhibuit
¹² Legion. et Card. fumigare
¹³ Legion. et Esc. 1. ut eos viventes terra absorbere, iussit
¹⁴ Legion. Card. et Esc. 1. Iuro per eum qui manna et cocturnices in eremo populo israelitico in escam concessit
¹⁵ Card. per admixtionem ligni. . . convertit
¹⁶ Legion. Card. et Esc. 1. in Oreb
¹⁷ Card. et Esc. 1. exhibuit
¹⁸ Esc. 1. integra conservavit
¹⁹ Legion. Card. et Esc. 1. repromissionis
²⁰ Esc. 1. Amalacitas. Lind. Amalechitas. S. J. R. maledictos
²¹ Legion. et Card. constituit

²² S. J. R. regem
²³ Legion. ibi . . . infudit. Card. inibi . . . infundit
²⁴ Esc. 1. infudit
²⁵ Legion. et Card. cœlorum sedibus
²⁶ Legion. dæmone
²⁷ Legion. Card. et Esc. 1. solvisset, vitæ ac saluti restituit
²⁸ Card. et Esc. 1. potentia suæ
²⁹ Esc. 1. reportavit, sedet accipiens ab eo æternæ gloriæ maiestatem
³⁰ Card. sanctorum apostolorum, prophetarum, patriarcharum, et reliquias omnium sanctorum
³¹ Esc. 1. subterposita
³² Esc. 1. meis manibus contineo, vel contingo
³³ Esc. 1. sinceriter tota inibi dixi
³⁴ Esc. 1. protuli omni sinceritate
³⁵ Esc. 1. et omnes ritus et observationes abinceps iudaicas abnegavi, et omni cordis mei intentione
³⁶ Card. et Esc. 1. crediturus sum, et nunquam in nullo ad pristini erroris vomitum rediturus sum, aut consensu . . . sociaturus
³⁷ Esc. 1. et christiana mancipia habiturus sum
³⁸ Esc. 1. conscripsi, comprehensum esse dinoscitur, omni fidei

liter iuxta apostolicam traditionem, vel sacri symboli regulam deinceps vivere debeam ¹. Quod si in quocumque aborbitans, aut sanctam fidem maculavero, aut ritus iudaicæ ² sectæ in quocumque observare intendero, seu vos in quocumque per huius iuramenti mei professionem inlusero, vel sub specie cuiuslibet iuramenti ea quæ promisi, non ea intentione perfecero, sicut a vobis me proficiente credita ³ vel intellecta sunt: veniant super me omnes maledictiones legis, quæ in contemptores mandatarum Dei ore domini promulgatæ sunt. Veniant etiam super me, et super domum meam, et filios meos omnes plagæ Ægypti, et percussiones eius, et ad terrorem cæterorum ita ⁴ iudicium Datan et Abiron super me veniat, ut viventem me terra deglutiat. Sicque, postquam hac caruero vita, me ⁵ æternus ignis mancipandum cum diabolo, et suis angelis sociandum suscipiat, et cum habitatoribus Sodomæ et Gomorræ particeps in pœnale supplicium comburendus tradar, et ⁶ dum ante tribunal metuendi iudicis et gloriosi principis ⁷, domini nostri Iesu Christi pervenero, in ea parte adnumerer ⁸, quibus terribilis et gloriosus iudex minando iudicaturus ⁹ est, dicens: Discedite a me maledicti, ite in ignem æternum, qui præparatus est diabolo et angelis eius. Datæ conditiones die vel æra.

¹⁰ XVI. ¹¹ *De christianis mancipiis iudæorum, quæ se non prodiderint esse christiana, sive de publicatoribus eorum.*

Hebræorum mancipia religionis sanctæ titulo consecrata, et dominorum suorum qualibet persuasione illecta, ab hoc tempore et deinceps si nullo modo se fuisse prodiderint christiana, qualiter sub eorum dominorum iugo persistent, tunc quia indultæ libertatis gratiam respuerint, cui a principe collata fuerint, perpetua servitutis religata catena modis omnibus tenebuntur. Hi tamen, per quos hoc ¹² fuerit manifestissime detectum, si et ¹³ ipsi cuiuslibet iudæi servi sint, conversi ad fidem Christi in libertate persistent. Si autem quilibet christianus hoc prodiderit factum, V. solidos pro unoquoque mancipio christiano accipiet ab eo, qui ea apud se post datam ¹⁴ et decretam convictus fuerit tenuisse ordinationem.

XVII. ¹⁵ *Ne iudæi a quolibet potestate accepta extra regiam ordinationem christianum quemquam imperare, plectere vel distringere audeant.*

Nullus iudæorum ¹⁶ administrandi, et imperandi vel distringendi potestatem super christianos exerceat, excepto si princeps id fieri ¹⁷ publica permiserit causa. Siquis autem iudæorum, accepta a quolibet potestate, christianum quemcumque distringere, plectere, coercere ¹⁸, vel in eum desævire præsumperit, aut quidquam ei contra

legum vetita, aut excogitata quæ in lege non sunt inserta, inferre tentaverit, aut medietatem rerum suarum fisco sociandam amittat, aut si nullis fultus fuerit rebus, C. flagella suscipiat decalvatus. Illi tamen, qui hanc eis potestatem super christianos exercere præsumperint, si nobilis ¹⁹ qui hoc fecerit persona exstiterit, X. libras auri principi coactus exsolvat; si tamen minimæ vilioresque personæ, V. libras auri principi ²⁰ coacti exsolvant. Quod si non habuerint, unde componant, centenis ²¹ flagellis subiaceant, et decalvationem suscipiant.

XVIII. ERVIGIUS REX.

Ut iudæorum servi necdum adhuc conversi, si ad Dei gratiam convolaverint, libertati donentur.

Quum vas electionis Paulus apostolus prædicet, dicens sive per occasionem, sive per veritatem, dummodo Christus adnuntiatur, salubre satis est votum, ut sicut ²² fideles libertatis provocamus ad gratiam, ita quoque infidelibus occasionem præbeamus veniendi ad vitam. Et ideo, si quis iudæorum servus ²³ de servitute eorum et moribus ad gratiam Christi convolare desiderat, nullus eum catena servitutis retineat, nullus huic tali resistat, nullum a quolibet fidei offendiculum habeat; sed mox, ut se et professione et iusiurandi attestatione christianum ostenderit, et domini sui prævaricationes manifeste prodiderit, vel respuerit, ab omni illico servitutis catena solutus cum omni ²⁴ suo peculio a domino suo evulsus ²⁵, libertatis erit effectibus contradendus ²⁶; sicque proveniet, ut ²⁷ in omnibus omnino rebus ordo ille omnis in eum impleatur, qui de christianis est mancipiis constitutus.

XIX. ²⁸ *Ne iudæi administratorio ²⁹ usu sub ordine villicorum atque actorum christianam ³⁰ familiam regere audeant, et de damnis eorum, qui talia his ordinanda iniunxerint.*

Si quis iudæorum a quolibet ³¹ ex laicis commissam curam, vel potestatem super christianos accepit ³², ut christianis familiis præsit, quidquid administrationis suæ cura visus fuerit imperare, totum fisco applicare ³³ debet: ita ut ipsi, qui hanc administrandi susceperint curam, C. ³⁴ flagella et decalvationem suscipiant, et medietatem rei suæ fisco sociandam amittant. Sane si episcopus, vel quilibet ex sacerdotibus, seu ministris, clericis quoque, vel monachis administrationem ecclesiasticæ ³⁵ rei illis super christianos explendam iniunxerint, quantum id ipsum fuerit, quod imperandum eis præceperint, tantum de bonis proprietatis suæ fisco nostro applicandum amittant. Quod si rebus exspoliatus ³⁶ exstiterit, exsilio subiacebit, quo ³⁷ diutius detentus pro pæ-

¹ Card. modis omnibus adimpleam
² Esc. 1. in quocumque observare contendero. S. J. R. aut ritus iudaici sectam quamcumque
³ Card. et Esc. 1. me proficiente audita, vel intellecta
⁴ Legion. ita ut
⁵ Card. et Esc. 1. sim æternis ignibus mancipandus, sim diabolo . . . sociandus . . . sim habitatoribus . . . comburendus, ut dum ante tribunal
⁶ Esc. 1. ut
⁷ Esc. 1. gloriosi domini
⁸ Esc. 1. adglomerer quibus idem terribilis
⁹ Legion. et Esc. 1. dicturus est: Discedite
¹⁰ Card. codex pro hac lege sequentem describit, quæ in Esc. 1. litteris quamvis aliis, tamen antiquissimis, post codicis finem scripta apparet. Typis mandata in lib. XII. tit. II. leg. XVIII. manet.
¹¹ Esc. 1. Fls. Ervigius Rex.
¹² Esc. 1. hoc fuerit detectum, si et ipse fuerit iudæus, et cuiuslibet iudæi servus exstiterit conversus
¹³ Esc. 1. si et ipse iudæus fuerit, et cuiuslibet iudæi servus exstiterit, conversus ad Christi fidem in libertate persistat
¹⁴ Esc. 1. post data hæc decreta convictus fuerit tenuisse
¹⁵ Esc. 1. Fls. Ervigius Rex
¹⁶ Card. et Esc. 1. a primo anno regni nostri, id est, a die quinto idus ianuarii administrandi, imperandi, distringendi curam

vel potestatem
¹⁷ Card. et Esc. 1. aliqua utilitatis publicæ
¹⁸ Card. coercere, exercere, vel
¹⁹ Card. et Esc. 1. si nobilis persona exstiterit
²⁰ Card. et Esc. 1. auri fisco persolvendas amittant
²¹ Card. et Esc. 1. centum. (Esc. 1. centenis) decalvati flagellis subiaceant
²² S. J. R. sicut enim fideles. Esc. 1. si sicut
²³ Card. et Esc. 1. et servituti eorum implicatus et moribus
²⁴ Card. et Esc. 1. cum omni etiam peculio suo
²⁵ Card. et Esc. 1. dimissus
²⁶ Esc. 1. tradendus
²⁷ Card. ut in omnibus ordo ille in eum impleatur, qui de christianis est mancipiis constitutus
²⁸ Esc. 1. Fls. Ervigius Rex.
²⁹ Esc. 1. ministratorio
³⁰ Card. christiana mancipia
³¹ Card. a quolibet commissam
³² Card. et Esc. 1. acceperit, id est, ut
³³ Esc. 1. applicari
³⁴ Card. et Esc. 1. et centum flagella decalvati suscipiant, et medietatem
³⁵ Card. rei illius
³⁶ Card. exspoliati exstiterint exsilio subiacebunt
³⁷ Esc. 1. quo diutius detritus pœnitentiæ damnis discat

nitentia discat damnis, quam sit impium, infidos¹ fidelibus præponere christianis.

XX.² *Ut iudæus ex aliis provinciis³ ad regni nostri ditionem pertinentibus veniens, episcopo vel sacerdoti, seu iudici se præsentare non differat; vel quid huic in toto observare conveniat.*

Si quis iudæorum de alia civitate vel provincia nostræ gloriæ oriundi, quolibet⁴ successerint loco, episcopo vel sacerdoti sive iudici loci illius se illico repræsentent⁵, tandiu inde non recessuri, quandiu sabbata ritusque cæteros atque festivitates, quæ illi e vicino possunt occurrere, incontaminati videantur sacerdotali testimonio transigisse, ne dum variis huc illucque per loca cursibus promoventur, erroris sui reperiant in quocumque latibulum. In ipsis tamen diebus, in quibus eos quolibet loco remorari contingerit, conversationem cum christianis probatissimis habituri sunt, qualiter cum illis et cibos sumere, et participationem communionis christianæ videantur habere. Concursus tamen in ipsis diebus, quibus ritus sui more uti soliti sunt, ad ecclesiam, episcopos⁶, vel sacerdotes habeant, qualiter eorum⁷ salutaribus monitis instruantur. Quod si forte placitorum innodatione⁸ se esse asserant ligatos, vel cuiuslibet inevitabilis necessitudinis⁹ causa constrictos, quod illis non liceat diuine immorari; tunc a sacerdote ipsius¹⁰ loci, ad quem accesserant, relaxati placiti sui cautionem promittant, ut ubi occurrentes per viam festivitates vel sabbata ritus sui, sine testimonio sacerdotis non transeant. Ipse quoque sacerdos loci epistolam manu sua subscriptam eisdem sacerdotibus, per quos se iudæus quisquis ille transiturum dixerit, destinabit: ut evacuata omni fraudis suspicione, tam stantes, quam properantes eos districtio¹¹ religiosa coerceat. Si quem autem eorum aliter egisse contigerit, tunc episcopo loci ipsius, vel sacerdoti una cum iudice potestas¹² tribuitur, centenis verberare eos flagellis, nec aliter eos ad propria redire permittimus, nisi cum epistolis episcoporum, vel sacerdotum, in quorum territorium visi sunt accessisse. In quibus tamen epistolis sollicite dierum summa notabitur, id est ex quo die ad episcopum ipsius civitatis accesserint, et quo diebus apud ipsum remorari eos contigerit¹³, vel quo die ab eo ad propria reversuri exierint.

XXI.¹⁴ *Qualiter conventus¹⁵ iudæorum in diebus institutis ad episcopum feri debeat.*

Omnis iudæorum conventus, in quibuscumque locis vel territoriis habitare videantur, ad episcopum loci, vel sacerdotem diebus sabbatorum, vel cæterarum festivitatum, quas celebrare solent, concurrere, et convenire de-

¹ Esc. 1. infidos iudæos

² Esc. 1. Fls. Ervigius Rex.

³ Esc. 1. vel territoriis

⁴ Card. quolibet loco oriundus successerit, episcopo. Esc. 1. oriundus, per quemlibet locum episcopo vel sacerdoti

⁵ Card. et Esc. 1. præsentare debet, nec a sacerdote illo est recessurus

⁶ Esc. 1. ad ecclesiam, vel sacerdotes habebunt

⁷ Card. et Esc. 1. semper salutaribus

⁸ Esc. 1. innodatione se se asserant ligatos. Card. esse asseruerint inligatos

⁹ S. J. R. necessitatis

¹⁰ Esc. 1. illius

¹¹ S. J. R. et Esc. 1. distinctio

¹² Card. potestatem tribuimus eos verberare flagellis, nec aliter. Esc. 1. potestas tribuitur centenis eos verberare flagellis

¹³ Esc. 1. constitit

¹⁴ Esc. 1. Fls. Ervigius Rex.

¹⁵ S. J. R. et Esc. 1. concursus

¹⁶ Esc. 1. nec in his et talibus diebus

¹⁷ Card. conniventiam vel licentiam nullo modo moveantur

¹⁸ Card. excursis, lavacro nitidi . . . sunt perventuri

¹⁹ Card. bonum perquiri testimonium indicent

²⁰ Card. festis. Esc. 1. festivitatis

²¹ Card. quos . . . obtinent. Esc. 1. quibus errori proprio inserviunt

M.L. Tom. I.

bebunt, nec in his¹⁶ talibus diebus concessa sibi licentia pervagationis usuri sunt; sed quamdiu excursus dierum ipsorum pertranseat, de quorum celebritate suspicio vertitur, alibi citra sacerdotis sui conniventiam¹⁷ nullo modo movebuntur. Diebus tamen sabbatorum concursus¹⁸ eorum, et lavacro nitidus, et perceptione benedictionis devotus, ad episcopum vel sacerdotem semper est perventurus. Sane in locis illis ubi sacerdotalis præsentia defuerit, concursus eorum omnis, vel conversatio, aut cum iudicibus, aut cum christianis honestissimis erit: qualiter sic eorum societati inhæreant, ut audacter de eorum conversatione bonum¹⁹ perquisiti testimonium dicant. Mulieres sane iudæorum, coniuges scilicet, atque etiam filiae in præmemoratis omnibus festivis²⁰ diebus, quibus²¹ errore proprio abutuntur, ne ullius erroris, vel pervagationis reperiant locum, id omnimode servabunt, ut viris earum præsentibus provida episcoporum, vel sacerdotum in eis ordinatio fiat; ut quemadmodum viri earum de præsentia sacerdotali²² se non differunt, ita et ipsæ, facto concursu, omnibus diebus festivitatum suarum electione sacerdotum, atque pontificum, cum quibus, vel qualibus honestissimis fæminis christianis commorari debeant, ordinentur. Si quis autem huic præceptioni visus fuerit evenire contrarius, publice²³ centenorum flagellorum erit suppliciis feriendus, atque decalvandus. Id tantum præcipue observandum est, ne quorundam sacerdotum carnalium corda, dum virus²⁴ libidinis execrabili contaminatione exagitat, occasiones quaslibet incurrant²⁵, per quas libidinis suæ votum efficiant. Unde id arctiori sanctione decernimus²⁶, ut sic omnis sacerdos hæc instituta legum nostrarum in iam dictis fæminis hebræorum adimpleat, ut nullius peculiaritatis locum cum eisdem fæminis habeat, per quod se sordidare cum eis intendat. Quod²⁷ si quemlibet sacerdotum contigerit, ut zelum, quo pro christiano nomine uti debeat, frequenter ad libidinis suæ²⁸ occasionem usurpet: tunc sacerdos ipse ab honore depositus, exsilio erit²⁹ perpetuo mancipandus.

XXII.³⁰ FLAVIUS ERVIGIUS REX.

Ut quicumque iudæum secum obsequentem habuerit, petente³¹ sacerdote, eum apud se retinere non audeat.

Si quis laicorum quemlibet ex iudæis, virum scilicet vel fæminam, secum obsequentem habuerit, vel in patrocinio³² retinuerit, et sublato ex eis pontificum vel sacerdotum privilegio, privata eos sua³³ potestate defenderit, neque eos ad episcopum vel sacerdotem debitis diebus instruendos vel iudicandos remiserit, excommunicationis ab eodem episcopo, cui³⁴ id fecit, sententia feriat: et amissis illis, quos vindicare nititur³⁵, trium librarum auri

²² Esc. 1. sacerdotali non differunt et ipsæ per excursu omnium dierum ipsorum electione

²³ Card. et Esc. 1. publica decalvatione (Esc. 1. turpatione) fædatus C. flagellorum erit supplicio feriendus

²⁴ Esc. 2. virtus libidinis execrabili contaminatione

²⁵ Card. inquirat, per quas libidinis suæ votum malignitatis efficiat

²⁶ Card. et sacerdotes omnes commonemus, ut citra instituta legum nostrarum, quæ in iam dictis fæminis hebræorum taxata habemus, veniant, et nullum peculiaritatis locum cum eisdem mulieribus habeant, ut ne fortassis occasiones sibi libidinum usurpent, unde implere intendant nefandam contaminationis pollutionem, per quod zelum divinum amittant, et pravaricatores Christi nominis existant. Quod si vero quemlibet sacerdotum hoc nefas contigerit, vel commiserit ab honore depositus exsilio erit perpetuo modis omnibus mancipandus

²⁷ Esc. 2. Quoniam si

²⁸ Esc. 1. suæ sibi met occasiones

²⁹ Esc. 2. est

³⁰ Card. huius legis nec auctorem, nec inscriptionem exhibet.

³¹ Card. et Esc. 1. expetente

³² Card. in patrocinio salvationis causa retinuerit

³³ Esc. 1. sibi

³⁴ Card. cui vim fecit, sententia

³⁵ Card. voluit

multatione pro unoquoque damnabitur, quæ partibus principis profuturæ manebunt.

XXIII. ¹ *Ut cura omnis distringendi iudæos solis sacerdotibus debeat.*

Horum omnium præceptorum multiplicem ² curam, et exercendam in perfidis disciplinam, illos nostra gloria, ut impleant ³, exhortatur, quibus id agendum divina auctoritate ⁴ committitur. Ait enim spiritus ille, cuius veritas orbem implet: stabunt sacerdotes in iudiciis meis, et iudicabunt leges meas, et præcepta mea: proinde omnibus ⁵ sacerdotibus hæc, quæ ⁶ hic a nobis complexa sunt, implenda decernimus, ita ut nullum iudæorum pro ritu suo patiantur a quolibet defendi, nullumque tueri, sed exemptos ab eorum ⁷ patrocinis, quorum tueri favoribus videntur, in potestatem ⁸ suam redactos pro eorum salvatione, quid illis catholice agendum fore conveniat, diligenter instituant: atque in hoc illis erit sollicitior cura, ne in quibuslibet supradictis capitulis hæc institutio ⁹ nostra tepescat.

XXIV. ¹⁰ *De damnis sacerdotum vel iudicum qui in iudæos instituta legum implere neglexerint.*

Consulendum pie est sacerdotibus ecclesiæ divinæ, ne pro delictorum populi ¹¹ impunitate teneantur obnoxii. Quid enim prodest, si non puniatur quisque suo, quum possit tamen alieno ¹² puniri peccato? Et ideo ad eorum talium incuriam excitandam huius præceptionis sanctione decernimus, ut si quilibet pontificum, aut cupiditate inlectus, aut malignæ voluntatis incuria tepidus prædicta hæc, quæ iussa sunt in iudæos decreta, noluerit ¹³ adimplere, scilicet, ut detecta vel nuntiata sibimet errata perfidiæ nulla videatur æquitatis corrigere censura; et trium mensium excommunicationis sententiam perferat, et unam libram auri de suis rebus propriis fisco sociandam amittat: quod si non habuerit unde componat, sex mensibus sub excommunicationis censura persistat, et insuper ad tepiditatem illius incuriæ ¹⁴ corrigendam sit cuilibet episcopo licitum, in quo zelus Dei fuerit excitatus, vice illius episcopi, talium perfidorum errata corrigere, et hæc quæ ille neglexerat emendare ¹⁵. Quod si aliena ¹⁶ simulatione, vel incuria episcoporum aliorum in alterius correctione, zelo hæsitante, distulerit emendare, diutiusque fuerit in eis hæsitatum, ut sibi commissa differant corrigere; tunc principis præceptione eorum episcoporum arguatur socordia, et perfidorum ulciscantur errata. Hic etiam ordo eodem modo, eodemque ordine, sicut superius de episcopis constitutum est, in cæteris quoque religiosis observandus est; id est, in presbyteris, diaconibus, vel etiam clericis, quibus horum infidelium ab episcopo suo cura regendi commissa est. Iudices tamen, qui eorumdem iudæorum crimina comperta, vel nuntiata sibi exstiterint, et legali continuo non damnaverint ultione, tunc sicut et de episcopis constitutum est, unam libram auri fisco ¹⁷

¹ Esc. 1. Fls. Ervig. Rex.
² Card. multi exercendam in perfidis disciplinam adipisci optaverunt, illos &c.
³ Card. adimpleant
⁴ Card. sollicitudinis cura committit
⁵ Card. omnia quæ hic complexa sunt, explicanda decernimus
⁶ Esc. 1. quæ hic complexa sunt
⁷ Card. hebræorum
⁸ Esc. 1. in potestatis suæ curam redactos
⁹ Card. serenitatis nostræ tepescat
¹⁰ Esc. 1. Fl. Ervig. Rex.
¹¹ Card. ne pro delinquentis populi impunitate teneantur obnoxii
¹² Card. cohiberi extero peccato
¹³ Card. et Esc. 1. contempserit
¹⁴ Esc. 1. socordiæ
¹⁵ Card. absque simulatione emendet
¹⁶ Esc. 1. Quod si alternata simulatione alter alterius correctionem, zelo excitante, divinitus non fuerit excitatus, tunc principis præceptione, et eorum arguetur socordia, et perfidorum ulciscantur errata

persolvant. Tunc tamen sacerdotes, vel iudices, vel ¹⁸ supradicti, omnes quibus regendi cura commissa est, ab his damnis erunt penitus alieni, cum impeditos se fuisse pro talium districtione a rege probaverint.

XXV. ¹⁹ ERVIGIUS REX.

Ne iudices quicumque de perfidorum excessibus extra sacerdotum conniventiam iudicare præsumant.

Iudices omnes nihil de perfidorum excessibus citra sacerdotis conniventiam iudicabunt, ne cupiditas ecclesiarum fidem sanctam maculet acceptione munerum: et tamen, si ut ²⁰ adsolet, præsentia defuerit sacerdotis, sola potestate iudicum distrigendi sunt. Sane si episcopum a sede sua contigerit, aut in vicino, aut ²¹ longe forsitan progredi, talem ex sacerdotibus pro sui vice relinquat, qui una cum iudice territorii hæc instituta sine muneris acceptione perficiat.

XXVI. ²² *Ut episcopi tunc immunes habeantur a damnis horum, cum presbyteri ea quæ ipsi non correxerint, ad eos non remiserint corrigenda.*

Presbyteri, diaconi, seu cætera ²³ religiositas universa, vel iudices universi per diversa loca vel territoria constituti, prout unusquisque conventus iudæorum ad se pertinere cognoverit, secundum totius institutionis nostræ decreta eos distringere, vel coercere non differant: ea vero, quæ ab ipsis nequiverint corrigi, ad cognitionem ²⁴ principis, atque pontificum emendanda reducant; sicque fiet, ut constituta damna non perferant, si suis unusquisque hæc pontificibus innotescat. Episcopi quoque ipsi tunc ²⁵ erunt immunes a damno, quando eis crimen talium non fuerit per subditos nuntiatum.

XXVII. ERVIGIUS REX ²⁶.

De servata principibus potestate miserendi in his, qui conversi ad fidem Christi veraciter fuerint.

Hac sane præceptorum multiplici diligentia, quam ordinatis lineis superius in toto ²⁷ decrevit nostra serenitas, ubicumque superius offensorum culpas ita moderari decrevimus, ut exutos rebus sub exsilio ærumna religemus: hanc nobis vel successoribus nostris miserendi licentiam reservamus, ut ²⁸ si quemcumque a laqueis diaboli ex eis respisci contigerit, et probabiliter in Sanctam Trinitatem crediderint; hoc quod de illis sacerdotes vel iudices, in quorum territoriis degunt, testimonium ²⁹ adnexerint, atque opera eorum cum veridico eorum testimonio approbaverint ³⁰ concordare, erit nobis, nostrisque successoribus in his et talibus, et miserendi votum, et efficiendi ³¹ propositum: id est, ut postquam eorum professio cum iuratione ³², aut testatione regiæ agnitioni claruerit, licitum habeat principalis potestas ³³, et rebus eos iterum in-

¹⁷ Card. et Esc. 1. compellendi sunt solvere
¹⁸ Esc. 1. et
¹⁹ Card. auctorem legis et inscriptionem præterit.
²⁰ Card. ut fieri adsolet
²¹ Esc. 1. aut longe forsitan
²² Esc. 1. Fls. Gls. Ervigius Rex.
²³ Card. seu cætera iudiciaria universalis potestas per diversa . . . constituta ad uniuscuiusque conventum iudæorum, secundum
²⁴ Esc. 1. agnitionem. Card. ad agnitionem nostram
²⁵ Esc. 1. tunc constitutum non percipient damnum
²⁶ Card. legis auctorem tacet.
²⁷ Card. in toto orbe
²⁸ Esc. 1. ut si quandoque a laqueis diabolicis eos respisci contigerit
²⁹ Esc. 1. dixerint
³⁰ Card. et Esc. 1. concordaverint
³¹ Card. subveniendi
³² Card. et Esc. 1. iusiurandi attestacione
³³ Card. pietas

vestire ¹, et ab exsiliorum ergastulo revocare. Iam vero, si quis ex eis postquam se professus fuerit esse christianum, ad erroris sui ² proprii redierit vomitum, et quodcumque in eo repertum fuerit prævicationis indicium, ita in eos secundum modum culpæ, quem incurrit, irrevocabilis dictabitur damnationis sententia, ut ad veniam ultionis nullatenus redeat; sed sive capitalis, sive minoris culpæ dignus sit pœna, sine ulla retractatione irremisibilem ³ legem suscipiat.

XXVIII. ⁴ *Ut episcopi omnibus iudæis ad se pertinentibus ⁵ libellum hunc de suis erroribus editum tradant, et ut professiones eorum vel conditiones in scriniis ecclesiæ recondant ⁶.*

Solet interdum latebrosæ mentis perversitas ⁷ ignorantia opponere angulum ⁸ in eo, quod se simulat ignorare præceptum, ut ⁹ eo quodammodo excusabilem se a pœna pronuntiet, quod ¹⁰ se novellæ sanctionis ordinem defendit penitus ignorasse: et ideo ad huius excusationis

evellendam ¹¹ malitiam ab episcopis omnibus, vel sacerdotibus tenendum fore præcipimus, ut unusquisque conventum ad se pertinentem iudæorum de institutionibus, quas in eorum perfidiam nuper edidimus, instruat, et libellum eis huius operis tradat, qui et manifeste illis in conventu relegatur ecclesiæ, atque semper secum pro testimonio instructionis reportent. Iam vero, postquam illis publice in ecclesia fuerit lectus liber iste, vel traditus, si quis eorum postea, aut se defuisse, quum legeretur, contendant; aut ignorasse, quæ inibi ¹² præcepta sunt, asserat ¹³: nulla se ulterius poterit excusatione defendere; sed in quocumque postea fuerit quisquis ille prævaricator inventus, in nullo erit harum legum sententiam evasurus. Nam et illud necessario huic legi adiicimus, ut omnium professionum, atque conditionum scripturas, quas quisque ille iudæus sacerdoti suo amodo ¹⁴ obtulerit, sollicitè ¹⁵ unusquisque sacerdos ¹⁶ in actis suæ ecclesiæ condant, qualiter pro eorumdem perfidorum testimonio studiosius conservare persistat ¹⁷.

¹ *Card. et Esc. 1. revestire*
² *Card. pristinum redierit vomitum*
³ *Esc. 1. pœnam irremissibiliter suscipiet*
⁴ *Esc. 1. Fls. Ervigius Rex.*
⁵ *Esc. 1. venientibus*
⁶ *Esc. 1. condant*
⁷ *Esc. 1. perfidia*
⁸ *Card. clanculum*
⁹ *Card. ut hoc quod nos ostendimus*
¹⁰ *Card. quod nostræ novæ sanctionis*
¹¹ *Card. et Esc. 1. depellendam*
¹² *Card. ibi*
¹³ *Card. et Esc. 1. adstruat*
¹⁴ *S. J. R. iam modo*
¹⁵ *Card. sollicita diligentia*
¹⁶ *Card. et Esc. 1. eas ipsas professionum vel conditionum scripturas in archivis suæ ecclesiæ*
¹⁷ *Esc. 1. persistent. Lectæ sunt leges superscriptæ omnibus iudæis in ecclesia Sanctæ Mariæ Toletæ sub die VI. kalendas februarii. anno feliciter primo gloriosi domini nostri Ervigii regis Sñt. Aliam prælorea legem Card. codex refert, quæ sequentis est carminis:*

XXIX. *Lex in conclusione harum præteritarum legum edita et a præteritis principibus confirmata.*

Has vero leges, quas pietatis et religionis amore condidimus pro nostro populique remedio, in perpetuum suffragante auctore domino valituras esse censemus. Successores quoque nostros legum harum instituta servantem victricem Christi victores faciat dextera, et eius solium in veritate confirmet, cuius in hac fide inspexerit divina clementia. Et licet harum legum prolatam sententiam a nemine temerari posse eredamus, audacia tamen transgressoris, et non venerabiliter conservantis sit in hoc sæculo ignominiosior cunctis omnibus, et vita illius eodem tempore concidat. Quod si partis assensu in tam nefariam eum voluntatem perduxerit detestanda temeritas, tantum obnoxius in æternum peccatorum mole detineatur, in quantum transgressus fuerit legis huius salubre decretum. Futuri et iam examinis terribile quum patuerit tempus, et metuendus adventus domini fuerit reseratus, discretus a christiano grege perspicuo ad lævam cum hæbreis exuratur flammis atrocibus, committante sibi diabolo, ut ultrix in transgressoribus æterna pœna desæviat, et locuplex remuneratio christianis, Deo favente, hic et in æternum copiosa perveniat. Amen.

INDEX

LIBRORUM AC TITULORUM QUI IN FORO JUDICUM CONTINENTUR.

**PRIMUS TITULUS. DE ELECTIONE PRINCIPUM
ET DE COMMUNIONE EORUM QUALITER JUSTE
JUDICENT VEL DE ULTORE NEQUITER JUDICAN-
TIUM.**

Pág. 1

LIBER I.

DE INSTRUMENTIS LEGALIBUS.

- I. TITULUS. De legislatore.
II. De lege.

LIBER II.

DE NEGOTIIS CAUSARUM,

- I. TITULUS. De iudicibus et iudicatis.
II. De negotiorum exordiis.
III. De mandatoribus et mandatis.
IV. De testibus et testimoniis.
V. De scripturis valituris et infirmandis, ac de-
functorum voluntatibus conscribendis.

LIBER III.

DE ORDINE CONJUGALI.

- I. TITULUS. De dispositionibus nuptiarum.
II. De nuptiis illicitis.
III. De raptu virginum vel viduarum.
IV. De adulteriis.
V. De incestis, et apostatis atque masculorum
concubitoribus.
VI. De divortiis nuptiarum, et discidio sponso-
rum.

LIBER IV.

DE ORIGINE NATURALI.

- I. TITULUS. De gradibus.
II. De successione.
III. De pupillis et de eorum tutoribus.
IV. De expositis infantibus.
V. De naturalibus bonis.

LIBER V.

DE TRANSACTIONIBUS.

- I. TITULUS. De ecclesiasticis rebus.
II. De donationibus generalibus.
III. De patronorum donationibus.
IV. De commutationibus et venditionibus.
V. De commendatis et commodatis.
VI. De pignoribus et debitis.
VII. De libertatibus et libertis.

LIBER VI.

DE SCLETERIBUS ET TORMENTIS.

- I. TITULUS. De accusatoribus criminosorum.
II. De maleficis et consulentibus eos, atque de
veneficis.
III. De excutientibus hominum partus.
IV. De contumelio, vulnere et debilitatione ho-
minum.
V. De cæde et morte hominum.

LIBER VII.

DE FURTIS, ET FALLACIIS.

- I. TITULUS. De indicibus furti. Pág. 75
II. De furibus et furtis. 76
III. De usurpatoribus et plagiatoribus mancipio-
rum. 79
IV. De custodia et sententia damnatorum. 80
V. De falsariis scripturarum. 81
VI. De falsariis metallorum. 83

LIBER VIII.

DE ILLATIS VIOLENTIIS ET DAMNIS.

- 11
21 I. TITULUS. De invasionibus et direptionibus. ib.
23 II. De incendiis, et incensoribus. 86
25 III. De damnis arborum, hortorum, vel frugum
quarumcumque. ib.
28 IV. De damnis animalium vel diversarum rerum. 89
V. De pascendis porcis et animalibus denuntian-
dis errantibus. 93
VI. De apibus et eorum damnis. 94

LIBER IX.

DE FUGITIVIS, ET REFUGIENTIBUS.

- 32
34
36
37 I. TITULUS. De fugitivis et occultatoribus, fu-
gamque præbentibus. ib.
40 II. De his qui ad bellum non vadunt, aut de bel-
lo refugiunt. 98
43 III. De his qui ad ecclesiam confugiunt. 102

LIBER X.

DE DIVISIONIBUS ET ANNORUM TEMPORIBUS
ATQUE LIMITIBUS.

- 44
45
49 I. TITULUS. De divisionibus, et terris ad placi-
tum datis. 103
50 II. De quinquagenarii et tricennalis temporis in-
tentione. 105
ib. III. De terminis et limitibus. 107

LIBER XI.

DE ÆGROTIS ATQUE MORTUIS ET TRANSMARINIS
NEGOTIATORIBUS.

- 52
55
56
57 I. TITULUS. De medicis et de ægrotis. 108
60 II. De inquietudine sepulcrorum. ib.
61 III. De transmarinis negotiatoribus. 109
62

LIBER XII.

DE REMOVENDIS PRESSURIS, ET OMNIUM HÆRETICORUM
OMNIMODO SECTIS EXTINGCTIS.

- 65 I. TITULUS. De temperando iudicio, et removen-
da pressura. ib.
67 II. De omnium hæreticorum atque iudæorum
cunctis erroribus amputatis. 110
68 III. De novellis legibus iudæorum, quo et vete-
ra confirmantur, et nova adiecta sunt. 116
69
71

GLOSSARIUM

VOCUM BARBARARUM ET EXOTICARUM

QUÆ IN LIBRO JUDICUM CONTINENTUR.

A

ABINCEPS, Deinceps.
ABORBITARE, Decedere, quasi ab orbita deflectere, declinare.
ABORSUS, Abortus partus immaturus.
ABORTARE, Immaturè parere.
ABSCONSCUS, Absconditus. Verbalis hoc delectatus imprimis est Jul. Firmicus, qui inde etiam substantivum formavit *absconsor*.
ABSSENTIA, Defectus.
ACCOLA, Colonus seu adscriptitius, qui simul cum prædio venibat.
ACHOROSUS CAPITE VEL CERVICE, Sic melius pro *marcosus* vel *macrosus*. *Achorosus* autem ille est, qui caput habet ulceribus plenum, pute manentibus. Nam *achores*, græc. ἀχόρες, ulcera sunt capitis puerorum manantia, quæ Suidas exponit *surfuris capitis*.
ACTOR, Populi rerum vel causarum defensor, patronus. Dicitur etiam *actor regis*, et *actor publicus*.
ADERATIO, Ad æris pretium redactio, vel taxatio.
ADAQUARE, Jumentis aquam ad bibendum porrigere.
ADCRESCERE, Evenire, oriri.
ADNOTATUS, Damnatus, reus.
ADPONERE, Audere, statuere.
ADPRETIARE, Pretium statuere, pretium rei cuiquam imponere.
ADPROBARE, Ostendere.
ADPROBATUS, Convictus.
ADTEMPTARE, Conari, sollicitare.
ADVERSITAS, Incurio, insurrectio.
ADVIVERE, Vivere, superstitem esse.
ADULTER, Stuprator, fornicator.
ADULTERARE, Stuprare, fornicari, virginem corrumpere.
ADULTERIUM, Stuprum, et quævis fornicatio.
ÆRA, In divisione librorum caput, sectio.
ÆTERNA LEX, Lex perpetuò servanda. Idem significat lib. XII. tit. III. l. I. p. 117. *lex iugi temporum aternitate valitura*.
ÆTERNUM EXSILIUM, Perpetuum, non ad tempus, sed usque ad mortem.
ALTARE. AD ALTARE SANCTUM, vel AD ALTARIA SANCTA CONFUGERE, In ecclesia vel templo christianorum asylum quærere.
ALTABIUM, Altare.
ALYERNATUS, Alternus, mutuus.
AMALACHITA vel **AMALECHITA**, Amalecita. Amalecita posteri Amalec, עמלק, nepotis Esau ex filio Eliphaz et concubina Tamna (Genes. XXXVI. 12.), regionem inhabitant inter Cadesch et urbem Palmarum sive Engaddi, loca nempe mari magno viciniore, et propinqua regioni Philistæorum.
AMBITIO, Copia, abundantia.
AMBITIO, Avaritia.
ANGARIA, Onus personis aut agris impostum; tum et iniuria, vexatio.
ANGULUS, Dolus, vafricies, calliditas.
ANIMA, Vita.
ANIMUS, Homo. Eodem sensu *animam* dixere medii ævi scriptores.
ANNONA, Ordeum, triticum, frumentum secale, bladum.
M.L. Tom. I.

ANNONARIUS, Erogator annonæ; officialis seu magistratus, qui militibus in civitatibus et castellis constitutis *annonam* sine fraude exhibebat.
ANNOSITAS, Annorum series.
ANNULUS, Sigillum quo iudex vel saio aliquid obsignabat, fraudis vitandæ gratiâ. Nam veteres annulo sigilla imprimebant.
ANTI-CHRISTUS, Futurus in fine mundi seductor populorum.
APERTUS CAMPUS, Incultus, desertus.
APOSTATICUS, Apostata; monachus, qui a vitâ monasticâ, spretis votis, deficit.
APOSTATIZARE, a monastica vita, spretis votis, deficere; ad sæcularem vitam, relicto monasterio, redire.
APPLICARE, In agro, in itinere sub tentoriis degere.
AQUA MAIOR, Flumen.
ARATRUM, Agri modus, mensura: quantum terræ uno aratro arari potest.
ARBITRARI, Ob oculos ponere, contemplari.
ARCA, Agrimensuris signum finale in prædiorum finibus constitutum.
ARCA, **ARCA PUBLICA**, Fiscus, thesaurus publicus.
ARDUUS, Arctus, adstrictus.
ARGENTARIUS, Qui in regiâ domo custodiebat argentum: tum et monetariorum præpositus.
ARGENTEUS, Vetus apud francos et alias gentes septentrionales nummus. Octo argentei uni solido aureo respondebant.
ARGENTEUS, Nummus argenteus. Corruptè dicitur etiam *argencius*, *argencium*, *argenzum*.
ARGUMENTATIO, Ars vel strophæ, qua quis fallitur.
ARGUMENTUM, Ars, qua quis fallitur, fraus.
ARIPENNIS, Mensura, qua finitores et agrimensores agros metiuntur. Non una fuit semper et ubivis *aripennis* mensura.
ARRAE, Munera in sponsalibus dari solita.
ARTIFEX, Dolosus, duplex.
ATTENTARE, Conari.
AUCTOR, Rerum omnium conditor, creator Deus.
AUCTORITAS, Diploma regis, edictum iudicis, constitutio.
AUDIENCIA, Consessus, conventus.
AUDIENCIA, Judicium.
AUDITOR, Iudex: inquisitor a iudice delegatus ad rerum controversarum veritatem detegendam.
AUDITUS, Auris.
AUTENTICUM, Originale instrumentum.

B

BASILICA, Templum, ædes sacra.
BASILICARUM DEI SE DEFENSIONI COMMITTERE, In templo asylum quærere. V. AD ALTARIA SANCTA CONFUGERE.
BLASPHEMARE, Deo maledicere, impiè loqui.
BLASPHEMATOR, Blasphemus, qui Deo maledicit.

BLASPHEMIA, In Deum maledictio, impium verbum.
BENEFICIUM, Compensatio.
BONI HOMINES, Viri probi.
BRUMÆ, Hyemale tempus. *Brumam* dixere veteres solstitii hyemalis diem, quo sol ingreditur primum gradum capricornii.
BUCELLA, Bucella, morsella panis.
BUCELLARIUS, Bucellarius, qui in alterius patrocinio est, et patroni panem edit, cliens parasitus.

C

CABALLUS, Equus vilior, qui pistrinis, agriculturæ et vecturis mercium inservit.
CALUMNIA, Pœna pecuniaria.
CALX, Plaga vel contusio calce inflictæ.
CANON, Lex ecclesiastica.
CANON, Pensitatio, pensio annua.
CAPITA MAIORA, Armenti pecudes, videlicet boves, cameli, cervi, equi, muli.
CAPITA MINORA, Gregis pecora, oves nimirum, capræ, porci.
IN CAPITE ALTERIUS TORQUERI, Torqueri pro crimine ab alio commisso, ut qui torquetur illud detegat.
CAPITULUM, Canon ecclesiasticus.
CAPITULUM, Regia sanctio, ea potissimum quæ edebatur in publicis comitiis, in casibus quos leges non designabant.
CAPITULUM, Dictum, sententia, causa.
CAPTIOSITAS, Calliditas, fraudulentia.
CAPUT, Quodcumque in recensione numerum efficit.
CHARACTER vel **CHARACTER**, Signum, quod arbori, saxo, aut animanti imprimitur aut inuritur, ut ex eo dignosci possit.
CARCERARIUS, Carceris custos.
CARICA, Patronimicum primò ficus optima: deinde pro omni sicu, præsertim aridâ, dici cœpit.
CARICARE, Onerare: a *carica* seu *carrica*, onus.
CARRICARE, Onerare, onus imponere, curru vehere.
CASTELLUM, Parvum castrum; pagus seu vicus fossâ murisque cinctus.
CASUS pro *ausus*, videtur mendum: nam utrumque facile librarii confundunt.
CATAPLUS, Locus conclusus, vel statio munita, quò importantur merces, et inde exportantur.
CATENATICUM seu **CATENATUM**, Quod *catenæ* vel carceris nomine commentariensi datur.
CATHOLICUS AMOR, Charitas, Christi dilectio.
CAUSA, Judicium, placitum. Inde *causam movere*, in *causam vocare*.
CAUSARE, Litigare, causam agere.
CAUSATIO, Accusatio, lis, controversia.
CELSITUDO, Honorarius regum titulus.
CENSIO, Onus, gravamen.
CENSURA, Animadversio, castigatio, pœna.
CENTENA, Centum milites, quibus præerat centenarius.

CENTENARIUS, Qui centum militibus præerat. Veteribus *centurio*.
CHARTA, Instrumentum, contractus, conventio.
CHARTULA, Charta, instrumentum.
CHORUS, Templum, altare.
CHRISTIANITAS, Religio christiana.
CHRISTIANUS, Ad Christum pertinens, Christi assecla.
CLEMENTISSIMUS, Honorarius imperatorum ac regum titulus.
CLUSURA, Locus ubi concluduntur aquæ fluminis.
CLUSURA, Septum in quo bestię custodiuntur,
COGNITIO, Cui res plenius et clarius nota est.
COMES, Iudex civitatis, præfectus, qui civitati præest, in eaque iudicis manus implet.
CHRISTICOLA, Christi cultor, christianus.
CIRCULUS, Circus, quo dolia et vascula constringi et contineri solent.
CIRCUMCIDERE, Judaico ritu præputium abscindere.
CIRCUMCISIO, Abscissio præputii, qua consignabatur iudeorum caro, ut populus ille a ceteris distingueretur.
CLAUSA, Septum in quo animalia custodiuntur, vel quo vineæ, prata, vel arva muniuntur.
CLAUSURA, Ager sepibus clausus.
CLAUSURA, Locus ubi concluduntur aquæ fluminis. Dicitur etiam *clusura*, *exclusa*, *conclusio aquarum*.
CLEMENTIA, Titulus honorarius principum.
COMMODUM, Stipendium.
COMMONITORIUM, Epistola, qua quis commonetur, ut rem mandatam exequatur.
COMPARARE, Emere.
COMPEDITUS, In carcere detentus.
COMPENDIUM, Precaria, redditus.
COMPLANARE, Diruere.
COMPONERE, Delictum transactione et compositione interveniente expiare ac lueri, et cum læso aut eius hæredibus de mulcta ac pœna propter illud irroganda pacisci.
COMPONERE, Mulctam pecuniariam à lege definitam, vel à iudice pro delicti vel criminis modo et qualitate statutam, solvere.
COMPONERE, Statuere, stabilire.
COMPOSITIO, Pecuniæ summa vel mulcta sonti imposita ad luendum crimen, damnumve resartendum.
COMPULSOR EXERCITUS, Qui iussu Regis milites in hostem exire compellebat.
CONARE, Conari.
CONCLUSIO AQUARUM, Locus ubi concluduntur aquæ. Dicitur etiam *Exclusa*.
CONCLUSUM, Ager, seu quivis locus sepibus munitus.
CONDEMNATIO, Delicti pœna, vindicta.
CONDUCTUS, Tutela, defensio.
CONFUGIUM FACERE, Confugere, accurrere.
CONGERMANI AD CALCEM, Filii duorum fratrum.
CONLAQUEARE, Illaqueare, laqueo constringere, irretire.
CONLUDIUM, Dolus, fraus.
CONLUDIUM, Collusio, iurgium, rixæ.
CONSCIENTIAM IURAMENTO EXPIARE, Proprio iuramento, vel si oporteat iuramento compurgatorum, super objecto crimine diffamati innocentiam probare, ostendere.
CONSCIENTIAM SACRAMENTIS PURGARE. V. **CONSCIENTIAM IURAMENTO EXPIARE**.
CONSCIUS, Complex. *Falsitatis conscius*, adulterati vel corrupti chirographi particeps.
CONSEQUENS, Æquum, iustum, fas.
CONSTITUTIO, Præstatio, quæ ex constituto exsolvitur.
CONTEMPLATIO, Respectus.

CONTENTIONIS APEX, Rixandi, litigandi libido.
CONTINERE, Fovere, custodire.
CONTINGERE, Custodire.
CONTROPARE, Adplicare, comparare.
CONTROPATIO, Quasi *contrapactio*, ait Dufresnius: compensatio.
CONTUMELIUM, Contumelia.
CONTUMELIUM CORPORIS, Vulnus inflictum.
CONVENTUS CERTANTIUM, Exercitus. Dicitur etiam *conventus merentium*.
CONVENTUS MERCANTIUM, Emporium, forum publicum, nundinæ publicæ, ferriæ.
CONVENTUS MERENTIUM, Exercitus. Nam *merentes* hoc loco milites designari censeat Dufresn.
COPULUM, Copula, copulatio.
CORS vel **CORTIS**, Veteribus erat atrium rusticum stabulis et aliis ædificiis circumdatum.
COTBOSUS, Qui caput habet ulceribus scattens. Hisp. codd. *gotroso*.
CREARE, Gignere, procreare.
CREATUS, Genitus.
CREDULITAS, Professio fidei.
CRIMINALIS CULPA, Crimen capitale.
CULTOR ECCLESIE, Ædituus, presbiter, cui cura et custodia ecclesiæ demandata est, qui etiam *custos ecclesiæ* appellatur.
CURIALIS, Decurio, qui civilia munera procurabat, unde nomen sortitus est.
CURTARE, Abscindere, amputare.
CUSTOS ECCLESIE, Ædituus, clericus cui cura et custodia ecclesiæ demandata est. Vocatur etiam *custos basilicæ*, *custos sacrarii*.

D

DEBILIS, Vulneratus.
DEBILITARE, Mutilare, truncare.
DEBILITARE, Vulnerare, inutilem reddere.
DEBILITATIO, Vulnus.
DEBILITATIO, Mutilatio.
DEBILITATUS, Vulneratus.
DEBILITATUS, Membro aliquo mutilatus.
DECALVARE, Ad cutem caput radere.
DECALVATIO, Pœna ad ignominiam et iniuriam per abscissionem capillorum inflictæ.
DECANIA, V. **DECANUS**.
DECANUS, In re militari qui decem militibus præpositus est, quorum manipulus *decania* vocatur.
DECIMUM, Decima, vel decima pars alicuius rei, quæ vice tributi exsolvitur.
DECURIA, Nota X. seu incisio facta in arboribus, saxis, aut rupibus.
DEFENSOR, Syndicus, qui negotia civitatis suscipiebat: tribunus plebis decretis civium electus, ut disciplinæ invigilaret, tributa curaret, naucleros et mercatores tueretur &c.
DEFRANGERE, Disrumpere, perdere, incultum, horridum reddere.
DELIGARE, Delegare.
DENOTATUS, Convictus.
DESECARE, Secus interpretari, perperam intelligere.
DESIGNANTER, Designatè.
DESIGNARE, Signum vel sigillum tollere, auferre.
DETURPATIO, Abscissio, læsio.
DEVOTA, Femina, virgo, quæ se Deo vovit.
DIFFERRE SE, Separari, abesse, abire, discedere.
DIFFICILITAS, Difficultas.
DIGNITER, Dignè.
DILATATUS, Ditatus, dives factus.
DILECTUS, Diligenter conservatus, incolumis.
DILIGERE, Diligenter servare, incolumem reddere.
DILUERE, Demere, radere.

DIŌCESANUS, A, Diocesim constituens.
DISCIPLINA, Flagellatio ex decreto iudicis inflictæ.
DISCIPLINA, Pœna ex decreto iudicis inflictæ.
DISCIPLINAM NON AD INFAMIE NOTAM PERTINERE, Nullam infamiæ notam viris liberis et ingenuis flagellationi pœnam inurere.
DISPONSARE, Desponsare, despondere.
DISPOSITUM, Consilium, intentio, animi decretum.
DISSIMULARE, Differre, reluctari, nolle.
DISTURBATOR, Qui avertit, vel separat aliquem ab alio.
DISTURPATUS, Deturpatus, fœdus, turpis.
DIVALIS, Regius, supremus. Sic *Divale officium*, munus regium, auctoritas Principis: *Divalis iussio*, *divale constitutum*, *Divalis sanctio*, *Divale præceptum*, *Divales litteræ*, edictum, lex, mandatum Regis, Imperatoris.
DIVINUS, Augur, ariolus, fatidicus.
DIVUS, Faustus, felix.
DUPLATIO, Duplicatio, in duplum auctio.
DUX, Multarum civitatum præses, quæ singulæ a *comitibus* regebantur.

E

ECCLESIA DEI, Templum.
AD ECCLESIE PORTICOS CONFUGERE. V. **AD altare sanctum confugere**.
ELEMENTUM FLUENS, Aqua.
ELIGERE, Iudicare, existimare.
ELOGIUM, Ut hic *profanationis elogium* pro crimine, vel criminis notâ, sic *elogium* apud medii ævi scriptores ignominiam aut criminum ordinem denotat.
AD EPISCOPUM CONFUGERE, In episcopali domo asylum quærere.
ERRONEUS, Errans, vagans.
EVERTERE, Dolo malo disperdere, iniuriâ occidere.
EXAMEN, Iudicium. S. Eulog. (Memor. lib. I.) *Nec terrorem futuri examinis metuat*.
EXAMEN PUBLICUM, Iudicis sententia.
EXAMINATIO CALDARIE, Una expurgationibus vulgaribus quas *iudicia Dei* appellabant. In eo examine qui de crimine suspectus erat, quò se purgaret, manum in aquam ferventem nudato brachio immittebat; atque si illæsam extraheret, innocens, si contra, reus pronuntiabatur.
EXAMINATIO JUDICIS vel **JUDICIALIS**, Processus, iudicium. (V. **EXAMEN**.)
EXAMINATIO PŒNALIS, vel **PŒNÆ**, Pœna corporalis, tortura, afflictio.
EXCEPTO, Præter, nisi.
EXCLUDERE FLUMEN, Defixis per flumen lignis, aggregatisque lapidum magnorum acervis aquas concludere.
EXCLUSA, Locus ubi concluduntur aquæ.
EXCOMMUNICATIO, A quibusdam cibus prohibitio. Non semper media ætas accepit excommunicationem rigorosè pro ecclesiastica censura; quandoque enim excommunicari dicebantur qui a mensa tantum aut a quibusdam cibus, aut a cohabitatione arcebantur.
EXCUTERE, De alterius manibus eripere.
EXERCITALIS, Miles.
EXPEDITIO, vel **EXPEDITIO PUBLICA**, Apparatus militaris.
EXPLOARE, Exposcere.

F

FACTIO, Pravum facinus, malitia, unde *factiosus*, malitiosus.
FACULTAS, Quod quisque in patrimonio ac

N

NEOMENIA, Festum iudæorum, quod faciunt in novilunio. Vox græca est: *Neomēnia*, nova luna, vel novilunium.
NOBILIS, Dominus, clarus, illustris. Gothi, sicut Saxones et aliæ septentrionales gentes divisi sunt in *nobiles*, *ingenuos* et *servos*.
NOLENTER, Invite.
NOTABILIS, Reprehensibilis, nota dignus.
NOTARIUS vel **NOTARIUS PUBLICUS**, Publicorum instrumentorum scriptor.
NOTARIUS REGIÆ CELSITUDINIS, Qui in populis regiæ ditioni subiectis suo officio uti, et instrumenta conficere poterat. Eodem sensu *Notarii Regis*, *Notarii Imperiales* in medii ævi chartis reperiuntur.
NUMERARIUS, Qui publicum nummum, pecuniam nempe regiam, ex tributis et portoriis et vectigalibus partam, in æria inferebat.
NUMEROSITAS, Multitudo.

O

OBCELATIO, Occultatio. *Obcelare* pro *cellare*, *occultare* invenitur in Concil. Tolet. XIII cap. XI.
OBHORRESCERE, Abhorrere, fugere.
OBIECTIO, Noxa, damnum.
OBSERVANTIA, Lex.
OCTENI, Octo.
OMITTERE, Dimittere.
OMNEM VISIONEM Oculorum EXTINGUERE, Oculos eruere.
OMNIMODIS, Omnino, omnibus modis.
OMNIMODUS, Universalis, omnes complectens.
OPPIGNORARE, Oppignerare, pignori tradere.
ORDO, Statutum, ordinatio.
ORDO, seu **ORDO RELIGIONIS**. Professio monastica. (V. **RELIGIO**.)
ORDO TONSURÆ, Professio monastica.
OSSUM, Os, ossis.

P

PACIS ASSERTOR, Qui sola faciendæ pacis intentione, regali destinantur auctoritate. Hispanis olim *mandaderos de paz*.
PACTITARE, Pacisci, pactum inire.
PALATINUM OFFICIUM, Aulæ regiæ proceres.
PALATINUM OFFICIUM, Dignitas regni aulica.
PALATIUM, Domus regia, aula, curia.
PARENS, Cognatus, agnatus, sanguine proximus.
PARENTALIS, Ad parentes pertinens.
PAROECIA, Episcopi territorium, tum et ecclesia presbyteri, à græca voce *παροικία*, quæ significat domorum adunationem, seu contiguas habitationes.
PAROECITANUS, Ad paroeciam pertinens: tum et qui ex paroecia est alicuius episcopi aut presbyteri.
PARS, Quicumque in lite contendit, sive agat sive defendat.
PARS, Qui ab alio causam aut mandatum habet.
PARS, Regio, ditio.
IN PARTE, Scorsum, separatim.
PARTICIPIMUM, Participatio, communio.
PASCHALES DIES, Integra hebdomada à Dominica Resurrectionis usque ad sabbatum in Albis.
PASCUA, Æ, Pascuum.
PASCUARIUM, Quod pro pascuis præstatur.
PASCUOSUS, Pascuus, pasqua continens.
PATRONUS, Dominus.
PATULUM OS, Apertum os.

PECULIARE vel **PECULIARIS**, Peculium, quod nempe servus domini permissu possideat.
PECULIARITAS, Consuetudo, familiaritas.
PENSARE, Cogitare, æstimare.
PERCIPERE, Edere, comedere.
PERCOMPLERE, Implere,olvere.
PERDITIONEM EXHIBERE, Damnum inferre.
PERIMERE, Cohibere, ulcisci.
PERIURARE, Falso iurare, dejerare.
PERMISSUM, Permissio.
PERSONA, Status, conditio, dignitas.
PERSONA HONESTIOR, Nobilis, illustris.
PERSONA HONESTIORIS LOCI, Illustris, nobilis, honore insignis.
PERSONA HUMILIORIS LOCI, Ignobilis, plebeius.
PERSONA HUMILIS, Plebeius, ignobilis.
PERSONA INFERIOR, Ignobilis, plebeius.
PERSONA INFERIORIS LOCI, Ignobilis plebeius.
PERSONA MAIOR, Nobilis, illustris.
PERSONA MAIORIS LOCI, Nobilis, illustris.
PERSONA MEDIOCRIS, vel **MEDIOCRIOR**, Homo liber, pauper ac infimus respectu divitum ac potentum.
PERSONA MINOR, Homo liber, sed plebeius.
PERSONA SERVILIS, Servus.
PERSONA VICTA, Plebeius, ignobilis.
PERSONA VILIOR, Ignobilis, plebeius.
PERSONA VILIOR, Homo minimæ et infimæ sortis.
PERTINERE, Consignare, tribuere.
PERPETUALITER, Perpetuo.
PERVASIO, Iniusta usurpatio, invasio.
PERVASOR, Criminosus, reus, scelestus.
PERVENTUS, Perveniens, præsens.
PERVENTUS, Commissus, patratu.
PICEA, Arbor picem fundens, a qua nomen sumsit.
PIETAS, Honorarius titulus regum.
PIGNORARE, Prædari, alterius agros incursare.
PIGNORARE, Pignori dare, capere. De *pignoris*, *pignorandi*, et *pignoratoris* vocibus tractat Budæus annot. prioribus in Pandectas.
PLACITE, Sponte, libenter.
PLACITUM, Conventio, pactum.
PLACITUM, Lis intentata.
PLACITUM DIVISIONIS, Limes, terminus legitimus, partium consensu vel iudicis sententia constitutus.
PLAGIARE, Per circumventionem de servitio domini abstrahere, ait Lex Salic. Tit. XLI. §. 2. Liberum hominem aut alienum mancipium solo malo vendere, emere, donare, celare.
PLASMATIO, Plasma, figmentum, creatura.
PLENITER, Plenè, omnino.
PLURIOR, Comparat non vocis *plus*, ut censet Dufresnius, sed *plure* pro *plus*, quo utitur Plautus in Cæco, seu Prædonibus.
POLIPTICUM vel **POLYPTYCHUS**, Liber commentarius in quo describebantur chartæ donationum, emptionumve, et acta quævis publica vel domestica: tum et res annonaria vel civilis, et ecclesiarum, vel privatarum personarum bona etiam nomine censentur libri censuales, in quibus descripti quotquot censuales ac tributarii erant, ipsaque soluti ratio exarata.
POMARIUM, Hortus arboribus fructiferis consitus, ager ubi poma nascuntur.
SUB POENITENTIA PERSISTERE, Pœnæ subiacere. Nam *pœnitentia* quibusdam mediæ ætatis scriptoribus absolutè pro pœna dicitur.
PONDEROSITAS, Hernia. *Ponderosus* enim est qui hernia laborat. (Levit. XXI. 18 20.)
PONDEROSUS, Qui hernia laborat. Hisp. Codd. perperam reddunt *corcobado*.
POPULUS DEI, Ditio, regnum christiani principis, plebs christiana.

POSSESSIO, Territorium. Aliqui Hisp. Codd. reddunt *villa*, *isla*.
IN POSTMODUM, In posterum, deinceps.
POTENS, Nobilis, dominus, primas.
POTENTIALITER, Ex auctoritate.
POTESTAS, REGIA POTESTAS, Rex, Princeps.
POTIO, Venenum. Codd. Hisp. reddunt *yerbas*. Inde *potionatus*, veneno sublatus: et *impotionare*, veneno propinato extinguere, unde Hispani *emponzoñar*, sicut a *potione ponzõña*.
PRÆCEPTIO, Charta regia.
PRÆPOSITUS, Minor iudex qui in pagis et minoribus oppidis res domini aut regis curat.
PRÆROGARE, Præstare.
PRÆSENTARE, Sistere aliquem.
PRÆSENTIALITER, Coram.
PRÆSTARE, Permittere.
PRÆSTARE, Commodare.
PRÆSTITUM, Præstatio, tributum quod domino præstatur.
PRÆSTUS, Paratus, præsens.
PRÆSUMERE, Contra ius sumere.
PRÆSUMERE, Aliquid contra ius moliri.
PRÆSUMPTIO, Usurpatio, actio iniusta, crimen, insolentia, temeritas.
PRÆSUMPTIOSUS, Qui aliquid contra ius audet.
PRÆSUMPTIVE, Injustè, arroganter.
PRÆSUMPTIVO MODO, vel **MORE**, Vi, iniustè.
PRÆSUMPTIVUS, Iniustus, violentus.
PRÆSUMPTOR, Qui aliquid contra ius molitur.
PRÆSUMPTUOSE, Injustè, arroganter.
PRÆSUMPTUOSUS, Qui aliquid contra ius molitur vel audet committere.
PRÆVARICARE, Usurpare, invadere, vi aut iniuste tollere.
PRÆVENTUS, Convictus.
PRAGMA, Opus, res, actio: item lis, negotium, causa, sententia, statutum.
PRAGMATICUS, Causidicus.
PRECARIA, seu **PRECARIA EPISTOLA**, Charta qua quis prædium sub annuo censu ad vitam utendum accipit, illud *precario* possessurus. Latiori etiam sensu dicitur charta, qua ad vitam sibi aliquis usum fructum earum possessionum, vel etiam aliarum, quas alicui ecclesiæ concessit, retinet, vel illi concedunt recipientes.
PRETIARE, Pretium rei cuiquam imponere.
PRIMATES PALATII, Proceres, qui in aula regia primum obtinebant locum.
PRINCIPALIS, Ad principem pertinens, quod proprium est principis.
PRIVARE, Abjicere, respuere.
PROBABILITER, Recte, ut par est.
PROCURATOR LOCI, Qui res alicuius populi agit.
PRODEFACERE, Prodesse, aptum, utilem esse.
PROFESSIO, Confessio rei coram iudice.
PROFLIGARE, Colligere, acquirere.
PROFLIGATIO, Exactio, collectio.
PROFUTURUS, Futurus.
PROLES, In plur. num. *filii*.
PROPINQUITAS SANGUINIS, Consanguinei.
PROPRIETAS, Possessio, fundus, bona comparata, vel quæ ex successione parentum alicui obveniunt.
PROPULSARE, Ostendere, probare, conficere.
PROSELYTUS, Avena, adventitius.
PROVINCIALIS, Indigena, provinciæ incola.
PROXIMUS, Affinis, consanguineus.
PUBLICARE, Apud iudicem sistere.
PUGNUS, Plaga pugno inflictæ.
PULLETRUM, Pullus equinus.
PURIFICATIONIS UNDA, Baptismus.

Q

QUESTIONARI, **QUESTIONARE**, Torquere.
QUERELA, Actio.

QUERELARE, Queri: item accusare in iudicio, nomen deferre, diem dicere.
QUINGENTENARIUS, Qui præest quingentis militibus.
QUINQUAGENALIS, Quinquagenarius.
QUINQUAGENARIUS, Qui quinquaginta militibus præerat.

R

REFORMARE, Reddere, restituere, reparare.
REGIMONIUM, Regnum, regis ditio.
RELIGIO, Gradus, dignitas in ecclesiastica hierarchia.
RELIGIO, **RELIGIONIS ORDO**. Vita seu professio monastica.
RELIGIOSITAS, Clerus, virorum ecclesiasticorum cætus, multitudo.
RELIGIOSUS, Divino cultui mancipatus, monasticis votis adstrictus.
RELIGIOSUS, Vir ecclesiasticus.
RENATUS, Baptizatus.
REPEDARE, Redire.
RESCULA, Res parvi momenti.
RESOLUTUS, Solutus, effrænis.
RESULTARE, Repugnare, obsistere.
ROMANI, A Gothis dicti veteres provinciarum Hispaniæ incolæ, qui Romanis olim paruerant; ut a gentibus distinguerentur, qui eas invaserant.
REDIMERE SE AB ALIQUO, Eum pretio dato corrumpere, in suas partes allicere.
REDEMPTIO, Subornatio. V. **REDIMERE**.

S

SAIO, Regis ac magistratus minister, ad ejus iussa exequenda paratus. Glosæ veteres *saionem* tortorem interpretantur, quod nobis etiam nunc in usu est, qui vocamus *Sayon* spiculatorem seu carnificem.
SALVARE, Tueri, salvum et incolumen servare, præstare.
SALVATIO, Salus.
SANCTIMONIALIS, Femina aut virgo Deo dicata.
SARRACINATOR, Hisp. Codd. *Sarracin*. *Sarracinatorem* non esse *Sarracenum* id est, Muhamedanum, vel inde colligitur, quod leges istæ latæ sint, antequam Muhamedani Hispaniæ provincias occupassent: forte a Sar-kind danice aut a Scharf-kin germanice tortoris filius, *hijo del verdugo*, et alia prolatione danice Særkin pejerator, perjurus.
SCANDALUM, Bellum, dissidium, iurgium.
SCELIQUA, Siliqua, nomen minimi ponderis. Prisciano est tertia pars oboli, S. Isidoro vigesima quarta pars solidi.
SCRAMA, Teli vel spathæ latioris genus.
SCRIPTURA, Charta, scheda, litis instrumentum.
SCRIPTURA FALSA, Scriptum corruptum, charta conficta, fraudulenter supposita. Inde *litteratum falsarius*, item *falsificare*, *falsigraphus*, *falsigraphia*, &c.
SECARE, Metere. Inde mutata *c* in *g*, dictum est *Segare*, cujus exempla affert Dufresn. in Gloss. Hinc hisp. *Segar*.
SEDES, Locus, ditio.
SELIQUA, SILIQUA. V. **SCELIQUA**.
SENIOR vel **SENNIOR**, Dominus. Hinc hisp. *Señor*.
SEQUESTRARE, Separare.
SEQUESTRATIM, Separatim.
SERENISSIMUS, Titulus, quo imperatores et reges ornabantur.

SERENITAS, Titulus honorarius imperatorum et regum.
SERVI DOMINICI, Qui jussu regis milites in hostem exire compellunt. Hisp. Codd. *Los mandaderos*, *mandadores*, o *mandados del Sennor*. *Los sirvientes*, *servientes*, o *serventes del Sennor*. Dicebantur etiam *compulsores exercitus*.
SERVUS ECCLESIE, Mancipium ad ecclesiam pertinens, eique ita addictum, ut ab ea recedere non liceret. Distinguuntur hi *servi a libertis* vel *liberis* addictis etiam ecclesiæ servitio, qui *ecclesiastici viri* aut *homines* vocabantur.
SERVUS FISCO seu **FISCALIS**, Qui ad fiscum, regem vel dominum spectabat. Hic aulæ Regiæ officiis honorari poterat; ejus etiam sacramentis adhibebatur fides.
SEPTENI vel **SEPTENI**, Septem.
SICLUS, Monetæ species apud septentrionales populos, et quasdam Hispaniæ gentes.
SIMULTAS, Simulatio, fraus.
SOCIARE FISCO, Confiscare. Formula est vulgatissima.
SOLIDUS vel **SOLIDUS AUREUS**, Nummus aureus, vel argenteus, cujus taxatio non una ubique et semper fuit.
SORDENS, Sordidus, sordibus inquinatus.
SORS vel **SORS GOTHICA**, Gothis erat agrorum pars, quæ in debellatis provinciis, tum victoribus, tum antiquis possessoribus sortito evenerat.
SOSPITAS, Incolumitas, salus.
SPATHA, Ensis, major gladius, ex utraque parte acutus. Veterum Gallorum propria fuit, a quibus eam accepere Romani.
SPONSARE, Sponsalia contrahere, uxorem dari.

SUBCELARE, Abscondere, tegere.
SUBGITARE, Conculcare, subagitare.
SUBLIMATIO, Amplitudo, sublimitas.
SUBLIMITAS, Titulus honoris regum. Tribuebatur interdum præfectis prætorii, et episcopis.
SUBSTANTIA, Alimentum.
SUCCEEDERE, Accedere.
SUPPECTUS, us. Opus, officium; non qui pro alio substituitur, ut innuere videtur Dufresnius.
SUPERSTES, Superstes.
SUPPRESTES, Superstes.
SUPPRESTES, Superstes.

T

TAOPASUS, vel **TAUPOSUS**. (Hisp. Codd. *Vizco* o *toposo*) Cæcutiens videtur ducta vox a lat. *talpa*, animali noto quod visu carere dicitur.
TELONARIUS, Portitor, telonei exactor, ad quem teloneum pertinet.
TEMERANTER, Temere, imprudenter.
TEMPTARE, Transgredi, tentare.
TERRA CULTURÆ, Ager qui colitur et aratur, vel colli potest. Dicebatur etiam *terra cultibilis*, et *cultiva*.
TERTIA, Pars reddituum episcopis assignata, cuius ratione ecclesiarum reparatio tenebatur.
TERTIÆ ROMANORUM, Cod. Legion. et Lind. non *terras*, ut Cod. noster, sed *tertias Romanorum* habent. Tertiæ fundorum partes, quas Gothi in debellatis Romani Imperii provinciis, devictis earum incolis reliquere, duabus residuis sibi usurpatis, quas *sortes golicas* vocat hæc lex, quoniam sorte eiusmodi agri inter victores dividebantur. (V. **SORS**)
TESTIFICARE, Testificari.

TESTIMONIUM, Facultas comparendi coram iudice ad testimonium præbendum.

THIUFADA, **THIUPHADA**, **TYUPHADA**, vel **THIUPHADA**, Provincia thiuphadi; tum etiam officium, dignitas.
TIUMPADUS, **TIUPADUS**, **THIUPHADUS**, Apud Gothos, more ab omnibus populis germanicis recepto, duplicem personam sustinuit, militarem, et civilem iudicis in pace, decurionis in bello. In aula Regum Gothicorum Hispaniæ, primus erat post *duces*, *comites* et *gardingos*, cui civilis administratio commissa fuit, tum et concessa licentia in quibusdam negotiis criminalibus iudicandi. Præpositus erat militaris inferioris ordinis, qui provinciales suos, regios subditos ex sua *thiuphadia* ad hostem exire compellebat. Unde Verelius in indice *thiuphadum* vocat, *qui turmam quampiam vel cohortem rusticorum in arma convocat et dirigit*.
TONSURA, Capillorum incisio et spoliatio in coronæ formam.
TRANQUILLITAS, Titulus honoris imperatorum.
TRANSCENDERE, Transgredi.
TREMISSE, Triens, tertia pars assis.
TRIBUNUS, Inter Gothos magistratus comite inferior, seu comitis vicarius.
TRICENNALIS ANNOSITAS, Tricennium.
TRIPLATIO, Triplicatio, in triplum auctio.
TRIUMPHALITER, Vincendo, hostem superando, triumphum agendo.
TUITIO, Tutela, for.
TURPARE, Mutilare, lædere.

V

VEGETARE, Fovere.
VENALITAS, Corruptio, venditio.
VERVIX, Vervex.
VESTIS LAICALIS, Hoc in loco vestis religiosa: forsitan oscitantia librarii accidit, ut vox *laicalis* inscriberetur pro *religiosa* aut *sanctimonialis* ut habent aliqui codices.
VESTIS SANCTIMONIALIS, Professio monastica.
VICARIUS, Qui in pagis et minoribus oppidis comitis aut alterius iudicis partes exsequitur. Eius iurisdictio erat tantum in levioribus causis.
VIGOSUS vel **WIGOSUS**, Hisp. Codd. *vizco*, *visgo*, *lisgo*.
VIRES, Virilia.
VIRTUS, Vis hostilis, copia.
PRO VITA SUA NON PERTIMESCERE, A pœna mortis immunem esse.
VOTIVE, Sponte, ex voto, optabiliter.

U

USQUE HÆCTENUS, Hucusque.
USQUE HIC, Hucusque.
USUATUS, Qui in usu est.

W

WARDIA, Custodia. V. **GUARDIA**.

Z

ZAVA, Vestis militaris, lana vel gossipio facta, et acu stipata.

CONCILIIUM LEGIONENSE.

ERA MLVIII. (A. C. MXX.) CAL. AUG. HABITUM.

Ex Muñoz y Romero, Coleccion de Fueros Municipales, T. I. pag. 60 et seqq.

Decreta Adefonsi Regis et Geloiræ Regine.

Sub era MLVIII. Kal. Augusti in presentia Regis Domini Adefonsi, et uxoris eius Geloiræ Reginae convenimus apud Legionem in ipsa sede Beatæ Mariæ omnes Pontifices, Abbates, et Optimates Regni Hispaniæ, et iussu ipsius Regis talia decreta decrevimus, quæ firmiter teneantur futuris temporibus.

I.

In primis igitur censuimus, ut in omnibus conciliis quæ deinceps celebrabuntur, causæ Ecclesiæ prius iudicentur, iudiciumque factum¹ absque falsitate consequantur.

II.

Precipimus etiam, ut quidquid testamenti concessum et roboratum aliquo tempore² Ecclesia tenuerit, firmiter possideat. Si vero aliquis inquietare voluerit, illud quod³ concessam³ est³ testamenti³, quidquid³ fuerit³ testamentum³ in³ concilium³ adducatur³, et à veridicis hominibus utrum verum sit exquiratur; et si verum inventum fuerit testamentum, nullum super eum agatur iudicium, sed quod in eo continetur scriptum, quiete possideat Ecclesia in perpetuum. Si vero Ecclesia aliquid iure tenuerit, et inde testamentum non habuerit, firment ipsum ius cultores Ecclesiæ iuramento, ad deinde possideat perenni ævo, nec⁴ tempore⁴ triennium⁴ iuri habito seu testamento, Deo etenim fraudem facit qui per triennium rem Ecclesiæ rescindit.

III.

Decrevimus etiam, et nullus contineat seu contendat episcopis abbates suarum diocesseon, sive monachos, abbatissas, sanctimoniales, refugannos, sed omnes permanent sub ditione sui episcopi.

IV.

Mandamus adhuc et nullus audeat aliquid rapere ab Ecclesia; verum si aliquid infra cimiterium⁵ per rapinam sumpserit, sacrilegium solvat; et quidquid inde abstulerit, ut rapinam reddat, si autem extra cimiterium iniuste abstulerit rem Ecclesiæ, reddat eam, et calumniam cultoribus ipsius Ecclesiæ, more terræ.

V.

Item decrevimus, ut si forte aliquis hominem Ecclesiæ occiderit, et per se ipsa⁶ Ecclesia iustitiam adipisci non potuerit, concedat maiorino Regis⁷ vocem iudicii, dividatque⁸ per medium calumniam homicidii.

¹ A. — R. rectum

² A. — R. in tempore

³ A. quidquid fuerit testamenti concessum, testamentum in concilium adducatur

⁴ A. nec parent trecennium, deest tempore

⁵ A. — R. cœmeterium

⁶ A. — R. ipsam

⁷ S. J. R. — P. deest

VI.

Iudicato ergo Ecclesiæ iudicio, adeptaque iustitia, agatur causa Regis, deinde causa populorum.

VII.

Decrevimus iterum ut nullus emat hæreditatem servi⁹ Ecclesiæ⁹, seu⁹ Regis⁹ vel⁹ cuiuslibet⁹ hominis⁹: qui autem emerit, perdat eam et pretium.

VIII.

Item mandamus¹⁰, ut homicidia et rausus omnium ingenuorum hominum Regi integra reddantur.

IX.

Precipimus etiam ut nullus nobilis, sive aliquis de benefactoria emat solare, aut ortum alicuius iunioris, nisi solummodo mediam hereditatem de foris, et in¹¹ ipsam¹¹ medietatem¹¹ quam emerit, non faciat populationem husque in tertiam villam. Iunior verò qui transierit: de una mandatione in aliam, et emerit hæreditatem alterius iunioris, si habitaverit in eam, possideat eam integram, et si noluerit in ea habitare, mutet se in villam ingenuam husque in tertiam mandationem, et habeat medietatem præfatæ hæreditatis, excepto solare et horto.

X.

Et qui acceperit mulierem de mandatione, et fecerit ibi nuptias, serviat pro ipsa hæreditate mulieris, et habeat illam. Si autem noluerit ibi morari, perdat ipsam hæreditatem. Si verò in hæreditate ingenua nuptias fecerit, habeat hæreditatem mulieris integram.

XI.

Item decrevimus, quod si aliquis habitans in mandatione asserverit se nec iuniorem, nec filium iunioris esse, maiorinus Regis ipsius mandationis per tres bonos homines ex progenie inquietati, habitantes in ipsa mandatione confirmet iureiurando eum iuniorem et iunioris filium esse, quod si iuratum fuerit, moretur in ipsa hæreditate iunior, et habeat illam serviendo pro ea. Si verò in ea habitare noluerit, vaddat liber ubi voluerit cum cavallo et atondo suo, dimissa integra hæreditate, et bonorum suorum medietate.

XII.

Mandamus¹² iterum, ¹² ut ¹² cuius ¹² pater, ¹² aut ¹² mater ¹² soliti ¹² fuerunt ¹² laborare ¹² hæreditates ¹² Regis, ¹² aut ¹² reddere ¹² fiscalia ¹² tribucta, ¹² sic et ipse faciat.

⁸ A. — R. — P. dividat

⁹ A. servi ecclesiæ, seu Regis aut Reginae

¹⁰ A. — R. Mandavimus, et alibi

¹¹ A. — R. in ipsa medietate

¹² A. mandavimus iterum ut sicut alicujus pater aut avus soliti fuerint laborare hæreditates Regis aut reddere fiscalia tributa

XIII.

Præcipimus adhuc, ut homo qui est de benefactoria, cum omnibus bonis et hæreditatibus suis eat liber quòcumque voluerit.

XIV.

Et qui iniuriauerit aut occiderit saionem Regis, solvat quingentos ¹ solidos.

XV.

Et qui fregerit sigillum Regis reddat C. solidos, et quantum abstraxerit de sub sigillo, solvat ut rapinam, si iuratum fuerit ex parte Regis; medium autem calunniæ Regi, aliud autem medium domino hæreditatis. Et si iurare noluerit ex parte Regis, criminatus habeat licentiam iurandi et quantum iuraverit, tantum ut rapinam reddat.

XVI.

Item si aliquis saio pignoram fecerit in mandamento alterius saionis, persolvat calunniam quemadmodum si non esset saio; quia vox eius et dominium non valent, nisi in suo mandamento.

XVII.

Illi etiam qui soliti fuerunt ² ire in fossatum cum Rege, cum comitibus, cum maiorinis, eant semper solito more.

XVIII.

Mandamus ³ iterum ut in Legione, seu omnibus cæteris civitatibus et per onnes alfozes habeantur iudices electi à Rege, qui iudicent causas totius populi.

XIX.

Et qui aliquem pignoraverit, nisi prius domino illius conquæstus fuerit, absque iudicio reddat in duplum quantum pignoraverit, et si prius facta quærimonia aliquem

pignoraverit, et aliquid ex pignora occiderit, ⁴ plane absque iudicio reddat in duplum, et si facta fuerit quærela ante iudices de suspceptione, ille cui ⁵ suspectum habuerit, defendat se iuramento et aqua calida per manus bonorum hominum: et si quærimonia vera fuerit, et non per suspceptionem, perquirant eam veridici homines, et si non poterit ⁶ inveneri vera exquisilio, parentur testimonia ex utraque parte talium hominum qui viderunt et audierunt; et qui convictus fuerit, solvat more terræ illud, unde quærimonia facta fuerit. Si autem aliquis testium falsum testificasse probatus fuerit, reddat pro falsitate Regi ⁷ LX. ⁷ solidos, ⁷ et illi ex ⁸ quo ⁸ falsum protulit testimonium, quidquid suo testimonio perdidit reddat integrum; domusque illius falsi testis destruantur a fundamentis, et deinceps à nullis recipiatur in testimoniis. ⁹

*
Quisquis ex nostra progenie vel extranea hanc nostram constitutionem sciens frangere tentauerit, fracta manu, pede et cervice, et vulssis ¹⁰, oculis, fassis ¹¹ intestinis, percussus lepra, una cum gladio anathematis, in æterna dannatione cum diabolo et angelis eius luat penas. ¹²

In codicibus, quibus usa fuit Academia Historiæ Matritensis ad editionem suam huius concilii non invenitur articulus, qui hic subiungitur ex editione Risci:

Item decrevimus, ut nemo sit ausus in Dominicis diebus, aut in præcipuis festivitibus facere pignus ad ius, præcedente sabbato, usque in secunda Feria, hora diei prima: quod si aliquis transgressor extiterit huius nostræ constitutionis illico excommunicetur, et pignus quod fecerit, in duplo reddat domino suo, et persolvat Maiorino Regis, et Episcopo terræ illius, sexaginta solidos monetæ Regiæ: et si se emendare voluerit, tres annos habeant pœnitentiam, unum ex illis in exilio, et duobus in domum suam, sicut ei præceperit Episcopus suus.

¹ S. J. R. quinque
² A. fuerint
³ A. Mandavimus
⁴ R. acciderit
⁵ A. quem
⁶ A. potuerit
⁷ R. sexaginta solidos monetam Regis

⁸ A. contra quem
⁹ R. testimoniis (vel in iudicio, sed excommunicetur)
* Sequuntur articuli ad urbem Legionensem spectantes.
¹⁰ A.—R. evulsis
¹¹ A.—R. fuis
¹² A.—R. pœnas

CONCILIIUM COIACENSE.

ERA MLXXXVIII. (A. C. — ML.) HABITUM.

Ex Regesto sedis Conimbricensis, quod Liber Niger (Livro Preto) inscribitur, fol. 216.

Ex Muñoz y Romero, Coleccion de Fueros Municipales, T. I. pag. 208 et seqq.

Decreta Fredenandi Regis et Sanctiæ Reginæ, et omnium Episcoporum in diebus eorum in Hispania degentium, et omnium eiusdem regni optimatum in era MLXXXVIII.

In era M.^o LXXXVIII. In nomine domini et saluatoris nostri iesu christi, temporibus serenissimi atque regis principis domni fredenandi et coniugis sue domne sanctiæ reginæ, editum est hoc decretum in concilio. In unum cum omnes episcopi conuenissent, petrus uidelicet lucensis metropolis, similiter et froilani ovetensis, cresconius iriensis et apostolice sedis, ciprianus legionensis, Didacus asturiacensis, Miro palentinus, Gomice calagorutanus, Johanes panpilonensis, Item Gomice osimensis, Sisnandus portugalensis cum omnibus abbatibus, residente iam predicto principe super flumen estola urbe cogianca pro corrigendis ac dirigendis regulis uel tramitibus ecclesie, ut mos est antiquorum patrum, ac sumendis tramitibus. Agnoscitur et omnibus uobis comanet, secundum quod ab antecessoribus nostris et hic collaudatum est a presentibus et constitutum atque ordinatum fuit qui obedientes apostolicis et canonicis documentis sic perceperunt, ut omnis homo ex toto corde et mente in cunctis actibus suis magis deo seruiret quam uoluptatibus uanis. Nunc uero in presens amplius proficiscentes peccato quod erant obdurate aures nostre ne audiremus legem, et ne audiremus apostoli doctrinam neque quod hi sacri canones docent, sed inuoluebamur in peccatis nostris cotidie propter quod multa mala uenerunt in terra. Ob hanc rem iussimus ut omnes in unum coadunati audiatis id quod concilium hoc permoneat, forsitan aliquibus rebus bonis innouati faciamus aliquid boni propter quod a domino mereamur a peccatis absolui. Ait enim apostolus: Potest enim ut si qui timens deum fuerit senioris uerbo statim obedit, et si ad principum iussa aut seniorum pro rebus temporalibus seculi huius adcomodamus auditum et facimus quod iubent, quare pro salute animarum nostrarum rebelles sumus et pertinaces ut non audiamus, de quo nos premonet scriptura sacra. Hec quidem precepimus ut hoc concilium quod per omnem orbem terrarum regni nostri statutum est obseruemus, aspeximus etenim et uidimus nefanda miracula quantam esuriem in diem pestilenciam, cladem, et magnam in diem propter peccata nostra retroactis annis in terra nostra passi sumus. Et ideo timentes atque tabescentes illam diuinam uocem, quam dominus per moysen filiis Irhael locutus est dicens: Si nolueritis et non audieritis me addam correptiones uestras centuplum et conteram superbiam et duriciam uestram, frustra seminabitis sementem et non reddam fructus suos, consumetur incassum labor uester nec proferet terra sementem nec arbores poma prehebunt, comeditis et non saturabimini. Nam ibidem in eodem loco et sic ait. Si in preceptis meis ambulaueritis, et mandata mea custodieritis, et feceritis ea, dabo uobis pluuiam temporibus suis, et terra gignet germen suum, et pomis arbores replebuntur, *M.L. Tom. I.*

In nomine Patris et filii, et Spiritus Sancti. Ego Fredenandus Rex, et Sanctia Regina ad restorationem nostræ Christianitatis fecimus concilium in castro Cojanca in Diocesi scilicet Ouetensi, cum Episcopis et Abbatibus, et totius nostri regni optimatibus. In quo Concilio præsentibus extiterunt Froylanus Episcopus Ouetensis, Cyprianus Legionensis, Didacus Asturicensis Mirus Palentinæ¹ Sedis, Gomecius Occensis, Gomesius Kallagurritanensis² Joannes Pampilonensis, Petrus Lucensis, Cresconius Iriensis.

¹ Palentiæ sedis

² Calagurritanensis

apprehende messum tritura uindemiam, et uindemia occupabit sementem, et edelis panem uestrum in saturitate.

Nos autem episcopi superius nominati, consentiente fredenando rege et sanciam regina, statuimus ut in nostris sedibus teneamus canonicam uitam, et ministerium ecclesie sancte pro possibilitate nostra impleamus.

Deinde statuimus ut omnia monasteria nostra secundum possibilitates suas adimpleant ordinem sancti isidori vel sancti benedicti, et nichil habeant proprium nisi per licentiam sui episcopi aut sui abbatis, et ipsi abbates suis episcopis sint obedientes sicut sancti canones docent, et nullus eorum recipiat monachum aut fratrem alienum nisi per proprium abbatis mandatum. Siquis autem hoc decretum uiolare presumpserit anathema sit.

Item. Terciam monitione statuimus ut omnes ecclesie, que in unaquaque parrochia habentur, in suorum episcoporum iure permaneant, et clerici nullum inde seruitium laicis faciant nisi sua voluntate et suorum episcoporum iussione, et ipse ecclesie sine integre et non diuise inter presbyteros. Et habeant ministros presbyteros diaconos libros que de toto anni circulo et cum ornamento ecclesiastico. Ita ut non sacrificent cum calice ligneo uel fictili. Vestes presbyterorum sint super pellicium, amictus, alba, cinctorium, balteum, stola, manipulum, et casula. Vestes deaconorum sint amictus, alba, et stola *. Subtus calice sit palla et desuper lineum corporale. Omnis altaris ara sit lapidea et ab episcopis consecrata. Ostia uero ex frumento electo sine alia mixtura et sine sale, et tota sit sana et integra. Vinum etiam sit purum et mundum ita ut inter unum et ostiam et aquam trinitas sit significata. Illi uero presbyteri qui ministerio ecclesie funguntur habeant uestimenta usque ad talos. Armis bellicis non utantur. Semper coronas apertas habeant et barbas radant. Mulieres secum extraneas in domo non habeant nisi tantum matrem aut amitam, sororem aut materteram, aut mulierem probatam, et omnes indutas nigra ueste tam in corpore quam in capite, et dent fideiussoras ut nec de eis nec per eas ullum adulterium fiat. Et infra dextros ipsius ecclesie laici cum feminis non habitent nec ius aliquod ibi possideant. Doceant autem filios ecclesie et infantes ut symbolum et orationem dominicam memoriter teneant. Siquis tamen presbyter aut diaconus huius nostri decreti uiolator extiterit solidos sexaginta suo episcopo persoluat et gradu ecclesiastico careat.

Quarto uero titulo statuimus ut omnes abbates presbyteri, sicut sacri canones percipiunt, adulteros, incestuosos sanquimixtos, fures, homicidas, maleficos, et qui cum animalibus se conquinauerunt, ab ecclesia eiciant. Sed primitus ammoniant eos ut sint filii ecclesie et convertantur. Et tunc si penitentiam agere dignam noluerint separentur ab ecclesia et a communione.

Quinto autem capitulo statuimus sabbato pasce et pentecostes ut bapismus generalis adimpleatur, et ut nullus infans ante hos terminos bapizetur nisi infirmitas coegerit, ipsique infantes bapizati ante episcopum adducantur et crismate perungantur. Abbates uero tales monachos adducant ad ordinandum qui perfecte et memoriter teneant totum psalterium cum hymnis et canticis, et bene structi adducantur ad ordinandum mediata quadragesima et mediato augusto. Monachi ad nuptias non eant nisi tantum ad benedicendum. Laici quoque ad exequias mortuorum non ueniant. Sed qui eas fecerint uocent presbyteros deaconos pauperes et debiles qui non habeant unde retribuunt.

* *supra lineam* = alias orale.

I.

In primo igitur titulo statuimus, ut unusquisque Episcopus Ecclesiasticum ministerium cum suis clericis ordinate teneant in suis sedibus.

II.

In secundo titulo, ut omnes Abbates se, et fratres suos, et monasteria, Abbatissæ se et Sanctimonialia suas, et monasteria, secundum Beati Benedicti regant statuta, et ipsi Abbates, et Abbatissæ cum suis congregationibus, et canonicis sint obedientes, et per omnia subditi suis Episcopis. Nullus ¹ eorum recipiat monachum alienum, aut sanctimonialiam, nisi per Abbatis sui, et Abbatissæ iussionem. Si quis decretum uiolare presumpserit, anathema sit.

III.

In tertio autem titulo statuimus, ut omnes Ecclesie et Clerici sint sub iure ² sui Episcopi: nec potestatem aliquam habeant, super Ecclesias aut Clericos Laici. Ecclesie autem sint integræ, et non diuise, cum Presbyteris et diaconis, et de toto anni circulo libris, cum ornamentis ecclesiasticis: ita ut non sacrificent cum calice ligneo, uel fictili. Vestes autem Presbyteri sint in sacrificio amictus, alba, cingulum, stola, casula, manipulum. Vestes Diaconi amictus, alba, cingulum, stola, dalmatica, manipulus ³. Altaris uero ara tota sit lapidea, et ab Episcopis consecrata. Hostia sit ex frumento electo ⁴ sana et integra. Vinum sit mundum, et aqua munda, ita ut inter unum, hostiam, et aquam Trinitas sit significata. Altare sit honeste indutum, et desuper lineum indumentum mundum. Subtus calicem et desuper, corporale lineum mundum, et integrum.

Presbyteri uero et diacones, et qui ministerio funguntur Ecclesie arma bellica non deferant, semper coronas apertas habeant, barbas radant, mulieres secum in domo non habeant, nisi matrem, aut sororem, aut amitam, aut novercam. Vestimentum unius coloris et competens habeant. Infra etiam dextros Ecclesie Laici uxorati non habitent, nec iura possideant. Doceant autem clerici filios Ecclesie, et infantes, ut symbolum ⁵ et orationem Dominicam memoriter teneant. Si quis tamen Laicus huius nostre institutionis uiolator extiterit, anathema sit. Presbyter uero, et Diaconus, si huius iussionis destructor extiterit, sesaginta solidos Episcopo persoluat, et gradu Ecclesiastico careat.

IV.

Quarto uero titulo statuimus, ut omnes Archidiaconi, et presbyteri, sicut sacri Canones præcipiunt, uocent ad penitentiam adulteros, incestuosos, sanguine mistos, fures, homicidas, maleficos, et qui cum animalibus se inquinant. Et si penitere noluerint, separentur ab Ecclesia, et a communione.

V.

Quinto autem titulo decernimus ⁶ ut Archidiaconi tales clericos constituis quator temporibus ad ordines ducant, qui perfecte totum psalterium, hymnos ⁷ et cantica, Epistolas orationes, et Evangelia sciunt. Presbyteri ad nuptias causa edendi non eant, nisi ad benedicendum. Clerici et Laici, qui ad convivia defunctorum uenerint, sic panem defuncti comedant, ut aliquid boni pro eius anima faciant: ad quæ tamen convivia uocentur pauperes, et debiles pro anima defuncti ⁸.

¹ Et nullus

² Sint à iure

³ manipulum

⁴ electa

⁵ et symbolum

⁶ statuimus

⁷ himnos et canticos, epistola et euangelia et orationes sciunt

⁸ pro anima functi

VI.

Sexto autem capitulo admonemus ut omnes christiani die sabbato aduesperescente ad ecclesiam concurrant. Die autem dominica matutinos et missam et omnes horas audiant, opus seruire non exercent, et non faciant iter nisi orationis causa, uel sepeliendi mortuos, aut uisitandi infirmos, aut pro regis exercitu, aut propter sarracenorum impetum et lormanorum incursum. Et nullus christianus aut christiana cum iudeis ausus sit in domum manere, aut cum eis cibum sumere. Siquis hanc institutionem fregerit per septem dies penitentiam agat. Quod si penitere noluerit si maior persona fuerit per annum integrum communionem careat. Si inferior persona fuerit centum flagella accipiat.

Sexto vero titulo admonemus, ut omnes Christiani die Sabbati ad uesperescente ad Ecclesiam concurrant, et die Dominica matutina, Missas ¹, et omnes horas audiant, opus seruire non exercent, nec sectentur itinera, nisi orationis causa, aut sepeliendi mortuos, aut uisitandi infirmos, aut pro Regis secreto, aut pro Sarracenorum impetu. Nullus etiam Christianus cum iudeis in una domo maneat, nec cum eis cibum sumat. Si quis autem hanc nostram constitutionem ² fregerit, per septem dies, penitentiam agat; quod se penitere noluerit, si maior persona fuerit per annum integrum communionem careat; si inferior persona fuerit, centum flagella accipiat.

VII.

Septimo quoque ammonitionis titulo hec forma seruetur: ut omnes comites et infanciones imperantes terre et regales villici per iusticiam subditos regant, et pauperes iniuste non opprimant, et in iudicio testimonium non accipiant nisi testimonium illorum, in quorum presentia facta esse causa uel culpa noscitur, uel quam qui propriis oculis uiderint et auribus audierint. Quod si falsi testes conuicti fuerint illud supplicium subeant, quod in libro iudicium de falsis testibus est constitutum.

Septimo quoque titulo admonemus, ut omnes comites, seu maiorini regales populum sibi subditum per iusticiam regant, pauperes iniuste non opprimant, in iudicio testimonium, nisi illorum presentium, qui uiderunt aut audierunt ³ non accipiant. Quod si testes falsi conuicti fuerint, illud supplicium accipiant, quod in libro iudicium de falsis testibus est constitutum.

VIII.

Octavo autem capitulo mandamus ut in legione et in suis terminis, et in gallecia, et in asturias, et in portucale, sicut in decretis adefonsi principis est constitutum, pro homicidio, scilicet, rauso, sagione, uel per omnes suas exactiones sicut in diebus suis ita in diebus nostris permaneat firmum. Et in castella sicut in diebus aui nostri sancionis ducis.

Octavo vero titulo mandamus, ut in Legione, et in suis terminis, et in Gallæcia, et in Asturiis, et in Portugalle, tale sit iudicium semper, quale est constitutum in decretis Adelphonsi ⁴ Regis pro homicidio, pro rauso, pro sagione, aut pro omnibus calumniis suis, tale uero iudicium sit in Castella, quale fuit in diebus aui nostri Sanctii Ducis.

IX.

Item nono capitulo mandamus ut ecclesiasticas hereditates tricenium non includat, sed unaquaque ecclesia, sicut canones percipiunt et sicut lex gotica mandat, omni tempore suas hereditates reciperet et possideat.

Nono quoque titulo præcipimus, ut tricennium non includat ecclesiasticas ueritates: sed unaquaque Ecclesia, sicut Canones præcipiunt, et sicut lex Gothica mandat, omni tempore suas ueritates recuperet et possideat.

X.

Decimo uero titulo precipimus ut de terris et uineis in contentione positus ille qui eas laborauerit colligat fruges uel fructus, et postea habeant ueritatem et iudicium super radicem.

Decimo uero titulo decreuimus, ut ille, qui laborauit vineas, aut terras in contentione positas, colligat fruges, et postea habeant iudicium super radicem, et si victus fuerit laborator, redat fruges domino hæreditatis.

XI.

Undecimo titulo statuimus ut omnes sexta ferias christiani homines ieiunent, et more quadragesime hora congrua cibo se reficiant, et laborent suos labores.

Undecimo autem titulo mandamus, ut omnes christiani per omnes sextas ferias, nisi festum intervenerit, ieiunent, et hora congrua cibo reficiantur, et faciant labores suos.

XII.

Duodecimo autem titulo precipimus ut quilibet homo qui ad ecclesiam confugerit tam cum homicidio, aut cum qualibet causa, aut cum quolibet dampno, non sit ausus qui eum persecutus fuerit illum exinde uiolenter abstrahere, sed sicut lex gotica docet extra mortis periculum faciat ipse debitor quantum ei iussum fuerit, et nullus homo sit ausus amodo ut infra dextros ecclesie qui sunt triginta et unum passus uiolenter ingrediatur, aut raptor uel contumeliosus existat. Quod qui fecerit anathema sit, et centum solidos cogatur exsoluere.

Duodecimo quoque titulo præcipimus, ut si quilibet homo pro qualicumque culpa ad Ecclesiam confugerit, non sit ausus eum aliquis inde uiolenter abstrahere, nec percutere, nec persequi infra dextros Ecclesie qui sunt triginta passus; sed sublato, mortis periculo, et corporis deturpatione, faciat quod lex Gothica iubet. Qui aliter fecerit, anathema sit; et soluat Episcopo mille solidos purissimi argenti.

XIII.

Tercio decimo titulo ut omnes tam maiores quam inferiores ueritatem et iusticiam regis non contempant, sed, sicut in diebus domini adefonsi principis, fideles et ueraces ei persistent et talem ueritatem faciant ei, qualem in ipsis diebus predicto regi alfonso fecerunt. Et in castella talem ueritatem faciant castellani regi domno fredenando et suis filiis ac nepotibus, qualem fecerunt illi duci domino sancio. Et ille rex talem ueritatem faciat eis, qualem illis fecit pater suus comes domnus sancius.

Tercio titulo decimo mandamus, ut omnes maiores, et minores ueritatem et iusticiam Regis non contendant: sed sicut in diebus domini Adelphonsi Regis, fideles et recti persistent, et talem ueritatem faciant, qualem illi fecerunt.

¹ Missam
² institutionem
³ et audierunt
⁴ Adefonsi

Hoc decretum factum fuit in concilio domni fernandi regis et sue coniugis regine domne sancie in urbe cogianca, et adduxit inde illud randulfus presbiter de acisterio uacariza pro memoria posteris.

runt in diebus suis. Castellani autem in Castella talem veritatem faciant regi, qualem fecerunt Sanctio Duci. Rex vero talem veritatem faciat eis, qualem fecit præfatus Comes Sanctius. Et confirmo totos illos foros cunctis habitantibus Legione quos dedit illis Rex Dominus Adelphonus pater Sanctiæ Reginæ uxoris meæ. Qui igitur hanc nostram constitutionem fregerit, Rex, Comes, Vice-Comes, maiorinus, sagio tam Ecclesiasticus quam secularis ordo, sit excommunicatus, et á consortio Sanctorum segregatus, et perpetua damnatione cum Diabolo, et Angelis eius damnatus, et dignitate sua temporali sit privatus.

CONCILIUM OVETENSE.

ERA MCLIII. (A. C. — MCXV.) HABITUM.

Ex Risco, España Sagrada, T. XXXVIII. pag. 266 et seqq.

Sciant omnes homines præsentis, et futuri, quod, Deo iubente, hæc constitutio subscripta, quæ per totam Hispaniam habetur, habuit initium in Ovetensi Ecclesia tempore Pelagii Ovetensis Episcopi, et subscriptis omnibus hominibus.

Omnium sanctæ crucis filiorum præsentium, et futurorum memoriæ tradere statuimus, latronum, sacrilegorum, et diversi generis maleficorum in Asturiarum partibus nimiam, et execrabilem malitiam olim prævaluisse plerisque temporibus. Ad quam destruendam, et quæ sanctæ Ecclesiæ profutura erant ædificanda, Era MCLIII. apud Ovetum in Ecclesia Sancti Salvatoris congregatis principibus, et plebe totius prædictæ regionis, in die Sancto Pentecostes, Spiritu sancto administrante, Præsuleque prædicante, et monente, hæc inter cætera placita omnibus in commune primum se obtulit sententia.

I.

Statuimus, (inquiunt) et decernimus, et super sacrum textum Evangelii jure jurando firmamus, ut vestrum nullus deinceps domitos, vel indomitos pro aliqua causa pigoret boves nec auferat alicui extraneo, vel suo servo, vel mandatitio. Quod si fecerit, sit maledictus, et excommunicatus, et pro scelere perpetrato iudici terræ, et Episcopo XV. annis pœniteat: quinque ex his in exsilio, et quinque, sicut præceperit ei Episcopus suus: cæteros quinque foris Ecclesiam in sua terra redimat.

II.

Simili modo etiam firmamus, ut nullatenus furtum faciamus, nec facientibus consentiamus; et si latronem capere poterimus, pro modo furti plenam justitiam faciamus: et qui pro eo exoraverit, ut sic emendetur, secundum modum culpæ anathema sit.

III.

Secundum etiam decreta Canonum, ut superius sanximus, quod aliquem pro aliqua calumnia à dextris Ecclesiæ infra LXX. passus per vim non extrahamus, nisi servum naturaliter probatum, aut latronem publicum, aut proditorem de prodicione convictum, aut publice excommunicatum, aut Monachum, vel Monacham refugas, aut violatorem Ecclesiæ, cui procul dubio Ecclesia nullo modo debet refugium. Qui vero arreptus à diabolo aliquid aliud per vim extraxerit ab Ecclesia, ejusque portibus usque

ad XII. passus, in quadruplum reddat, et secundum Canones ita pœniteat, ut in monasterio sit Monachus sub regula Beati Benedicti, aut sit eremita omnibus diebus vitæ suæ, aut se servum subjiciat servituti Ecclesiæ quam læsit, aut summam peregrinationem arripiat omnibus diebus vitæ suæ.

Regina autem Domina Urraca, cum omnibus filiis, et filiabus suis, hanc præscriptam constitutionem confirmavit, et juravit eam, et fecit jurare, et confirmare eam omnibus hominibus habitantibus in omni regno ejus, tam ecclesiastici ordinis, quam sæculares. Sorores itaque jam dictæ Reginæ dona Geloira Infanta, cum omnibus filiis et filiabus suis, et cum omnibus hominibus sibi subditis, atque Infanta Dona Tarasia, cum omnibus filiis et filiabus sibi subditis, juraverunt, et confirmaverunt, sicut supra taxatum est.

Nos igitur omnes subscripti hoc scriptum, et hanc promissionem sub sacramento confirmamus, et roboramus, tam pro nobis, quam pro omni progenie nostra futura, ut sit promissio hæc stabilis, et firma usque in finem mundi per omnia sæcula. Suarius Comes, Gundisalvus Pelagii, Adephonus Veremundi, Petrus Adephonsi, Didacus Fernandi, Gundisalvus Ansuris, Pelagius Froila ex Asturiis Oveti, Petrus Ruderici, Suarius Ordonii, Petrus Didaci, Petrus Guterri, Garzia Suarii, Gundisalvus Gil, Petrus Garziæ, Rudericus Garziæ, Christophorus Joannis, Garzia Petri, Munio Petri, Fernandus Petri, Didacus Petri, Pelagius Garziæ, Pelagius Acenarii, Munio Garsia, Vermudus Velæ, Marinus Guterri, Martinus Petri, Didacus Petri, Ovecus Petri, Martinus Martini, Petrus Munedi, Gundisalvus Petri, Ordonius Petri, Petrus Garziæ, Alvarus Garsia, Fernandus Garziæ, Ordonius Garziæ, Ectavida Pelagii, Petrus Joannis, Ferdinandus Martini, Petrus Fernandi, Rudericus Petri, Fernandus Anaii, Didacus Guterri, Didacus Martinus Anaii, Pelagius Oveci, Martinus Pelagii, Alvarus Petri, Pelagius Martini, Rudericus Martini, Fernandus Martini, Pelagius Municonis, Alvitus Pelagii, Froila Munionis, Garzia Vermundi, Petrus Ecte, Ordonius Pelagii, Pelagius Guistari, Didacus Petri; Gundisalvus Petri, Joannes Petri, Martinus Petri, Martinus Magas, Gundisalvus Didaci, Petrus Sunctii, Petrus Pelagii de Buila, Petrus Pelagii de Mazaneda.

EX TERRA TINEGIÆ.

Menendus Enalsi, Froila Enalsi, Gundisalvus Menende, Ectavida Suarii, Menendus Ruderici, Petrus Ruderici, Pelagius Ruderici, Menendus Ruderici, Pelagius Petri, Suartus Albiti, Remundus Albiti, Froila Veremundi, Joan-

nes Fernandi, Petrus Manelli, Petrus Oveci, Rudericus Fernandi, Rudericus Pelagii, Antonius Roderici, Petrus Garziæ, Rodericus Garziæ, Pelagius Munionis, Petrus Flaini, Fernandus Flaini, Martinus Adephonsi, Adefonsus Fructini, Petrus Didaci, Petrus Menendi, Pelagius Menendi, Guilienus Pelagii, Petrus Guilieni, Pelagius Guilieni, Didacus Guilieni, Rodericus Guilieni, Rudericus Petri, Alvarus Petri.

EX TERRITORIO LAGNERO.

Joannes Petri, Pelagius Petri, Pelagius Citi, Petrus Pelagii, Petrus Gutetri, Sanctius Gutetri, Petrus Munionis, Pelagius Mentira, Sanctius Petri, Alvarus Pelagius, Petrus Pelagii, Sactius Eulalii.

EX TERRITORIO MALIANI.

Pelagius Ruderici, Pelagius Joannis, Alvarus Garsia, Pelagius Ordonii, Garzia Telli, Munio Telli, Ordonius Didaci, Sanctius Ordonii, Adephonsus Munionis, Petrus Adephonsi, Suarius Diahali, Furtunius Pelagii, Didacus Petri, Pelagius Petri, Munio Ecte, Petrus Martini, Didacus Gundilsalvi, Didacus Ovecci, Rudericus Ovecci, Didacus Fortuni, Sanctius Fortuni.

EX TERRITORIO COLUNGA, CANGAS, ET AGUILARE.

Garcia Sanctii, Petrus Sanctii, Martinus Sanctii, Suarius Sanctii, Gundisalvus Sanctii, Petrus Sanctii, Didacus Sanctii, Rudericus Didaci, Vela Sanctii, Petrus Ectæ, Pelagius Ecte, Fernandus Citi, Pelagius Didaci, Veremundus Didaci, Didacus Didaci, Rudericus Munionis.

EX TERRITORIO FLAVINIENSI.

Petrus Pelagii Rubens, Ordonius Martini, Petrus Pelagii, Ordonius Petri, Joannes Petri, Munio Petri, Didacus Petri, Martinus Petri, Pelagius Michaelis, Petrus Michaelis, Joannes Michaelis.

EX TERRITORIIS LENA, ALIER, ET ORNA.

Petrus Pelagii Bureza, Petrus Alcandara, Pelagius Citi, Vela Pelagii, Gundisalvus Veremundi, Gundisalvus Veremundi, Gundisalvus Veremundi, Gundisalvus Munni, Ecla Pelagii, Armentaris Joannis, Petrus Barbadam, Petrus Petri, Pelagius Citi, Martinus Pelagii, Fernandus Pelagii, Martinus Ecta.

EX TERRITORIIS ARBOLIO, GORDONÆ, ET ALVA.

Pelagius Munionis, Fernandus Guterii, Gundisalvus Alvani, Rudericus Alvani, Joannes Citi, Alvarus Citi, Fernandus Citi, Petrus Juliani.

EX TERRITORIIS PLATIANI, VADARIA, LUNA, ET OMANIA.

Veremundus Petri, Fernandus Petri, Rudericus Petri, Joannes Petri, Petrus Garcese, Veremundus Munionis, Eulalius Didaci, Pelagius Didaci, Munio Pelagii, Flainus Flailæ, Joannes Fernandi, Eulalius Fernandi, Pelagius Froylæ, Menellus Fafillæ, Petrus Pinioni, Petrus Aznarii, Munio Aznarii, Garcia Aznarii, Pelagius Froini, Garcia Sanctii.

EX TERRITORIIS LEGIONIS, ET ASTORICÆ.

Comes Froila Didaci, Ramirus Froilæ, Didacus Froile, Rudericus Martini, Petrus Martini, Osareus Martini, Petrus Didaci, Rudericus Didaci, Martinus Didaci, Petrus Didaci, Rudericus Veremundi, Didacus Alviti, Gundisalvus Alviti, Nunius Nubezani, Isidorus Nubezani, Petrus Anaii, Fernandus Munionis, Joannis Petri, Erus Gutetri, Nebusanus Gudestei, Gutetrius Eri, Martinus Nebuzani, Fernandus Telli, Adephonsus Telli, Tellus Telli, Isidorus Fernandi.

M.L. Tom. I.

EX CAMPIS ZAMORÆ, ET CAMPI TAURI.

Comes Gometius Pelaii, Comes Fernandus Fernandi, Rodericus Fernandi, Petrus Pelaii, Didacus Munionis.

EX TERRITORIIS GALLECIÆ.

Comes Pelaii, Petrus Petri, Fernandus Petri, Garcia Petri, Rudericus Petri, Comes Munio Pelaii, Comes Adephonsus Nuñi, Sanctius Nuñi, Menendus Nuñi, Comes Rudericus Velez, Comes Gutetrius Veremundi, Odarius Oreloni, Joannes Ranimiri, Arias Petri, Fernandus Joannis, Petrus Gudestei, Petrus Joannis, Suarius Nebuzani, Rudericus Suarii.

EX TERRITORIIS CASTELLÆ.

Comes Petrus Gundisalvus, Comes Rudericus Gometii, Comes Bertranus, Comes Ermegotus, Comes Lobdidacii, Petrus Lopi, Lob Lopi, Xemenus Lopi, Petrus Gutetri, Gundisalvus Gutetri, Petrus Carciæ, Petrus Patellæ.

EX TERRITORIO SANCTÆ JULIANÆ, CAMARGO, TRANSIMIERA, EGUNNA CUM CÆTERIS TERRIS.

Comes Rudericus Gundisalvi, Petrus Ruderici, Gutetrius Ruderici, Petrus Gundisalvi, Rudericus Gundisalvi, Adephonsus Fanni, Petrus Gundisalvi, Gundisalvus Gundisalvi, Rudericus Munionis, Sanctius Velæ, Veremundus Velæ, Martinus Velæ.

SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM.

Bernardus Toletanæ Sedis Archiepiscopus, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Legatus confirmo.
Didacus Jacobensis Archiepiscopus confirmo.
Pelagius Bracarensis Archiepiscopus confirmo.
Munius Munduniensis Episcopus confirmo.
Didacus Auriensis Episcopus confirmo.
Pelagius Astoricensis Episcopus confirmo.
Gundisalvus Columbiensis Episcopus confirmo.
Didacus Legionensis Episcopus confirmo.
Petrus Palentinæ Sedis Episcopus confirmo.
Petrus Segobiensis Episcopus confirmo.
Bernardus Segontinæ Episcopus confirmo.
Paschalis Burgensis Episcopus confirmo.
Sanctius Abelensis Episcopus confirmo.
Munius Salmanticensis Episcopus confirmo.
Bernardus Zamorensis Episcopus confirmo.

Constitutio hæc non hominis, sed omnipotentis Dei vox fuit, qui per universum mundum eam seminavit, et audita placuit omnibus hominibus sub cælo habitantibus, tam Christianis, quam Paganis, vel Judæis.

MALEDICTIO.

Si quis itaque hanc sanctam, et justam nostram promissionem, et sub sacramento sanctam confirmationem, tam nos, quam ex omni nostra futura progenie, violaverit, et per dignam satisfactionem, sicut superius dictum est, se non emendaverit; sit ab omnipotenti Deo maledictus, et excommunicatus, et ab omni consortio fidelium, et sanctorum in hoc sæculo, et in futuro sit separatus et cum diabolo, et angelis ejus patiatur pœnas in inferno damnatus.

BENEDICTIO.

Porque¹ do² boom³ príncepe⁴ he⁵ purgar⁶ a⁷ ssa⁸ prouinçia⁹ dos¹⁰ maaos¹¹ homeens¹². Porem¹³ defendemos¹⁴ que¹⁵ per¹⁶ todo¹⁷ nosso¹⁸ rreyno¹⁹ nom²⁰ more²¹ homem²² que²³ nom²⁴ ouuer²⁵ possissom²⁶ ou²⁷ algum²⁸ mester²⁹ per³⁰ que³¹ possa³² uiuer³³ sem³⁴ sospeyta³⁵ ou³⁶ senhor³⁷ que³⁸ por³⁹ el⁴⁰ possa⁴¹ rresponder⁴² a⁴³ nós⁴⁴ se⁴⁵ algum⁴⁶ mal⁴⁷ fazer⁴⁸ ou⁴⁹ taaes⁵⁰ fiadores⁵¹ per⁵² que⁵³ possa⁵⁴ seer⁵⁵ correiudo⁵⁶ algum⁵⁷ mal⁵⁸ se⁵⁹ o⁶⁰ fazer⁶¹. E⁶² a⁶³ pena⁶⁴ que⁶⁵ sobre⁶⁶ esto⁶⁷ mandamos⁶⁸ he⁶⁹ esta⁷⁰ se⁷¹ alguuns⁷² que⁷³ de⁷⁴ nós⁷⁵ as⁷⁶ terras⁷⁷ teuerem⁷⁸ se⁷⁹ a⁸⁰ taaes⁸¹ homeens⁸² sofrerem⁸³ ou⁸⁴ os⁸⁵ nom⁸⁶ rrecadarem⁸⁷ ou⁸⁸ os⁸⁹ en⁹⁰ nom⁹¹ deytarem⁹² perça⁹³ a⁹⁴ terra⁹⁵ que⁹⁶ el⁹⁷ teuer⁹⁸ de⁹⁹ nós¹⁰⁰. E¹⁰¹ en¹⁰² tal¹⁰³ que¹⁰⁴ sse¹⁰⁵ esto¹⁰⁶ faça¹⁰⁷ mandamos¹⁰⁸ aos¹⁰⁹ nossos¹¹⁰ juizes¹¹¹ da¹¹² terra¹¹³ que¹¹⁴ lho¹¹⁵ digam¹¹⁶. Outrossy¹¹⁷ mandamos¹¹⁸ aos¹¹⁹ nossos¹²⁰ alcaydes¹²¹ e¹²² aos¹²³ nossos¹²⁴ juizes¹²⁵ que¹²⁶ façam¹²⁷ esto¹²⁸ conprir¹²⁹ en¹³⁰ nas¹³¹ terras¹³² que¹³³ nós¹³⁴ pera¹³⁵ nós¹³⁶ rretermos¹³⁷.

N.º 4

fol. 4.

Constituição vigesima sétima que pena devem aver os homes que andão per a terra vagabundos.

13 Por ende
38 a 41 per que el posa ou dova
49 ou se
52 a 57 nom der per que seia correto o
72 algum
78 a 80 tiver e
83 e 84 em ella poser e

87 recadar
90 ende
92 deitar
94 a 100 as terras que de nos tever.
112 e 113 das terras
115 lhes lo
137 recebermos.

fol. 29.

XXVIII

Este estatuto que existe no original, e que se refere ao modo de supprir o alferes-mor, o mordomo-mor e o chanceller-mor, nos seus impedimentos, carece de rubrica no-texto.

1222

Ego Alfonsus dei gratia Portugalie Rex. Notum esse uolo uniuersis presentem paginam inspecturis quod pono cum meo alferaz et cum meo maiordomo et cum meo cancellario quod quando ipsi fuerint in aliquod meum seruicium aut in romariam aut ad aliquem alium locum adubare suum profectum aut fuerint infirmi quod dimittant mecum in locis suis singulos homines cordos in comenda. Et antea quam recedant debent mecum loqui quales homines dimittant ibi. Et si illi quos ipsi ibi dimiserint non aduenerint ibi bene ego debeo ibi mittere aliquos alios in comenda quos uidero pro guisato quousque ipsi redeant. Et si ipsi noluerint aliquos dimittere in locis suis aut non habuerint guisatum ego debeo ibi mittere aliquos in locis suis in comenda quos uidero pro guisato quousque ipsi redeant. Et illi qui remanserint in locis suis debent custodire illos tres libros de recabedo regni quos ipsi tenent quousque ipsi redeant. Et similiter debet facere ille qui tenuerint quartum librum de recabedo regni si fuerit in aliquod meum seruicium aut in romariam aut ad aliquem alium locum adubare suum profectum aut si fuerit infirmus. Et de hoc precepi fieri V.º cartas meo sigilo plumbeo munitas quarum unam ego teneo et secundam meus alferaz terciam meus maiordomus quartam meus cancellarius quintam ille qui tenet quartum librum de recabedo regni mei et sedet inde rescriptum in IIII.º libris de recabedo regni. Datum apud Sanctaren mense junio per meum mandatum. Era m.ª cc.ª lx.ª

Maç. 1 de Leis n.º 12, no Archivo Nacional.

XXIX

O seguinte estatuto é a celebre provido contra os decretos civis do prior dos dominicanos Sueiro Gomes. Aparece sem data nem rubrica no registo em que nos foi conservado.

Alfonsus dei gratia Portugalie Rex. Pretori de Sanctarem et aluazilis et aliis meis hominibus qui ibi meas causas habent ad uidendum et tabellioni et concilio salutem. Mando uobis firmiter ut nullus sit in uilla uestra qui audeat extrahere illos decretos laicales quos S. Gomez prior de ordine predicatorum cum fratribus eiusdem ordinis posuit in leuando habere de hominibus et in faciendo iusticiam in suis corporibus quare nolo ego quod pro istis decretis leuent habere de hominibus nec faciant iusticiam in suis corporibus et hoc acordaui cum meis priuatis quare ista decreta sunt grande meum desaforamentum et de mea curia et de illis qui post me regnauerint et de meis filiis de algo et de omnibus aliis hominibus regni mei filiis de algo et uillanis laicis et de ordine et etiam ista decreta sunt contra illum librum legum qui dicit quod non recipiamus nouam legem in regno nostro per quem librum et per quale forum debent iudicari filiis de algo Port. Et ista talia decreta nunquam fuerunt in tempore Comitis domni Henrici nec in tempore aui mei regis domni Alfonsi quem papa Alexander III.^{us} suo priuilegio confirmauit in regem et terram suam in regnum nec in tempore regis domni Sancii patris mei qui habuit unam protectionem de Clemente papa III.^o nec etiam in meo tempore qui habeo duas protectiones unam ab Innocencio papa III.^o et aliam de Honorio papa III.^o Et propter hec omnia quicumque uoluerit extrahere istos decretos pectabit mihi mille morabitanos et faciam iusticiam de illo et in suo habere qualem uidero pro directo. Et credat meus ricus homo in cuius terra ista decreta extraxerint quod perdet ibi amorem meum et terram quam de me tenuerit et pretor perdet ibi meam alcaidariam et meum amorem et accipiam iusticiam de illo in suo corpore et in suo habere qualem uidero pro directo et de aluazilis et de aliis meis hominibus qui meas causas habent ad uidendum et de tabellione accipiam uindictam in suis corporibus et in suos haberes qualem uidero pro directo. Mando tamen quod si aliquis ad furtum uendiderit aliquam rem que sit contra ista decreta pectabit mihi D. morabitanos et accipiam uindictam de illo et de suo habere qualem uidero pro directo et perdet illud quod uendiderit et morabitanos quos ei pro inde dederit. Similiter quicumque comparauerit aliquam rem que sit contra ista decreta pectet mihi D. morabitanos et accipiam uindictam de illo et in suo habere qualem uidero pro directo et perdat illud quod comparauerit et morabitanos quos pro inde dederit. Datum apud Sanctarenam xviii die iunii Rege mandante.

Maç. 12 de For. Ant. n.º 3 fol. 17, no Archivo Nacional.

XXX (?)

Na lei de D. Dinís de 15 de setembro de 1313 transcripta no Livro das Leis e Posturas vem inserto um costume, de cujo contexto parece deduzir-se que era antigo, e que fora reduzido a escripto e mandado observar como lei desde a epocha de Affonso II. A passagem que o indica é a seguinte (ibi fol. 54 v.) : e o juiz aguardelhas se uir que as deue rreçeber como he de costume o qual costume deu meu auoo : he tal.

Nas Ordenações de D. Duarte a passagem correspondente a esta está de tal modo viciada na copia da Academia que a sua intelligencia se torna impossivel (ibi fol. 135 v.) : e o juiz aguardelhas se vir que se deve receber como he de costume, o qual costume devem como tal he. Leu o primeiro copista ou algum dos subsequentes devem como em logar de deu meu avó? Não é facil dize-lo. É certo porém que entre as leis, ordenações e costumes da epocha de Affonso III, no proprio Livro das Leis e Posturas (fol. 12) e nas Ordenações de D. Duarte (fol. 80 v. e segg.) vem uma lei da qual um extenso fragmento corresponde evidentemente ao que se inseriu na lei de D. Dinís, diversificando della na continuação. Mas em tal caso não deveria D. Dinís attribuir aquelle costume antes a seu pae do que a seu avó?

É para lamentar que a passagem da lei de 15 de setembro de 1313 esteja tão deturpada na copia das Ordenações de D. Duarte. Essa passagem, accorde com o texto correspondente no Livro das Leis e Posturas, provaria de um modo indubitavel que ao menos uma parte do direito consuetudinario que achámos reduzido a escripto, e que se attribue ao reinado de Affonso III, remontava ao reinado de seu pae. Versando muitos desses costumes sobre a ordem do processo e tendo-se organizado melhor, nas córtes de 1211 o corpo da magistratura, nada mais

natural do que irem-se estabelecendo desde logo formulas que regulassem as phases das demandas e servissem de norma aos juizes reaes. A phrase Estabelecido é, ou En outra parte é estabelecido, que tantas vezes se encontra no começo das posturas e costumes attribuidos ao reinado de Affonso III, está de persi indicando a existencia anterior de notas escriptas, em que as praxes judiciaes ou outras quaesquer se conservavam desde tempos mais remotos, a não supormos que essa especie de rubricas foram introduzidas pelos collectores dos seculos XIV e XV.

Depois desta advertencia julgámos inutil transcrever aqui o fragmento inserido na lei de 15 de setembro de 1313, porque tem de ser impresso com ella e com a lei de Affonso III em que tambem se acha inserido, e até porque seria difficil fixar o logar onde elle termina para continuar o texto da nova lei, tanto na de Affonso III como na de D. Dinís.

REINADO DE SANCHO II

1223-1247

Não nos resta texto de lei alguma deste monarcha. Apenas na Bulla Si illustris de 17 das calendas de maio do anno XII do pontificado de Gregorio IX (15 de Abril de 1238) se acha uma allusão analogá á que se encontra ácerca de uma lei de Affonso I n'outras bullas do mesmo pontifice. Esta acha-se original no Maço 11 de Bullas n.º 18, no Archivo Nacional. Da respectiva passagem que abaixo transcrevemos se deduz que a lei de Sancho II contra a qual o papa fulminava censuras, não era sendo a lei de Affonso II (10.º) em que se prohibia a aquisição de bens de raiz ás corporações de mão-morta, revalidada e ampliada por seu filho. Os documentos daquella epocha provam-nos sobejamente não só que a lei de Affonso II fora mal executada, mas tambem a necessidade que havia de a pôr de novo em vigor, necessidade que se renovou nos reinados subsequentes. Eis a passagem em que se allude á lei de amortisação de Sancho II :

Inter que ipse tale fecit in odium Dei et ecclesie ac ministrorum ejus statutum. Videlicet ut siquis possessiones aliquas ecclesie uel monasterio donauerit inter uiuos, aut in ultima reliquerit uoluntate, non liceat ecclesie ipsas recipere nec eis aut cuiquam persone ecclesiastice possessiones aliquas comparare quantumcumque ab omni onere tributi uel seruitutis immunes.

Restam vestigios da celebração de umas córtes no reinado deste principe; mas nenhum acto legislativo que fosse resultado dessas córtes chegou até nós. Entretanto é indubitavel que se achava congregada aquella assembléa nos fins de 1228 ou principios de 1229, quando, tendo chegado á idade dos dezoito annos, Sancho II tomára realmente nas mãos as redeas do governo. Tudo o que sabemos daquellas córtes, que foram celebradas em Coimbra, é que assistiu a ellas João de Abbeville, bispo sabinense e legado do papa, conjunctamente com os prelados do reino e grande numero de barões ou ricos-homens e de membros da fidalguia¹. Esta assembléa foi desconhecida a J. P. Ribeiro que a omittiu na Memoria ácerca das nossas córtes².

¹ HERCULANO, *Hist. de Port.*, Tom. II, pag. 298 e seg. da 2.ª edição.

² *Memor. de Litter.*, Tom. II, pag. 58. Veja-se a Memoria de Amaral sobre as antigas córtes nas *Memor. da Acad. R. das Sciencias*, Tom. VII, pag. 380.

REINADO DE AFFONSO III

1248-1279

É no reinado de Affonso III que a legislação geral do reino começa a tomar grande incremento. As leis do código visigótico ou vigoram apenas como costume, ou tem-se obliterado nos tribunaes regios, onde já influem largamente as idéas de direito romano espalhadas na Europa pelas escolas de Italia. As doutrinas e praxes que se teem ido introduzindo, sobretudo na curia regis, na corte, vão-se lançando por escripto para servirem de norma aos sobrejuizes ou membros do tribunal supremo, e d'ahi se transmittem porventura aos juizes reaes das comarcas, e até aos juizes municipaes, porque vemos dentro de pouco as leis e posturas geraes transcreverem-se por appendice nos quadernos dos costumes civis dos concelhos. É evidente que neste reinado se tractava já com empenho de organizar melhor a administração da justiça. Uma grande parte das posturas, estabelecimentos e costumes escriptos que delle nos restam versam sobre a ordem dos pleitos. Não é tanto a promulgação authentica do direito que parece urgente: busca-se antes estabelecer regras sobre o modo da sua applicação. É este o caracter predominante dos monumentos leaes do reinado de Affonso III. Entretanto não deixam de apparecer já entre elles importantes documentos do nosso antigo direito civil, criminal e administrativo.

Os monumentos leaes que attribuímos a Affonso III dividimo-los em quatro classes: 1.ª, dos que tem data conhecida: 2.ª, dos que a têm duvidosa: 3.ª, daquelles a que não é possível assignalar data, mas que parece poderem com certeza attribuir-se a este reinado, ou que pelo menos não ha razão para suppormos de epocha mais moderna¹: 4.ª, daquelles que ha motivo para duvidar se pertencem a Affonso III, se a algum dos seus immediatos successores. Accrescentámos tres monumentos de formulas judiciaes, que parece remontarem á epocha deste principe.

Uma parte dos actos legislativos de Affonso III derivam das côrtes celebradas naquelle reinado. São as primeiras de que nos restam vestigios as de Guimarães de 1250, das quaes apenas existem os artigos ou agravamentos do clero com as respectivas respostas do rei. Desconhecidas até hoje², o transumpto desses agravamentos, sepultado por seculos no archivo capitular de Coimbra, veio revelar-nos a sua existencia. São as segundas as reunidas em Leiria em março de 1254. Dellas se lançou expressa memoria no Livro 1 de Doações de Affonso III fol. 6 v., onde se encontra a seguinte rubrica: In subsequenti era fuit celebrata curia apud Leyrenam, e logo: Era m.º cc.º lxxx.º ii.º domnus Alfonsus Rex Portugalie et comes Bologne celebravit suam curiam apud Leirenam mense marcii cum episcopis et cum proceribus et cum prelatibus et cum ordinibus et cum bonis hominibus de conciliis de suo regno super statu regni et super rebus corrigendis et emendandis de suo regno. É a mais notavel circumstancia destas côrtes o ser então que, pela primeira vez, nos consta terem intervindo representantes dos concelhos nessas grandes assembléas politicas. Os fins que a memoria acima transcripta attribue ás côrtes de 1254 presuppõe a promulgação de leis geraes e a expedição de providencias especiaes, depois ou por occasião daquella assembléa. Taes de feito parecem ser, entre as particulares, as cartas expedidas nessa conjunctura ou muito proximamente a favor dos concelhos de Lisboa, Santarem, Guarda, Guimarães, Porto, Gaia e Béja (Liv. 1 de Doações de Affonso III fol. 6 e segg.—Livro dos Prégos no Archivo Municipal de Lisboa fol. 4.—Ineditos de Histor. Port. T. v, pag. 461 e segg.—Livro 1 de D. Dinis fol. 21). No Archivo Nacional (G. 3, M. 5 n.º 19) apparece em copia coeva uma serie de agravamentos do concelho de Montemor, e outra do concelho de Coimbra seguidos das resoluções regias sobre as diversas queixas e petições dos povos, que tambem parece pertencerem a estas côrtes, mas que podem pertencer igualmente a outras do mesmo reinado. O logar de taes documentos é na secção dos foraes, costumes e pri-

¹ Vejam-se as observações que anteriormente fizemos (Aff. II—30) p. 180.

² O preambulo e a subscrição da lei de 24 de janeiro de 1251 tinham-nos feito admittir (Hist. de Port., Tom. III, p. 19 da 1.ª edic.) uma especie de curia solemne, uma especie de côrtes só de fidalgos naquelle anno; mas o apparecimento dos capitulos do clero nas de Guimarães de 1250 liga aquelle acto legislativo com mais plausibilidade a esta assembléa.—A. H.

vilegios dos concelhos. Das leis geraes que podem igualmente attribuir-se a estas c6rtes, ou 6s de 1261 dissemos o sufficiente na advertencia geral que precede esta collecç6o de leis patrias.   de crer que naquelle parlamento de 1254 se ventilasse tambem a quest6o da moeda, que j6 antes inquietava os animos, como se v6 da circular de 26 de dezembro de 1253 inserida n'esta collecç6o, e que nas discuss6es ahi levantadas, ou nas promessas ahi feitas, tenha origem o acto de 18 de março de 1255.

Seguiram-se as c6rtes de Coimbra de 1261. Destas resta-nos positivamente um acto legislativo.   a deliberaç6o de 11 de abril sobre a moeda, objecto da convocaç6o daquellas c6rtes celebradas a requerimento dos bar6es do reino, dos prelados e do povo. Em virtude dellas parece que se expediram outras leis geraes confundidas, como j6 dissemos, com algumas que attribuímos 6s c6rtes de Leiria, e com outras promulgadas em Lisboa por Affonso III em diversos annos do seu reinado.

As ultimas c6rtes de Affonso III foram celebradas em Santarem (1273). Dellas nos restam dous diplomas, a carta de 18 de dezembro sobre a emenda e correcç6o das desordens do reino, e a revalidaç6o ou nova promulgaç6o da lei sobre annuivas de 28 de julho de 1265. Esta assembl6a, reunida para obtemperar aos queixumes do clero ou antes para illudir as ameaças do papa, n6o consta ter dado origem a alguns outros actos legislativos, que com certeza lhe pertençam, ao menos que chegassem at6 n6s.

Publicando as leis cuja promulgaç6o, e os costumes geraes cuja redacç6o pertencem com maior ou menor certeza ao reinado de Affonso III, ajunctaremos a esses actos, como fizemos aos de Affonso II, breves observaç6es criticas quando julgarmos taes observaç6es uteis ou necessarias.

LEIS E ESTABELECIMENTOS COM DATA CONHECIDA

I

Abrimos a serie dos monumentos legislativos do reinado de Affonso III com um diploma n6o s6o inedito, mas tambem at6 hoje desconhecido.   o transumpto, segundo parece incompleto, dos queixumes apresentados n'umas c6rtes celebradas em Guimar6es no anno de 1250 pelo arcebispo de Braga sobre os agravos feitos em geral ao clero, e dos artigos especiaes offerecidos pelos bispos da Guarda, Coimbra e Porto, tudo com as respectivas respostas do rei.   um rolo de pergaminho em letra franceza do seculo XIII, sem formulas que o authenticuem, mas sobejamente auctorizado pela sua antiguidade. Existia, como j6 dissemos, no archivo capitular de Coimbra, donde foi transferido para a Torre do Tombo.

Que a assembl6a de 1250 em Guimar6es foi um parlamento solemne, umas c6rtes, conforme a id6a que lig6mos a esta palavra, deprehende-se do preambulo do documento que public6mos: in curia congregata ad plurima negocia regni expedienda; como igualmente se deprehende que alli se achavam junctos prelados, bar6es, cavalleiros e outros individuos: in presencia multorum episcoporum, procerum et militum et aliorum. Que estes ultimos fossem procuradores dos concelhos n6o nos atrevemos a afirmar; mas   possivel que essa circumstancia se d6esse j6 ent6o, como sabemos com certeza haver-se dado nas c6rtes de 1254.

Das providencias relativas 6 administraç6o do reino, tomadas nestas c6rtes e a que alludem as palavras acima citadas, n6o restam positivamente vestigios; talvez, por6m, lhes pertençam algumas daquellas a que n6o se p6de assignalar data precisa, embora c6iam no reinado de Affonso III. A lei de março de 1261 (Aff. III—8) onde, como veremos, se envolvem disposiç6es de diversas epochas, e que por isso   excessivamente confusa, refere-se a um degreδο feito em Guimar6es n'uma epocha anterior, d'onde parece poder-se com fundamento suppor que

nella se acha incorporado um acto legislativo promulgado em consequencia de resoluções desta assembléa. A hypothese torna-se tanto mais plausivel quanto é evidente a connexão que teem as principaes disposições da lei de 1261 com a materia dos artigos offerecidos pelos bispos em 1250.

1250

CORTES DE GUIMARÃES

ARTIGOS ECCLESIASTICOS RESOLVIDOS

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod sub era m.^a cc.^a lxxx.^a viii.^a iii.^o idus junii in domibus domni S. Iohannis archidiaconi bracarenensis in presencia magistri Maufredi cantoris Antioceni capellani domni pape et nuncii in Yspania ego Stephanus Petri tabellio bracarenensis recepi de mandatu archiepiscopi bracarenensis et episcoporum vlixbonensis et colimbriensis articulos cum questionum archiepiscopi et episcoporum regni Portugalie et resposiones Regis factas Vimarane ab ipso Rege in curia sua congregata ad plurima negocia regni expedienda per magistrum Petrum Iuliani decanum vlixbonensem et archidiaconum bracarensem ex parte ipsius Regis datos in presencia multorum episcoporum procerum et militum et aliorum procurator ad hoc ut ipsi communiter asserebant cum domno Ricardo etiam cantore vlixbonensi dato etiam cum ipso ad hoc procuratore quos fideliter rogatus de uerbo ad uerbum transcripsi et in publicam formam redegii et signum meum apposui.

Alfonsus Dei gratia Rex Portugalie et comes Bolonie venerabilibus in Christo patribus Jo. diuina prouidencia bracarensi archiepiscopo. Juliano Dei gratia portugalensi. Petro visensi. Egee lamecensi. Egee colimbriensi. Roderico egitaniensi episcopis salutem et sincere dilectionis affectum. Quorundam questionum articuli ex parte uestra in nostra presencia sunt propositi ad quos saluo iure regie maiestatis nostre corone regni nostri nostrorum et uestro in omnibus et per omnia iuxta consilium domni F. bracarenensis decani magistri Petri yspani vlixbonensis decani et bracarenensis archidiaconi magistri Vincentii portugalensis decani domni Ricardi vlixbonensis cantoris domni Jo. Suerii calagorritani archidiaconi. Magistri Thome thesaurarii bracarenensis duximus respondendum et articulorum ac responsionum seriem per predictum magistrum Petrum yspanum vlixbonensem decanum et bracarensem archidiaconum et R. cantorem vlixbonensem in presencia nostra et baronum nostrorum decreuimus proponendum.

Ad speciales uero alios articulos domni archiepiscopi bracarenensis taliter duximus respondendum.

Primus igitur erat de muris et castellis non faciendis. Respondemus eos homines qui de consuetudine in tempore progenitorum nostrorum ad anuduas ire solebant dumtaxat eant nunc et taliter qualiter tunc consueuerunt. Interim uero fiat cito inquisitio per viros fidedignos ad hoc iam deputatos et cito publicetur ut huius articuli ueritas ualeat inueniri et statim dominus archiepiscopus sententias excommunicationis et interdicti ab eo in exactores anuduuarum promulgatas curet releuare et nos ab hiis compulsionibus et pignorationibus interim cessabimus et dominus archiepiscopus statim has sententias releuauit protestando tamen quod si hoc non obseruaretur uel si predictae compulsionibus et pignorationibus non cessarent quod ipse ad predictas rediret sententias ut primitus promulgandas.

Secundus de pecunia integranda extorta ob hanc causam respondemus de hac pecunia integranda post inquisitionem tractandum. Petimus quod aperiat inquisitio et fiat restitutio de pecunia.

Tercius de fossadeira nunquam data uel danda. Respondemus fossadariam non exigi sed exercitum et nos sumus in quasi possessione exercitus exigendi unde dicimus ad ipsum nobis homines teneri.

Quartus de cautis et possessionibus suis liberis non diiudicandis per nos uel per nostros. suos iudices et habeat ecclesia omnia regalia nisi ubi pectatur calumpnia cum sint homines sui liberi ad alienum examen non uocandi. Respondemus post diligentem considerationem habendam quam ad hunc scrupulosum articulum respondendum.

Igitur articulus continebat quod meirinos a regno nostro amoueremus propter grauamina ecclesiis et monasteriis clericis religiosis colonis et seruientibus ipsorum ab eis illata. Respondemus meirinos a regno nostro amouendos non esse cum propter iusticiam in regno exercendam et propter deffensionem ecclesiarum et monasteriorum constituti sint sed ne dampna et grauamina inferant eis duximus inhiendum.

Quod nos iudices et superiudices nostri personas ecclesiasticas non solum in causis ciuilibus et criminalibus sed etiam in ecclesiasticis ad forum nostrum uocamus. Respondemus hoc fieri non debere sed actor iuxta legitimas ac canonicas santonas forum rei sequatur nisi in causibus a iure expressis.

Quod noue quintane facte super hereditatibus ecclesiarum monasteriorum et pauperum demolirentur. Respondemus quemlibet in solo proprio edificium construere posse nisi euidentis compareat malicia ut edificium in aliorum redundet preiudicium et grauamen quod petimus quod inquiratur.

Vt cancellariam moderemus cuius moderatio omnes tangit. Respondemus in eius cursu progenitorum nostrorum consuetudinem obseruandam nec ad uos spectare huiusmodi articulum questionis.

Quod ecclesie uactantes et alie que a longis temporibus et breuioribus prelatos habent occupantur per patronos et meirinos nostros. Respondemus iuxta canonicas sanctiones ecclesiarum uacancium custodiam ad episcopum pertinere. Vnde predictam occupationem fieri inhihemus sed quando a nobis facta fuit ob causam facta est ne res ecclesiarum ad ius patronatus nostrum spectantium ab inuasoribus occuparentur aut per incuriam deperirent. Non uactantes de facto nullatenus precipimus occupari sed cum eas uideramus ab aliquibus clericis occupatas igitur a patrono presentati non sint nec canonicè instituti ad eas personas ydoneas episcopo presentamus ad quem cause cognitio et intrusorum amocio et presentatorum institutio de iure dinoscitur pertinere.

Quod nos et iudices ac superiudices nostri cognoscimus de iure patronatus ecclesiarum. Respondemus hoc nos non facere nec a nobis fieri debere sed iuxta canonica statuta causa iuris patronatus ad solum iudicem ecclesiasticum pertinere.

Quod quibuscumque conquerentibus de uobis et de personis ecclesiasticis nos et superiudices et iudices nostri concedimus litteras contra uos et contra ecclesiasticas personas et eas suis possessionibus spoliantes. Respondemus hoc nec nos nec superiudices nostros nec iudices nostros facere immo semper sub conditione litteras concedimus ut si res sic se habet sic precipimus procedendum sed personas ecclesiasticas ad iudices ecclesiasticos decernimus remittendas nec contra eas precipimus laicos integrari nec personas ecclesiasticas spoliari non est sufficiens.

Quod meirini et portarii nostri ponunt incauta in ecclesiis rebus ecclesiasticis hereditatibus et cautis et in colonis. Respondemus in ecclesiis in personis quoque ecclesiasticis incauta fieri non debere. In hominibus uero ecclesiarum et colonis et in cautis inhienda nisi duntaxat cum regia edicta sub pena obseruanda promulgantur. Vt si quis latronem perdonem malefactorem aut Regis hostem occultauerit aut scienter receperit tale pecuniaria pena multetur aut quandocumque penam subeat corporalem.

Quod meirini faciunt petitiones de ganato et de denariis et de aliis rebus. Respondemus hoc ab eis non fieri et ab hiis petitionibus et uiolenciis extorsionibus eos penitus cohibendos.

Quod meirini faciunt exactiones et petitiones in regno et diuidunt eas cum riqis hominibus et renda ista maior est quam alia regalis. Respondemus eos ab illicitis exactionibus compescendos si qua uero sunt que de iure ad meirinatus officium spectant exigere non prohibeantur.

Quod nos excommunicatos non uitamus. Respondemus eos uitamus et semper uitabimus ut fidei catholice obseruatores et potestatis ecclesiastice defensores si nobis de excommunicatione constiterit ut si sint notorii aut denunciati.

Quod clerici innoti et indigni a uobis ad ecclesias ad ius patronatum nostrum spectantes nobis presentantur quos si ad institutionem non admittimus a uobis minas incurrimus et terrores. Respondemus quod eos quos uobis presentamus dignos reputamus quibus sciencie sufficiencia conuersationis merita et fame integritas suffragantur. Si quando uero uobis indignos per facti ignoranciam presentamus eos uestra examinet discretio quos si decreuerit repellendos equanimiter tolerabimus dummodo recusationis causas legitimas exprimatis et alios dignos uobis curabimus presentare nec uobis minas aut terrores ob hoc unquam incussimus aut incuiemus et indignorum promotio non simplicitati nostre sed uestro neglectui imputetur qui in oculo fratris festucam uidentes trabem in propriis oculis non uidetis.

Quod illi qui interfecerunt abbates priores clericos et monacos aut mutilauerunt ipso iure amiserunt ius patronatus eorundem monasteriorum et ecclesiarum ius patronatus in eis usurpant de facto. Respondemus eos filios et ceteros descendentes et nepotes ius patronatus in eisdem monasteriis et ecclesiis iuxta statuta canonica amisisse et ab eius usurpatione et ab usu penitus compescendos.

Quod obseruentur articuli iuramenti facti in Francia et articuli prouisionis domni Gregorii pape noni et domni Innocencii III presentis que continent articulos libertatis ecclesiastice et modos malefactorum regni. Respondemus hoc iuramentum hos articulos has prouisiones a nobis obseruanda esse dummodo in potestate nostra sint quare alioquin tenemur duntaxat in quantum facere possumus et dummodo non uergant in periculum anime nostre aut in magnum corporis detrimentum et saluo iure regni nostri iuxta continenciam iuramenti.

Quod predictum iuramentum et prouisiones publicentur per regnum ut sciantur a riqis hominibus et officialibus et iudicibus regni uestri. Respondemus sollepnem publicationem horum necessariam non esse sed hos articulos et prouisiones precipimus et precipiemus ab omnibus obseruari.

Quod nos non utimur sano consilio in detrimentum maximum omnium de regno et ex pluribus causis. Respondemus quod nos uti sano consilio uolumus et debemus et nobiscum peritos et fideles laicos et clericos collaterales habemus ad sana concilia exhibenda.

Quod moneta Legionis non tollatur de locis suis in quibus tempore progenitorum uestrorum semper concurrit quare si tollatur uerget in magnum dampnum uestrum et regni uestri. Respondemus utilius esse uniuersis

sis et toti regno unam monetam respondere quam plures et monete cursum ad solum nostrum imperium pertinere et iuxta prouisionem nostram et uoluntatis nostre arbitrium disponendum.

De malefactoria riquorum hominum. Respondemus eam corrigendam et penitus compescendam.

Quod faciunt riqui homines et milites alii se heredes unde uolunt et pausant et destruunt ecclesias et monasteria ad libitum suum. Respondemus hec nullatenus sustinenda sed corrigenda ac penitus extirpenda.

Quod simplex miles pausat in ecclesiis aut monasteriis cum decem uel pluribus militibus et quotiens sibi placet et stat in eis quantum uult. Respondemus militum prouisionem in ecclesiis aut monasteriis iuxta progenitorum nostrorum bonam consuetudinem moderandam nec ecclesiarum nec monasteriorum iniuriam tolerandam. Si tamen miles a minorum statu ad pinguiorem fortunam dedutus maiorem solito habeat comitatum dignum reputamus ut maiorem solito ab ecclesiis aut monasteriis cuius heres existat prouisionem recipiat cum in uita uel in morte ecclesiis aut monasteriis maiores donationes facere aut maiora legata relinquere possit dummodo maiorem comittatum non solitum sibi non adiungat in detrimentum monasteriorum et ecclesiarum.

Quod niuente patre aut matre auo uel auia et utentibus iure patronatus indebite filii et nepotes abutuntur etiam in duplo uel in triplo amplius eo iure. Respondemus cum iure hereditarie successionis filiis et nepotibus ius patronatus debeantur et in uita parentum in rebus hereditariis ipsorum potestatem non habeat nec usum eos in uita parentum uti iure patronatus bonis ecclesiasticis penitus compescendos nisi eis ex gratia offerantur.

Quod illegitimi ius patronatus et bonorum perceptionem ecclesiarum et monasteriorum indiffenter (*sic*) usurpant cum ad paternam hereditatem nullatenus admittantur. Respondemus quod filii illegitimi qui naturales sunt si non sunt ad paterne hereditatis successionem instituti ad ius patronatus et ad perceptionem bonorum ecclesiarum et monasteriorum nullatenus admittantur etiam cum iure successorio ex quo hec procedunt priuentur. Si uero fuerint a parentibus ad successionem hereditariam tanquam legitimi instituti a iure patronatus et dictorum bonorum perceptionem nullatenus excludantur cum ius patronatus eis cum iure hereditario concedi a parentibus censeatur. Si uero tantummodo donatione inter uiuos eis a parentibus aliqua hereditatis portio assignetur aut donatione causa mortis ei aliqua signata portio relinquatur a iure patronatus et dictorum bonorum perceptione nihilominus excludantur cum ex utraque donatione ius successorium et hereditarium non adquirent. Si uero sunt spurii cum a iure successorio et hereditario penitus sint exclusi ad ius patronatus et dictorum bonorum perceptionem nullatenus admittantur. Si uero sint extranei adoptiui ad hereditariam successionem instituti aut donatione inter uiuos aut causa mortis in eos collata recepti a iure patronatus et dictorum bonorum perceptionem nihilominus excludantur nec enim ex adoptione ius patronatus adquirent.

Petimus quod restituantur nobis possessiones nostre de Turribus Veteribus quas adquisiuimus exulando cum domno Rege et desudando in seruicio suo sine causá.

Quod destruuntur monasteria et ecclesie per petitiones pecuniarum cum non possint sufficere ad uictualia et annonam damda per omnia bona sua. Respondemus harum petitionum excessum moderandum et penitus corrigendum.

Quod ecclesie et monasteria sunt destructa per pausationes et prohibitiones frequentes et immoderatas Respondemus in hiis similiter moderandum et compescendum et prohibitiones nullatenus faciendas nec tenendas.

Quod milites recipiunt procuraciones tamquam episcopi. Respondemus hoc prohibendum.

Quod hereditates occupate tempore domni Sancii illustris Regis fratris nostri per uiolenciam retinentur adhuc a raptoribus pretextu iuris possessionis. Respondemus non obstante uiolenta possessione eas restituendas.

Quod qui parum uel nichil habent testamenti in ecclesiis uel monasteriis plura exigunt ab eis ea deuasantes quam qui amplius habent. Respondemus eos penitus compescendos et hanc bonorum perceptionem iuxta merita progenitorum ac iuxta bonorum ab eis in ecclesiis et monasteriorum (*sic*) collationem factam moderandam.

Quod riqui homines faciunt exactiones mirabiles de annona uino et aliis ab ecclesiis monasteriis et colonis. Respondemus hoc penitus compescendum.

Ad speciales uero articulos egitaniensis episcopi taliter duximus respondendum.

Primus continebat quod homines nostri capiunt homines clericorum ecclesiarum et res ecclesiasticas et ponunt clericos in uinculis eo contempto et irriquisito. Respondemus clericos ecclesias et res ecclesiasticas non debere subici iusticie seculari. Vnde clerici non sunt capiendi a laicis nisi de mandato et licencia sui superioris et in casibus a iure expressis ut cum in enormi delicto fuerint deprehensi tunc enim a laicis capi possunt tamen inductis clericis in testimonium et tunc ecclesiastice iusticie sunt tradendi.

Secundus quod compulimus homines ecclesie uenire ad murum et ad fossata et persoluere fossadarias et alias exactiones contra forum et cartam ei concessa et contra ecclesiasticam libertatem. Respondemus generaliter ut in responsione ad anuduas et fossadarias archiepiscopi tamen in hoc speciali articulo forum et cartam decernimus obseruanda.

Tertius quod accepimus cellaria ecclesie sue tam panis quam uini et magnam pecunie quantitatem. Res-

pondemus hec nos accepisse et conuertisse in utilitatem regni et ecclesiastice libertatis. Omnia tamen accepta ecclesie restituere promittimus.

Quartus quod homines nostri uiolant ecclesias et extrahunt inde homines contra ecclesiasticam libertatem. Respondemus libertatem ecclesiasticam conseruandam et per homines nostros homines quos tuetur ecclesia extrahendos non esse, quos uero ecclesia non tuetur ut sunt publici latrones, nocturni popullatores agrorum et qui contra ecclesie immunitatem de defensione ecclesie confidentes in ecclesia aut in cimiterio uel in eius limitibus emunitatem infringunt hos iura censent ab ecclesia extrahendos.

Quintus quod mandamus integrare aliquibus ecclesias per laicos ut in Azores. Respondemus hoc non fieri nisi ad comodum ecclesiarum et personarum ad eas presentatarum ut cum res ecclesiarum ab aliquibus detinentur per uiolenciam occupate.

Sextus quod contra constitutiones patris nostri et iura compulimus mulieres nubere inuitas. Respondemus quod cum libera debeant esse matrimonia id nunquam fecimus nec facere intendimus et fieri ab aliis inhibemus.

Septimus quod alcaldes et concilia episcopatus sui nobis mandantibus non tenent ecclesiam nec homines suos ad forum et cartam que eis a Rege concessa sunt per quas tota terra ipsa debet regi. Respondemus forum et cartam seruari debere et utriusque partis iura firmiter obseruari.

Ad speciales uero articulos colimbriensis episcopi taliter duximus respondendum.

Primus itaque articulus continebat quod homines nostri ponunt incauta et inhibitiones in cautis possessionibus et hereditatibus ecclesiarum et capiunt ibi homines et redimunt eos et si non inueniunt ibi homines quos capere uolunt accipiunt omnia bona sua ubicumque ea inueniunt. Respondemus incauta in hiis locis inhibenda nisi in regiis edictis homines malefactores ex iusticia capiendos nec contra iusticiam redimendos, bona ad ecclesias et earum predia spectancia non esse occupanda.

Secundus quod ab illis hominibus ecclesiarum qui tenentur ad exercitum ire pro uoluntate nostra exigimus immoderatissimam fossadariam contra cartas et foros suos. Respondemus hoc non esse uerum et exactiones esse moderandas iuxta necessitatem nostram et hominum facultates.

Tertius quod meirini et homines nostri per cauta et possessiones ecclesiarum pro libito suo accipiunt uitalia. Respondemus hoc inhibendum corrigendum et compescendum.

Quartus quod exigimus collectas nostras in pecunia pro libito nostro ubicumque simus. Respondemus procuraciones iuxta statutum et prouisionem per archiepiscopum et episcopos facta et concessa in numerata pecunia exigendas. Ad quod respondit archiepiscopus falsissimum esse et contra iuramentum de Francia.

Quintus quod si parrochiani uel aliqui de aliquo prelato dixerint nobis quod sit male uite facimus ipsum statim ecclesia spoliari. Respondemus hoc a nobis non fieri sed ad examen episcopi clericorum acusationes spectare.

Sextus quod mutiones et domos ecclesiarum destruimus sine aliqua rationabili causa. Respondemus hoc sine causa a nobis non fieri et a nobis sine causa rationabili fieri non debere.

Septimus quod barones et vassalli nostri hospitantur in cautis et possessionibus ecclesiarum cum graui dampno hominum et locorum. Respondemus a baronibus et vassallis nostris ex debito ex consuetudine ex malicia aut nocendi animo id fieri non debere, sed ex necessitate ut cum in illis locis non assunt hospicia aut cum temporis hora eos in hospiciis compellit recipi tunc enim opus humanitatis et pietatis absque locorum et hominum detrimento et eos a dampnorum illatione penitus compescendos.

Octauus quod ecclesias personas ecclesiasticas et bona ecclesiastica non defendimus ut tenemur. Respondemus semper eas et eorum bona defendimus prius et nunc et decernimus eas in posterum defendendas.

Nonus quod barones nostri pausant in possessionibus episcoporum et ecclesiarum et infrangunt domos et pignorant homines et pro libito suo accipiunt ibi quod uolunt. Respondemus eos ab hiis uiolentiis compescendos et eos ad infractarum domorum refectionem teneri.

Decimus quod barones faciunt pausas in domibus ecclesiarum cum vxoribus suis. Respondemus hoc cum uergat in detrimentum ecclesiarum fieri non debere.

Ad speciales uero portugalensis episcopi articulos taliter duximus respondendum.

Primus igitur articulus continebat quod cum nos teneamur ad exequendas sentencias episcopi licet ad hoc potestas nostra inuocetur tanquam brachium secularem non solum illud recusamus facere, sed etiam impedimus quod sentencie episcopi non sint modo aliquo fructuose. Respondemus episcopi sentencias semper defendimus et in posterum defendemus nec earum executionem prohibebimus nec impediemus quin fructum et efficaciam consequatur.

Secundus quod compulimus clericos emere monetam nostram contra consuetudinem aliorum regum, et quod est inauditum in hoc regno nihilominus eodem episcopo contradicente. Respondemus hoc factum fuisse propter utilitatem tocius regni comodo nostro proposito et de consensu omnium episcoporum quod episcopi dicunt non esse uerum.

Tertius quod compellimus ciues port. ire ad exercitum nostrum et petimus ab eis fossariam contra donationem proaue nostre illustris Regine domne Tarasie que dedit ipsam ciuitatem cum terminis suis et cautas ab omni iure regali ecclesie port. et extorquemus denarios a ciuibus port. occupando res suas et incutiendo eis minas et terrores. Respondemus non fossariam sed exercitum nobis ab eis deberi nec eam petimus sed exercitum nec extorsiones ab eis facimus terroribus neque minis.

Quartus quod promisimus ciuibus port. quod defenderemus eos contra eum. Respondemus in hiis tantum que de iure sunt eos ab iniuria defendemus.

Quintus quod exigimus indebitam procuracionem ab ipso contra donationem predictam et contra sentencias a romanis pontificibus latas et prouisiones super hiis et aliis promulgatas. Respondemus procuracionem indebitam non exigimus.

Sextus quod cum uenimus ad ciuitatem port. nostri per uiolenciam hospicia canonicorum et ciuium occupant quod nunquam factum fuit ab aliis regibus qui eum percessere et insuper sentencie sunt late pro ecclesia super hiis. Respondemus clericis et ciuibus super hospiciis uiolenciam fieri inhihemus. Clerici tamen et ciues in nostris hospitandis morem gerere debent.

Septimus quod facimus magnam moram in ciuitatem port. in dampnum ecclesie cathedralis. Respondemus hunc articulum proferendum non esse.

Octauus quod quando sumus in ciuitate port. nititur superiudex noster compellere ciues ecclesie sue coram eo agere et respondere. Respondemus non coram superiudice nostro eosdem ciues uocandos esse nisi cum per negligenciam iudicis eiusdem episcopi aut per appellatione ad nos eorum causa deuoluantur, quod archiepiscopus bracarenensis asserit fieri non debere.

Nonus quod portarius noster uult pignoraré in eadem ciuitate contra dictam donationem et sentencias super hiis latas. Respondemus id fieri non debere nisi propter negligenciam iudicis episcopi nolentis dare partibus iusticie complementum.

Decimus quod exigimus procuraciones siue collectas a monasteriis in ausencia nostra quod uidetur manifeste fieri contra legem paternam et contra instrumentum iuramenti firmatum per nos. Respondemus eas nos recipere cum transimus Doriúm iuxta statuta facta per archiepiscopum et episcopos propter idepnitatem monasteriorum que ex presencia nostra et nostrorum et pausatione possent suscipere dampna, quod archiepiscopus et episcopi contradicunt.

Vndecimus quod nos spoliauimus eum hereditate sua sita in termino de Pinello quam ecclesia portugalensis habuit a tempore fratris illustris Regis domni Sancii in pace et in quiete usque modo quam sibi restitui petit episcopus cum quingentis modis de pane quem inde nos accepimus et fecimus asportari. Respondemus hereditatem illam contra statuta progenitorum nostrorum emptam fuisse in detrimentum regni : tamen eam ad presens sibi restitui precipimus sine lesione cause nostre et saluo iure nostro quousque super emptione eius et iure causa discutiatur ad plenum.

Duodecimus quod spoliauimus eum heremitagio suo de Fremedo quod ad ipsum de iure spectat in cuius possessione antecessores sui fuerunt et ipse similiter usque modo. Respondemus si eum spoliauimus ipsum restituendum esse.

Tertius decimus quod milites per uiolenciam impediunt quod episcopus non possit iurisdictionem suam in ecclesiis exercere. Respondemus milites ab hac uolencia compescendos.

Quartus decimus quod meirini et alii homines nostri dicunt quod non darent pro excommunicatione paleam unam. Respondemus hanc intemeritatem reprimendam et excommunicationem ab omnibus obseruandam.

Quintus decimus quod nos ad dictum quorundam rusticorum simplicium quos pro inquisitoribus in terra ponimus spoliamus ecclesias et personas alias suis possessionibus prelati personis aliis et episcopo irrequisitis. Respondemus hoc nos non facere et fieri non debere, quod ad archiepiscopum et omnes episcopos clericos et religiosos.

II

O texto original desta lei, inserido no volume que nos resta da Chancellaria de Affonso III com a data de 24 de janeiro, apparece com a data de 14 do mesmo mez e anno na versão do Livro das Leis e Posturas, ao passo que as Ordenações de D. Duarte, errando-lhe o anno, conservam certa a data do mez e dia. Na copia que vem repetida a fol. 71 v. do Livro das Leis e Posturas a leitura da data é duvidosa entre 24 e 14. Ignoramos porque Ribeiro (Additam. á Synopse pag. 6) parece preferir como melhor a data de 14 de janeiro. Esta lei é evidente-

mente um resultado das côrtes de Guimarães, e porventura nada mais contém do que as resoluções sobre os agravamentos da nobreza, reduzidas á fórma legislativa.

1251—JANEIRO 24

Decretum Domini Regis

Era m.^a cc.^a lxxx.^a ix.^a xx.^a iii.^a die januarii dominus Rex Portugalie et comes Bolonie fecit cum consilio suorum riquorum hominum et suorum filiorum de algo tale encautum. In primis. Quicumque fuerit ad domum filii de algo ut faciat ei malum pectet domino Regi CCC morabitanos et sanet malum quod fecerit illi super quem fuerit ad domum, et hoc encautum pectet ille qui fuerit dominus de facto si habuerit per quod et si non habuerit per quod pectetur istud encautum domino Regi per omnes illos qui ibi cum eo fuerint. Item. Quicumque cortauerit vineam aut derribauerit domum pectet CCC morabitanos domino Regi et sanet dampnum domino suo. Item. Quicumque in assunata acceperit bouem aut uaccam pectet pro unoquoque domino Regi VI morabitanos et illi cuius fuerit quatuor morabitanos pro unoquoque. Item. Quicumque acceperit porcum pectet domino Regi III morabitanos et illi cuius fuerit II morabitanos. Item. Quicumque acceperit carnarium pectet domino Regi II morabitanos et illi cuius fuerit medium morabitanum. Item. Quicumque acceperit gallinam caponem cabritum anixerem aut leytonem pectet domino Regi pro unoquoque singulos morabitanos et illi cuius fuerit V solidos. Item. Quicumque ambulauerit camynum et uenerit ad aliquem locum ubi ei noluerint dare uendam uocet duos homines bonos qui apprecientur illud quod uoluerit comparare pro ad comedendum et paguet pro eo et accipiat eum, et si noluerint ei homines de loco appreciare ipse quod uiderit pro bono apprecietur et paguet pro eo et accipiat illud. Item. Quicumque acceperit alicui capam zuramen pellem aut aliquam uestem aut aliquod cooperimentum pectet ipsum in duplo usque ad nouem dies, et si illud non pectauerit remaneat in causimento de meirino et pectet mihi pro unoquoque II morabitanos. Item. Omnis laborator qui non fuerit lanzarius stet in páce et nullus mactet ipsum nec faciat illi malum pro homicidio domini sui, et siquis ipsum mactauerit aut ei malum fecerit pectet domino Regi CCC morabitanos et sanet ei malum quod ei fecerit. Item. Siquis mactauerit inimicum suum nichil accipiat illi de quanto ei inuenerit postquam ipsum mactauerit et quicumque ei aliquid acceperit pectet domino Regi CCC morabitanos et det illud quod acceperit ei suis debitoribus qui illud habuerint habere. Item. Omnia monasteria sint defensa et amparata per dominum Regem sicut fuerunt ante per autem suum et per patrem suum. Qui presentes fuerunt domnus Johanes Alfonsi. Domnus M. Garsie. Domnus F. Garsie. Domnus G. Garsie. Domnus Al. Lupiz. Domnus F. Lupiz. Domnus P. Laurencii. Gonsaluus Coronel. Gomecius Egee. R. Egee. R. Martini comendator de Tauara. Gomecius Corrigia. Jo. Corrigia. Fernandus Roderici Pacheco. P. Johanis de Portucareyro. Johanes de Auoyno. Vincentius Didaci et R. de Spino superiudices. Petrus Martini dictus superiudex. Valascus Fernandi. Godinus Phaphiat et R. Phaphiat et Suerius Phaphiat. Laurencius Suerii. Johanes Martini. Gomecius Fernandi. Al. Nouahes et Plagius Nouahes. Martinus Stephani. Johanes Garsie. Plagius Nuniz et Stephanus Nuniz et Stephanus Johanis cancellarius domini Regis Portugalie.

Liv. 1 de Doç. de Aff. III, fol. 4, no Archivo Nacional.

Stabeleçimento em como as casas dos filhos dalgo deuem seer guardadas e degreço como pectem per cada cousa que tomarem.

Era¹ de² mil³ e⁴ duzentos⁵ e⁶ oyteenta⁷ e⁸ IX⁹ anos¹⁰ XIII¹¹ dias¹² de¹³ janeiro¹⁴. Nosso¹⁵ senhor¹⁶ ElRey¹⁷ de¹⁸ Portugal¹⁹ e²⁰ conde²¹ de²² Bolonha²³ fez²⁴ com²⁵ consselho²⁶ de²⁷ seus²⁸ rricos²⁹ homeens³⁰ e³¹ de³² seus³³ filhos³⁴ dalgo³⁵ tal³⁶ encouto³⁷. Primeiramente³⁸ que³⁹ qualquer⁴⁰ que⁴¹ for⁴² a⁴³ casa⁴⁴ dos⁴⁵ filhos⁴⁶ dalgo⁴⁷ que⁴⁸ lhi⁴⁹ faça⁵⁰ mal⁵¹ peyte⁵² a⁵³ ElRey⁵⁴ trezentos⁵⁵ marauedis⁵⁶ e⁵⁷ saane⁵⁸ o⁵⁹ mal⁶⁰ que⁶¹ fezer⁶² aaquel⁶³ sobre⁶⁴ que⁶⁵ for⁶⁶ aa⁶⁷ casa⁶⁸. E⁶⁹ este⁷⁰ encouto⁷¹ peyte⁷² aaquel⁷³ que⁷⁴ for⁷⁵ senhor⁷⁶ do⁷⁷ feito⁷⁸ se⁷⁹ ouer⁸⁰ per⁸¹ que⁸². E⁸³ se⁸⁴ nom⁸⁵ ouer⁸⁶ per⁸⁷ que⁸⁸ peytemno⁸⁹ aquelles⁹⁰ que⁹¹ hi⁹² com⁹³ eles⁹⁴ forem⁹⁵. Item⁹⁶ quem⁹⁷

38 En primeiramente
44 cas

162 a 178 e cuio for meio marauedi.
190 anssara

N.º 4.

Como ElRey tauou as vyandas e as outras cousas que cada huum comprase pera comer.

1 a 12 Era de mil e trezentos e dez anos vinte e quatro dias
25 e 26 concelho
34 e 35 fidalgos
38 a 40 E primeiramente quem quer
43 de
49 lbes.

55 quatrocentos
58 saará
64 e 65 que
67 a
78 a 82 feito.
91 e 92 que

Hujus rei gratia, etsi in legum generalium editione ab incepta methodo non destitimus; in foralibus, seu chartis institutionis municipiorum a repetitionibus minus temperabimus. Cum vero unius municipii forale alii concessum fuerit, nulla ibi reperta conversione, nec in doctrina, nec in verbis, praeterquam inter aequalia, ejusdemque significationis, quod etiam notabimus, ab eorundem diplomatum vana et inutili repetitione merito abstinendum erit.

Super multis antiquorum foralium, quae, quoniam in posterioribus confirmationibus, praecipue sub *Alphonso II* concessis, descripta fuerant, ad nos pervenerunt; prior nobis sententia placuit, foralia tantum describere, omissis confirmationibus, praeter unam vel alteram in usitatae tunc temporis formulae exemplum. Postea demum utilius nobis visum est, hasce confirmationes una cum foralibus publici juris facere; quod ibi reperitur et temporis et loci, in quibus populo immunitates a rege confirmatae sunt, ratio, et praesulum, magnatum (ricos homens), regionumque administratorum nomina, qui regem aulamque comitabant; quod certe politicae illius aetatis historiae interesse poterit; quae praeterea confirmationes, si hoc in loco praetereundae essent, alibi merito in lucem exire nequirent.

Autographa, quaecumque reperta, prae aliis secuti sumus : non repertis vero, apographa, quantum fas, authentica amplexi; non tamen illis alia ejusdem, aut valde proximae aetatis, ac non reperta autographa, etsi non authentica, supposuimus, quotiescumque illa descripta fuerunt duo aut plura post saecula, ex quibus nihilominus lectiones varias semper deduximus.

Municipales demum hic collectae chartae, laborioso sane opere, diuturno et iterato studio ac sollicitudine per omnia publica regni archiva, et etiam municipalia, et ecclesiastica cathedralium capitulorum, collegiatarumque, et monachalia, per tabularia, scrinia, chartophilacia, quocumque denique aliquid inveniendi spes ducebat, perquisitae fuere. Primaevae ex foralibus perpauca credimus huic deesse collectioni; et nulla forsitan deessent, nisi canonicorum capitula *Portucalensium, Bracarensium, Lamecensium, Vimaranensisque collegiatae tenaci et ignobili insipientia* administri

regii aspernantia repetitum jussum varia hujusmodi documenta Academiae examini et studio recusarent. Minus tamen miranda haec canonicorum inscia recusatio, quam regiorum administratorum in perferenda supremae auctoritatis injuria et contemptu segnis inertia.

Cum itaque tam clericalis recusatio, quam administratorum negligentia tertiae divisionis Monumentorum editioni (Diplomata et Chartae) peculiariter officient; an, ex eadem causa, antiquorum foralium aliqua nobis hinc desint, aut non, dubitare licet; praecipue cum in duobus illorum archivorum non pauca exstent magni ad hoc opus praetii diplomata.

Non aliud ergo consilium Regia Scientiarum Academia capere potuit, quam, a quacumque negligentiae et imperfectionis nota seipsam purgans, hanc jamdudum spectatam secundae divisionis Monumentorum partem in publicum expromere.

S. JOHANNES DE PISCARIA, PENELLA, PAREDES, LINARES, ANSILIANES

S. JOÃO DA PESQUEIRA, PENELLA, PAREDES, LINHARES, ANCIÃES

1055—1065

Omnium foralium intra Portugaliae fines concessorum, quorum ad nos memoria pervenerit, antiquius est subsequens hoc a Ferdinando I, Magno cognominato, quinque castris, seu pagis praesidio munitis, per tractus Portugalensis provinciae ab ipso bello captos, concessum. Nec aliud ex Portugaliae foralibus est, in quo, non unum tantum singulatim, sed plura simul communi unico diplomate municipia constituentur: unde credendum, singulam unicuique eorum quinque castrorum probabiliter datam chartam unius hujus diplomatis apographum fuisse: nullius tamen earum primaeum manet exemplar; quaeque supersunt, descripta inveniuntur in confirmationibus a Portugaliae regibus factis post defectionem a Legionensi regno. Et licet hoc diploma ad quinque divisim municipia spectet; ideoque ad unumquodque relatum singulare putandum; nobis nihilominus ab iteranda descriptione abstinere placuit; et quod textus, praeter lectiones varias a librariis successive inductas, idem fere sit; et quod unico hoc diplomate quinque illa municipia, ut nuper animadversum, constituta fuerint. Non pauca supersunt apographa authentica, aut saltem ante XV saeculum descripta: duo scilicet foralis concessi oppido Sancti Johannis de Piscaria, quatuor Penellae, tres Paredes, quatuor Ansilianes; desunt praeterea exemplaria diplomatis ad Linares missi; quia forsitan huic oppido novum et diversum forale, deficiente vel oblitterato primordiali, datum fuerit post hujus regni a Legionensi defectionem. Omnium vetustius est forale Penellae, videtur enim originalis Alphonsi I confirmatio; textum proinde ad hanc editionem supeditabit; alia vero permultas lectiones varias, quarum numerus in hujus foralis editione methodum illam verba numeris notandi, in generalibus legibus edendis adhibitam, iterum arripere aut cogit, aut suadet. Hic denique indicare expedit ubi in Publico Archivo (Torre do Tombo) et quomodo invenienda sint haec diplomata, quorum ordinem, secundum uniuscujusque authenticam praestantiam, vel suae vetustatis, litteris ordinalibus romanis numerabimus. Penellae foralis exemplaria manent: I (quod textum supeditavit) M. 8 Foral. Antiquor. N.º 5; —II, M. 8 Foral. Antiquor. N.º 3; —III, Lib. Foral. Antiquor. S. Crucis Conimbric.; —IV, M. 12 Foral. Antiquor. N.º 3. = Sancti Johannis de Piscaria: I, M. 8 Foral. Antiquor. N.º 4; —II, in Lib. 1 Donationum (de Doações) Alphonsi III. = De Paredes: I, M. 9 Foral. Antiquor. N.º 12; —II, in Lib. Foral. Antiquor. S. Crucis Conimbr.; —III, M. 12 Foral. Antiquor. N.º 3. = Ansilianis: I, M. 9 Foral. Antiquor. N.º 7; —II, in Lib. Foral. Antiquor. S. Crucis Conimbr.; —III, M. 12 Foral. Antiquor. N.º 3; —IV, in Lib. Donat. Alph. III.

In¹ nomine² patris³ et⁴ filii⁵ et⁶ spiritu⁷ sancti⁸ amen⁹. Ego¹⁰ infans¹¹ domnus¹² alfonsus¹³ bone¹⁴ memorie¹⁵ magni¹⁶ adefonsus¹⁷ imperatoris¹⁸ Inspanie¹⁹ nepos²⁰ comitis²¹ Henrrici²² et²³ regine²⁴ tarasie²⁵ filius²⁶ desiderans²⁷ iusticiam²⁸ et²⁹ uolens³⁰ sequi³¹ memoriam³² et³³ precepta³⁴ parentum³⁵ meorum³⁶ scilicet³⁷ regis³⁸ domni³⁹ fernandi⁴⁰ et⁴¹ alfonsi⁴² filii⁴³ eius⁴⁴ quos⁴⁵ scimus⁴⁶ iusticiam⁴⁷ et⁴⁸ ueritatem⁴⁹ regere⁵⁰ in⁵¹ omnibus⁵² hominibus⁵³ et⁵⁴ diligere⁵⁵ et⁵⁶ extrematuras⁵⁷ amplificare⁵⁸ et⁵⁹ cum⁶⁰ bono⁶¹ foro⁶² fiducialiter⁶³ populare⁶⁴. Illam⁶⁵ uero⁶⁶ iusticiam⁶⁷ et⁶⁸ forum⁶⁹ que⁷⁰ bisauus⁷¹ meus⁷² rex⁷³ domnus⁷⁴ fernandus⁷⁵ dedit⁷⁶ sancto⁷⁷ iohanni⁷⁸ de⁷⁹ pescaria⁸⁰

Penella	S. Johannes de Piscaria	Paredes	Ansilianes
7 spiritus	II, III	7 spiritus	I, II, III, IV
17 Alfonsi	II, III, IV	7 spiritus	II, III
19 Hispanie	II, III, IV	11-56 rex Alfonsus bone memorie uolo iusticiam diligere et meas	I, II, III, IV
22 Anrici	III, IV	80-122 Pesqueyra. Illud uero forum eidem concedo et confirmo euo perhenni	II, III
34 preceptum	III, IV		II, III
80 Piscaria	II, III, IV		II
		1 In dei	
		7 spiritus	I, III
		62-63 fiducialiter foro	I
		80 piscaria	I
		80 Pesqueira	II, III

nisi⁹³³ exquisicione⁹³⁴ directa⁹³⁵ et⁹³⁶ si⁹³⁷ non⁹³⁸ inuenerint⁹³⁹ exquisicione⁹⁴⁰ salue⁹⁴¹ se⁹⁴² cum⁹⁴³ iuramento⁹⁴⁴ et⁹⁴⁵ lide⁹⁴⁶ per⁹⁴⁷ uoluntatem⁹⁴⁸ de⁹⁴⁹ ambos⁹⁵⁰ intentores⁹⁵¹. Et⁹⁵² terminum⁹⁵³ de⁹⁵⁴ penella⁹⁵⁵ per⁹⁵⁶ rio⁹⁵⁷ et⁹⁵⁸ per⁹⁵⁹ costoias⁹⁶⁰ et⁹⁶¹ per⁹⁶² uale⁹⁶³ de⁹⁶⁴ piisco⁹⁶⁵ et⁹⁶⁶ fer⁹⁶⁷ in⁹⁶⁸ rio⁹⁶⁹ torto⁹⁷⁰ et⁹⁷¹ inde⁹⁷² pala⁹⁷³ damendoas⁹⁷⁴ et⁹⁷⁵ per⁹⁷⁶ monte⁹⁷⁷ furado⁹⁷⁸ et⁹⁷⁹ fer⁹⁸⁰ in⁹⁸¹ carapito⁹⁸² et⁹⁸³ inde⁹⁸⁴ in⁹⁸⁵ tauara⁹⁸⁶. Ego⁹⁸⁷ inclitus⁹⁸⁸ rex⁹⁸⁹ alfonsus⁹⁹⁰ et⁹⁹¹ suo⁹⁹² filio⁹⁹³ rex⁹⁹⁴ sancius⁹⁹⁵ in⁹⁹⁶ hanc⁹⁹⁷ kartam⁹⁹⁸ cum⁹⁹⁹ omnibus¹⁰⁰⁰ supranominatis¹⁰⁰¹ foris¹⁰⁰²

Penella	S. Johannes de Piscaria	Paredes	Ansilanes
934-935 exquisicionem directam III, IV	939 inuenerit I, II	939 uenerit I	934-935 exquisicionem directam II, III
939-941 inuenerit exquisicionem saluet II, III, IV	941 saluet I, II	939-941 inuenerit exquisicionem saluet II, III	939-941 inuenerit exquisicionem saluet II, III
950-951 ambos. II, III, IV	949-1052 amborum. Et mando quod non respondeant sine rancuroso. Et Ego supranominatus donnus Alfonsus dei gratia Rex Port. et Comes Bolon. presentem cartam de foro quam Bisauus meus Rex donnus Alfonsus bone memorie dedit et concessit populatoribus sancti Johannis de Piscaria presentibus et futuris concedo eis et confirmo per istam meam cartam apertam quam eis feci fieri et mei sigilli munimine communiri. Que fuit facta apud Gardiam kalendas septembris Era m. ^a cc. ^a lxxx. ^a quarta. Donnus Gonsaluu garsie tenens terram de Neua signifer Curie — Donnus Egidius martini maiordomus Curie — Donnus Alfonsus teliz tenens terram de Bragancia — Donnus Andreas fernandi tenens terram de ripa Minii — Donnus Alfonsus lupi tenens terram de Sausa — Donnus Didacus lupi tenens terram de Lameco — Donnus Martinus egidii tenens terram de Beyria — Donnus Petrus poncii tenens Bayam — Menendus roderici tenens Mayam. Donnus Martinus Archiepiscopus Bracarenensis — Donnus Arias Episcopus Vlixbonensis — Donnus Egeas Episcopus Colimbriensis — Donnus Julianus Episcopus Portugalensis — Donnus Rodericus Episcopus Egitanensis — Donnus Martinus Episcopus Elborensis — Donnus Egeas Episcopus Lamecensis — Donnus Matheus Electus Visensis. Donnus Johannes de Auoyno test. — Donnus Menendus suerii de Merloo test. — Donnus Johannes suerii conilius test. — Donnus Egeas laurenzii de Cunia test. — Rodericus petri de spino, Pelagius pelagii, superiudices testes. Donnus Stephanus iohannis Cancellarius — Andreas simeonis Notarius Curie scripsit. I, II	948-951 uoluntate de ambos. II	940-941 exquisicionem saluet I, IV
957 rium tortum III, IV		949-1052 danbos ententores. Et de nulla calumpnia non respondeatis sine rancuroso. Isti sunt termini de paredes, diuidit com fonte arcada per ponte uetera comodo intrat aqua de gauielo deinde per cabeça de torgaes deinde per cabeça de ontre ualle de eruedosa et ripario que uenit de machanaria deinde per cabeça que est inter machenaria et messorum deinde per castellum de carapito deinde per lagenam que est inter aluito ferrario et petro rubo deinde como uadit ad lagenam de porta de tauarelas deinde diuidit cum Penelle deinde per nido de grou. Deinde per capud da coruaceyra. Deinde como uadit ad castineyra. Deinde ad capud de agieyra deinde diuidit cum treuoes per lagenam que est sutus mulinum de Petro petriz deinde per cabeça de lintilaes. Deinde per capud de catiua como uadit ad uiti. Deinde como uadit ad souereyro pando. Deinde como uadit ad ripario de brumaes et intra in tauara ad ponte de fumo. Deinde como uadit per cimam de Tauara desuper ponte uetera usque in gauielo. Ego Rex Sancius una cum uxore mea Regina dona dulcia et filii et filibus meis in hanc cartam cum hominibus supranominatis foris amando iusticiam firmiter proprias manus roboramus. Facta carta viii. ^o idus Aprilis sub Era m. ^a cc. ^a xxx. ^a vi. ^a	948 uoluntate IV
963 ualem II, III, IV		950-951 ambos. III	948-953 uoluntate de ambos. Terminum II, III
967-970 ferit in rium tortum II, III, IV		953-986 paredes diuidit per pelagus desuper pontem ueteram de tauara quomodo uadit per cabeça de torgaes et cum funtarquada et ex alia parte per cabezina de fundo de eruedosa et exinde per castellum de carapito et per lagena que est inter petro rubo et aluito ferreiro et diuidit per lagena de porto de tauarela quomodo diuidit cum pena de dono et cum penela quomodo uadit ad niu de grou et per caput de coruaceira et per castineira uetera de britelo et per cabeça de agineira et cum treuones et per lagenam de subtus molendinum de Petro petri et per catiua et exinde per uide et diuidit cum fratribus aqua discurrente per lumbo de inter paredela et spiosam et per en festa de paacioo quomodo uadit ad tauaram. II, III	948-953 uoluntate de ambos. Terminum II, III
973-980 in pala de amendoas et per montem furadum et ferit II, III, IV		992-993 filius meus II, III	955-1052 Ansinanes ¹ per littore Dorio de cabeça de requeixo usque in fraga de aziam ² et per portela de mauro usque in cima de ualle de torno cum suas teleiras usque in cruce de frexinel ³ . Ego inclitus Infans donnus Alfonsus hanc cartam cum omnibus supranominatis foris amando iusticiam firmiter propria manu roboro. Qui presentes fuerunt et confirmauerunt, Comes donnus Rodericus — Egas moniz — Geda melendiz — Melendus moniz — Ermigius uenegas — Melendus fernandiz — Suario melendiz. Petrus roxo ⁴ notarius infans notuit. Et non respondeatis sine rancuroso. Ego Alfonsus II. ^{us} dei gratia Rex una cum uxore mea Regina donna Vrraca et filiiis nostris Infantibus domno Sancio et ⁵ domno ⁵ Alfonso ⁵ et domno Fernando et donna Alionor roboro et confirmo uobis populatoribus de Ancianes cartam illam quam aus meus Rex donnus Alfonsus excellentissime ⁶ memorie ⁶ uobis fecit cuius carte tenor in hac pagina uerbo ad uerbum continetur: et concedo uobis forum quod ipse uobis dedit. Et ut concessio et confirmatio mea maius robur obtineant et ut ues per uestram cartam et per uestrum forum semper sitis iudicati et quod nemini sit licitum uos de uestra carta et de uestro foro deitare precepi fieri istam cartam et meo sigillo plumbeo communiri, que fuit facta apud Vimaranes Mense Aprili Era m. ^a cc. ^a l. ^a vii. ^a Ego Rex donnus Alfonsus et Regina uxor mea et filii nostri supranominati qui hanc cartam confirmationis fieri precepimus coram subscriptis eam roborauimus et in ea hec signa apponi fecimus ++++++. Qui affuerunt, Donnus Martinus iohannis signifer domini regis conf. — Donnus Petrus iohannis maiordomus curie conf. — Donnus Gonsaluu menendiz conf. — Donnus Gil ⁷ ualasquiz conf. — Donnus Rodericus menendiz conf. — Donnus Garsia menendiz conf. — Donnus Valascus menendiz conf. — Donnus Petrus garsie conf. — Donnus Martinus petriz conf. — Donnus Poncius alfonsi conf. — Donnus Lopus alfonsi conf. — Petrus garsie, Martinus petri, Petrus petri, testes — Donnus Stephanus Braccarensis archiepiscopus conf. — Donnus Martinus Port. episcopus conf. — Donnus Petrus Colimbriensis episcopus conf. — Donnus Suarius Vlixbonensis episcopus conf. — Donnus Suarius Elborensis episcopus conf. — Donnus Pelagius Lamecensis episcopus conf. — Donnus Bartholomeus Visensis episcopus conf.
992-993 filius meus II, III, IV		999-1008 subscriptis manus nostras imponimus et eam firmiter roboramus. II, III	
1002 coram subscriptis manus nostras imponimus et eam firmiter roboramus. II, III, IV			

1 Ancianes II, III, IV
 2 Aziam II, III
 3 freixenel. II, III
 4 freyxinel IV
 4 royo IV
 5 deest IV
 6 excellentissime II, III
 7 Egidius II, III

amando¹⁰⁰³ iusticiam¹⁰⁰¹ firmiter¹⁰⁰⁵ propria¹⁰⁰⁶ manu¹⁰⁰⁷ **ROBORAMUS**¹⁰⁰⁸. Et¹⁰⁰⁹ non¹⁰¹⁰ respondeatis¹⁰¹¹ sine¹⁰¹² rancuroso¹⁰¹³. Qui¹⁰¹⁴ presentes¹⁰¹⁵ fuerunt¹⁰¹⁶ et¹⁰¹⁷ confirmauerunt¹⁰¹⁸ Comes¹⁰¹⁹ uelascus¹⁰²⁰ test.¹⁰²¹ — Gundisalu¹⁰²² uenegas¹⁰²³ test.¹⁰²⁴ — Velasco¹⁰²⁵ fernandiz¹⁰²⁶ test.¹⁰²⁷ — Episcopo¹⁰²⁸ de¹⁰²⁹ lameco¹⁰³⁰ test.¹⁰³¹
Et¹⁰³² qui¹⁰³³ uoluerit¹⁰³⁴ irrumpere¹⁰³⁵ que¹⁰³⁶ in¹⁰³⁷ ista¹⁰³⁸ karta¹⁰³⁹ iacet¹⁰⁴⁰ sit¹⁰⁴¹ maledictus¹⁰⁴² et¹⁰⁴³ excomunicatus¹⁰⁴⁴ et¹⁰⁴⁵ cum¹⁰⁴⁶ iudas¹⁰⁴⁷ traditore¹⁰⁴⁸ in¹⁰⁴⁹ inferno¹⁰⁵⁰ sit¹⁰⁵¹ damnatus¹⁰⁵².

Penella

1020–1031 domnus Valascus conf. — Gundisaluus uenegas conf. — Valascus fernandiz conf. — Episcopus Lamecensis conf. II, III, IV
1040 iacent II, III, IV
1047 iuda II, III, IV
1050 infernum II, III, IV
1052 dampnatus.

Ego Alfonsus¹ dei gratia Portugalen. Rex una cum uxore mea Regina domna Vrraca et filiis² meis² Infantibus domno Sancio et domno Alfonso et domna Alionor concedo et confirmo uobis populatoribus de Penela istam cartam et istud forum quod uobis dedit auus meus excellentissime memorie Rex domnus Alfonsus. Et ut hoc meum factum in perpetuum firmissimum robur optineat³ precepi fieri istam cartam et eam feci meo sigillo plumbeo communiri. Facta karta⁴ mense Octobris Era m.^a cc.^a l.^a v.^a
*Nos supranominati qui hanc cartam fieri iussimus coram subscriptis eam roborauimus et in ea hec signa fecimus + + + + +.

Qui affuerunt, Domnus Martinus iohannis signifer domini Regis, Domnus Petrus iohannis maiordomus curie, Domnus Laurencius suarii, Domnus Gomecius suarii, Domnus Gil ualasquiz, Domnus Fernandus fernandiz, Domnus Johannes fernandiz, Domnus Rodericus menendiz, Domnus Poncius alfonsi, Domnus Lopus alfonsi, conf. — Vincencius menendiz, Martinus⁵ petriz⁵, Petrus petriz, testes.

Domnus Stephanus Bracarensis Archiepiscopus, Domnus Martinus Portugalensis episcopus, Domnus Petrus Colimbriensis episcopus, Domnus Suarius Vlixbonensis episcopus, Domnus Suarius Elborensis episcopus, Domnus Pelagius Lamecensis episcopus, Domnus Bartolomeus Visensis episcopus, Domnus Martinus Egitaniensis episcopus, conf. — Magister Pelagius cantor Port., Petrus⁶ garsie⁶, Johannes⁶ pelagii⁶, test.

Gunsaluus menendi cancellarius curie⁷ — Fernandus⁸ suarii⁸ scripsit.⁸ II

In aliis exemplaribus ejusdem soralis inuenimus lectiones varias chartae confirmationis, quae sequuntur.

- | | |
|------------------------------|---------|
| 1 Alfonsus II. ^{us} | III, IV |
| 2 filiis nostris | III |
| 2 filii mei | IV |
| 3 obtineat | III, IV |
| 4 carta apud Troncosum | III, IV |
| “ haec desunt | III, IV |
| 5 deest | III, IV |
| 6 desunt | III, IV |
| 7 curie confirmat. | III, IV |
| 8 deest | III, IV |

Paredes

1017–1031 Comes domnus Valascus conf. — Gunsaluus uenegas conf. — Valascus fernandiz conf. — Episcopus Lamecensis conf. II, III
1035 dirumpere II, III
1040 iacent II, III
1047 iuda II, III
1049–1052 sit dampnatus in inferno. II, III

Ego Alfonsus II.^{us} dei gratia Port. Rex una cum uxore mea Regina Vrraca et filiis nostris infantibus dono Sancio et dono Alfonso et dono Fernando et dona Alionor roboro et confirmo uobis populatoribus de Paredes cartam illam quam pater meus Rex domnus Sancius excellentissime uobis fecit cuius carte tenor in hac pagina uerbo ad uerbum continetur. Et concedo uobis forum quod ipse uobis dedit. Et ut concessio et confirmatio maius robur optineat et ut uos per uestram cartam et per uestrum forum semper sitis iudicati et quod nemini sit licitum uos de uestra carta et de uestro foro deitare precepi fieri istam cartam et meo sigillo plumbeo comuniri. Que fuit facta apud Vimaranes iiii.^o die iunii Era m.^a cc. l. vi. Ego Rex donus Alfonsus et Regina uxor mea et filii nostri supranominati qui hanc cartam confirmationis firmiter precepimus coram subscriptis eam roboramus et in ea hec signa aponi fecimus.

Qui affuerunt, Donus Martinus iohannis signifer domini regis conf. — Donus Petrus iohannis maiordomus curie conf. — Donus Gonsalus menendi conf. — Donus Egidius ualasqui conf. — Donus Garcia menendi conf. — Donus Rodericus menendi conf. — Donus Valascus menendi conf. — Donus Petrus garcie conf. — Donus Martinus petri conf. — Donus Poncius alfonsi conf. — Donus Lopus alfonsi conf. — Martinus petri conf. (sic) — Petrus garcie conf. (sic) — Johanus conf. (sic)

Donus Stephanus Bracarensis archiepiscopus conf. — Donus Martinus Portugalensis episcopus conf. — Donus Petrus Colimbriensis episcopus conf. — Donus Suarius Vlixbonensis episcopus conf. — Donus Pelagius Lamecensis episcopus conf. — Donus Bartolomeus Visensis episcopus conf.

Paredes

copus conf. — Donus Martinus Egitaniensis episcopus conf. — Magister Pelagius cantor Port. test. — Vincencius menendi test. — Petrus petri test.

Dominicus petri scripsit. I
Ego Alfonsus II.^{us} dei gratia Port. Rex una cum uxore mea Regina domna Vrraca et filiis nostris Infantibus domno¹ Sancio¹ et¹ domno Alfonso et domna Alionor cartam² hanc² et istud forum quod auus meus Rex domnus Alfonsus excellentissime memorie fecit et concessit populatoribus de Sauto tam presentibus quam futuris concedo eis et confirmo per hanc cartam quam feci fieri et meo sigillo plumbeo communiri. Que fuit facta apud Sanctaren iiii.^o die Februarii Era m.^a cc.^a l.^a vi.^a Ego et uxor mea et filii nostri supranominati qui hanc cartam fieri precepimus coram subscriptis eam roborauimus et in ea hec signa fecimus + + + + +.

Qui affuerunt, Domnus Martinus iohannis signifer domini³ regis conf. — Domnus Petrus iohannis maiordomus curie conf. — Domnus Laurencius suarii conf. — Domnus Johannes fernandiz conf. — Domnus Fernandus fernandiz conf. — Domnus Gomecius suarii conf. — Domnus Gil ualasquiz conf. — Domnus Rodericus menendiz conf. — Domnus Poncius alfonsi conf. — Domnus Lopus alfonsi conf. — Domnus Stephanus Bracarensis archiepiscopus conf. — Domnus Martinus Portugalensis episcopus conf. — Domnus Petrus Colimbriensis episcopus conf. — Domnus Suarius Vlixbonensis episcopus conf. — Domnus Pelagius Lamecensis episcopus conf. — Domnus Bartolomeus Visensis episcopus conf. — Domnus Martinus Egitaniensis episcopus conf. — Magister Pelagius Cantor Port. test. — Petrus garsie test. — Vincencius menendiz test. — Johannes petri test. — Petrus petri test. — Johanninus test. — Gunsaluus menendiz Cancellarius curie. II, III

- | | |
|---------------|-----|
| 1 deest | III |
| 2 hanc cartam | III |
| 3 deest | III |

SANCTA-HERENA

SANTAREM

1095

In cathedralis Conimbricensis ecclesiae tabulario servata fuisse et diploma, quod primordiale videtur Scalabitani oppidi sorale ab Alphonso VI, Legionensi rege, concessum; et ejusdem apographum, quod a chirographario litterarum genere, scripturaeque forma referendum ad

dimidium usque XII saeculi credimus. Duo haec documenta in Publicum Archivum recepta sunt; ibique servantur. Et quod non satis constat, tametsi videatur, primum illud diploma primordiale esse autographum, ad illius textum lectiones varias apographi adjungere placuit.

In nomine dei uiui atque redemptoris mundi piissimi atque inuictissimi miseratoris et humani generis redemptoris¹ filii eius ihesu christi ex² ambobus procedens³ spiritus sanctus⁴. Omnibus hominibus modernis namque⁵ et futuris loquor, et ut mansuete que dicuntur audiatis deprecor uerba enim sunt domini nostri imperatori⁶ alfonsi. Certum namque uobis est qualiter omnipotens dominus non meis meritis neque uirtutibus sed propria uoluntate sicut ipse uoluit tradidit ciuitatem sancte herene in manibus meis quod incredibile ab omnibus aliquando erat. Quam ego letanter uolens christianis populare⁷ ut in ea maximus⁸ nomen christi honoraretur⁹ matrisque eius uirginis marie spondit¹⁰ omnibus christianis in ea habitantibus me facturum in¹¹ eis¹¹ consuetudinem¹¹ cartam¹¹ ad honorem omnipotentis dei et sancte marie uirginis pro remedio anime mee uel parentum meorum sicut et facio et peractum confirmo. Ego enim gratia dei imperator¹² alfonsus uobis omnibus christianis in sancta herena commorantibus huiusmodi facio scripturam ut habeatis uestras cortes et omnes uestras hereditates iure hereditario uos et omnis posteritas uestra. Et si aliquam gentem¹³ de quacumque parte non habueritis hereditatis de ea aliquem hominem quemcumque uolueritis uel offeratis ea alicui monasterii¹⁴. Etiam et de homicidio uel de quacumque calumnia seu liuore si contingerit inter uos non parietis plusquam quintam partem. Sed si aliquis iniuste absque aliquo facto occiderit iudeum ita ut omnis ciuitas per exquisita¹⁵ ueritate¹⁵ quod iniuste occiderit eum pariat totam calumniam usque ad sumum. Quod si causa eueniente quod non sit uoluntas eius occiderit eum et per exquisitionem ueram quod non fuerit uoluntas eius mortem¹⁶ illius¹⁶ pariat quintam partem homicidii. Qui enim¹⁷ furtum fecerit pariat usque ad summum calumniam partem regis et illi cui fuerit¹⁸ furtum duplet. Illi uero qui aliquam calumniam fecerit ducatur ante maiores ciuitatis et per exquisita ueritate secundum certitudinem¹⁹ pariat quintam partem regis excepto²⁰ quod²⁰ compleatur²⁰ usque²⁰ ad²⁰ summum²⁰. Si autem²¹ calumniam²¹ aliquam²¹ contingerit inter uestros homines de uestras uillas proprias omnis calumnia sit uestra. Maurum si quis occiderit uel mortem illius celauerit per certa exquiritione meliorum ciuitatis mittant illum homicida²² in potestate regis ut faciat de eum²³ secundum suam uoluntatem. Adhuc autem si transmutare se quesierit²⁴ aliquid²⁴ ad alias terras siue²⁵ in²⁵ francia²⁵ uel²⁵ in²⁵ castella²⁵ uel²⁵ in²⁵ quacumque²⁵ terra²⁵ habeat suam²⁶ hereditatem²⁶ in sancta herena tota²⁷ et adhuc si comparare potuerit altera²⁸ habeat ille et suos²⁹ filios²⁹ uel²⁹ suos²⁹ nepotes et si filios non habuerit suos³⁰ propinquos³⁰ aut si quesierit uendat donet faciat de ea suam uoluntatem. Et teneatis has hereditates laboratas et bene populatas de militibus³¹ qui seruiant domino³² sancte³² herene³². Hoc facio uobis propter seruitium bonum quod³³ michi fecistis et adhuc facietis. Etiam et adhuc supponimus ut si alicui dixerit occidisse maurum et ille se testauerit quia non sum factor huius criminis alius uero dixerit quia tu fecisti et inter omnes exquirere non poterint³⁴ ueritatem et defendere se uoluerit per unas armas secundum hoc iudicium, et si factor fuerit mittant illum in potestate regis sicut iam dictum est³⁵ superius³⁵. Mortem uero alicui si euenierit et equum³⁶ uel loriam regis³⁷ tenuerit ante eum presentetur. Si illum³⁸ non³⁸ tenuerit³⁸ aliquid³⁸ ab³⁸ illo³⁸ et³⁸ suum³⁸ proprium fuerit³⁹ licitum est homini mortuo donandi cui⁴⁰ uoluerit. Omnes has uero⁴¹ consuetudines confirmo uobis et omni progenie uestre ut sint firmissime im perpetuum. Quod si ego aut aliquid⁴² ex meis uel extraneis hoc⁴³ testamenti certitudinem quod⁴⁴ ego sponte decreui destructor esse uoluerit uel uoluerit quisquis fuerit propinquus⁴⁵ siue⁴⁵ extraneus⁴⁵ a⁴⁵ corporis⁴⁵ et⁴⁵ sanguinis⁴⁵ domini nostri ihesu christi sit⁴⁶ sit⁴⁶ segregatus et cum iuda traditore in ima tarthari sit⁴⁷ damnatus⁴⁷ amen. Hoc fedus meum sit stabile atque equali⁴⁸ euo⁴⁸ perhenni⁴⁸ et⁴⁸ secula cuncta tam uobis quam etiam⁴⁹ et⁴⁹ omni⁴⁹ progenie⁴⁹ uestre⁴⁹ im perpetuum. Facta cartula

1 conseruatoris
2 et ex
3 procedentis
4 sancti.
5 deest
6 regis
7 ad populandum dare
8 maximum
9 deest
10 honoratur spondit
11 hanc cartam consuetudinis
12 rex
13 parentelam
14 monasterio seu ecclesie.
15 exquisitam ueritatem
16 desunt
17 autem
18 fecerit
19 consuetudinem
20 desunt
21 calumnia aliqua
22 omnicidam
23 eo
24 uoluerit aliquis
25 desunt

26 sua hereditate tota
27 deest
28 alteram
29 filii eius uel
30 habeant illam sui propinqui
31 cauallarios
32 ad domno de sancta eren.
33 quem
34 potuerint
35 est.
36 cauallum
37 ex rege
38 desunt
39 habuerit
40 et faciendi quicquid
41 deest
42 aliquis
43 hanc
44 quam
45 uel extraneus seu propinquus ex auctoritate dei patris et omnium sanctorum suorum sit maledictus et a corpore et sanguine
46 et a limine sancte ecclesie
47 dampnatus
48 euo equale per
49 posteris omnibus

confirmationis Idus Nouembris concurrente Era m.ª c.ª xxx.ª iii.ª Ego alfonsus gratia dei protestus totius orbis es-
perie imperator hoc confirmationis factum quod libenter scribere⁵⁰ iussi.

Bernardus toletane sedis archiepiscopus conf. — Aepiscopus comice burgens⁵¹ sedis conf. — Raimundus
palentine sedis episcopus conf. — Petrus episcopus legionense⁵² sedis conf. — Cresconius conimbriense⁵³ sedis
episcopus conf. — Comes garsee prolis ordonio conf. — Petrus ansuriz comes conf. — Martinus flainiz comes
conf. — Froila diaz⁵⁴ comes conf. — Nunus uelasquiz comes conf. — Gonsaluus⁵⁵ nuniz conf. — Fernandus
raimondo conf.

50 facere
51 burgense
52 legionensis

53 conimbriensis
54 didaz
55 Gundisaluus

* Siglae sequuntur, quarum interpretationem ignoramus.

VIMARANES

GUIMARÃES

ANTE ANNUM 1096

Forale hoc a comite Henrico concessum, et ab Alphonso I ampliatum, descriptumque in charta confirmationis Alphonsi II, extat in Archivo Publico. In lucem prodit cum lectionibus variis tum ex Libro Foralium Antiquorum Sanctae Crucis Conimbricensis (N.º 1), tum ex Libro Regestorum ipsius Alphonsi II, titulo Foraes Antigos M. 12 N.º 3 insignito (N.º 2), servatis in eodem Publico Archivo. Et tametsi temporis, in quo datum, non prae se fert rationem, constat tamen ex verbis foralis de Constantim anno 1096 concessi, illud Vimaranesense prius jam datum fuisse.

In dei nomine. Ego Comite domno Henrico una pariter cum uxore mea Infante domna Tharasia. Placuit nobis per bona pace et per bona uoluntate quod faciamus¹ cartam de bonos foros ad uos homines qui uenistis populare in Vimaranes et ad illos qui ibi habitare uoluerint usque in finem. In primo de quacumque de domos uestras in anno rendatis xii denarios de illa festa de sancto Andrea usque ad alia festa de sancto Andrea. Et de uestros bancos ubi uenditis carnes xii denarios. De cauallo et de equa uendere xii denarios. De asino vi denarios. De troxello qui uenerit in cauallo aut in equa xii denarios. De troxello de asino vi denarios. De pedone iii denarios. De pelle conellia iii denarios. De manto ii denarios. De capa ii denarios. De sagia² i² denarium². De boue aut de uaca ii denarios. De capra aut de oue i denarium. De porco aut de porca i denarium. De bracale unum denarium. De coiro de boue aut de uaca unum denarium. Et de nulla re que se uendiderit³ pro³ minus de xii denarios non prendant portadigo. Et qui percusserit cum pugno clauso reddat xii denarios. De manu extenta v solidos. Pro effusione sanguinis vii solidos et medium. De arma extensa⁴ per ira fora de casa lx solidos, pro ferida per que cadat vii solidos et medium. Vestro ganado⁵ qui fuerit ad pascendum foras nemo in illum mittat manum suam per mala uoluntate sine iudicio. Nullo homine de Vimaranes in tota nostra terra non sit pignorat⁶ nisi debitorem aut fideiussorem. Et qui illum pignorauerit pectabit nobis quingentos solidos et dabit illud auer duplatum ad dominum suum. Et qui uendiderit⁶ aut comparauerit nullo aüter in Vimaranes ante illo concilio habeat illum liber et nemo sit ausus postea qui illum requirat per male sed reddat suo portatico quomodo scriptum est. Et nullo cauallario non habeat pausada⁷ in Vimaranes nisi tantum⁸ per amorem domini sui. Et nullum sagionem non sit ausus intrare in casa de burges per mala uoluntate sed si habuerit ibi per directum petat fiadorem quod faciat ei directum in quinque solidos, et ille burges qui fecerit calumpniam mittat fiadorem ad ille sagionem in v solidos quod faciat directum ante illum iudicem qui erectum fuerit de concilio et ille iudex iudicet rectum iudicium inter illo sagione et illo⁹ burges qui illam calumpniam fecerit. Et si illo sagione intrauerit in casa de illo burges per male super istum pactum et ibi occisus fuerit non pectet ipsam calumpniam. Et

N.º 1

1 facimus
2 saia ii denarios
3 uenderit per
4 extenta
7 pausadam
8 deest
9 ille

N.º 2

1 facimus
2 sai i denarium
3 uenderit per
4 extenta
5 ganato
6 uenderit
7 pausadam
8 deest
9 ille

si occisus fuerit per occasionem¹⁰ pectet ccc solidos. Et homines de Vimaranes tam longe uadant in apelido quomodo in una die possint ire et in ipso die reuertere. Et si duos homines aut plus inter se rixam habuerint et de pugno aut de palma aut de fuste se percusserint aut de capillis tractis non habeat ibi sagionem calumpniam ergo si se clamauerint unum de illis et si clamorem non fecerint non requirat inde nullam calumpniam sagionem. Et qui istos foros frangerit sint maledicti de¹¹ deo et excommunicati et cum Juda traditore et cum diabolo et angelis eius in inferno dampnati in secula seculorum Amen. Ego Comite Henrico et uxor mea Infante domna T. in hac carta manus nostras roborauimus. Menendus presbiter qui notauit.

In dei nomine. Ego Infante domno A. enriquez. Placuit mihi per bona¹² pace¹² et¹² per¹² bona¹² uoluntate¹² quod faciam ad uos bonos homines de Vimaranes proinde quod uos fecistis honorem et cabum super me et fecistis mihi seruicium bonum et fidele. Et ego uolo super uos et super filios uestros et super omni progenie uestra facere honorem et cabo. Auctorizo uobis illum forum quod dedit uobis pater meus et mater mea et insuper dono¹³ uobis foros quod in tota mea terra non donetis portaticum. Et caualeiro aut uassallo de infancion aut nullo homine qui fuerit ingenuo et in Vimaranes uenerit morare et ibi domum suam fecerit non donet fossadeira et sua hereditate et suo auer sit liber et saluo. Et iuniore sit liber et saluo cum suo auer si ibi uenerit habitare et si uoluerit suam hereditatem habere seruiat pro illa ad dominum in qua terra est. Et homiciane et rausador¹⁴ qui in Vimaranes uenerit¹⁵ habitare non pectent pro isto forfacto¹⁶ nichil sed in Vimaranes non sit tam ausus qui in illa uilla faciat rausum. Et quantos in Vimaranes habitare uenerint habeant istos foros semper¹⁷ et ipsi qui primitus¹⁸ uenerunt. Et de illas hereditates de illos burzses¹⁹ qui mecum sustinuerunt male et pena in Vimaranes nunquam donent fossadeiras et suo auer ubicumque steterit sit saluus²⁰ et qui illum prendiderit per malum pectet mihi LX solidos et insuper illo²¹ auer duplato ad dominum suum. Et qui isto iudicio et isto foro qui ego dedi ad uos homines de Vimaranes frangerit sit maledictus de deo et excommunicatus et illam maledictionem habeat super se sicut maledixit pater meus. Hec carta²² fuit scriptam v.º kalendas Maii regnante domno A. in legione. Ego Alfonso enriquez in hac carta manus meas roborauimus. Era m.º a. c.º LX.º vi.º

Ego Alfonsus²³ dei gratia Port. Rex una cum uxore mea Regina domna Vrraca et filiis meis²⁴ Infantibus domno S. et domno A. et domna Alionor concedo et confirmo uobis moratoribus de Vimaranes illas cartas et illos foros quos uobis dederunt aui mei Comes domnus Henricus et Rex domnus Alfonsus. Et ut hoc firmissimum robur optineat²⁵ precepi fieri istam meam cartam et eam meo sigillo plumbeo communiri. Nos supranominati qui hanc cartam fieri precepimus coram subscriptis eam roborauimus et in ea hec signa fecimus +++++. Qui affuerunt, Domnus Martinus iohannis signifer domini Regis conf. — Domnus Petrus iohannis Maiordomus Curie conf. — Domnus Laurencius suarii conf. — Domnus Gomecius suarii conf. — Domnus Gil ualasquiz conf. — Domnus Fernandus fernandiz conf. — Domnus Johannes fernandiz conf. — Domnus Rodericus menendiz conf. — Domnus Poncius alfonsi conf. — Domnus Lopus alfonsi conf. — Vincencius menendiz, Martinus²⁶ petriz²⁶, Petrus petriz testes.

Domnus S.²⁷ Bracarensis Archiepiscopus conf. — Domnus Martinus Portug. Episcopus conf. — Domnus Petrus Colimbriensis Episcopus conf. — Domnus Suarius Vlixbonensis Episcopus conf. — Domnus Suarius Elborensis Episcopus conf. — Domnus Pelagius Lamecensis Episcopus conf. — Domnus Bartolomeus Visensis Episcopus conf. — Domnus Martinus Egitaniensis Episcopus conf. — Magister Pelagius Cantor Port., Petrus²⁸ garsie²⁸, Johannes²⁸ pelagii²⁸ testes²⁸.

Rex domnus Alfonsus — Regina domna Vrraca — Infans domnus Sancius — Infans domnus Alfonsus — Infans domna Alionor.

Gunsaluus Menendi Cancellarius Curie²⁹. Fernandus³⁰ suarii³⁰ scripsit³⁰.

N.º 1

10 occasione
11 a
13 do
14 rousador
16 factio
17 deest
18 primitus
19 burgeses
20 liber
21 illud
22 cartam
23 Alfonsus II.º
24 nostris
25 obtineat
26 deest
27 Stephanus
28 desunt
29 curie conf.
30 desunt.

N.º 2

10 occasione
12 bonam pacem et per bonam uoluntatem
14 rousador
15 uenerint
17 deest
19 burgeses
20 liber
22 cartam
25 obtineat
26 deest
27 Stephanus
28 desunt
29 Curie conf.
30 desunt

* Intus in circulo, curuis lineis varie diuiso, et in charta ipsa depicto, qui saeculo XII ut incunte XIII sigilli regii vicem tenebat (Rodado appellamus), haec nomina leguntur. In aliis exemplaribus desunt.

CONSTANTIM DE PANONIAS

CONSTANTIM DE PANOIAS

1096

Apographum saeculi XII asservatum in Publico Archivo cum alio exemplari, ex Libro qui II Donationum Alphonsi III dicitur, collatum.

In dei nomine. Ego comite dompno Henrrico una pariter cum uxore mea infante domna Taraxea¹. Placuit nobis per bona pacis et uoluntas que faciamus kartam de bonos foros ad uos bonos homines qui uenistis populare in uilla constantim de pannonias et ad illos qui ibi habitare uoluerint usque in finem. Damus uobis foros ut donetis de domibus uestris in anno xii.^{im} denarios de illa festa de sancti Andree usque ad ipsa festa metipsa¹. Et de uestros bancos ubi uenderetis carnes xii.^{im} denarios et non plus⁴. Homines⁴ que uenerint⁴ de fora⁴ parte⁴ dent⁴ portagine⁴ de equum⁴ aut de equa uendere xii.^{im} denarios. Et de asino vi denarios. Et de trossello⁵ qui uenerit in equum aut in equa xii.^{im} denarios. Et de trossello⁶ de asino vi denarios. Et de pedone iii denarios. Et de pellicia conellia iii denarios. Et de manto ii denarios. Et de cappa ii denarios. Et de sagiam i denarium. Et de bouem aut de uacam ii denarios. Et de cabra aut de oue i denarium. Et de porco aut de porca i denarium. Et de bragale i denarium. Et de corio⁷ de boue aut de uacca i denarium. Et pro nullo abere que uenditus fuerit pro minus de xii denarios non dent inde portaticum. Et qui percusserit hominem cum pugno clauso pectet xii.^{im} denarios. Et de manu aperta v solidos. Et unde exierit sanguinem xii solidos et medium. Et qui eiecerit lancca aut alia arma per ira fora de sua casa lx solidos. Pro feritum qui ceciderit in terra vii.^m solidos et medium. Et istas⁸ calumpnias⁸ non respondeat⁸ sine rancuroso⁸ et rancuroso⁸ non ualeat⁸ suam⁸ cherimoniam⁸ sine testimonium⁸ bonorum⁸ hominum⁸. Et uestro ganado qui fuerit ad pascendum nemo in illum mittat manum suam per male sine iusto iudicio. Et nullo burges de constantin non sedeat pignoratus in tota nostra terra nisi debitorem aut fidiatorem. Et qui alium pignorauerit pectabit nobis quingentos solidos. Et illo auer pectet duplatum ad dominum suum. Et qui emerit aut uendiderit nullo abere in constantin ante illo concilio habeat eum liber. Et nullus homo sit ausus postea que requirat eum per mal sed de suo portage sicut superius scriptum est. Et nullum militem non habeat pousada in constantin per mal nisi per bona⁹ uoluntatem domini cuius domus fuerit. Et sagio¹⁰ non sit ausus intraret in casa de burges per mal. Sed si¹¹ abuerit directum illo sagion contra illo burges¹² donet fiator¹³ ille¹³ burges¹³ in v.^o solidos que¹⁴ faciat directum ante illum iudicem qui erectum fuerit de concilio, et illum¹⁵ non¹⁵ respondeat¹⁵ nisi¹⁵ tercio¹⁵ die¹⁵ et illum iudicem iudicet iudicium rectum inter illum sagionem¹⁶ et illo burges. Et si illo sagion intrauerit in casa de illo burges per mal super istum plactum occidatur, et ille burges non pectet pro eo nulla¹⁷ rem. Et si occisus fuerit per occasionem ccc.^o solidos dabitur pro eo. Et si¹⁸ alius¹⁸ homo¹⁸ ibi¹⁸ occisus¹⁸ fuerit¹⁸ tali¹⁸ pacto¹⁸ componatur¹⁸ et nichil¹⁸ aliud¹⁸. Et illos burgeses tam longe uadant in apillido quomodo in ipso die possint reuertere in domos suas. Et si rixam¹⁹ inter se habuerint et²⁰ de pugno aut de palma aut de ligno se percusserint aut de capillis tractis et unum de illis non fecerit clamorem ad illum sagionem²¹ non pectet²² nichil. Et si clamorem fecerit unum ex illis ad illum sagionem²³ pectent²³ illam calumpniam per iudicium²⁴ rectum. Et nullum hominem non faciat rausum in illa uilla. Et auer²⁵ de illos burgeses ubicumque fuerit sit saluum et qui eum prendiderit per rapinam pectet nobis quingentos solidos et illo abere duplatum ad dominum suum. Et istos foros qui ego comite Henrrico et uxor mea infante domna Taraxia²⁶ dedimus uobis burgez de constantin autorizamus et confirmamus illos uobis et qui illos irrumperit²⁷ tam²⁷ nos²⁷ quam²⁷ filiis nostris quam propinquis nostris quam extrañeis sint a deo et sancte marie et omnibus sanctis excommunicati et maledicti et a sancta ecclesia separati et cum iuda traditore et datam et abiron in infernum sepulti amen. Et²⁸ ecclesie²⁸ uestre²⁸ detis²⁸ quidquid²⁸ uolueritis²⁸. Domni²⁹ archiepiscopo²⁹ abbas²⁹ confirmantem²⁹. Ego comite domno Henrrico et uxor mea infante domna T. in hanc²⁹ cartam²⁹ manus nostras roboramus³⁰. Era m.^a c.^a xxx.^a iiii.^a

Menendus roderiguiz qui scripsit.

1 Tarasia
2 xii.^m xii.^m
3 mendosa
4 Et de equum aut
5 trouxello
6 trauxello
7 coyro
8 desunt
9 bonam
10 sagion
11 sic
12 burgez
13 fiador illo burgez
14 qui
15 desunt

16 sagion
17 nullam
18 desunt
19 risam
20 aut
21 sagion
22 pectent
23 sagiom pectet
24 iudicem
25 de auer
26 Tarazia
27 irrumperit quam nos tam
28 desunt
29 hac carta
30 roborauimus

Ego infans domno Alfonso filius Henrici comiti et infante domna T. autorizo et confirmo et roboro istam³¹ kartam³¹ qui fecit pater meus et mater mea. Regnante domno Alfonso in legione. Gomex³² nuniz test. Menendus uenegas test. Geda menendiz test. Egas gondesendiz test. Egas moniz test. Menendus moniz test. Ermigus moniz testes.

Et concilii de constantin semper teneant hanc³³ cartam³³ de³³ gimaranes³³.

³¹ ista carta
³² Gomez

³³ foro de Vimaranes.
Et ista carta non erat sigillata.

ZURARA

AZURARA DA BEIRA

1102

Apographum ex Libro 1 Donationum, sic dicto, Alphonsi III, in quo scripta fuit charta confirmationis hujus foralis ab Alphonso II concessa. Ejusdem foralis hoc unicum extat exemplar.

In nomine domini nostri ihesu christi amen. Ego Comite Henricus et uxor mea domna Tarasia ildefonsi Regis filia cartulam facimus ad populationes de zurara de foro inter rybulo adon et mondego et inter Pennalua et ipsius zurara et ribulo Ryal. Id est ad iugo de boues modio de pane terciato ad unoquoque boue ii quartarios terciado et vino decima in lagar et decima de lino in agro et de uenado uno lombro et de porco duas costas et de coneliis uno conelio de morata. Et caualario si perdidit suum caballum sperent illum tres annos cum foro caballario uenda sua hereditate ad quem uoluerit et non faciat inde nullum forum. Et pedon uendat sua hereditate ad quem uoluerit et decima restet in foro. Et caballario defendat suo portadigo cum foro, et calumpnia que ibi exierit per directum iudicium mediam partem leyxe pro anima de Comite domno Henrico et de uxore sua domna Regina Tarasia, et de ibitione que non torna iugada non querant inde nullum seruicium sine precio, et cum foro cautauit illo Comite domno Henrico de Ribulo odon usque mondego in mille et quingentos modios, et nullus hominem quo ibi intrar per uirto pous homicidiam aut pous seruum aut nulla re componat illo capto aut perdat illas manus aut oculos et que istam cartam uiolauerit aut uoluerit infringere in primis sedeat excommunicatus et a comunione christi separatus et cum traditore domini habeat dampnationem et sedeat perdudo in aduentum et non faciat deus misericordiam super illum amen et sit anatematizatus, et totos homines inter ribulos adon et mondego respondeant ad zurara cum seruicio et cum foro. Et ego Comite Henrico et vxor mea Tarasia regina fecimus illam iurare ad ille Egas moniz et domnus Rabaldus et Gonsaluus petri in nostra uice. Era m.^a c.^a xxx.^a Qui fuerunt pro testes, Gonsaluus Episcopus Colimbriensis scripsit. Egeas Gosendiz test. Pelagio suariz test. Domnus Infans Alfonsus. Ego Comite domno fernando quomodo istam cartam sursum resonat auctorizo eam simul et roboro. Et ego Comite domno Petro ueni octorgo et confirmo, et ego domnus Vermudus petri octorgo simul et roboro.

Ego Alfonsus II.^{us} dei gratia Port. Rex cum uxore mea Regina domna Vrraca et filiis nostris Infantibus domno Sancio et domno Alfonso et domna Alienor illam cartam et illud forum quod bisauus meus Comes domnus Henricus fecit uobis hominibus de zurara concedo et confirmo uobis per hoc scriptum et ut mea concessio et confirmatio maius robur optineant precepi fieri istam cartam et eam feci meo sigillo plumbeo communiri, que fuit facta apud Sanctaren prima die februarii Era m.^a cc.^a l.^a vi.^a Nos supranominati qui hanc cartam fieri precepimus coram subscriptis eam roborauimus et in ea hec signa fecimus +++++. Qui affuerunt, Domnus Mar. iohannis signifer domini Regis, Domnus Petrus iohannis maiordomus curie, Domnus Laurencius suarii, Domnus Egidius ualasquiz, Domnus Johannes fernandi, Domnus Fernandus fernandi, Domnus Gomecius suarii, Domnus Rodericus menendi, Domnus Poncius alfonsi, Domnus Lupus alfonsi, confirmant. Testes, Vincentius menendi, Martinus petri, Petrus petri, testes. Domnus Stephanus Bracarensis Archiepiscopus, Domnus Martinus Port. Episcopus, Domnus Petrus Colimbriensis Episcopus, Domnus Suarius Vlixbonensis Episcopus, Domnus Suarius Elborensis Episcopus, Domnus Pelagius Lamecensis Episcopus, Domnus Bartholomeus Visensis Episcopus, Domnus Martinus Egitanensis Episcopus, confirmant. Magister Pelagius Cantor Port. test. Petrus garsie test. Iohanninus test. Gonsaluus menendi Cancellarius curie. Laurencius martini scripsit.

TENTUGAL

TENTUGAL

1108

Charta autographa, ex tabulario Conimbricensis sedis, nunc in Archivo Publico asservata.

Sub imperio omnipotentis dei qui uerbo creans omnia recte composuit atque utiliter in suo congaudet regno qui cum eodem filio et spiritu sancto unus et quoequalis permanet per numquam finienda seculorum secula. Audiant presentes et futuri uerba relationis huiusmodi. Constitutum est inter uiuentes ut quidam ex illis sint maiores quidam mediocres alii uero minores alii sint domni alii subiecti et necesse est ut domni prestant hominibus qui sibi seruiunt et qui melius seruierint melius proficiant et magis sustententur de beneficio dominorum suorum. Ego comes Hanricus una cum uxore mea formosissima tarasia comitissa filia regis domni adefonsi f...mus uobis homines populatores quos uultis populare tentugal uillam iussu regis domni adefonsi qui iussit eam nobis hedificare et construere, facimus uobis cartam stabilitatis ad habitandum et ad plantandum et ad colendum tali modo ut omnis miles qui ibi fuerit et balestariis atque montariis uel ceteris hominibus habeant talem licentiam ut faciant de suis rebus ad seniore[m] que illa imperauerit sicut faciunt omnes homines qui habitant in colimbrie ciuitatem et similiter habeant omnes foros quos in colimbrie curre[r]int. Est confirmatum istud in tempore dominus noster ihesus christus post resurrectionem suam quo ascendit in maiestatis sue preterito mille centuque xxx.º vi.º. Regnante pascasio rome papa, bragare Giraldo archiepiscopo, tolete bernardo probissimo archiepiscopo. Et quisquis post nos rex hanc comes regina uel comitissa quinquin uir uel mulier de nostris propinquis uel de extraneis hanc stabilitatis cartam uiolare uoluerimus uel uoluerit et contra hoc quod nos sponte facere iussimus destructores esse uoluerimus uel uoluerit quisquis fuerit propinquos aut extraneus segregetur a corpore et sanguine domini et cum iuda traditore demersus in profundum inferni luceat penam. Hec carta stabilitatis fuit scripta. + Ego hanricus comes uel consul hanc stabilitatis cartam scribere iussi et manu propria roborauit. Similiter et ego supradicta + dulcissima tarasia predicti regis filia manu propria quicquid supra scriptum est confirmo.

Qui presentes fuerunt, Annaia test. — Menendus gundisaluiz test. — Saluador recamondiz test. — Midus zakarias test. — Johannes aurifex test. — Petrus zerac test. — Petrus petriz test. — Petrus presbiter scripsit.

ZALATAN

SATÃO

1111

Apographum insertum in charta confirmationis huius foralis, ab Alphonso II concessa, et in Archivo Publico asservata, cum lectionibus variis ex Lib. Foral. Antiquor. S. Crucis Conimbr. (N.º 1) et ex Lib. Regestor. ejusdem regis (N.º 2) depromptis.

In christi nomine. Ego comite henricus una cum consensu coniugia mea Tharasia magni Regis Alfonsi toletane imperatoris filia placuit nobis ut faceremus uobis omnes de zalatane qui habitatis intus et foris in uillas et in populationes de zalatane ut demus uobis forum bonum pro capud et honore quo fecistis super nos primo et collegistis nos in uestra kasa proinde ponimus uobis foro per ubi andetis et non exeatis¹ de illo nec uos nec semini uestro qui laborauerit cum uno boue donet uno modio et cum iugo duos modios et sedeat de istos modios tercia de tritaco² et duas partes de secunda et sedeat per illa medita qui³ antea habuistis quando ibi populastis et de uino sexta et de lino sexta et⁴ de⁴ fauas sexta. Et qui fuerit caballario et migrauerit et mulier aut filios de illo remanserint ut sedeat sua hereditate et sua casa honorata ad⁵ foro de caballario, et si illi caballum migrauerit

N.º 1

1 exatis
2 tritico
3 que
4 et
5 a

N.º 2

2 tritico
3 que
4 et
5 a

usque in tres annos. Et si pedone migrauerit sic uiro quomodo mulier qui hereditatem habuerit ut laxet illam ad sua posteritas aut uendat aut donet aut faciat de illa sua uoluntate⁷. Et si calumpnia fecerit⁸ ut ueniant⁹ iii.^{or} aut v.^o de illos bonos homines qui leuatos fuerint de concilio et iudicent illam cum uestro iudice et quanto iudicauerint sedeat stabile. Et de montatico de morada donet unum conelium et de peias ii.^{os} lonbos. Hec mandamus et auctorizamus et si nos aut semini nostro hunc nostrum factum inrumpere uoluerit quisquis ille fuerit qui talia comiserit sedeat excommunicatus et lepra a planta¹⁰ pedis usque ad uerticem capitis et cum iuda traditore habeat penas in eterno baratro. Facta cartula notum die septimo idus Maii Era m.^a c.^a xxxx.^a viii.^a Ego comite henrico hanc cartulam iussi fieri et manu¹¹ mea¹¹ roborauim. Ego Tharasia conf. Menendus uenegas continens sancta +. In sede colinbrie episcopus gundisaluus. Egas¹² gosendiz continens baiam¹³ conf. Egas¹⁴ moniz¹⁴ continens sancti martini conf. Pro testibus, Petrus test. Gomiz¹⁵ nuniz continens sancti cristophani¹⁶ conf. Pelagius test. Menendus moniz continens pennafiel conf. Gondisaluus test. Pelagius suarii continens amaia conf. Fernandus fernandiz continens lamego conf. Et ego infante Alfonsus filio domni anrici¹⁷ adicio in hanc cartulam qui homine qui laborauerit cum uno boue det uno modio et cum duos boues duos modios et deinde quantos boues miserit non donet plus¹⁸ nisi¹⁸ de i boue aut de duos qui habet uno boue semper det i.^o modio. Petrus episcopus Comiti notarius¹⁹ ecclesie Vimaranensis canonicus notuit. Et adicimus adhuc in istam cartam ut non demus uobis senioreni nisi quale uos laudaueritis et iudice aut sagione de uestra uilla et de uestra gente. Ego infante Alfonsus ad uos homines de zalatam isto foro que meo pater²⁰ et mea mater ad uos dederunt in ipso state et ego mando et autorgo et qui de illo uos sacauerit sit maledictus et confusus amen.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Ego Regina domna Tarasia filia adefonsi regis filia (sic). Placuit mihi ut facerem ad uobis homines de ferreira foro que semper habeatis et non exeatis de illo nec uos nec semini uestro qui populatis intus et foris. Qui laborauerit cum uno boue des m^{es} S. et cum duos m^{es} quartarios terciados per ipsa medida de Linares et plus boues miserit non dones plus. De uino quandoque habuerit v quinales dones inde uno puzale et nec ante nec postea non des plus. Et de lino alio sic. Et de fiadoria que infiant in illa in x quartarios. Et super quem ceciderit ipsa calumpnia des x quartarios medios ad senior et medios ad concilium. Et iudicent eos iudice de uilla cum v homines bonos a directo. Venato qui mortuo fuerit in peia aut in baraza uno lombo. De porco mii costas, de urso una manu. Et de iii noctes in denante ad apeiro r^o conelio, et de mel de morada de monte medio alkeire des sancti iohannis usque ad sancti michaelis de sesteiro in denante et illo conelio de sancti michaelis usque ad introitum. Et si aliquis cum aliquo percusserit se et feridas abuerit unus, intret in manu sua et faciat alias tales, et non habeat ibi seniore alia calumpnia sed pro eo laxent medias de ipsas feridas. Si aliquis homo aprehenderit armas in uilla contra uicinum suum perdat eas. Qui fuerit caualeiro et perdiderit suum kauallum stet in suo foro usque m^{es} annos. Et de tota ganantia de uilla infiada media parte ad concilium. Et homo qui quesierit ire pro ad alia terra uendat sua hereditate et des inde medio bragale ad senior terre. Et illo iudice aprehendat de toto iudicato sua x.^a et quando quesierit exire exeat et stes saluo uno anno. Homicidium aut rauxo qui fecerit pectet l.^a modios quomodo uicino ad uicinum, et homo qui tornaerit se pro ad alia terra retro des iii.^a de pam et de uino. Et si in denante fuerit habeat toto suo labore. Et homo qui laborauerit terras alienas de sua iugada ad senior de illas terras et respondeat ille senior de illas hereditates. Qui fuerit caualeiro et uoluerit ire ad alio seniore aut populare in denante stet sua hereditate salua et suos homines et quando fuerit in uilla faciat suum forum ubi euenerit uoce. Si aliquis homo aprehenderit mulier uidua et ipsa mulier habuerit filios de alio marito tenet ipsos filios cum suas hereditates et cum suo ganato usque dum fuerint tales qui laborent eas. Et si homo fuerit ad cercado pro aliquo appellido ubi totus fuerint et se sub-

traxerit ut non eas cum illos pectet x quartarios medio ad concilio. Et iii homines decimadores ad iurandum saluent homicidium. Homo aut mancipium qui habuerit mulier aut filia aliena et uenerit cum iracundia ante iii diem pectet illo rauxo. Si iii diem transierit non pectet ibi quicquam. Et hominem aut mulier de senior non intrent in almunia aliena. Et si aliquos ministeriales fuerint in uilla et sederint in casa de aliquo hominem respondeat ad illo in cuius casa sederit. Et si homo uenerit ad populandum et concilio dederint illi hereditates ruptas aut pro arrumpere des unum annum in denante habeat uendat aut faciat de illas quecumque uoluerit. Et si pedone comparauerit hereditate de caualeiro des inde iugada. Et si caualeiro de pedone defendat illa. Et si aliquis homo dederit de sua hereditate pro sua anima sedeat defensa. Et si aliquo homine uenerit in casa de uno homine et quando exierit ut uadat se et ganato alieno leuauerit et illo homine in cuius domo fuerit si inde fuerit calumpniatus salues se. Et coneleiro de linas qui non dederit iugada det uno conelio. Et si aliquis homo aut mulier aut pastore qui fuerit ad uinea ad almunia aut sepes alienas et inde senior de illas causas adduxerit eum ante iudice det uno bracale et sanet illo damno medio ad concilium. Et si aliquis homo cum ira fuerit ad casa aliena ad inrumpendum et illa inrumpit cum fortia et sine mandato lx modios. Et si fuerit solus et intrauerit quantum inde sacchauerit tantum pectet et x quartarios. Et si percusserit sagione pectet x quartarios. Et si aliquis homo mortuus fuerit non det sua mulier lutosa. Et homo qui aprehenderit aliqua mulier non det pro ea ofrecione. Et nullus homo aut mulier non debet ire ad fisco neque intus ad aliquo labore. Et homo qui habuerit mulier ad benedictiones partent per medium quantumque habuerint siue in morte siue in uita. Et si aliquo homo furtauerit aliqua causa pectet pro uno noue. Et nullus homo qui exierit de uilla pro ad alia et alio homo in sua casa laxauerit faciat suo foro de iugada. Et iudice aut *sagione non inquirent* nulla calumnia nisi quanta uenerit ad eos.

Hec mando et auctorgo. Et si aliquis homo uenerit *de progeniis meis in primis sit excommunicatus et segregatus a corpus et sanguinis domini nostri ihesu christi et hunc factum meum stet robore. Facta kartula notum die quo erit viii.º kalendas decembris Era m. c. lxxiiii (sic).* Ego regina domna Tarasia manu mea roboro.

Ego Suarius ueniegas manu mea confirmo. — Monius ueniegas confirmo. — Garcia rodriguez confirmo. Pelagius notarius qui scripsit.

NOMAM

NUMÃO

1150

Textum hujus foralis desumpsimus ex Libro Foral. Antiquor. S. Crucis Conimbr. quamquam in Lib. I Regestor. Dionisii regis aliud ejusdem inueniatur exemplar, ex quo tantum lectiones varias hausimus. Antiquior est liber ille S. Crucis monasterii, nunc in Archivo Publico asservatus; et quidem credere licet codicem S. Crucis et librum Regestorum Alphonsi II (M. 12 Foral. Antiquor. N.º 3) eandem materiam pene continentes, non solum synchronos sed ab eodem exscriptore exaratos esse. Correctior, auctior nitidiorque forma, praecellit tamen codex S. Crucis. Forale hoc in Libro Regestor. Alph. II desideratur.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti unius summi dei facimus cartam in ipsius nomine trinitatis. Ego Fernandus menendiz una cum filiis meis uobis hominibus de ciuitate Nomam cognomento Monforte qui ibi ibidem populatores estis per mandatum meum moram faciendi siue qui uenerit ad populandum facimus uobis cartam sicut et fecimus per scripturam et preceptum nostrum firmiter teneatis et ut habeatis forum bonum sicut habent alii homines cum melioribus foris. Et non detis mihi nec ad progeniem meam nec ad aliquem hominem pro homicidio nisi vii.º appreciadura per manus de alcaldibus et de iudice. Et nullum pactum nec aliquam calumpniam non intret ibi meus merinus¹ nisi iudex de uestro concilio. Et faciatis fossatum una pars et alie due partes stent in illa ciuitate. Et de illa una parte que non fuerit in fossato pectet x solidos. Et non faciatis fossatum nisi cum uestro seniore una uice in anno aut ibi uestra uoluntas fuerit. Et pedones non faciant fossatum nec clerici. Et non intret ibi nuncius nec manaria de nulloquoque homine per forum de Nomam. Et qui in termino de Nomam filiam alienam rapuerit extra suam uoluntatem pectet ccc solidos medios ad palacium et medios ad suos parentes et exeat homiziam. Et si aliquis inter uos in mercato aut in ecclesia aut in concilio de sagione pregon ferido firidam fecerit ad suum uicinum pectet lx solidos ad concilium et vii.º ad palacium per manum iudicis. Et furto quolibet sedeat integratum et vii.º parciant cum palacio per medium per manum iudicis. Et si

¹ meyrinus

domum edificauerit aut uineas aut suam hereditatem honorauerit et uno anno in illa sederit et postea ad aliam terram fuerit quomodo seruiat illa sua hereditas et ibi habitans fuerit, et si quesierit illas uendere uendat ad quem uoluerit per forum de sua ciuitate. Et homo de Nomam qui habuerit iudicium uel iuncta cum hominibus de partibus de² ultra dorium habeant meiaydum ad portum moestre de parte aaquende. Et do uobis pro forum quod caualeiro de Nomam sit infanzone³ de aliis terris tam in iramento quam in iudicio pasent super illos cum duobus iuratoribus. Et pedones de Nomam passent super illos caualeiros uillanis de totis aliis terris tam in iuramento quam in iudicio cum duobus iuratoribus. Et homines qui de sua terra exierint cum inimicitate uel cum homicidio aut cum muliere rausada uel cum alia calumpnia quelibet sedeat nisi quod non ducat mulierem alienam et tornauerit se ad seniore de Nomam sedeat solutus et defensus per forum de Nomam. Et si quis homo cum inimicitate aut cum pignore⁴ uenerit in terminum de Nomam et ibi intratus fuerit nullus inimicus intret post illum neque tollat ei pignora nec⁵ aliquod malum ei faciat. Et si ei aliquod istorum fecerit pectet ad dominum ciuitatis D solidos et duplet illa pignora aut illos liuores. Et qui hominem⁶ de Nomam pignorauerit et illum ad directum in concilio non pecierit pectet ad seniore de Nomam LX solidos. Et homines de Nomam qui descabargar caballarium de alia terra pectet V solidos. Et qui hominem de Nomam miserit in presion pectet ccc solidos. Et si homo de Nomam pro qualibet fiaduria a medio anno de illa illum non demandauerit sit inde solutus. Et si mortuus fuerit uxor et filii eius sint liberi. Et homines de Nomam non soluant pignora pro seniore neque pro meirino qui uicinus non fuerit. Et caballarii et clerici et uidue de Nomam non dent pausadas nisi pedones per manum iudicis. Et homines de Nomam qui tenuerint alios homines in suis hereditatibus aut in suo solar et non fuerit ibi suus senior ueniat ad sinal de iudice et det fideiussorem ad uenidam de suo seniore et faciat quod mandauerit, et calumpniam qualibet faciat sedeat de suo seniore et vii.^{a} ad palacium, et non seruiat nisi ad suum dominum in cuius hereditate sederit. Et sua senara aut sua uinea de Fernando menendiz⁷ tale pectum⁸ habeat quale de illis populatoribus. Et qui uicinum mactauerit et ad suam casam fugerit qui post illum intrauerit et ibi illum matauerit pectet D solidos medietatem ad palacium et medietatem ad suos parentes. Et qui hominem currerit et in sua casa illum incluserit cum lanceis aut cum petris quantos homines incluserit pro unoquoque homine pectet ccc solidos medietatem ad palacium et medietatem ad suos parentes. Et qui mulierem afforciauuerit et illa uoces mittendo uenerit et ille cum xii non potuerit se saluare quomodo pectet ccc solidos medios ad palacium et medios ad suas gentes. Et qui mulierem alienam feruerit pectet xxx solidos ad suum maritum et vii.^{a} ad palacium. Et homo de Nomam pro qualibet causa fiadores parar et ille fiador outorgar cum duobus hominibus et alius non querit colligere et super ipsum mactauerit nos totum concilium eamus ad illud¹⁰ pectum¹⁰. Et illud plazium¹¹ de Fernando menendiz¹² habeat calumpniam et tota alia ciuitas unum forum habeat. Quia aliud palacium non habeat calumpniam. Et homo de Nomam qui fiador intrauerit et contemptorem non habuerit pectet V solidos. Et demandet suam uocem et forum de Nomam. Et de casa derota ccc solidos, et de suspecta de x solidos ariba feriat xii casas aredor et iurent los duos¹³ de x solidis ad iusum iuret siue alter qualem inuenit quod uicinus sedeat. Et homo de Nomam qui suos homines habuerit in suis hereditatibus aut sui uasalli fuerint et aliquis illum mactauerit suus senior colligat inde homicidium et vii.^{a} ad palacium. Et mulier que suum maritum laxauerit pectet ccc solidos et deserdet illam. Et si homo suam mulierem laxauerit pectet unum conilium ad iudicem. Et illa mulier que fiaduriam habuerit cum suo marito et in palacio se cedauerit aut in quale loco fuerit uadat suus maritus et prendat eam¹⁴ sine nulla¹⁵ calumpnia. Et si aliquis¹⁶ quesierit reuelare illa mulier ad suum maritum quantas noctes illuc reuelauerit tantos ccc solidos pectet ad suum maritum et ad palacium. Et totus homo de Nomam qui ad alterum seniore fuerit seruire et soldada perder sua mulier et sui filii sedeant uicini quomodo illi de tota ciuitate et non faciat illis nullus homo male. Et de omnibus mercatoribus qui fuerit¹⁷ ad Nomam in cuius casa pausauerit de illo portadigo det duas partes ad palacium et aliam terciam ad dominum de casa. Et illi termini de Nomam incipiunt a dorio et inde per cimam de cestoias et ferit in rio malo et inde ad illa calcada et inde ad azinam de donon et fert¹⁸ ad duas casas et inde ad portum de nouias in agada discurrante aqua in dorium et de fauce de agada discurrante Dorio usque in custodias. Et de illo montadigo prendat Fernandus menendiz duas partes et terciam partem prendant caballarii de Nomam qui cum illo fuerint montare. Et totus homo de Nomam qui hominem mactauerit in alia terra et gentes habuerint in Nomam non catent illum pro inimico. Et si pro inimico carent suum uicinum exeant de illa ciuitate. Et si inimico dixerint quod non catent a suo uicino et postea alie gentes uenerint ad suam casam uel ad alias casas de suis amicis et in tradictione¹⁹ suum

2 deest
3 infanzone
4 pignora
5 neque
6 homines
7 menendi
8 pactum
9 vi.^a
10 illum pactum.

11 palazium
12 menendi
13 duos
14 eum
15 ulla
16 aliquis homo
17 fuerint
18 ferit
19 tradictionem

uicinum fecerit²⁰ occidere aut concilium dederit²¹ et suspectum eum habuerit²² qui suspectum eum habuerit²³ in suo corde cum altero. Et si non quesierit illum retar pectet III m. (sic) solidos medium ad palacium et medium ad suas gentes. Et totus homo de Nomam qui suum uicinum occiderit in ciuitate et de alia parte de illo poyo et de quomodo ferit ad illam portellam de doiro et de alia parte ad illos palacios antiquos usque in²⁴ alia carraria de sancto Johanne qui ibi hominem occiderit pectet III m. (sic) solidos medium ad suas gentes et medium ad palacium. Totus caballarius et peon de Nomam qui pignora adduxerit de alia terra et super plus dixerit quam adduxerit iuret siue altero quod plus non²⁵ aduxerit nisi quantum dederit et parciat se de illa. Et totus homo de Nomam qui arma tenuerit de suo seniore et mors illi uenerit alius senior qui postea fuerit non demandet illa arma nisi remaneant ad suos filios. Et istud²⁶ forum do uobis Ego Fernandus menendiz una cum filiis meis et nos habitatores de Nomam cum nostrum forum quod demus²⁷ ad seniore singulos²⁸ octauas de ceuada et singulos denarios et duos panes et quintam que uenerit nobis de terra de mauris que sedeat collecta²⁹ per manus de iudice et³⁰ ad iudicem in soldada XII solidos ad capud anni. Siquis uero hoc factum nostrum irrumpere uoluerit et istud forum infringere uoluerit tam rex quam Regina uel comes uel potestas aut qualibet persona tam ego quam filii mei uel progenies mea in primo sit excommunicatus et anathematizatus et a regno dei segregatus et non habeat portionem in regno dei nisi cum iuda traditore, et absorbeat eum terra sicut absorbit Datam et abiron. Facta carta kalendas VII.º Julii Era M.ª C.ª LX.ª VIII.ª Ego Fernandus menendiz una cum filiis meis hanc cartam quam iussimus fieri manibus nostris roboramus in ipsis temporibus. Regnante Rege Alfonso in Legionem et in tota strematura imperante portugal Infante domno Alfonso. Archiepiscopus in Bracara domnus Pelagius, potestas in Bragancia et in Lampazas³¹ Fernando menendiz. Totus homo qui uicinus fuerit pro ulla calumpnia non respondeat que in Nomam fuerit non respondeat sine rancuroso.

Ego Alfonsus II.^{us} dei gratia Port. Rex una cum uxore mea Regina domna Vrraca et filiis nostris Infantibus domno Sancio et domno Alfonso et domna Alionor concedo et confirmo firmiter uobis populatoribus de Nomam istud forum et istam cartam quam Fernandus menendiz uobis fecit. Hoc autem concedo et confirmo per hanc cartam meo sigillo plumbeo communiri ut maius³² robur obtineat firmitatis. Que fuit facta apud quintaelam mense octobris Era M.ª CC.ª LX.ª V.ª Et eam nos supranominati propriis manibus roborauimus et in ea hec signa fecimus +++++. Qui affuerunt, Domnus Stephanus Bracarensis archiepiscopus conf. Domnus Mar.³³ Port. episcopus conf. Domnus Pe. Colimbriensis episcopus conf. Domnus Suarius Vlixbonensis episcopus conf. Domnus Suarius Elborensis episcopus conf. Domnus Pe. Lamecensis episcopus conf. Domnus Bar. Visensis episcopus conf. Domnus Martinus Egitaniensis episcopus conf. Domnus Martinus iohannis signifer domini regis conf. Domnus Petrus iohannis maiordomus curie conf. Domnus L. suarii conf. Domnus Gomecius suarii conf. Domnus Gil ualquiz conf. Domnus Johannes fernandiz³⁴ conf. Domnus Fernandus fernandiz³⁵ conf. Domnus Rodericus menendiz³⁶ conf. Domnus Poncius alfonsi conf. Domnus Lopus alfonsi conf. Magister Pe. Cantor Port. test. Vincencius menendiz conf. (sic) Petrus petri test. Gunsaluus menendiz cancellarius curie conf.

20 fecerint
21 dederint
22 habuerint
23 habuerint
24 ad
25 deest
26 illud
27 damus
28 singulas

29 collectam
30 deest
31 Limpazas
32 manus
33 Martinus
34 fernandi
35 fernandi
36 menendi

SENA

SEIA

1156

Apographum ex Libro Foral. Antiquor. S. Crucis Conimbr. cum lectionibus variis ex Lib. Regestor. Alphonsi II desumptis.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti amen. Ego Infans Ildefonsus Henrici¹ filius placuit mihi per bonam pacem ut facerem scriptum firmitudinis et stabilitatis quod firmum per infinita secula vos homines habitante in ciuitatem senam. Concedo quod habeatis consuetudines bonas meliores quod habuistis hucusque tam uos quam filii uestri et uestre omni progenie. In primiter concedo de foros de Sena, id est in primis pro ad seniore quod Sena tenerit de iugo de boues modio de pane quartarium de tritico et quartarium centeno et II quartarios milio. Et decimam de uinum et de linum. Et de omicidio c modios. Et de calumpniam mediam partem et iudicarent illam III^{or} homines cum suo alcaide aut iudice, et ille homo qui illa calum-

¹ henricus

pnia fecerit non pignorent illum usque ueniat ad concilium et si ad concilium uenerit et directum noluerit facere pignorent illum et non raupa² de suo lecto. Et totas suas quintas de azarias totos suos portaticos de cauallo que uenerit de alia terra et uenderent illum in Sena lenzo in portatico. Et de equa 1 bragal et de asino medium bragal, et de boue medium bragal, et de uaca 11 cubitos. Et de mauro qui exierit pro merce 11 morabitos. Et de mauro qui exierit de catiuo non det nullam causam. Et homines qui fuerint ad conillos des 11^{or} noctes in denante 11 conellos cum suis pellibus. Et qui fuerit pro melle 1 canada. Et in alia uice 1 libra cerea. Et monteiros qui fuerint pro pelles de bestiis adducant illas ad concilium et uendant illas sine nullo meto. Et qui plus dederit uadat cum illas et non sedeant pignoratus proinde neque raupatus. Et de latrone qui furtum fecerit leuet suo domino de illo ganato duplum et rege 7 partes. Et caualo aut equa que de alia terra uenerit cum sale det talega et de asino almude. Et homines qui fuerint trans ermio et prendiderint maurum qui fugiat aut mulo aut caualo aut asino aut bouem aut uaca et illi fuerit de salameca aut de zamora aut de terra de mauros aut de terra extranea dent quintam partem ad illo Rege et alia alcaidaria non dent. Et homine qui dederit iugada et uenatum occiderit in madeiro aut in baraza det 1 lumbum costal, et de porco montes 11^{or} costas. Et homine qui fuerit de rege et fuerit carniceiro det duos lumbos de intus de porcos. De³ boue aut de uaca 1 pedra zebra. Et homine qui calumpniam fecerit et pectare non det decimam : troseleiro extraneo qui uenerit in uilla et uendiderit det decimam de ipso qui uenderit et cum alio uadat in salutem. De caballarios de sela que non prendant sua casa aut de suo homine nullo caualeiro que faciat in illa pausada. Et homo qui honoratus fuerit et deuenit in senectute sedeat semper honoratus. Et mulier de caualeiro et uiro suo migratum fuerit tale que non prendat uirum stet semper honorata. Et homine de illo caualeiro⁴ qui calumpniam fecerit det fiatorem usque ueniat domino suo et non faciat directum usque illi ueniat ad concilium. Si homine de illo caualeiro baraliauerit cum homine de illo rege et homine de illo caualeiro arancado fuerit que sorciat illo caualeiro⁵ cum illo rege per medium. Et pro 1 palmada x quartarios. Et cum suo punio des illa garganta ad iuso bragal. Si dederit ad sursum adprecient illa homines boni et pectet mediam calumpniam. Et si aliquo homo fuerit ad illum hominem et dederit cum suis manibus in illo et in terra cadiderit v modios ad rege. Et si caualeiro de sena aut aliquo homo qui hereditatem habuerit et ibi homicidium fecerit aut rausso quo pectant illum a suo seniore in directo. Et si suo seniore non uoluerit leuare super se uadat illo maiorino pro illum et pro nulla alia causa non intret in sua hereditate de nullo homine de Sena nisi pro latrone qui furtauerit casa aut corte, et isto furto diuidat cum domino hereditate per medium. Et non prendat seniore caualo neque⁶ equa neque⁷ asino pro ad fossado neque pro ad nulla uia neque pro ad molino sine grato domino suo. Et homines de sena qui iugatam dederint que non uadant ad⁸ fossatum⁹ neque ad⁹ molino cum forcia de seniore. Et caballarios de Sena que aprestamo non tenerint non faciat nullum fossatum¹⁰ nisi illo de maio et apelido : homine de sena qui caballum¹¹ habuerit et morire que stet 1 anno in honore et ad capud de uno anno si caualo non comparauerit det iugada. Et si illos qui anaziarent ad mauros¹² prendat rex suam mediam partem. Caualeiros aut peones¹³ qui ad aliam terram uoluerint pergere uendant suas hereditates ad quem uoluerint¹⁴. Si homo migrauerit et filium habuerit et remanserit in sua hereditate quod faciant in unum seruicium. Mulier aut mancipia que non faciant nullo uirto super illas non pedones non caualeiros non descola nisi pro suo grato. Et si culpam fecerit ueniat ad concilium. Et nulla mulier miseram non faciat nullum seruicium de senior terre nisi pro suo precio. Et si homine de sena ad montem fuerit aut in alia terra non mittant caualos in sua casa usque illi ueniat. Si muro cadere et fuerit pro facere que ponat illo seniore mozom et luria et marra et mallios et 11^{as} lauancas et nos nostros corpos et illo muro sedeat factum. Et nostros iudicios non sedeant in illa alcazeua non cum seniore non cum maiordomo nisi ad illo concilio. Si homine de sena calumpniam fecerit que non sedeat preso si habuerit fiadore aut habere neque misso in illa alcazeua. Illas almonias de illo seniore prendat illas et non uadant ad illas alteras non de pedones non de caualeiros non ad uineas neque ad nullas arbores non prendant carneiros non porcos non lectones non oues non gallinas nec peccora ulla. Illos ministeriales non faciant nullo seruicio nisi pro suo precio nullo uicino quod non uadat in casa de suo uicino cum uirto et si ibi fuerit sine maiordomo aut sine iudice aut sine saione et iam in sua casa intrar cum uirto et prendet illum et saca fora de sua casa quod pectet 11 modios ad seniorem terre. Et si mortuus fuerit non pectet homicidium. Illas hereditates de domno osoreo sint semper liberas et honoratas sicut cum unius de melioribus militibus qui ibi fuerint. Illos clericos qui seruiunt ad sanctam Mariam sint semper honoratus cum uineas¹⁵ et cum casas et cum caualos et cum¹⁶ multas habere et nunquam dent racionem, et suos caballos et habere que non prendat seniorem terre. Si homo mauro mandauerit suum habere pro sua anima cum testimonia et cum carta in uita sua que stet, et si non mandauerit leuet illo maiordomo 11^{or} partes et sancta Maria quinta. Et in sena de intus nunquam dent pausa-

2 roupa
3 et de
4 caualario
5 caualario
6 nec
7 nec
8 a fossato
9 a

10 fossadum
11 caualo
12 mouros
13 pedones
14 uoluerit.
15 uineis
16 deest

das¹⁷ a caualeiro nisi cum suo grato. Que istos foros uoluerit irrumpere et ibi fuerit mortuus et pectet suo homicidio et alio male non prendat de seniore terre illi qui illo occiderit. Et non ponant iudice non seion nisi per concilium de uilla. Si fossado uenerit ad nostram uillam et caualeiro aut pedone diripauerit caualeiro que habeant¹⁸ suum espolium cum suo caballo et non de inde racione neque quinta. Et de mondeci usque in hermeno qui inuenerit mauro aut caualo detque ganauerit det terciam partem ad Regem et alia habeat. Illos ferrarios que aguent illos mallios et adtament illos catenatos¹⁹ et quando illo senior dederit ferro que faciant ferraturas²⁰ et clauos pro ad illum. Si caballum²¹ aut asinum²² habuerit²² non faciant nulla facienda sine suo grato. Illos oleiros qui in regalengo sedent quod faciant suos foros de ollas, et si ibiciones habuerint non prendant illas, pro in ulla facienda illos miseros qui illa ligna adducunt non prendat illa nisi pro suo precio. Et nunquam in sena prendant mostil. Et qui suo caballo aut mula aut asino aut equa aut nullo habere que non uendat ad senioreme terre sine suo grato. Si caualeiro²³ comparare hereditatem de pedone tornet illam in caualaria. Et si pedone comparauerit hereditatem de caualeiro det iugatam²⁴. Si homo de sena pignora fecerit de qualibet pars et illi uoluerit respondere ad mediam uiam que non prendat illa senioreme terre non maiordomo non iudice non seion sine grato. Si aliquo homo de sena iudicium habuerit habere cum homines quale terra fuerit²⁵ que ueniant ad portum seniorin. Illos de Colimbria ad illa carapinia. Homine qui in nostra uilla facere spada aut lancea²⁶ aut alfaniar²⁷ pro cum illas malefacere ad aliquem homine que pectet xxx solidos unus qui se ferierint. Vnus qui se ferirent cum suo companeiro et uocem non admiserit ad maiordomo aut ad iudice que se feriant ante illos et uocem non mitterint unus de illis que non pectent nullam causam²⁸. De proba de lancea²⁹ xv modios. De porrina vii modios. Si homine de sena fuerit fora mercare que mercadore non sedeat usque in duas uices non det portatico. Et de tercia uice det. De caualo lenzo et de asino bragal. Et deinde si fuerit mercare per uillas regalengas det portatico de que uendiderit. Cauto de sena per illo pausadeiro quintanela et per illo pausadeiro³⁰ de illa deuesa et per illa sculca et per illa ecclesia sancti stephani, qui occiderit ibi hominem pectet d modios, exceptis inde qui irrumpere uoluerit ista carta que ibi sedeat mortuum et pecte c modios. Maiordomo qui porcos aut uacas aut alia pecora habuerit non det uigilare illas ad nullo homo sine suo precio. Homo³¹ qui fugire ad illa ecclesia cum timore non intrent pos illum sed uigilent illum fora de ecclesia. Homine qui fuerit cauon cum suo legom non det racione. Mancipio qui solteiro fuerit aut uineam aut hereditatem habuerit cum rege det iugada et sedeat cui uoluerit. Caualeiro de sena qui sua hereditate habuerit sedeat cui uoluerit. Pedones de sena qui illas casas de illa alcaxena solent facere que faciant illas et postea parent illas factas ante maiordomo aut ante seruicial et si desperirent non sedeat nostra culpa et quem illas dampnare faciat illas. Et quisquis uero filius uel nepos tam de meis progeniis quam extraneis hanc firmitudinem irrumpere uoluerit non ei sit licitum sed per sola temptatione quamdiu in malo perseuerauerit, in primito sit excommunicatus permaneat et a liminibus adque sorcium³² sancte dei ecclesie deiectus existat et insuper cum iuda proditore in profundum pennas perpetim lugeat amen. Facta stabilitatis et firmitudinis carta in mense Maio Era m.ª c.ª LXX.ª III.ª Ego supradicti qui hanc cartam iussi facere coram idoneis testibus propriis manibus roborauim. Fernandus captiuo test. Archiepiscopus Pelagius conf. Bernaldus episcopus Colimbriensis conf. Gunsaluo roderici³³ conf. Egas moniz conf. Gunsaluo sauza senior conf. Qui presentes fuerunt et hec uiderunt, Tructesendo uermuiz conf. Pelagius carualius test. Garsia mauro³⁴ test. Salvador frosendiz test. Petrus reiriquiz test. Suarius menendiz test. Pelagius presbiter notauit nantimirizi.

Ego Alfonsus II.^{us}³⁵ dei gratia Port. Rex una cum uxore mea Regina domna Vrraca et filiis nostris infantibus domno Sancio et domno Alfonso et domna Alionor concedo et confirmo uobis populatoribus de sena istam cartam et istud forum quod uobis dedit auus meus inclite memorie Rex domnus Alfonsus. Et ut factum meum firmiter roboretur obtineat precepi fieri istam cartam et eam feci meo sigillo plumbeo communiri. Facta carta mense Decembris apud Colimbriam Era m.ª cc.ª L.ª v.ª Nos Reges supranominati qui hanc cartam fieri precepimus coram subscriptis eam roborauimus et in ea hec signa fecimus + + + + +. Qui affuerunt, Domnus Stephanus Bracarenensis Archiepiscopus conf. Domnus Martinus Port. episcopus conf. Domnus P.³⁶ Colimbriensis episcopus conf. Domnus Suarius Vlixbonensis episcopus conf. Domnus Suarius Elborensis episcopus conf. Domnus Pelagius Lamecensis episcopus conf. Domnus Bartolomeus Visensis episcopus conf. Domnus Martinus Egitanensis episcopus conf. Domnus Martinus iohannis signifer domni regis conf. Domnus P.³⁷ iohannis maiordomus curie conf. Domnus Laurencius suarii conf. Domnus Gomecius suarii conf. Domnus Gil ualasquiz conf. Domnus Fernandus fernandi³⁸ conf. Domnus Johannes fernandiz conf. Domnus Rodericus menendiz conf. Domnus Lopus alfonsi

17 pousadas
18 habeat
19 cadenatos
20 ferraduras
21 caualo
22 asino habuerint
23 caualario
24 iugadam.
25 fueriz
26 lanza
27 alfangar

28 casam.
29 lanza
30 pausadoiro
31 Homine
32 consorcio
33 rodriguez
34 mouro
35 deest
36 Petrus
37 Petrus
38 fernandiz

conf. Dominus Pontius alfonsi conf. Magister Pelagius cantor port. test. Martinus petri test. Suarius stephaniz test. Vincencius menendiz test. Petrus garsie test. Johannes pelagii test. Gunsaluus menendiz³⁹ cancellarius³⁹. J. martini notauit.

³⁹ menendi cancellarius curie.

MIRANDA

MIRANDA DA BEIRA

1136

Forale hoc decerpimus ex Lib. Foral. Antiquor. S. Crucis. Adjecimus lectiones varias ex Libro Nigro (Livro Preto) sedis Conimbricensis et ex Lib. Regestor. Alphonsi II.

In christi nomine. Ego Alfonsus port.¹ princeps Comitis Henrici et Regine Tharasie filius magni quoque regis Alfonsi nepos spontanea mea uoluntate compulsus facio cartam firmitudinis tibi Vzberto et uxori tue Marine de stabilitate et de foro de Miranda a me constituto quod iubeo hominibus qui ibi commorati fuerint reddere. Cuius constitutio ita fiat. Homo agricola de uno boue 1 quartarium reddat. Et² de² lino unum manipulum, de uino autem nonam partem. Et ipse agricola qui rationem dederit in cellario non det condatum de monte. Miles autem suam rationem defendat et de suis hominibus habitantibus in hereditate sua. Et si equum³ perdiderit usque ad duos annos rationem defendat. Et exinde si non potuerit equm habere det rationem. Et si mortuus fuerit miles mulier illius dum se bene continuerit sit honoratâ sicut in diebus mariti sui. Et si aliquis miles seuerit stet honoratus et rationem defendat. Sagittarius similiter faciat. Clericus qui ibi moratus fuerit stet in honore militum. Et tributum ecclesie reddatur episcopo sicut de Arouzi⁴. Conelarius de una morada quam in monte fecerit reddat unum conilium⁵ cum sua pelle. Montarius de melle et cera det medium cubellum mellis aut redel⁶ de cera. Ille qui peias in monte posuerit ad uenandum det inde lumbum cum quatuor costas⁷. Et si aliquis rausum comiserit terciam partem calumpnie componat. Et qui homicidium aliud tantum. Sed si intus castellum contigerit LX solidos. Homo qui alium hominem ferierit intret sibi in manus flagellis sicut fuerit iudicatum, et iudici terre similiter faciat. Et qui in alienam domum per uim introierit cum armis xxx solidos componat. Homo qui pugnam fecerit lancea et clipeo x solidos tribuat. Qui uero cum porrina v solidos. Ille uero qui sacionem⁸ uille ferire presumpserit x solidos reddat. Qui etiam iudicem ferierit aut pulsauerit mala mente xx solidos componat. Ille qui de uicino suo iniuriam habuerit uicario uille querimoniam faciat et si noluerit emendare pignoret illum pro 1 solido. Et si adhuc emendare noluerit⁹ sepius illum pro¹⁰ 1¹⁰ solido¹⁰ pignoret¹⁰ donec ueniat ad directum. Iste calumpnie supranominate stent in exquisitione bonorum hominum. Hanc firmitudinem facio et iure perhenni in forti statu suo esse semper promitto atque concedo. Qui uero istud¹¹ meum factum infringere uoluerit sit excommunicatus dei omnipotentis et semper maledictus permaneat usque ueniat ad satisfactionem. Facta stabilitatis carta x.^oiii.^o¹² kalendas¹² decembris Era m.^a c.^a lxx.^a iii.^a Bernaldus episcopus affuit. Ego Egas¹³ moniz¹³ curie dapifer conf.¹⁴ Fernandus captiuus alferes conf.¹⁵ Gunst¹⁶ diaz conf.¹⁷ Pelagius goterriz conf.¹⁸ Randulfus¹⁹ zoleimat¹⁹ conf.¹⁹ Fernandus test. Martinus test. Petrus test. Julianus²⁰ notarius²⁰ domini²⁰ regis²⁰ Sancii²⁰ iussu²⁰ eius²⁰ transtulit²⁰ in²⁰ Era²⁰ m.^a 20^o cc.^a 20^o xxx.^a 20^o viii.^a 20^o mense²⁰ Augusto²⁰.

Ego Alfonsus II.^{us} dei gratia Port. Rex una cum uxore mea Regina domna Vrraca et filiis nostris infantibus domno Sancio et domno Alfonso et domna Alionor hanc cartam et istud forum quod auus meus excellentissime memorie Rex domnus Alfonsus fecit et concessit populatoribus de Miranda concedo ego eis et confirmo per hoc

N.º 1

N.º 2

1 Portugalensium
2 De
3 equum
4 Arouz.
5 conelium
6 rederi
7 costas.
8 sayonem
9 se noluerit
10 pignoret de uno solido
11 istum
12 xiii.^o kalendarum
13 Egas Monionis
14 testis.
15 testis.
16 Gundisaluus
17 testis.
18 testis.
19 Ramduffus zoleimaz testis.
20 Jhoanes subdiaconus notuit Portugali.
deest

3 equum
7 costas
13 egeas moniz

scriptum. Et ut concessio et confirmatio mea maius robur obtineat²¹ firmitudinis precepi hanc cartam scribi et sigillo meo plumbeo communiri. Que carta fuit facta apud Colimbriam in Era m.^a cc.^a l.^a v.^a Ego et uxor mea et filii nostri supranominati qui hanc cartam fieri precepimus coram subscriptis eam roborauimus et in ea hec signa fecimus +++++. Qui affuerunt, Domnus Stephanus Bracarensis Archiepiscopus conf. Domnus Martinus Port. episcopus²²limbriensis²² episcopus conf. Domnus Suarius²³ Vlixbonensis episcopus²⁴S.²⁴ Elborensis episcopus conf. Domnus Pelagius²⁵²⁵ Domnus Bartolomeus Visensis episcopus conf. Domnus²⁶²⁶ conf. Domnus Martinus iohannis²⁷²⁷ domni Regis conf. Domnus P.²⁸ iohannis maiordomus²⁹²⁹ Laurentius suarii conf. Domnus Johannes fernandiz³⁰³⁰ conf. Domnus Gomecius suarii conf.³¹³¹ Domnus Rodericus menendiz conf. Domnus³²³² Domnus Lopus alfonsi conf. Magister Pelagius Cantor Port. test. Petrus garsie test. Johanninus test. Vincentius menendiz test. Martinus petri test. Petrus petri test. Gunsaluus menendiz³³ cancellarius curie.

N.º 2

- 21 optineat
 22 episcopus conf. Domnus Petrus Colimbriensis
 23 Suerius
 24 episcopus conf. Domnus Suerius
 25 Pelagius Lamecensis episcopus conf.
 26 Domnus Martinus Egitaniensis episcopus
 27 iohannis signifer
 28 Petrus
 29 maiordomus curie conf. Domnus
 30 fernandiz conf. Domnus Fernandus fernandi
 31 conf. Domnus Gil ualasquiz conf.
 32 Domnus Poncius alfonsi conf.
 33 menendi

PENELA

PENELLA

1159

Ipsi Penelae cui forale Ferdinandus Magnus dedit, hoc videtur concessum. Textum haussimus ex Lib. Foral. Antiquor. S. Crucis Conimbr. Exemplar, quod hic adjungimus, pristino idiomate portugalsensi versum extat in Archivo Publico.

In dei nomine. Ego Adefonsus Infans filius Hanrici comitis et Regine Tharasie facio cartam donationis et firmitudinis uobis homines de Penela cunctisque ibi habitauerit dono atque concedo uobis meum Castellum cum suis terminis cum montibus et fontibus terris et pascuis ruptos et non ruptos. Cuius uero isti sunt termini de illa cabeza da mata furada et fert in dueca et uadit ad illam cabeza de Albarol et fert in illa taliada et uadit per illo lombo raso et fert in illa uia antiqua da serra et quomodo currit aqua ad illum flumen de Alsie et uadit per illum flumen et fert in directum ad ipsum portum de lagenas et pergit a cabeza de ouelia et descendit per illa ualle de pito et uadit a figeiroa et intrat in illa aqua de ladeia usque in illo ulmar et fert in cabeza de mata furada. Dono atque concedo uobis ipsum castrum cum suos optimos foros. De uno iugo bouum ii quartarios medium tritici et medium orde. Et quantum habeat uno homine plus boues, non det plus de ii quartarios. Et illi qui ibi habitauerit uineas et habuerint vº quinales deinde dent inde duos puzales et nunquam plus et non uadat maiordomo ad suo lagar. De ceruo uno lombo, de porco duas costas. Monteiro que non der iugada et fuerit ad monte descando habuerit in monte octo dies det alqueire de mel uel aratal de cera. Et colinarius uno conelio cum sua pelle. Et miles quantos homines potuerint habere in sua he-

Em nomyny domyny amen. Eu afonso Ifante filho de conde dom enrique e da rreynha dona tarreja faço carta de doaçom e de fremidom aos homeens de penella e a todos os que hi morarem dou e outorgo a uos o meu castello com seus termos e fontes e terras e pacigoos rrotos e nom rrotos do qual uerdadeiramente estes ssom os termos, daquella cabeça da mata furada e fere em adueça e uay aaquella cabeça dalbarrol e fere em na talhada e uay per aquelle lonbo rraso e fere em aquelle carreira antiga da sserra como corre a auga daquelle rrio dalia e fere em direito em esse meesmo porto das lagias e sse uay aa cabeça doouelha e descende per aquelle vale do pito e vem aa figeira e entra naquella auga da ladea ata aquele ulmar e fere em aquela cabeça da mata furada dou e outorgo a uos esse castello com seus muy boos foros.

De hum iugo de bois dous quarteiros meyo triigo e meya ceuada. E aynda que hum homem aja muytos bois nom dê mais de ii quarteiros.

E daquelles que hi chantarem vinhas e ouuerem çinquo quinales dê ende dous puçaes e nunca mais e nom uaa moordomo a seu lagar.

Monteiro que nom der jugada e for ao monte desquando ouuer em monte viii dias dê alqueire de mel ou aratel de cera.

Do ceruo hum lombo.

reditate sint salui. Mulier si uir eius miles mortuus fuerit quantum fuerit uidua non det iugada. Miles si forte euenerit in miseria et in paupertate non det iugadam. Omnes qui ibi habitauerint habueritque duo iuga boum et decem oues et duas uacas et uno lecto de panos illum quod habuerit plus emat in cauallo. De homicidio et de rauso intus perfectum xxx solidos. Et foras xv solidos. De latrone v solidos et percuciant illum ante et retro. De illa atalia rex media et habitatores alia media. De uigilia de muro rex media et habitatores alia media. De proua cum scuto et cum lancea ille qui ceciderit donet ii solidos. Et de porrina i solidum. De iudice percusso x solidos. De saione percusso v solidos. Et omnia alias calumpnias que ibi fuerint facte non aponant aliquam rem sed faciant iudicium inter se et conueniant se bene. Et si aliquis homo non uoluerit intrare in iudicium uicinatorum suorum uendat illud quod habuerit totum ibi et exeat de nostro castello. Homo qui fuerit ad domum uicinatorum suorum sine alcaide uel sine iudice det lx solidos xxx a rei et xxx a concilio. Et si ibi adduxerit arma det v solidos et perza illas. Quando fuerimus in fossado Regis demus medietate quomodo sua criatione. Homo de Penela in quantum fuerit de infante non det portatico. Homo de Penela non faciat nullum iudicium nisi in suo castello. Et illo captum que uobis mandatis sedeat per suis terminis, et si nullus homo inrumpere uoluerit illum det dc solidos a regis. Et omnes qui ibi uenerint ad populandum suas hereditates ubicumque fuerint sint salui. Et ad illo alcaide suas quintas et suas alcaidarias et suos foros habeant. Clericus qui ibi fuerit in ecclesia donet ad episcopum qui ibi fuerit una pelle de ianeta et uno alqueire de mel. Et si aliquis homo uenerit uel uoluerit hoc meum scriptum corrumpere sit maledictus et excommunicatus et cum iuda traditore in inferno condempnatus. Facta karta donationis et firmitudinis mense Julii Era m.^a c.^a LXX.^a v.^a Ego Infans Adelfonsus qui hanc cartam iussi fieri cum manu mea roborauit et signa hec fecimus +. Bernaldus episcopus conf. Martinus grailnifiz test. Egas moniz test. Lourina test. Didacus trastimiriz test. Petrus martini test. Garsias manrus test. Pelagius trastimiriz test. Rodericus pelagii test. Egas moniz test. Fernandus captiuus test. Sancho moniz test.

Ego Alfonsus II.^{us} dei gratia Port. Rex una cum uxore mea Regina domna Vrraca et filiis nostris infantibus domno Sancio et domno Alfonso et domna Alionor concedo et confirmo uobis moratoribus de Penela istam cartam et istud forum quod uobis dedit meus auus Rex domnus Alfonsus. Et ut hoc meum factum in perpetuum firmum robur obtineat precepi fieri istam cartam meo sigillo plumbeo munitam. Facta fuit hec carta apud Colimbriam mense Nouembris Era m.^a cc.^a L.^a v.^a Nos supranominati Reges qui hanc cartam fieri precepimus coram subscriptis eam roborauimus et in ea hec signa fecimus +++++. Qui affuerunt, Domnus S. Bracarenensis Archiepiscopus conf. Domnus M. Port. episcopus

Do porco duas costas.

E o coelheiro hum coelho com sua pelle. E o caualeiro quantos homeens poder auer em sua herdade ssejam liures.

Molher sse o seu marido caualeiro for morto em quanto for ueua nom pague jugada.

O caualeiro sse ueer em perda ou em pobreza nom dê jugada.

Todos os que hi morarem e ouerem duas jugadas de bois e dez ouelhas e duas uacas e hum leito de rroupa aquelle que mais ouer merque ende cauallo.

Domeçido e de rrouso dentro feito triinta ssoldos, e de fora quiinze ssoldos.

Do ladrom çinquo ssoldos e feiramno deante e detras daqual contia aja o rrey ameatade e os moradores a outra meetade.

Da uegia do muro o Rey ameatade e os moradores a outra meetade.

Da proua com scudo e com lança aquelle que matar dê dez ssoldos.

E da porrada hum ssoldo.

Do juiz ferido dez ssoldos.

Do ssayam ferido cinco ssoldos.

E todas outras emjurias que hi forem feitas nom obedeçam outra rrem mas façam juizo antresy e aue-nhamse bem.

E sse algum homem nom quizer entrar em juizo dos uezinhos venda aquello que hi ouer todo hi e saiasse do noso castello.

Homem que for a casa de seus uezinhos ssem alcaide e sem juiz dê ssaseenta soldos triinta ao Rey e triinta ao concelho.

E sse aduser arma dê çinquo soldos e perca esa arma.

Quando formos em fossada delRey demos ameatade como sua criaçom.

Homem de penella enquanto for difante nom dê portajem.

Homem de penella nom faça alguum juizo senom em seu castello.

E aquele couto a que o uos mandastes sseja per seus termos.

E sse nenhuum homem nom o quizer rronper peite sseiscentos soldos a Elrrey.

E todos os que ueerem pouoar as suas herdades onde quer que forem ssejam liures e o alcaide aja suas quintas e alcaidaryas e seus foros.

Creligo que hi for na jgreia dê ao bispo que hi for huma pelle de gineta e hum alqueire de mel.

Sse alguum homem veer ou quizer corronper este noso scripto seja maldito e scomungado e condapnado no inferno com judas o treedor. Feita a carta da doaçom e firmidom no mes de julho era de mil cento sa-teenta e cinco annos. Eu ifante afomso que esta carta fazer encomendey com minha mão a rroborey e este signal fige +.

conf. Domnus P. Colimbriensis episcopus conf. Domnus S. Vlixbonensis episcopus conf. Domnus S. Elborensis episcopus conf. Domnus P. Lamecensis episcopus conf. Domnus B. Visensis episcopus conf. Domnus M. Egitanensis episcopus conf. Domnus M. iohannis signifer domini regis conf. Domnus P. iohannis dapifer domini regis conf. Domnus L. suarii conf. Domnus Egidius ualaskuiz conf. Domnus G. suarii conf. Domnus Johannes fernandi conf. Domnus F. fernandiz conf. Domnus Lopus alfonsi conf. Domnus Poncius alfonsi conf. Magister Pelagius Cantor Port. test. Vincencius menendiz test. Petrus garsie test. Iohanninus test. Mar. petri test. Petrus petri test. Gunsaluus menendi cancellarius curie.

Senhor está em posse que todo aquelle que laurar continuadamente com bois huma ssumana ou ssejam sseus ou alheos e a laura sseja pera ssey page jugada com tanto que nom sseja daquellas pessoas que o foral scusa da jugada.

Os juizes do dito lugar deuem seer feitos em cada huum anno por sam Joham per pelouros e confirmados pello senhorio del e dadas cartas a elles per que obrem dos officios asseeladas com o sseello do Senhor e das cartas pagam chancellaria a saber cinco liuras de moeda antiga.

O moordomo e sayam que hee porteeiro deuem seer apresentados e dados pello senhorio e confirmados pello juizes e scriptos em liuros da uareaçom e dado juramento per elles que bem e dereitamente usem de sseus officios.

LEIRENA

LEIRIA

1142

An autographa sit, vel non, charta primi Leirenensis foralis, quae in Archivo Publico invenitur, dubitandum est. Si apographa, satis antiqua credenda. Lectiones varias, quas adiungimus, decerpsimus ex Libro D. Joannis Theotonii, monasterii S. Crucis praesulis, saeculo XIII conflato.

In dei¹ nomine¹. Ego Alfonsus gratia dei portugalencium rex comitis henrici et regine tarasie filius magni quoque regis alfonsi nepos facio cartam de foro hominibus habitatoribus de leireirena², hoc est. Si aliquis disruperit domum alterius peitet quingentos solidos. Quod si fuerit miles cuius domus fuerit disrupta detur inde medietas illi et alia medietas regi. Si uero fuerit peon duplet illi quod rapuerit et det quingentos solidos regi. Siquis traxerit arma ferrea contra³ uicinum suum peitet⁴ sexaginta solidos et sanet damnum quod fecerit cum illis. Qui mactauerit hominem in uilla aut inter leirenam et heirenam riuulos et usque ad palacium randulfum⁵ pectet quingentos solidos et qui extra hos terminos hoc fecerit peitet⁶ sexaginta. Quicumque foras habuerint hereditates sint cautate. Et si homines illorum calumpniam fecerint peitent quintam partem calumpnie per iudicium bonorum hominum. Et si habitator de leirena habuerit intencionem cum extraneo habeant iudicium in ponte de leirena. Si aliquis homo fecerit iniuriam habitatori de leirena ante quam querat de illo directum duplet illi quod iniuste fecit et peitet sexaginta solidos regi. Quicquid homo de leirena in terra sarracenorum lucratus fuerit det quintam partem regi preter equos quos debet accipere alcaide de leirena et facere inde nouos milites et dare his qui perdiderint suos. Miles de leirena stet pro meliore milite de tota terra regis in iudicio, et peon pro meliore peone. Mercator de leirena non det portaticum in terra regis. Vidua mulier militis dum bene uixerit habeat iudicium militis. Post annum qui uoluerit uendere uel donare hereditatem suam habeat licenciam. Si miles conparauerit hereditatem peonis sit libera. Si peon de milite sit tributaria. Si miles per naturam ibi perdiderit equum suum et recuperare non potuerit senper stet in foro militis. Alius uero miles qui non fuerit per naturam si perdiderit equum stet in foro militis per duos annos. Deinde si non habuerit det racionem. Peon si habuerit equum sit miles si uult. Miles qui habuerit ibi equum sanum et non exierit in apilido det quinque solidos in uino. Laborator sine equo det de unoquoque boue unum sextarium medium tritici et medium secunde. Postquam habuerit quinque quinales de uino det unum puzal. Montarius de zana det de uenato lumbum costale. Conicularius post unam noctem det unum coniculum cum sua pelle. Mellitor det per annum unum almude de mel⁷ et unam libram de cera. Piscator de uilla qui ibi uendiderit pisces det decimam partem. Piscator de foris de una bestia det duos pisces et de peone unum. Qui uerberauerit saionem peitet uiginti solidos. De pugna que⁸ fuerit

¹ nomine domini.
² leirena
³ in uilla contra
⁴ pectet

⁵ randulf
⁶ pectet
⁷ melle
⁸ qui

infado⁹ si miles fuerit uictus det decem solidos, si peon v^o. Atalie¹⁰ in hoc primo anno totam teneat rex, in aliis medietatem teneat rex et aliam medietatem moratores. Placuit quoque mihi rege¹¹ alfonso et firmiter statui dare terminos eidem castello leirene per circuitum incipiens a mari ab occidentali parte et a parte meridiana per uenam de alcobacia et perueniens ad fontem de soo. Et inde ad austrum per transit per taigiam et inde uadit ad lombam que est in medio de mendiga et inde ad cimalias de aluardos et ad cimalias de serra de maede perueniens ad fontem de santiz¹² que est ad orientem. Ab orientali uero parte diuidens per castellum carrapatosum per stratam et inde ad portum de aurem¹³ et inde ad antas uergens ad aquilonem. Et ab aquilonari parte diuidens per palumbarinum¹⁴ et¹⁴ inde¹⁴ uadit¹⁴ ad¹⁴ fontem¹⁴ de¹⁴ rania¹⁴ et inde ad soueiro de brahamino et inde descendit ad ocasum et ad mare per lumbam que est inter uiam que uadit de lourizal¹⁵ per cornagaa ad leirenam et alteram uiam que uadit ad cornagaia et inde quomodo uadit ad lacunam que dicitur eruedosa et ferit in mare. Totum uero ecclesiasticum ius de leirena cum¹⁶ predictis¹⁶ terminis¹⁶ suis¹⁶ do et concedo canonicis et monasterio sancte crucis pro remedio anime mee. Ego Alfonsus portugalensium rex istos supradictos foros et terminos roboro et confirmo. Sub era m.^a c.^a lxxx.^a : quos quicumque frangere uoluerit sit a deo patre maledictus et excomunicatus et a liminibus sancte ecclesie sequestratus et cum iuda traditore domini¹⁷ in¹⁷ inferno¹⁷ prostratus¹⁷ et hoc statutum senper habeat firmitatem perpetuam. Amen¹⁸.

Magister albertus notuit. —Egas¹⁹ moniz¹⁹ dapifer curie conf. —Aluarus petriz alferiz²⁰ conf. —Fernandus petriz conf. —Gunsaluus²¹ diaz test. —Martinus anaia test. —Fernandus gutteriz²² test.²²

9 infada
10 Atalaiam
11 regi
12 santiz
13 ouren
14 rium de aleten quomodo intrat in cabrunças et inde ad cortizoo
15 laurizal
16 derunt

17 in ima inferni precipitatus
18 Amen. Amen. Amen.
19 Egeas munii
20 alferiz
21 Menendus moniz conf. —Gondisaluu
22 goterriz test. Randulfus zoleimaiz test. Martinus zouparrel test. Petrus gouinas test.

AROUZI

LOUSAN

1151

Charta autographa confirmationis Alphonsi II textum hujus foralis nobis suppeditavit. Accesserunt lectiones variae ex Lib. Foral. Antiquor. S. Crucis, et ex Lib. Regestor. ejusdem Alphonsi II desumptae.

In christi nomine. Ego Rex¹ Ildefonsus¹ Portugalensis¹ Rex una cum uxore mea Regina domna Mahauta² facimus cartam donationis et firmitudinis hominibus in castello illo quod dicitur Arouzi³ morantibus cunctisque in eo moraturis cum suis terminis cum montibus scilicet et fontibus et pascuis ruptis et non ruptis. Termini eius⁴ tales sunt, ab illo loco quem uocant armada de porco per illam antam. Et inde ad serram de miranda et postea per cimas de Semedi et deinde per illo saxo et inde a couelos. Et ad illam prouam. Et per locum per quem marmedeira⁵ fuit debellata. Et inde per montem⁶ mioto. Et inde ad illam lumbam que est super foz⁷ de perilon. Et inde a la lomba⁸ de sautelo. Et postea ad serram. Donamus atque concedimus eis predictum castrum cum foris subsequentibus. Homo agricola de uno boue unum quartarium reddat. Et de lino unum manipulum. De lino⁹ autem nonam partem. Et ipse agricola qui rationem dederit in cellario non det condatum de monte. Miles autem suam rationem defendat et de suis hominibus habitantibus in hereditate¹⁰ sua¹⁰. Et si equum perdiderit usque ad duos annos rationem defendat. Et exinde¹¹ si non potuerit equum habere det rationem. Et si mortuus fuerit miles mulier illius dum se bene continuerit sit honorata sicut in diebus mariti sui. Et si aliquis miles senuerit stet honoratus et rationem defendat. Sagittarius similiter faciat. Clericus qui ibi moratus fuerit stet in honore militum. Et tributum ecclesie reddatur Episcopo. Cunelarius de una morada quam in monte fecerit reddat unum conilium cum sua pelle. Montarius de melle et cera det medium cubellum mellis aut redel de cera. Et¹² qui peias posuerit¹³ in¹³ monte¹³ ad uenandum det inde unum lumbum cum quatuor costis¹⁴. Et si aliquis rausum comiserit terciam partem calum-

N.º 1

1 Ildefonsus Port.
2 Mahalta
3 Arouci
4 cuius
5 marmeleira
6 monte
7 focz
8 leuba
9 uino
10 hereditatem suam.
11 inde
12 Ille
13 in monte posuerit
14 costas.

M. L. Tom. I.

N.º 2

1 Ildefonsus Port.
2 halta
3 Aroczi
4 cuius
5 marmeleira
6 monte
7 focz
8 louba
9 uino
10 hereditatem suam.
11 inde
12 Ille
13 in monte posuerit

95

pnie componat. Et qui homicidium aliud tantum, sed si intus castellum contigerit¹⁵ LX.^a solidos. Homo qui alium hominem ferierit intret in manus sibi et flagellis sicut fuerit iudicatum. Et iudici terre similiter faciat. Et qui in alienam domum per uim cum¹⁶ armis¹⁶ intrauerit¹⁶ triginta solidos componat. Homo qui pugnam fecerit et lancea et clipeo x^m solidos tribuat. Qui uero cum porrina v solidos. Ille uero qui sagionem uille ferire presumpserit x solidos reddat. Qui etiam iudicem ferierit aut pulsauerit mala mente xx^{ti}¹⁷ solidos componat. Ille qui de uicino suo iniuriam¹⁸ habuerit uicario uille querimoniam faciat. Et si noluerit emendare pignoret illum pro uno solido. Et si adhuc se emendare noluerit sepius illum pignoret de uno solido donec ueniat ad directum. Iste calumpnie supranominate stent in exquiritione bonorum hominum. Hanc firmitudinem facio et iure perhemni in forti statu suo esse semper permitto atque concedo. Qui uero istud factum nostrum confringere uoluerint¹⁹ sint maledicti dei omnipotentis et excommunicati et semper maledicti permaneant usque ad satisfactionem. Facta stabilitatis carta in Mense Aprili²⁰ Era m.^a c.^a LXXX.^a VIII.^a Nos supranominati qui hanc cartam iussimus facere et cum manus nostras roboramus hec signa —. Qui presentes fuerunt hii²¹ sunt testes. Ego Fernandus petri dapifer curie conf. Ego Petrus pelaz signifer conf. Ego Alcaide Roderico Colimbrie²² conf. Petrus test. Pelagius test. Menendus test.

Ego Rex Alfonsus²³ et Regina Mafalda²⁴. — Magister Albertus Cancellarius.

Ego Alfonsus II.^{us} dei gratia Portugalensis Rex una cum uxore mea Regina domna Vrraca et filiis nostris²⁵ Infantibus domno Sancio et domno Alfonso et domna Alionor illam cartam et illud forum quod Rex domnus Alfonsus auus meus excellentissime memorie uobis populatoribus de Arouzi²⁶ dedit et concessit concedo uobis et confirmo per hanc cartam meam quam precepi fieri et sigillo meo plumbeo communiri ut maius robur semper obtineat firmitatis. Que fuit fuit²⁷ facta apud Colimbriam Mense Nouembri sub Era m.^a cc.^a L.^a v.^a Nos supranominati qui hanc cartam concessionis et confirmationis fieri precepimus coram subscriptis eam roborauimus et in ea hec signa fecimus +++++.

Qui affuerunt, Domnus Martinus iohannis signifer domni Regis conf. — Domnus Petrus iohannis maior-domus curie conf. — Domnus Laurencius suarii conf. — Domnus Johannes fernandiz conf. — Domnus Fernandus fernandiz conf. — Domnus Gomecius suarii conf. — Domnus Egidius ualasquiz conf. — Domnus Rodericus menendiz conf. — Domnus Poncius alfonsi conf. — Domnus Lopus alfonsi conf. — Vincencius menendiz, Martinus petriz, Petrus petri, test.

Domnus Stephanus Bracarensis Archiepiscopus conf. — Domnus Martinus Portugalensis Episcopus conf. — Domnus Petrus Colimbriensis Episcopus conf. — Domnus Suarius Vlixbonensis Episcopus conf. — Domnus Suarius Elborensis Episcopus conf. — Domnus Pelagius Lamecensis Episcopus conf. — Domnus Bartolomeus Visensis Episcopus conf. — Domnus Martinus Egitaniensis Episcopus conf. — Magister Pelagius cantor Port., Petrus gar-sie, Johanninus, test.

Gunsaluus menendi Cancellarius curie²⁸ — Fernandus²⁹ suarii²⁹ scripsit²⁹.

N.º 1

15 contingerit
16 intrauerit cum armis
17 xxx
18 iniuria
19 uoluerit
20 Aprilis
21 hec
22 Colimbriensis
23 Aldefonsus
24 Mahalda
26 Arauzi
27 deest
28 curie conf.
29 deest

N.º 2

15 contingerit
16 intrauerit cum armis
18 iniuria
19 uoluerit
20 Aprilis
21 hec
23 Aldefonsus
23 meis
27 deest
28 curie conf.
29 deest

FRESNO

FREIXO

1152

Ex codice in Archivo Publico seruato, et titulo «Lib. II Regestorum Alphonsi III» insignito (perperam quidem, nam acta continet tantum quarundam inquisitionum generalium saeculi XIII) textum hujus foralis hausimus. Mendose dicitur datum anno 1122, quo nondum Alphonsus I regia dignitate erat decoratus. Anno 1152 (aera MCLXXXX) absque dubio tribuendum est, clarissime enim patet causa mendi. Medio aevo nota numeralis x, apice superposito, XL significabat : apicem uero ommissit scriptor codicis. Inde MCLX pro MCLXXXX ibi legitur.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis uidelicet patris et filii et spiritu sancti amen. Ego Rex A. regi portugalensis una cum uxore mea Regina intenda (sic) filia Comitum contemociana (sic) et per concilium de fernam melendis et adiutorium de Gonsaluo sousa una pariter cum filiis nostris qui exierint a nobis uobis homines de fresno qui ibi-

dem populatores estis siue illis qui uenerit ad populandum facimus cartulam sicut et fecimus per scripturam et preceptum nostrum firmiter teneatis ut habeatis foro bono sicut habent alios homines cum meliores foros. Et non detis michi nec a progenie mee nec a nullo homine pro homicidio nisi septima adpreciadura per concilio et per manu de iudice. Et nullo pecto nec nulla callumnia non intret ibi meo meyrino nisi iudice de uestro concilio. Et nos homines de fresno non faciatis fossado nec detis fossadeira pro que estis in fronteira. Ergo si uenerint mauros aut malos christianos a la terra socorrelos a poder : et non intret ibi nuncio nec manaria de nullo homo per foro de fresno. Et qui in termino de fresno filia aliena rapuerit extra sua uoluntate que pectet a rrancuroso xxx m.^o et exeat homicieiro. Dono atque mando in toto meo regno per ubi habuerint hereditates et seruiant eis in fresno. Mando qui militem de fresno occiderit pectet mil solidos. Et si eum desornauerit pectet d solidos medios ad militem et medios ad palacio. Et per istum pignorem sine totis calupniis. Sed peones in morte aut in feridas aut in rouso unum forum habeamus in villa. Et dono uobis foro quod stet caualeiro de freyveno pro infanzon de alias terras in iudicio et in iuramento troncat super illos cauaderos uilanos de alias terras in iudicio et in iuramento cum duos iuratores. Et qui domum edificauerit aut uineas aut sua hereditate honorauerit et uno anno in villa sederit et postea ad aliam terram fuerit quomodo seruiat illi totam suam hereditatem ubi habitantes fuerint. Et si quesierit uendere uendat ad qui uoluerit per foro de fresno. Et homines de fresno habuerint iudicio aut iuncta cum homines de alias terras habeant medianedo in parada uela de uales. Et omnes qui de sua terra exierint cum homicidio aut cum mulier ronsada uel cum alia calupnia qualibet sedeat nisi qui non adducat mulier aliena de benedictione, et tornet se ad seniore de fresno ut sedeat soltum et defenditum per foro de fresno. Et si quis homo de quacumque terra cum inimicitate aut cum pignora uenerit et in termino de fresno intratum fuerit nullum inimicum post illum intraret et pignora tollerit aut male faciat quomodo pectet a senior de fresno d solidos et duplet illa pignora aut alias liuores. Et qui omine de fresno pignorauerit et in concilio eum pecierit et in concilium non pecierit directum quomodo pectet a senior de fresno lx solidos et duplet illa pindra a suo dono. Et omine de alia terra qui caualeiro de fresno descaualgar pectet solidos (sic). Et qui homine de fresno presierit in prisione que pectet xxx m.^o Et si quis homo de fresno presierit aliquid homo de alia terra pectet v solidos. Et si homine de fresno pro qualibet fiadura ad medio anno non requisierit quod sedeat soltum. Et si migratum fuerit sint filii et vxor sua liberi a fiaduria de benedictiones et de directum dare desuper cabudura ad xxx dies. De fiaduria de auer qui habeat a dare quando dederit sedeat soltum : fiador de sanamento quando fiadura fiar semper stet fiador ille et suos filios et si non habuerit filios qui receperat sua bona stet fiador semper. Qui eyra disruperit pectet lx^a solidos et in istum non habeat palacium. Maurum qui fuerit christianum uel seruum et ad fresno uenerit sedeat liberum. Hominem qui sua mulier laxauerit pectet i denarium et si mulier leixauerit suum uirum pectet xxx morabitanos medios ad palacio et medios a suo marito. Et qui eam amparauerit a suo uiro pectet x solidos cotidie. Et de ista callumnia media ad palacium. Et si fuerit mancipia in capillo aut cum touca et uenerit rescando per illa cal et dixerit folam fudeume per nomine saluet se cum xii. Et si non potuerit saluar pectet xx m.^o et septima a palacio. Et si non uenerit rescando usque in tercium diem iuret siue tercium et exeat de callupnia. De anno in anno quando uenerit nostro senor ad nostram uillam demus in sua parada ii. ii. panes et singulas octauas de ceuada et i denarium. Caualeiro qui suo caualo de cela morir aut mulier obierit aut aliam adduxerit non faciat postea nec fazendeira usque ad anno. Mulier orfona non faciat postea nec fazendeira usque habeat uirum. Mulier uidua non faciat postea nec fazendeira erga si habuerit filium in sua casa de xv annos. Et non soluant homines de fresno pignora pro senior nec pro meyrino nisi pro suo uicino. Et non dent pousada pro foro de fresno non caualeiros non alcaldes non abbates non uiduas non pedones per manu de iudice. Et qui uicino occiderit et in sua casa fugierit et post illum intrauerit et ibi mactauerit pectet ccc solidos. Et qui mulier aliena ferir pectet ccc solidos et septima a palacio et a suo marito alios qui remanserint. Et palacio de senior et de episcopo habeat callumniam et ecclesiam de istas tres qui irrumperit pectet mil solidos. Et qui percusserit presbiter pectet d solidos et una medala de auro et si negauerit iuret cum vi uicinos bonos et ille septimo. Et omine de fresno qui fiador intrar et contentor illi non iurar quale fiar pectet. Et si contemtor habuerit mittat illum in manus et sine callumpnia et in sepo et exeat de fiadura. Et si noluerit recipere in sua presione faciat testes de iii uecinis et non respondat. In fresno palacio non det pesquisa per nulla callunia. Et si firmar cum iii alcaldes pectet et si non firmar non pecte. Clericos qui migrauerint hereditent suos parentes qui magis circa habuerint et ubi mandauerit suos aueres cum sua lingua ibi prestant. Et si sine lingua obierint suos filios hereditent aut suos parentes magis circa et dent illa tercia parte pro sua anima. Pelago nec monte non sedeat defesso in fresno neque in suis terminis. Iudex si noluerit colligere directum uel fiador super pignoram qui tenerit mactent illum sit (sic) tota callunia fora que pectemus singulas pelles de coneios quantosque ibi morauerint qui de posta fuerint de dare. Et ipsum qui eum occiderit non det nichil et si ibi parentes habuerint saluent ei et dent ei de segurancia super quatuor homines in centum centum morabitanos. Et si hoc non fecerint exeant de villa. Et qui eum colligerit aut anparar pectet c m.^o et non prestat illi per mortem de homine aut per rouso. De mulier qui callupnia habeat de ccc solidos exeat de fresno et de suo termino pro inimico. Et qui lo colligerit

pectet ccc solidos et si non iuret cum xii que lo non coleo nec pane dedit illum. Per totum furtum qui fuerit arracado per lide uel per ferro duplet ei cum lx solidos a rancuroso et nouenas a palacio. Ad quem demandarem que homine matou a traicion lide et si caer pectet mil m.^o et si non habuerit de que los peche faciant de illum iusticiam quomodo de aleiuoso e de traidor, et sup (sic) exeat de fresno pro aleuoso et de suo termino et deribemle las casas. Et per istam uocem uicinum ad uicinum det directum et non ad iudicem. Et qui istam uocem demandauerint primum iuret cum iii parentes los magis circa qui in tota la uilla fuerint qui lo non demanda por outra malquerencia mais que matador en firidor foi de seo parente onde morreo, et si parentes non habuerit cum iii uicinos. Et si istum non iurar non respondeat illi. De sanguie deroto de lansa ut de spada uel cultello qui cum isto ferir et inde non morir pectet xxx m.^o Ad iudice non li respondeat nadi sine rancuroso. Judex de anno in anno sedeat. Judex prenda septima parte de callumpniis et de tota cousa qui sacauerit et si rancura habuerit de illo senior det directum per manus de nostros alcaldes. Qui ferir suo uicino cum petra aut cum fuste pectet xx m.^o si firmarem et si non firmarem iuret cum v uicinos. Si ferir cum manus aut mesar aut cum pede pectet iii m.^o si habuerit firma et si non habuerit iuret se v. Qui ferir suo uicino in la sanca de la ecclesia aut in concilio a pregon ferido aut in apilido pectet lx.^a solidos medios alcaldes et medio a quereloso, sua colonia quomodo sursum resonat. Toto homine qui insarrado fuere in sua casa cum armas a forcia pectet ccc solidos si firmarem. Et si non iuret se quinto. Et dono uobis forum quod non habeatis senioreni nisi regem aut suo filio aut qui uos concilio quesieritis. Et si homine de fresno qui deseradado fuere per sua manu non pectet quomodo se tornet ad suam hereditatem ubi illa fuerit sine nulla callupnia. Et toto homine de fresno qui heredado uiere en outra terra non faga fossado nisi per foro de fresno. In fresno non det osas nec luitosa. Et de toto portadigo qui uenerit a fresno ubi pousada prenderit prenda sua terciam, de caualos de mulos singulos solidos de boue et de asino vi denarios. Qui toller pignos in casa pectet v solidos. Qui toller in cale pectet x solidos. Qui refertar iudicio de alcalde pectet v morabitanos : uicino qui pedir fiel e lo parar a suo uicino et non uiner ad el pectet x solidos. Et uestros alcaldes iuzguem de sol a sol. Et si baralarem ii uicinos et uiner alcalde et dixer encouto uos que nom baraledes e non se calarem pectet i m.^o De furto descuberto det a suo dono toto suo aut duplato et nouenas partiant os alcaldes per medium cum palacio, et prendant illos alcaldes illas orellas et si alia uice furtar inforquent illum. Toto uicino qui pedir de sigurancia cum iii uicinos aut cum uno alcalde et non dederit pectet v m.^o Et si trasnoutar pectet x m.^o Si dixer non habeo homine qui me leue super cabo det fiador de l.^a m.^o fasta tercium diem. Et si non dederit pectet l.^a m.^o Et postea det iii fiadores in quatuorcentos m.^o Et si non dederit prendant illos alcaldes cum rancuroso et si non faceret cadat illos in periurium. Qui rancura meter ad alcalde et non lo xegar a dereito cadat in periurio. Et qui filia aliena leuauerit rabida et illa non fuerit de sua uoluntate adducant illa ad mediancto et si fuerit a suos parentes pectet ccc solidos et exeat pro inimico. Et si fuerit cum suos qui uenerit exeant ambos inimicos. Et qui mulier aliena leuauerit mittant illos ambos in manus a suo marito et faciat inde sua uoluntate. Mancipia qui fuerit pedida rogado et altero se trameter et leuauerit per sua uoluntate non colliant suos parentes sine prazer de suo sposo. Et si collerent pectet ccc solidos et septima a palacio, et exeant inimicos. Todos cautos que poserem alcaldes asi seiam otorgados quomodo si iacuisent in carta per mandamento de concilio. Et omine de fresno qui non fuerit cum suos uicinos in apilido pectet i m.^o et si dixerit no lo ouio iure cum uno uicino. Et per nostro foro de ecclesia nostra a bracara nichil damus nisi unum solidum. Mulier uidua qui casar ante de uno anno pectet iii m.^o a los alcaldes. Vinea cum uuas quin a entrar caualo medium m.^o o mulo o boi medium m.^o o porco medium m.^o o ouega medium m.^o ou cabra per v. i. m.^o Per cam medium m.^o E pos fur de fruita i solidum. E de dano de pam per oueias e de cabras per v. i. octaua, de boi e de bestia e de porco senas octauas. Ego Rex A. qui istam cartam iussi facere scribere et legere et audire una cum vxore mea et filios manus nostras roboramus et signum + facio. Et si ego uel filios meos tam de meis quam de extraneis qui istum meum factum disrumpere uoluerit sit maleditus usque in euum. Era m.^a c.^a lx.^a Hii sunt terminos de fresno per pandeira et quomodo uadit per alanta et inde pola fraga de uales et inde per castellum qui dicitur ferroum et inde pela foz de aretaes et inde a cima de pipa et inde al monte de durom et per cima de ueyga da matancia. Facta cartam kalendas Januarii. Todo homine uel mulier de fresno a suo passamento mande fata, fasta sua metad o quiser, et si passar sem lingua de por sua anima el quinto que lo heredar.

Testes, Archiepiscopus iohannis conf. — Gonsaluo de sousa conf. — Petrus fernandis conf. — Petrus palais conf. — Egas fafilas conf. — Godino fafilas conf. — Fernam catiuo conf.

Todo clerigo que entrar en a ecclesia de frexeno per mano de concelo et de alcaldes de pascua a pascua esto auemus per foro e se ante fezer per que ponelo fora. Toto uicino qui demandar pindra a seu uicino firme e senom nom responda.

Tota mulier de fresno que acharem cum marido alieno queimena por aleiuosa e tomem todo suo auer o concelo pera lo castelo aquel que acharem cum ela peite x morabitanos pera lo castelo. Todo omem de fresno que filar moler a forcia fazam del iustizia. Quem quizer mandar quer en concilio a omine de fora parte delo de sua casa quen andar per la uilla pedindo com omem de fora parte i m. Alcaldes se o nom sacarem cadelis in peiurio.

Benedicat deus ille qui notuit.

Et ista carta non tenebat sigillum de aliquo rege et erat litera facta sicut est ista de tribus manis et scriberunt ibi istud modo que est scriptum sub forma de ista manu.

A. dei gratia Rex Port. et Comes Bolon. Concilio et alcaldibus de freyveno salutem. Sciatis quod Ego concedo et do uobis uestros foros et uestros costumes et uestras cartas sicut melius habuistis in tempore aui mei Regis domni S. Datum Vimarane vi kalendas aprilis Era m.^a cc.^a lxxx.^a vi.^a

Et ista carta tenebat sigillum.

Manus quae in charta depicta erat inquisitores in Regestis descripserunt.

MEIGION FRIO

MESÃO-FRIO

1152

In charta confirmationis ab Alphonso II concessa insertum hoc manet forale, anno 1152 datum. In Libro Foralium Antiquorum S. Crucis, et in Libro Regestorum Alphonsi II perperam legitur annus 1122 (aera MCLX) quo nondum Alphonsus I regnum adeptus fuerat. Ex iis duobus codicibus et ex Libro II (sic dicto) Donationum Alphonsi II lectiones varias hausimus.

In christi nomine. Ego Alfonsus Portugalis¹ Rex et uxor mea Regina Mahalta², placuit nobis per bonam pacem et uoluntatem ut faceremus cartam de bonos foros ad uos bonos homines de Meigionfrio³ qui ibi populatis et qui ibi sunt populatori usque in finem. In primo de unaquaque domo in uno anno reddatis xii denarios de illa festa sancti Andree usque ad alia festa sancti Andree. Et de uestros bancos ubi uenditis carnes xii denarios. De cauallo et de equa uendere xii denarios. De asino vi denarios. De troxel⁴ qui uenerit in caualo aut in equa xii denarios. De troxel⁵ de asino vi denarios. De pedone iii denarios. De pelle conelia iii denarios. De manto ii denarios. De capa ii denarios. De sagia i denarium. De boue aut de uacca ii denarios. De capra aut oue i denarium. De porco aut de⁶ porca i denarium. De bragale⁷ i denarium. De coiro⁸ de boue aut de uacca i denarium. De⁹ ulla re que se uendiderit¹⁰ pro minus de xii denarios non prenda¹¹ portaticum. Et qui percusserit cum pugno¹² clauso reddat xii denarios¹³. De manu extensa¹⁴ v solidos. Pro effusione sanguinis vii solidos et medium. De arma extensa¹⁵ per iram fora de casa lx solidos. De¹⁶ ferida¹⁶ per quam cadat vii solidos et¹⁷ medium¹⁷. Vestrum ganatum¹⁸ si fuerit ad pascendum fora nemo in¹⁹ illum¹⁹ mittat manum suam per malam uoluntatem sine iudicio. Nullo homine de Meigionfrio²⁰ non sit pignoratus in omni²¹ mea terra nisi debitore²² aut fiadore²³. Et qui illum pignorauerit pectet nobis quingentos solidos et det ipsum auer duplatum ad suum dominum. Et qui uendiderit²⁴ aut comparauerit ullum auer in Meigionfrio²⁵ ante concilium habeat illum liber et nemo sit ausus postea requirere illum per male, et²⁶ reddat²⁶ suum portaticum sicut est scriptum. Et nullum caballarium²⁷ non habeat pausatam²⁸ ibi nisi per amorem cuius fuerit casa. Et nullus sagio sit ausus intrare in casa de burges per malam uoluntatem sed si habuerit ibi directum petat²⁹ fiadorem qui faciat ei directum in quinque solidos et ille burges mittat fiadorem in quinque solidis ad sagionem qui fecerit calumpniam³⁰ ut³¹ faciat directum ante iudicem qui erectum fuerit de concilio et ille iudex iudicet rectum iudicium inter illum sagionem et illum burges qui calumpniam fecerit. Et si ille sagio intrauerit in casa de burges super istum pactum et ibi occisus fuerit non pectet ipsam calumpniam. Et si occisus fuerit per occasionem pectet pro eo qui eum mactauerit ccc solidos. Et

N.º 1

1 Port.
2 Mahalda
7 bracale
8 corio
9 et de
10 uenderit
11 prenda
12 pugno
13 solidos.
14 extenta
15 extenia
16 et feridam
17 deest
18 ganatum
19 deest
21 omnia
22 debitorem
23 fiadorem
24 uenderit
26 sed reddat
29 pectet
31 aut

N.º 2

4 trosel
5 trosel
7 bracale
8 corio
9 et de
10 uenderit
11 prenda
12 pugno
14 extenta
15 extenta
16 et feridam
17 deest
18 ganatum
19 deest
21 omnia
22 debitorem
23 fiadorem
24 uenderit
26 sed rendat
27 cauallarium
29 pectet
31 aut

N.º 3

1 Portugalensis
2 donna Mahalta
3 Megionfrio
4 troixel
5 troixel
6 deest
8 corio
14 entensa
20 Megionfrio
24 uenderit
25 Megionfrio
28 poustatam
30 calumpniam

ipsi homines de Meigionfrio tam longe uadant in apelido quomodo in uno die possint ire et in alio die reuerti³². Et si³³ duo homines aut plus inter se rixam habuerint³⁴ et de pugno aut de palma aut de fuste se percusserint³⁵ aut de capillis tractatis non habeat ibi sagio calumpniam ergo si se clamauerit unus de illis, et si clamorem non fecerit non requirat inde calumpniam sagio. Et qui istos foros frangerit sit maledictus a deo et excommunicatus et cum iuda traditore et cum diabolo et angelis eius in inferno in secula seculorum dampnatus³⁶. Amen³⁷. Ego A.³⁸ Portugalensis Rex et uxor mea Regina Mahalta³⁹ uobis bonis hominibus de Meigionfrio hanc cartam de bonos foros nostris manibus confirmamus. Facta carta mense februarii era⁴⁰ m.^a c.^a lxxx.^a 40.

Ego Alfonsus⁴¹ dei gratia Port. Rex una cum uxore mea Regina domna⁴² Vrraca et filiis meis⁴³ Infantibus domno Sancio et domno Alfonso et domna Alionor concedo uobis populatoribus de Meigionfrio istam cartam et istud forum quod uobis dedit auus meus excellentissime memorie Rex domnus Alfonsus et illud uobis confirmo. Et ut factum meum maius robur obtineat⁴⁴ precepi fieri hanc cartam et eam feci sigillari meo sigillo plumbeo. Facta carta mense Octobris⁴⁵ apud Troncosum sub era m.^a cc.^a l.^a v.^a Ego Rex supranominatus et uxor mea et filii hanc cartam roborauimus et in⁴⁶ ea⁴⁶ hec signa fecimus +++++.

Qui affuerunt, Domnus Mar.⁴⁷ iohannis signifer domini Regis conf. — Domnus Petrus iohannis maiordomus curie conf. — Domnus Laurencius suarii⁴⁸ conf. — Domnus Gomecius suarii⁴⁹ conf. — Domnus Gil ualazquiz conf. — Domnus Johannes fernandiz⁵⁰ conf. — Domnus Fernandus fernandiz⁵¹ conf. — Domnus Rodericus menendiz⁵², Domnus Poncius alfonsi, Domnus Lopus⁵³ alfonsi conf. — Vincencius menendiz, Petrus petri, Martinus⁵⁴ petriz⁵⁴ test.

Domnus Stephanus Bracarensis Archiepiscopus conf. — Domnus Martinus Port. Episcopus conf. — Domnus Petrus Colimbriensis Episcopus conf. — Domnus Suarius Vlixbonensis Episcopus conf. — Domnus Suarius Elborensis Episcopus conf. — Domnus Pelagius Lamecensis Episcopus conf. — Domnus Bartolomeus Visensis⁵⁵ Episcopus conf. — Domnus Martinus Egitanensis Episcopus conf. — Magister⁵⁶ Pelagius⁵⁶ Cantor⁵⁶ Port.⁵⁶, Petrus⁵⁷ garsie⁵⁷, Suarius⁵⁷ stephani⁵⁷ test.⁵⁷

Gunsalus⁵⁸ menendi Cancellarius Curie⁵⁹ — Fernandus⁶⁰ suarii⁶⁰ scripsit⁶⁰.

N.º 1

32 reuertere.
34 habuerit
36 dignatus.
37 *deest*
38 *deest*
39 Maphalda
40 era m.^a c.^a lxx.^a
41 Alfonsus II.^{us}
42 *deest*
43 nostris
45 octobris
46 *desunt*
47 Martinus
54 *deest*
56 Magister Pelagius cantor Port. conf.
57 *desunt*
58 Gunsaluus
59 curie conf.
60 *deest*

N.º 2

32 reuertere.
34 habuerit
35 percurrerit
36 dagnatus.
37 *deest*
38 *deest*
39 Mafalda
40 era m.^a c.^a lxx.^a
45 Octobris
46 *desunt*
47 Martinus
50 fernandi
51 fernandi
52 menendi
54 *deest*
56 Magister Pelagius cantor Port. conf.
57 *desunt*
58 Gunsaluus
59 curie conf.
60 *deest*

N.º 3

33 *deest*
36 dapnatus
44 optineat
45 Octobris
48 suerii
49 suerii
50 fernandi
51 fernandi
52 menendi
53 Lupus
55 viciensis
56 *deest*

BALNEO

BANHO

1152

Ex Libro Foralium Antiquorum S. Crucis Conimbricensis textum deserpsimus; lectiones varias ex Libro Regestorum Alphonsi II. Annus, quo concessum fuit forale, perperam legitur in codice S. Crucis; recte vero in Regestis; nam Alphonsus I aera MCLX nondum regnum adeptus fuerat.

In dei nomine. Ego Alfonsus Rex Port. Alfonsi magni regis nepos diuinis preceptis eruditus et uxor mea Regina Mahalda iussimus facere cartam hominibus de Balneo ut ab hac die habeant bonos foros. Et hoc facimus pro remedio animarum nostrarum et pro amore domni Fernandi petri qui tenet totam terram de Alafoen¹: ut nullus maiordomus sit ausus capere suum ganatum hominibus de Balneo. Et si aliquis calumpniam fecerit nichil dent pro ea domino terre preter illas m^{or} calumpnias que per totum mundum sunt pariatas scilicet furtum, homi-

¹ Alafoe

cidium, rausum, aut domus disrupta. Et si aliquis de ipsis moratoribus de Balneo aliquam de istis m^{or} calumpniis fecerit pariat illam tali modo ut non perdat domum. Et si mercatores de Balneo exierint cum suis mercaturis de terra regis debent dare domino terre quando redierit pro carrega de caballo aut de mulla unum bragale et de asino medium bragalem. Et quando uenerit dominus uille semel in anno debent dare ei de unaquaque domum unum almude de pane et unum almude de uino et ii denarios pro conducto. Et carnifices debent dare de uaca unum lumbum et de porco unum lumbum et de carneiro duas deneiradas². Et moratores balnei non debent ire in fossadum neque in apelido nec in aliud mandatum nisi extranea gens superuenerit. Et si aliquis aliquem percusserit faciat ei directum inter uicinos et non curet de meirino. Et si aliquis uoluerit ad abitandum et dixerit moratorem esse de Balneo nullus sit ausus mittere manum suam in ganatum neque super illum, et si aliquis homo super illum manum miserit insurgant homines Balnei cum suo iudice et accipiant directum pro eo. Et si aliquis surrexerit ad nos superandum (sic). Et si aliquis surrexerit ad nos parie captum balnei. Et ille homo qui se moratorem Balnei uocauerit det domino hereditatis sicut si in ea moratus fuisset. Et postquam directum dederit non curet de suo capitello. Ego Alfonsus Rex et uxor mea Regina Mahalda qui hanc cartam facere iussimus coram bonis hominibus illam roboramus et hec signa facimus ++++. Fernandus petri dominus de Alafoen et princeps curie Regis concedit. Facta carta mense Augusto Era³ m.³ c.³ LX.³ Et si aliquis homo siue filius siue nepos siue aliquis extraneus uenerit qui hoc nostrum factum irrumpere uoluerit sit maledictus et excommunicatus et cum iuda traditore in infernum dampnatus. Amen. Et si aliquis homo de moratoribus Balnei uocatus fuerit ad directum faciendum et noluerit respondere accipiant ei hostium domus et mittant illud in manus eius qui eum percusserit et cum uirga de duobus cubitis et faciat ei directum sicut iudicauerint uicini. Qui presentes fuerunt et uiderunt hii sunt testes: Fernandus captiuus test. Petrus pelagii alferaz test. Alfonsus menendiz test. Furtado test. Alcaide domno Roderico test. Vermudus menendiz test. Garsias garsiiz test. Johannes peculiar Archiepiscopus Bracarensis, et odorius Visensis episcopus, test.

Ego Alfonsus II.^{us} dei gratia Port. Rex una cum uxore mea Regina domna Vrraca et filiis nostris infantibus domno Sancio et domno Alfonso et domna Alionor concedo et confirmo firmiter uobis populatoribus de Balneo istud forum et istam cartam quam auus meus Rex domnus A. inclite memorie uobis fecit. Hoc autem concedo et confirmo per hanc cartam quam feci meo sigillo plumbeo communiri, ut maius robur obtineat firmitatis. Que fuit facta apud mense Octobrio⁴ in Era m.^a cc.^a L.^a v.^a et eam nos supranominati propriis manibus roborauimus et in ea hec signa fieri iussimus ++++. Qui affuerunt, Domnus Stephanus Bracarensis Archiepiscopus conf. Domnus Mar. Port. episcopus conf. Domnus P. Colimbriensis episcopus conf. Domnus Suarius Vlixbonensis episcopus conf. Domnus Suarius Elborensis episcopus conf. Domnus Pelagius Lamecensis episcopus conf. Domnus Bartolomeus Visensis episcopus conf. Domnus Martinus Egítaniensis episcopus conf. Domnus Martinus iohannis signifer domini regis conf. Domnus P.⁵ iohannis maiordomus Curie conf. Domnus L. suarii conf. Domnus Gomecius suarii conf. Domnus Gil ualasquiz conf. Domnus Johannes fernandiz⁶ conf. Domnus Fernandus fernandiz conf. Domnus Rodericus menendiz conf. Domnus Poncius alfonsi conf. Domnus Lopus alfonsi conf. Magister Pelagius Cantor Port. test.⁷ Vincencius menendiz test. Petrus petri test. Gunsaluuus menendi Cancellarius Curie conf.

² dineiradas
³ Era m.^a c.^a LXXX.^a
⁴ Octobri

⁵ Petrus
⁶ fernandi
⁷ conf.

SINTRIA

CINTRA

1134

In codice Publici Archivi, titulo Bens dos Proprios da Rainha Livro II insignito, huius foralis exemplar, quod nobis textum praebeat, insertum est. Aliud exemplar ejusdem foralis extat in ipso Archivo: cum uero ex laudato codice sit translatum, lectiones ejus varias contempsimus. Ambo mendis scatent. Data fuit charta aera MCLXXXII.^a, non, ut in codice legitur, aera MCLXII.^a Vide ea quae notauimus in rubrica foralis de Fresno.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Placuit mihi alfonso portugalensis Regi comitis henrici et regine tarasie filio magni quoque regis aldefonso nepoti et vxori mee Regine mahalde Comitissae amedeu filie no-

bis qui sintrie habitatis maioribus siue minoribus cuiuscumque ordinis sitis kartam facere firmitudinis uobis et filiis uestris atque progenis de iure estabellitate atque seruicio. In primis damus uobis xxx^a casales cum suis hereditatibus in ulixbona xxx^a populatoribus qui in presenti illud castellum populatis ut habeatis illos tam vos quam filii uestri hereditario iure et non faciatis de illis aliquod forum in ulixbona nisi in uestro castello. Si uero placuerit uobis miteri homines in illis casalibus nullum forum faciant nisi uobis dominis casallium et si habueritis uel emeritis hereditatem in aliqua terra Regis habeatis illam per forum sintrie hec igitur sunt que pertinent ad uestrum forum numquam itaque faciatis nobis senaram : pro homicidio rausso et estercure in horeposito x^{em} morabitanos harum rerum oportet tribuat medium Regi medium domini intencionis et si fecerit homicidium per occasionem qui bonios homines illum uideant uel pectet que si inposuerint ei raussum uel pectet nisi per exquiricionem bonorum hominum : qui domum alicuius diruperit lx^a solidos pectet medium regi medium domini intencionis si disruptor aliis duobus aut plus se comitantibus fecerit sim autem minus uel (*sic*) et in nulla calupnia recipiantur illi qui castellum iudicauerint siquis alicui uulnera lancea gladio aut cutello intulerit v^o morabitanos pectet medium regi medium domini intencionis qui arma in oppido insane extraserit perdat illa et si lix sub fideiussoribus comissa fuerit per forum sintrie non sedeat de helmo nec de lorica nisi de escuto et de porrina et non ueniat ibi homo de aliqua terra et qualis dederit ipso recado tale dent illi alio pro igualia sit cautum illius aut fiadoria i solidum si fuerit iuncta aut distributa et non sedeat proua facta nec infada si non plus de morabitano et pro morabitano nichil. De aliis percussionibus factis manu calce petra et palo et aliis intencionibus nulla sit calumpnia excepto supraditis. Agricole pedites qui uno boue laborauerint i sestarium triticum et secundam cibariam tribuat si duobus aut quam pluribus laborauerit i^m quartarium inter triticam et secundam cibariam dent per alqueire de azougui et i^m puzal vini a v^o quinalibus et supra de alio labore nichil homo qui cum boues laborauerit non faciat alium forum de alia ganantia qui ganauerit. Venator si ceruum aut ceruam aut huiusmodi uenatum laqueis siue materiis ceperit medium lumbi tribuat. De porco unam costam siquis inquisitor conelios fuerit semel in anno tres conelios cum suas pelles tribuat siquis inquisitor mellis fuerit semel in anno i^m medium alqueire ipsius mellis tribuat zapateiro i^m solidum faber ferret i^m cauallum, mercator siue pelitaro i solidum. Ceguu qui fuerit sabido de sua muliere bona per exquiricione de bonos homines pectet i morabitanum, homo manio qui non habuerit filios quando morierit dent suum habere ad suos parentes et pro suo anima si furtum super aliquem inuentum fuerit dominus peccunie in duplum accipiat peccuniam et Regio principi septem partes : si homo uel mulier occiderit suum corpus nichil pectet sed accipiant suum habere parentes eius : si aliquis ibi comorancium ab uno anno vendat suam hereditatem ad suum vicinum : homo qui non habuerit boues et cum alienos de aliqua terra laborauerit in sua hereditate faciat forum sui vicini : mercator sintrie non det portadigo in tota terra Regis si aliquis uendiderit aut emerit si fuerit cum mandato de concilio uel de rancura ad Regem habet suam racionem in curiam regis. Milites semel in anno in regio exercitu militent pro sua ganancia et non accipiat Rege de illos nichil. Et si noluerint aut non potuerint in fossado ambulare nichil pectet et in appellido contra christianos tantum exeant ut eadem die ad domum redire possint contra paganos autem prout melius potuerint siquis habere potuerint subditos in castello uel extra municionibus in sua hereditate domum habitantes non faciant forum nisi ad dominum hereditatis. Militum siquis obierit et uxorem reliquerit quamdiu fuerit uidua stet in honore militis. Et si miles perdiderit equum stet honoratus usque ad annos v^o post si non potuerit aut noluerit habere equum faciat morem peditis. Peditum autem siquis habere potuerit equum stet in honore militum : filii militum aut peditum quamdiu in hereditate patris se potuerint continere mortuo aut uiuente patre unus pro omnibus unum forum faciant. Siquis cum hominibus aliis in locis habitantibus intencionem habuerit et in concilio directum petierit et non impetrauerit et pignus acceperit quamuis postea ab intencione conuictus sit pignus absque duplo redat. Siquis habuerit intencione uel concilium taliauerit cum homines de fora det directum iuxta aquas currentes de suo castello iudices qui intencionem iudicauerint sedeant per medium. Siquis ad concilium venire neglexerit ad faciendum directum de hoc quod sibi obiecerint saiom eat ad pignorandum eum et pignus accipiat sed numquam domum sigillet. Si iudicem uel seiom pro sua intencione et non pro intencione principis percussus aut uulneratus fuerit sit tanta calumpnia illius quanto de alio aliquo si iudicem percussus fuerit principis ii solidos pectet pro saiom i solidum pro intencionem Regis iudicem et saiom sit ex naturalibus et intret et exeat per manum concilii et numquam iudicem neque saiom de alia terra super uos ueniat : iudicem accipiat sua decima de tota calumpnia partem principis saiom accipiat aliam decimam de partem iudicis. Homo qui inprimar et alium percusserit accipiat x^{cem} barancadas et ponat dextram manum in terra et postea faciat directum ad illum qui percusserit per suum forum. Millites si uiderint inimicos Regis paganos uel christianos qui male uolunt facere ueniant cum mandato in ulixbona et plus longe non et pro alia intencione non faciant alium mandatum neque pedites neque milites. Milites aut pedites qui in aliena terra ambulauerint sint cautati et non ponant in illis manum pro male facere pro nulla intencione et si iam illum prendiderint aut de quum suum in terra iactauerit c solidos pectent et postea quantum demandauerint tantum in duplum componat aut si aliquis illi malle fecerint siue de habere quomodo de alia intencione tota in duplo componat. Homo qui

fuert firidore et non se inde uoluerit emendare usque tres vices per manum Concilii aut cusculator fuerit et non se voluerit emendare per forum sintrie domum suum destructum sit per forum sintrie sex homines debent iurare pro homicidio pro aliquod quoque iuramentum tres homines et numquam plus nisi pro homicidio. Millites sintrie castello debent testimoniare cum omnes milites terre Regis exceptis Regem pedites similiter milites sintrie qui bene seruierint suum alcaide recipiant de illo 1^m donum bonum semel in anno : homo qui voluerit acciperit mulierem per mandatum de suos parentes det ei in dote sua 1^a fustam et 1^a zapatas et 1^a cintam et 1^a pelle et 1^a manto et 1^a solidos in fiadoria pro benedictione sed si postea penituerit quantum dederit tantum perdat et ipsam fiadoriam pectet. Et si mulier penituerit aut noluerit aut parentes eius quantum de eo acceperit tantum reddat sed postea suam fiadoriam homicida et refuga qui ibi confugerint retineantur seruus similiter exceptis si fuerit de rege : clerici habeant morem militum. Clericus sit naturalis et per forum sintrie non perdat suam ecclesiam sed habeat illam pro hereditate nisi fecerit talia facinora pro quibus debet et amittere ordines pro nullo homine neque per regem neque per episcopum set nos moratores supradicti castelli pro isto bono foro quod nobis rex noster et vxor eius dant promittimus illis fiddle semper obsequium et contra homines eorum inimicos ponamus corpora et habere. Et si tempus uenerit quod illas raualdes sintrie Rex uoluerit populare singulos casales cum suis hereditatibus accipiant illi qui castelum morauerint. Clericus sintrie debent seruire suo episcopo et habeat rationem in domo episcopi. Episcopus det ad illum semel in anno 1^m donum bonum Era m. c. LX. n. v. idus ianuarii. Ego alfonsus gratia dei rex Portugalensis simul cum vxore mea Regina mahalda roboro + et confirmo + istam kartam. Et siquis uenerit uel uenerimus qui hoc factum irrumpere uoluerit pariat quingentos aureos et cum belzebub sit excommunicatus. Sint autem termini eius terra pro laborare aut pro plantare sedeat almesquez aquas discurentes et ad outeiros et quomodo diuidat per uiam publicam que vadit sub caprillis usque ad montem aquas uertentes ad outeiros et quomodo diuidat per chilaios usque ad flumen galamar et si plus crescerent gentes crescant ad illos hereditatem per placere Regis. Dapifer Curie fernandus captiuus test. pelagius zapata gunsaluus de saussa Petrus fernandiz donnus valaseus gunsaluus rodriguiz menendus moniz laurencius venegas sancius nuniz Egeas archidiaconus ecclesie ulixbon. confirmo hoc factum signifer petrus pelagii princeps vlixbon. alfonsus menendi conf. Princeps colimbrie rodrigus pelagii, princeps santaranensis Johanes Ramiriz conf. Magister albertus notarius regis scripsit. —Alfonsus Rex portugalensis— Regina mahalda —Magister albertus.

Ego sancius dei gracia Portugalensis Rex una cum uxore mea et filiis et filiabus meis hanc kartam roboro et confirmo in Era m. cc. xx. vii. Donus petrus alfonsi signifer Regis conf. Ruy vaasquiz conf. Donus L. ribeira conf. Ruy fernandiz pretor sintrie conf. Julianus notarius curie conf. Fernandus bispo test.

FERREIRA

FERREIRA

1156

Autographum. Consutum chartae municipii Ferreira d'Aves inuenitur. Vide ea quae in rubrica ejusdem chartae prenotauimus.

In dei nomine. Hec est carta conuentionis et firmitudinis que magistro galdino et arnaldo da rocha ceterisque tenpli fratribus insimul iunctis cum pelagio fernandiz et pelagio petriz et uxoribus eorum uidelicet marina soariz et maior soariz placuit fieri de illa nostra uilla que appellatur ferreira quam insimul habemus. Ita scilicet ut illa que olim facta fuit particio inter nos et nostra posteritatem et nostros successores firma et incommutabile permaneat. Talem igitur inter nos facimus conuentionem ut quicumque huius uille habitator aliquam calumpniam fecerit unusquisque dominis suis factam calumpniam componat. Si uero clericus seu aliquis ecclesie habitator siue uir siue femina calumpniam perpetraverit, hec tale calumpnia omnibus dominis uille equaliter sit componenda. Et sicuti unusquisque dominium in uilla habuerit ita in clerico et in ecclesia et in omnibus que ecclesie sunt. Siquis uero montis uel fluminis cautum irrumpere ausus fuerit omnibus communiter dominis x quartarios pectet medium dominis et medium ad concilium et quicquid a monte uel flumine acceperit ei auferatur. Alias autem calumpnias que facte fuerint siue in ecclesia siue in monte siue in flumine seu aliquo alio loco ille qui fecerit domino tantum suo componat. Quod si aliquis homo extraneus siue uiator uel quicumque qui non fuerit de nostris superueniens ibi calumpniam fecerit illam utique calumpniam omnibus communiter dominis componenda statuimus. Si uero aliquis nostrum super hec omnia supradicta aliquid irrumpere uel confringere ausus fuerit nullo modo sit ei licitum sed pro sola temptacione quantum super hac conuenientiam inquesierit tantum in duplum componat et hoc nostrum

scriptum in sempiternum firmum obtineat robur. Facta conuentionis carta mense iunio Era m.^a c.^a lxxx.^a iii.^a Nos uero supranominati qui hanc cartam iussimus facere coram bonis hominibus confirmamus et propriis manibus hec signa facimus —

Qui presentes fuerunt, Petrus oidiz test. —Didacus toereiz test. —Gonsaluus sanchiz test. —Gonsaluus oidiz test. —Egas uenegas test.

Johannes dec. notuit

RODINA

REDINHA

1159

Chartae duae hoc forale continentis, ejusdem aetatis, nec verbo quidem dissimiles, in Archivo Publico supersunt. An autographae sint dubitamus. Illam, quae ab antiquis temporibus in ipso archiuo asservatur, ex scrinio municipii de Redinha ad cartophylacium regium initio saeculi XVI fuisse aduectam credendum est. In tabulario conventus Thomariensis, quod aetate nostra Publico Archivo annexum est, alia invenitur.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego magister Gualdinus una cum conuentu fratrum nostrorum templi militum facimus kartam firmitudinis de bono foro hominibus in rodina habitantibus tam presentibus quam futuris de iure et foro quod populatores habere debent iure perpetuo. De omni labore quod laborauerint decimam partem domino fideliter tribuant. Et in areaticam unam talecam tritici. Et in seruicio unam fugazam de duobus alqueires tritici et unum caponem. Clericus de sua hereditate similiter forum faciat. Siquis hereditatem suam uendere uoluerit uendat suo uicino tali uidelicet pacto ut forum domino suo integrum tribuat. Nulli homini de rodina sit licitum alicui suam hereditatem dare uel testamentum facere nisi ad nostram ecclesiam aut militibus templi ita ut kasal nec forum dominus perdat. Laborator non faciat forum de montaria. Montarius qui in monte unam noctem uel plus manserit det unum conelium cum sua pelle, sin autem nichil det. Et de omni uenatu lumbum costale det. Mellitor mediam libram cere tribuat. Non sit inter uos calumniam nisi raussum et homicidium et stercus in ore et casa disrupta cum armis aut cum feridas aut fregerit portas et intrauerit domum per uim in cauto uille d solidos pectet. Et furtum. Omnes istas calumnias sint pectadas per forum terre palumbaris. Siquis aliquid tortum alicui fecerit coram iudice et iusticiis illi satisfaciat sine pecto. Iudex honorem debitum habeat et suum signum stabile sit. Facta karta confirmationis et roboracionis Mense iunio in era m.^a c.^a lxxx.^a vii.^a Ego magister G. una cum fratribus meis qui hanc kartam siue forum facere iussimus propriis manibus roboramus. Siquis uero hoc forum frangere uoluerit sit maledictus.

Frater arnaldus conf. —Frater suerius conf. —Frater Petrus riuus frigidus conf. —Frater mancius conf. Petrus test. —Fromaricus test. —Martinus fromarici test. Egeas clericus notuit.

CELEIROUS

CELEIRÓS

1160

In Regestis Inquisitorum, quae titulum Liber II Alphonsi III prae se ferunt, nobis superest unicum exemplar hujus foralis, quod hic juris publici facimus.

In nomine domini. Ego Rex Alfonsus una pariter cum filiis meis in domino deo eterno salutem amen. Ideo placuit mihi ut facerem cartam de Celeirous uobis populatoribus cum omnibus suis terminis nouis et antiquis scilicet faciatis ibi viii^{to} coyrellas et de unaquaque coyrela in foro debetis dare 1^o quarteiro de tritico 1^o de centeno 1^o de ordio uel milio et istos tres panes quale habueritis post quinque annos 1^o modio uini pro nostra parada 11^{os} panes de almude medio tritici et medio secunda 1^o almude de uino 1^o almude en ceuada per taligam et quartam

de constantim : pro carne 1^a pelle conelii. In condado de vrso manus de porco magno et de ceruo magno lunbo. Non pectetis nisi m^{as} calupnias si eas feceritis per inquisitionem bonorum hominum : iussores (*sic*), furtum sabudo, homicidium, rausum, similiter per directum ad apostelia non respondeatis : homicidium x morabitos fiaduria 1^o blacale ille homo qui directum non quesierit dare det illum blacalem concilio et 1^a pelle conelii ad iusticiam de concilio. Ponatis maiordomum unoquoque anno ex uestris conuicinis per quem nos habeamus nostram rendam et supradictas calupnias si eas feceritis. Nullus sit ausus intrare in vestra uilla causa male faciendi et si ibi male fecerit pectet mihi mille solidos bone monete. Mulier uidua que se uoluerit casare det pro balugas 1^a cera : non detis loctosam. Ille homo qui tenuerit illam rendam teneat 1^o anno et non sit ei renouata et demus nos nostram cupam ut mittatis ibi nostrum uinum de renda et sedeat uinum de legare in tempore sancti michaelis sic uadatis in apilidum ut tornetis manere ipso die ad uestras casas istum forum et istam rendam qui sonat in istam cartam tantum detis et non plus : uestra decima detis ubi uobis bene seruerint. Habeatis uos istam villam cum omnibus suis terminis nouis et antiquis et faciatis inde nobis supradictum forum. Et sic omnis posteritas uestra in secula seculorum : termina istius uille quomodo diuidit Celeyroos cum sancta Marina et per lobo de habubeyra et quomodo diuidit per lumbo de Paradela quomodo ferit in uado de abregano et per carualias et per lumbo da azoreyra et ad campum de felgosa per cumeeyra aqua uertente deinde ad lousam deinde ad caput de villarino quomodo exparte cum Gouyianes ad foz de valle de melendo diaz et reiterat per uenam de pinom et uadit ad foz terra sancta aqua uertente et uadit ubi prius incoauimus et quomodo sparte cum sancta Marina. Si aliquis uenerit tam ex parte nostra quam ex aliena qui hoc factum nostrum inflingere uoluerit duplet uobis quantum quesierit et pectet domino Regi c^m morabitos et sit maledictus et excommunicatus et cum diabolo in inferno detrusus amen. Non respondeatis de apostilia. Facta karta sub Era m. a c. a LXXX. a VIII. a II^o nonas decembris. Rex Alfonsus Regnate prouincia domnus Gundisaluus Archiepiscopus. Johannes aprestameiro cidelo. Ego Rex Alfonsus una pariter cum filiis meis manibus roboro et confirmo hanc kartam spontanea uoluntate.

Ermigius test. —Diacus test. —Sancius test. —Suerius conf. —Petrus fer. conf. —Pelagius conf.

Pelagius notuit.

Et ista non tenebat sigillum.

COVAS

COVAS

1162

Ex charta in scrinio monasterii Pombeiriensis asservata descripserunt exemplar huius foralis Academiae Scientiarum Olisiponensis sodales, qui, hoc saeculo ineunte, collectioni ac editioni monumentorum, ad antiqua comitia (cortes) Portugaliae attinentium, incumbere. In collectione ms. ab eis conflata foralis de Covas singulare nobis manet exemplar, quia Pombeiriense chartophylacium omnino perit.

In dei nomine. Ego miserationis et pii uidelicet spiritus sancti sub christi nomine ego Gondisaluus suariz et sua mulier Flamua diaz et fratre suo Johanne diaz et Menendo gondiar et sua mulier Ausenda menendiz et abbas Petro gondesendiz de Palumbeiro Monio ermegildiz cum suos fratres et sorores Marina diaz in domino deo eterno salutem amen. Magnus est enim titulus donationis in qua nemo potest actum largitatis inrumpere neque foris legis proicere sed quicquid libenter amplecti. Denique lex canet gotorum ut rem donatam si presentibus tradita fuerit nullo modo repetatur a donatore sed per testes et per scripturam convincit. Ideo omnia supradictus ego Gondisaluus suariz et sua mulier Flamua diaz et suo fratre Johanne diaz et Menendo gondiar et sua mulier Ausenda menendiz et abbas Petro gondesendiz de palumbeiro Monio ermegildiz cum suos fratres et sorores et Marina diaz facimus a tibi Egas pelaici kartam de hereditate nostra propria quam habemus de parentorum nostrorum et de ganantia pro ubi illi potueritis invenire cum suis locis terminis nouissimis et antiquis et cum quantum in se obtinet aprestitum hominis est. Et habet ipsa hereditate jacencia in loco predicto ubi uocitant Couas. Terminos suos monte cogia quomodo sparte aqua acima de carualiaes et per carreira apro parietes ruias et castro Oliueto quomodo fer in dorio per uena de alia parte per mantelina per uia de gouyianes et fer in cereisina et admus a uobis ipsa hereditate pro foro sedeant xxⁱ populatoribus qui dent renda unusquisque 1^o quartoiro de trecigo et alium de secunda et II puzales de uino et taligam de legumina per mensuram colimbrianan et singulos manipulos de lino in tribus uirgis, et de uenatum lonbo et de urso II^{as} manus, et calum-

nias quod si aliquis ferrum acceperit contra alium v morabitos componat et alias calumnias quas inter se habuerint iudicent illas in homines de concilio et de illa iudicata media parte a palacio et media concilio sibi retineat, et illi qui dederit iusticia de uno ad alium in unoquoque anno non det nulla renda, et ille homo sedeat de concilio et non darem manaria nec balugus et darem lutosa vi morabitos de concilio. Et siquis aliquis illorum uoluerit uendere hereditate quam habet in illa uilla uendat a uicino uende di po v annos ex quo intrauit in illa uilla uendicata est de dar directo unum ad alium fiadoria una xxxx^a panes de mediatate un^{or} de tritico, porco de un^{or} ceras uino singulos almudes ceuada singulos almudes per medida de concilio. Carreira et apelido ipso die a sua casa. De condado vi de piscar. Facimus cartulam donationis de illa hereditate Couas ut habeatis uos ea ex datum nostrum firmiter in cunctis tenporibus seculorum uendendi donandi testandi, faciatis inde quod uolueritis uos et omnis posteritas uestra. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquis homo uenerit uenerimus tam nos quam gens nostra propinquis uel quam extraneis que nos ad iudicium deuendicare non potuerimus aut uos in uoce nostra nos uoluerimus autoricare uel uendicare post parte uestra quantum uobis calumniauerint uel calumniauerimus tantum uobis fuerit melioratum et hunc factum nostrum e nostra uita non sit uiolatum sed stantem et permanentem plenam habeat firmitatem et roborem usque in seculum seculi. Et qui ista karta uoluerit rumpere pariat ipsa hereditate duplata uel quantum fuerit meliorata et insuper iudicato, et insuper sit maledictus et excommunicatus et cum judas traditore abeat participium in die iudicii amen. Facta karta die quo heri v.º nonas marcii Era m.ª cc.ª Ego Gundisaluus suariz et Flamua diaz et Johanne diaz et Menendo gondiar et sua mulier et abbas Petrus gondesendiz de palumbeiro et Monio ermegildez cum fratres meos et Marina diaz in hanc kartam manus nostras roboramus ad uobis populatoribus. Gondisalbus test. Sueiro test. Menendus test. Pelagius notuit.

THOMAR

THOMAR

1162

Singulare hujus foralis exemplar latino-barbarum extat in libro Publici Archivi qui inscribitur Foraes Antigos de Leitura Nova circa dimidium saeculi XVI conflato. Translationem antiquo portugalsensi idiomate adjecimus, quae in codice Livro II das Escripturas, sic dicto. tabularii conventus Thomariensis nunc in Archivo Publico asservato, reperitur.

In dei nomine Amen. Ego Magister Gaudinus vna cum fratribus meis vobis qui em Thomar estis habitaturi maioribus et minoribus cuiuscumque ordinis sitis et filiis uestris et progeniis fratribus templi salomonis in fide permanentibus placuit nobis facere cartam firmitudinis de iure hereditatum uestrarum quas ibi populatis et de foro atque seruicio. In primis ut nunquam faciatis nobis senaram. Et de perda de fossado non detis nisi ad zagan duas partes et uobis remaneant due. Et de azaria et de tota illa caualgada in qua non fuerit rex nobis quintam partem vobis quatuor partes absque vlla alcaidaria. Siquis militum emerit uineam a tributario sit libera. Et si acceperit in coniugium vxoren tributarii omnis hereditas quam habuerit sit libera. Et si tributarius potuerit esse miles habeat moren militum. Millites habeant suas hereditates liberas. Et siquis militum venerit in senectute vt non possit militare quandiu vixerit sit in honore militum. Et si miles obiecit vxor que remansserit sit honorata ut in diebus mariti sui. Et nullus eam uel filiam alicuius accipiat in coniugium sine voluntate sua et parentum suorum. Siahon non eat domum alicuius sigillare. Et si aliquis fece-

Em nome de deus amen. Eu Mestre gualdim em sembra com os meus freyres a vos que em thomar sodes moradores grandes e pequenos de qualquer ordin que seiades e aos vossos filhos e aas uossas geerações prougue a nos freires do temple permenseantes na fee de salamon fazer a vos huma carta de firmidoen do direito dos vossos herdamentos os quaes hi pouoades do foro e do seruico. Item primeiramente que nunca a nos fagades seara e de roubo e de forçado non dedes senon a ho adail as duas partes e a vos fiquem has duas e da caria e de toda aquella caualgada em que elRey non for a nos a quinta parte e a vos as quatro partes sem nenhuma alcaidaria, se alguns dos caualeiros comprar vinhha ao peon seja libre e se casar com a molher do peom toda que ouer seja liure e se o peom poder seer caualeiro aia foro de caualeiro. Caualeiros aiam sas herdades liures e se algum dos caualeiros veer a vilice e non posa seruir em caualaria em quanto viuer aia homrra de caualeiro e se o caualeiro morrer a molher que ficar seja homrrada como em dias de seu marido e nenhum filhe esta ou filha doutro qualquer por molher sem vontade sua e de seus parentes. Sayom non vaa seelar casa

rit aliquid illicitum veniat in concillium et iudicetur re-
ete. Et iudex et alcayde sint vobis positi sine ofrecione.
Clerici thomar habeant in omnibus honorem militum in
vīneis et terris et domibus. Et si alicui militum obierit
equus et non potuerit emere alterum nos dabimus ei. Et si
non dederimus stet honoratus donec possit habere vnde
emat. Infançon et aliquis homo non habeat in thomar do-
mum neque hereditatem nisi qui uoluerit habitare nobis-
cum et seruire sicuti uos. In illas acenias non detis plus-
quam quartam decimam partem sine ofrecione. Pedites
dent de ratione quantum solent dare pedites de colim-
bria per quartarium de xvi alqueres sine brachio posito
et tabullam. De uino et lino dent octauam partem. Et de
madeira que aducunt pro vendere dent octauam par-
tem. In lagaradicam de uino de quinque quinalles in-
ferius dent almude et si super fuerit dent quartam sine
ofrecione et jantare. Nullus milles extraneus intret do-
mum alicuius syne uoluntate domini domus. Si aliquis
laborator habuerit inicoonem non faciat cum ea aliquod
fiscum. Almoqueueres faciant vnum seruicium in anno.
Et inter uos non sit ulla manaria. Et si aliquis uestrum
uoluerit transire ad alium dominum vel ad aliam ter-
ram habeat potestatem donandi seu uendendi suam he-
reditatem cuiuscumque uoluerit qui in ea habitet et sit
noster homo sicut vnus ex uobis. Atalhais ponamus
nos medietatem anni et uos medietatem. Non detis por-
taticum vel alcauallam aut cibariam custodibus ciuitatis
uel porte. Tomar nunquam damus per alcauallan ali-
cuy. Hoc forum et hanc consuetudinem coram probis
hominibus deo donante statuimus atque concedimus et
tam a nobis quam a successoribus nostris perpetuo et
illibitate tenendum firmamus. Siquis uero quod fieri
non credimus aliquis successorum nostrorum Magister
siue fratres seu alienus hoc nostrum statutum infrin-
gere uoluerit iuxta dei uoluntatem confringatur et pereat
cum diabolo et angelis eius sine fine puniendus nisi
digna satis se emendacione correxerit. Facta firmamenti
carta mense nouembro Era m.^a cc.^a Regnante domno ill-
defonso portugalensium rege Comitum henrrici et regine
Tarasie filio magni regis illdefonsy nepote. Pellagius
deonus notauit. Petrus pelagii, Gondisaluus de Sausa
dapifer, Donus Rodericus comes, Donus ticion alcayde
de Colimbria, Donus guian alcayde de Sanctaren.

de nenhum caualeiro, e se algum caualeiro fazer algu-
ma cousa desconuenhauel venha ao conçelho e seja jul-
gado dereitamente : o juiz e o alcaide sejam a vos postos
sem ofreçon. Clerigos de thomar ajam em todallas cou-
sas homrra de caualeiros em vinhas em terras e em ca-
sas e se a algum dos caualeiros morrer o cauallo e não
poder auer omde compre outro nos lbo daremos e se
lho non dermos estê homrradamente atee que possa auer
onde compre outro. Emfançon nem algum homem nam
aja em thomar casa nem herdade saluo quem quiser mo-
rar vosco e seruir come uos. Em nenhuma asenhas non
dedes mais ca de xiiii partes huma sem ofreçom : peoes
dem de raçom quanto soen dar os peoes de coimbra per
quarteiro de xvi alqueires sem braço posto e sen tauoa,
de vinho e de linho den a oitaua parte, de madeira que
tragam pera vender den a oitaua parte. En lagaradiga
de vinho de çinquo moyos a fundo dem hum almude e
se mais for dê huma quarta sen ofreçon e sen jantar :
nenhum caualeiro estraynho entre em casa dalgum sen
uontade do senhor da casa : se algum laurador ouer
eiuicon nom faça com elle foro. Almocreues façam hum
seruiço em no anno e antre uos non seja nenhuma amea-
ça : e se algum dos uossos quiser yr a outro senhorio ou
a outra terra aja poder de doar ou de vender o seu her-
damento a quem quiser que en elle more, e seja nosso
homem assy come hum de uos. Atalayas ponhamos
ameadade do anno e uos ameadade : non dedes porta-
gem nem alcauala nem de comer aas guardas da çidade
ou da porta. Thomar nunca a damos por alcaualla ál-
gum. Aqueste foro e aqueste custume com boos homeens
deus querente stabelecemos e outorgamos assy a uos
come aos uossos successores perdurauelmente e firma-
mente teer o firmamos sem nenhum corrompimento : se
alguem a qual cousa ser feita non creemos dos nossos
successores o mestre ou os frades ou outro estrainho
aqueste nosso stabilicimento quebrantar quiser da vin-
gança de deus seja quebrantado e pereça con o diabo
e con os seus anjos e sem fim seja atormentado saluo
se correger as cousas dignas asás per emenda. Feita a
carta de firmidoen no mes de nouembro Era mil cc.
Reynante dom Afonso Rey de Portugal filho do conde
dom Anrique e da Rainha dona tareja neto do gram
Rey dom Afonso, Dom payo dayam a notou testimu-
nhas dom tiçom Alcaide de sanctarem, pedro pirez al-
ferez, gonçalo de sauja, dom Rodrigo conde.

MOLAS

MOS

1162

Ex Libro Regestorum qui Liber II Alphonsi III dicitur, deprompsimus. Nullum aliud, nobis cognitum, hujus foralis exemplar superest.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritu sancti amen. Ego Rex Alfonsus do et concedo a uobis concilio de molas ad popular illo castello qui uocatur molas per foro de salamanca : ut illos homines qui ibi populauerint habeant foros bonos quomodo habent homines qui bonos foros habent. Et non detis michi nec ad progenie mee nec ad nullo homine pro homicidio nisi septima parte de ccc solidos in apreciadura per concilio et per manu dalcaldes. Et nullo pecto nec nulla callumpnia non intret ibi nec meo meirino nec iudice nisi totum per iudicium de alcaldes. Et faciatis fossado una uice in anno uadant tercia parte de caualeiros et duas partes stent in illo castello. Et illa tercia qui habuerit ire in fossado et non fuerit pectet in fossadeira v solidos in apreciadura dalcaldes. Et non faciatis fossado nisi cum uestro seniore una uice in anno ita ut leuetis panem calidum in alforges et ipso die reuertatis ad uestrum castellum : pedones et clericos non faciant fossado. Et non intret ibi nuncio de nullo homine nec maneria per foro molas. Et qui in termino de moas filia aliena rouxauerit extra sua uoluntate pectet ccc solidos ad rancuroso et exeat omizieiro. Si aliquis inter uos in mercado aut in ecclesia aut in concilio plegado a pregom ferida fecerit a suo uicino pectet Lxxxx^a solidos a concilio per manu de alcaldes. Et de quolibet furto colligat suo domno suo cabdal et pariat illa callumpnia et det septima a palacio per manu de alcaldes. Et qui domum fecerit aut uineas uel sua hereditate et uno anno in illa sederit et postea ad aliam terram fuerit seruiat illi sua hereditate ubi mortuus fuerit. Et si uoluerit illas uendere uendat cui uoluerit per foro de molas. Et caualeyro de moas stet pro infanzon de totas alias terras in iudicio et in iuramento troucant super illos cum duos iuratores. Et pedones de molas stent pro caualeiros uilanos de totas alias terras in iudicio et in iuramento troucant super illos cum duos iuratores. Et homines qui de terra sua exierint pro omicidio aut cum muliere rousada aut cum seruitute uel cum alia callumpnia qualquer sedeat tornet se ad concilio de molas et sedeat solto et defendudu per foro de molas. Et non ducat mulier aliena qui benedictione habeat cum suo marito. Et si hominem de aliqua terra cum inimicitate aut cum pignora uenerit et in termino de molas intratum fuerit et aliquos inimicos post illum intrarent et pignora illi tullerint aut male illi fecerint pectet quingentos solidos ad concilio et illos liuores, et duplet la pignora a suo domno. Et hominem de alia terra qui caualeiro de molas descaualgar pectet Lx^a solidos ad rancuroso. Et qui hominem de molas priser in prisone pectet ccc solidos a rancuroso. Et si homine de molas priser aliquo homine de alia terra pectet v solidos. Et si homine de molas pro qualibet fiaduria a medio anno non fuerit riquirido sedeat soltum, et si mortuum fuerit sint filii et uxor eius liberi. Et homines de moas non soluant pignora pro seniore nec pro meirino nisi pro suo uicino. Et non dent pousada per foro de moas non caualeiros nec uiduas nisi pedones per manu de alcaldes, dent pozadat usque tercia die. Et homo qui bestia caualar habuerit non det pousada. Mulier uidua qui non habuerit filio de xv annos cum quo se contineat non faciat foro. Et homines de moas qui homines tenuerint in suas hereditates aut in suos solares et non fuerit ibi suo senior ueniat a suo sinal de alcaldes et det fiador a uinida de suo senior, et faciatis que mandarent et callumpnia qualibet fecerit sedeat de suo senior et non et seruiat a nullum hominem nisi a suo senior in cuiu solar sederit. Et senara aut uineas de molas tal pecto habeat quale de populatores. Et qui uicino occiderit et in sua casa fugierit qui post illum intrauerit et in sua casa illum matar pectet ccc solidos ad rancuroso. Et qui mulier aforciar et illa uoces mitendo uenerit usque tercia die si presa non fuerit et ille cum xii homines non se potuerit delimdare pectet ccc solidos. Et qui mulier aliena percusserit pectet xxx solidos a suo marito et non responde sen rancuroso a nulla callunia ergo a furto descoberto et a rousu et ad omicidio. Et hominem de moas qui fiadores parar pro aliqua causa qualibet sedeat ad iudicem, et illo fiador outorgar cum duos homines contra illum et ille noluerit colligere et super ipsum illum occiderint, dent singulas peles de conelios et sint soltos. Et palacio del senor de moas habeat callumpnia comodo de uicino, et tota villa habeat uno foro. Et homo de moas qui fiador intraret et contentor non li socorrer qual fiar tal pecte. Et si contentor habuerit mittat illum in manus et exeat soltus de fiaduria. Et de suspecta de x solidos arriba feriant xii causas arredor, et iuret inde cum duos homines. Et det (sic) x solidos a iusu iuret cum uno uicino qualis inuenerit. Et toto homine de moas qui hereditate habuerit et non illa uender nem doar nec per sua manu pectar tornese a sua hereditate ubicumque fuerit. Et toto homine de moas qui hereditate habuerit in alia terra non faciat fazendeira nisi per foro de moas. Et toto homine de moas qui mulier leyxar de benedictiones det i denarium ad iudicem. Et si mulier leixauerit

suo marito de benedictiones pectet ccc solidos medios a suo marito et medios ad palacio. Et si aliquis deroter aliqua casa cum lancas cum scutos dela porta a dentro pectet ccc solidos medius a suo domno et medios ad concilio. Et qui dederit a suo uizino cum spada pectet lx^a solidos ad rancuroso. Et qui dederit lanzada uel cuitellada et exierit de una parte ad alia pectet ccc solidos ad rancuroso et si non pasar de alia lato pectet lx^a solidos a rancurosu. Et de plaga unde osso exierit x solidos ad rancuroso cada osso. Et de alia plaga lx^a solidos ad rancuroso. Homo qui cum sua mulier sederit et fecerit omicidio aut callupnia pectet ille ad rancuroso et septima a paazo et mulier stet in pace cum suos filios. Et pro tota pignora si de concilio quomodo de palacio colligant fador pur a foro. Et nullus habeat defenssa nec monte et non prato nec pelago nisi toto de concilio. Et illo montadigo del extremo montent caualeiros de moas cum suo senior et prenda sua tercia. Et ganadu de moas non sedeat montado. Et de carrega de bestia caualar aut muar dent in portazem vi denarios. De azino iii denarios. De cesteiro iii mealas. De boue que ibi uendiderint uel de asino qui ibi conparauerint. De homines de fora vi denarios. De caualo aut de mulo aut mauro i solidum. Et de toto portadigo qui uenerit a molas ubi pousada priser prehendat sua tercia. Et de rouba de terra de mauros aut de christianos qui uenerint a moas dent quinta a palacio. En parada una octaua de ceuada et duos panes de tritico et uno denario a senior. Quicumque hec scriptura frangere uoluerit sit maledictus et excommunicatus et a corpore domini segregatus et cum iuda traditore in inferno collocatus amen. Ego Rex Alfonsus hanc cartam quam iussi facere roboro et confirmo. Hec sunt terminos de molas. Per lo portu de figueira et inde a parada de retaes et inde aa cidadona uedra de susana et inde aa parada uedra et inde ao rego das couas et inde a anta do serro du masouto et inde pela cabeza pignoza de cima de cerzedo et inde aa parada inter nos et mugadoiro et inde aa cabeza de fundo de freyxneda de dextro et inde ao uilar antigo et inde ou. auiado de dom s'grigo et inde en a tauaera aquas uertentes de salauor et inde aas penas ruiuas et inde ao pelago do cucu et inde en a serra do cubu aquas uertentes contra siladi et inde acima do rebenton et inde acima das cabreiras et inde aa turre de susaa de contra siladi et inde ao xeixo de sou uilar de lamelas et inde comodo sal en o colado da carualaosa et inde aa cabeza cauada et inde aa cabeza dalende u soutu du lamazedu et inde a fundo da fraga inter moas et macaeira et inde acima das olgas de pay martiis et inde aa cabeza de cima de cabreira aquas uertentes usque ad portu de figueira. Toto homine de moas qui suo senor demandar pro qualibet callumnia sanet illum per boca de alcaldes et non aforcet illum nec saquet illum de suo foro et recipiat iudicium qualli dederint alcaldes iurados. Et in quantum senior fuerit in villa non respondant ad nullum iudicium. Et tercio die postquam senor recexerit a uilla iudice pignoret et gaste unde habuerit rancura et compleat ei periudicium de alcaldes quomodo iacet in foro. Et ego Rex Alfonsus mando dare armas totas ad caualeiros et ad peones de molas cum quo defendant suum castellum. Ego Alfonsus portugalensis Rex cum meo filio et filiabus mando et concedo hos foros et terminos quos in hanc cartam mittere iussi. Habeatis igitur et possideatis uos et omnis posteritas uestra locum illum cum omnibus istis terminis suprascriptis foris uobis dico in molas morantibus. Siquis uero aliquis ex progenie mea filiis uel nepotibus aut qualiscumque sit qui hoc nostrum factum frangere uoluerit uel minuere maledicionem dei incurrat et sit maleditus et excommunicatus et cum iuda traditore in inferno collocatus et insuper pariet vi mille solidos de auro puro medios a rege et medius a concilio. Facta scripto hoc in Era m.^a cc.^a in mense decembrio. Ego Alfonsus rex in hanc cartam meas proprias manus cum meis filiis et filiabus roboro et signa facio coram testibus. Qui presentes fuerunt uiderunt et confirmauerunt, Domnus Petrus fernandi conf. — Domnus Gonsaluus de sousa conf. — Alcalde meende estrenia conf. — Pelagius cabelos test. — Nuniz de aluia test. — Petro uermuit test. — Dom iemundo test. — Petro neto test. — Petro christouois test. — Pay osoris test. — Petro cipriacis test. — Vermuu cresconis test. — Johanne oariz test. Johanne stenayz test. — Martin ciprianis test. — Gomez ueegas test. — Martin monaco test. — Petro fernandiz de freixeno test. — Dom monio ouelio de orrus test. — Pelay coeriz test. — Petrus rouco test. — Johanne. — Petrus presbiter notuit.

Et ista carta non tenebat sigillum.

A. Dei gratia Rex Port. et Comes Bolon. uobis alcaldibus et concilio de moas salutem. Sciatis quod ego concedo uobis uestros foros et uestros directos sicut melius habuistis in tempore patris mei et aui mei et tenebo uos ad iusticiam et directum uestrum et de illis militibus quos michi misistis dicere quod timebatis uos de illis bene credatis quod ego defendam uos de illis et de aliis qui uobis uoluerint facere malum et tortum. Datum vinarane xi die aprilis Era m.^a cc.^a lxxxvi.^a

Et ista carta tenebat sigillum.

ELBORA

.EVORA

1166

Forale hoc ex Lib. Foral. Antiquor. S. Crucis Conimbric. decerpsimus. Accedunt lectio-
nes variae ex Lib. Regestor. Alphonsi II. Extat in Publico Archivo aliud exemplar recentius,
adeoque mutilum ut nihil prosit.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti Amen. Ego Rex Alfonsus filius Hen-
rici comitis et Regina Tharasia una pariter cum filiis meis Rege Sancio et Regina orraca et Regina Tharasia uo-
lumus restaurare atque populare Elboram. que a sarracenis abstulimus. Damus uobis forum et costume de ~~Auib~~
tam presentibus quam futuris ut duas partes dos caualeiros uadant in fossado et tertia pars remaneat in ciuitate
et una uice faciant fossado in anno. Et qui non fuerit a fossado pectet pro foro v solidos pro fossadeira. Et pro
homicidio pectet c solidos ad¹ palacium¹. Et pro casa derota cum armis scutis et spadis pectet ccc solidos et vii.^a
ad palacium : et qui furtaret pectet pro uno nouem et habeat intentor duos quiniones et septem partes ad pala-
cium. Et qui mulier aforciaret et illa clamando dixerit quod ab illo est aforciaada et ille negaret det illa outorga-
mento de tres homines tales qualis ille fuerit ille iuret cum xii et si non habuerit outorgamento iuret ipse solus.
Et si non potuerit iurare pectet ad illam ccc solidos et vii.^a ad palacium. Et testimonia mentirosa et fidele menti-
roso pectet lx solidos et vii.^a ad palacium et duplet el auer. Et qui in concilio aut in mercado uel in ecclesia feri-
ret pectet lx solidos medios ad² palacium² et medios ad concilio. Et de medio de concilio vii.^a ad³ palacium³. Et ho-
mine qui fuerit gentile aut eredere que non seat meirino. Et qui in uilla pignores⁴ afflando et fiador et ad montem
fuerit pendrar duplet la pendra et pectet lx solidos et vii.^a ad⁵ palacium⁵. Et qui non fuerit a sinal de iudice et pi-
gnos sacudiret ad saion pectet i solidum ad iudicem⁶. Et qui non fuerit ad apelido caualeiros et pedones exceptis
hiis qui sunt in seruicio alieno miles pectet x solidos pedon v solidos ad uicinos. Et qui habuerit aldea et uno
iugo de boues et xxxv oves et uno asino et duos lectos comparet caualo. Et qui crebantauerit sinal cum sua mu-
liere pectet i solidum ad iudice. Et mulier qui laxauerit maritum suum de benedictione pectet ccc solidos et vii.^a
ad⁷ palacio. Et qui laxauerit mulierem suam pectet i denarium ad iudicem. Et qui caualo alieno caualgaret pro uno
die pectet unum carnarium et si magis pectet las⁸ anguieras pro uno die vi denarios et pro una nocte i solidum.
Et qui feriret de lancea aut de spata⁹ polantrada pectet x solidos. Et si trouciret ad alteram partem pectet xx
solidos al quereloso. Et qui crebantauerit occulum aut brachium aut dente pro unoquoque membro pectet c
solidos ó lisiado et ille det vii.^a ad¹⁰ palacium¹⁰. Qui mulier alienam¹¹ ante suo marido feriret pectet xxx solidos et
vii.^a ad palacium¹². Qui moion alieno in suo ero mudaret pectet v solidos et vii.^a ad¹³ palacium¹³. Qui linde alieno cre-
bantauerit pectet v solidos et vii.^a ad¹⁴ palacium¹⁴. Qui conductario¹⁵ alieno mactaret suo amo colligat homicidio et
det vii.^a ad¹⁶ palacium¹⁶. Similiter de suo ortolano et de quarteiro et de suo monleiro aut de suo solarengo. Qui ha-
buerit uasalos in suo solar aut in sua hereditate non seruiant ad altero homine de tota sua facienda nisi a domno
de solar. Tendas et molinos et fornos de homines de Elbora sint liberi de foro. Milites de Elbora sint in iudicio
pro podestades et infanzones de portugal. Clerici uero habeant mores militum. Pedones sint in iudicio pro caual-
larios uillanos de altera terra. Qui uenerit uozeiro ad suo uicino pro homine de foras uilla pectet x solidos et vii.^a
ad palacium. Ganado de Elbora non sit montado in nulla terra : et homine qui se nafragaret suo adestrado quam-
uis habeat alium sedeat excusado¹⁷ usque ad capud anni. Mancebo qui mactaret hominem foras uille et fugerit
suo amo non pectet homicidio. Por totas querelas de palacio el iudice sedeat uozeiro. Qui in uilla pindrar cum
saione et sacudirent ei pignos outorget et saion et prendat concilio de tres collaciones et pindret pro lx solidos
medios al¹⁸ rancuroso¹⁸ et¹⁸ medios¹⁸ ad¹⁸ concilio¹⁸. Barones de Elbora non seam en prestamo dado. Et si ho-
mines de Elbora habuerint iudicium cum homines de alia terra non currat inter illos firma sed currat per esqui-
sam aut reto. Et omnes qui quesierint pausar¹⁹ cum suo ganado in terminos de Elbora prendant de illis monta-
digo de grege das oues iii^{or} carneiros. De²⁰ busto de uacas i uaca. Isto montatico est de concilio. Et omnes

1 a palacio.
2 a palacio.
3 a palacio.
4 pignos
5 a palacio.
6 iudice.
7 a
8 as
9 espada
10 a palacio.

11 aliena
12 palacio.
13 a palacio.
14 a palacio.
15 conducterio
16 a palacio.
17 excusato
18 ad concilio et medios al rancuroso.
19 pausar
20 Et de

milites qui fuerint in fossado uel in guardia omnes caualeiros qui se perdiderint in algara uel in lide primus erectis eos sine quinta et postea detis nobis quintam directam. Et toto homine de Elhora qui inuenerint homines de aliis ciuitatibus in suis terminis talando aut leuando madeiram de montes prendant totum quod inuenerint sine calumpnia. De azarias et de guardias quintam partem nobis date sine ulla offrecione. Quicumque ganatum domesticum pignoret uel rapere fecerit pectet LX solidos ad palacium et duplet ganatum a suo domino. Testamus uero et perenniter firmamus ut quicumque pignorauerit mercatores uel uiatores christianos iudeos siue mauros nisi fuerit fideiussor uel debitor quicumque fecerit pectet LX solidos ad²¹ palacium²¹ et duplet ganatum quod prendiderint a suo domino, et insuper pectet c morabitanos pro cauto quod fregit : Rex habeat medietatem et concilium medietatem. Siquis ad uestram uillam uenerit per uim cibos aut aliquas res accipere et ibi mortuus fuerit uel percussus non pectet pro eo aliqua calumpnia nec suorum parentum homicide habeantur. Et si cum querimonia de ipso ad regem uel ad dominum terre uenerit pectet c morabitanos medietatem regi et medietatem concilio²². Mandamus et concedimus quod si aliquis fuerit latro et si iam per unum annum uel duos furari uel rapere dimisit si pro aliqua re repetitus fuerit quam comisit saluet se tanquam latro. Et si latro est et latro fuit omnino pereat et susubeat pena latronis. Et si aliquis repetitur pro furto et non est latro neque fuit respondeat ad suos foros. Si aliquis homo filiam alienam rapere extra suam uoluntatem donet eam ad suos parentes et pectet illis ccc morabitanos et vii.^a ad palacium et insuper sedeat homicida²³. De portagem foro de trosel de caualo de pannos de lana uel²⁴ lino i solidum. De trosel de lana i solidum. De trosel de fustanes v solidos. De trosel de pannos de color v solidos. De carrega de piscato i solidum. De carrega de²⁵ asino²⁵ vi denarios. De carrega de christianos de conelios v solidos. De carrega de mauris de coneliis i morabitanum. Portagem de caualo que uendiderint in azougi i solidum. De mulo i solidum. De asino vi denarios. De boue vi denarios. De carnario iii mealias²⁶. De²⁷ porco ii denarios. De forom ii denarios. De carrega de pam et de uino iii mealias²⁸. De carrega de peom i denarium. De mauro quem uendiderint in mercato i solidum. De mauro qui se redimeret decimam. De mauro qui taliat cum suo domino decimam. De corio de uaca et de zeura ii denarios. De corio de ceruo et de gamo iii mealias²⁹. De carrega de cera v solidos. De carrega de azeite v solidos. Iste portagem est de homines foras uille tercia de suo hospite et duas partes de rege. Ego Rex Alfonsus una cum filio meo Rege Sancio hanc³⁰ cartam confirmauimus et roborauimus. Quisquis hanc cartam irrumperere uoluerit sit maledictus et excommunicatus³¹ amen. Facta carta iiii kalendas Maii sub Era m.^a cc.^a iiii.^a Comes domnus Valascus conf. Johannes archiepiscopus conf. Suerius Elborensis episcopus conf. Aluarus Vlixbonensis episcopus conf. Michael episcopus conf. Gundisaluus de sausa dapifer curie conf. Petrus pelagii signifer conf. Magister Albertus Cancellarius conf. Magister gualdinus conf. Menendus petri captiuus³² conf. Gondisaluus diaconus scripsit.

Ego Alfonsus II.^{us} dei gratia Port. Rex una cum uxore mea Regina domna Vrraca et filiis nostris infantibus domno Sancio et domno Alfonso et domna Alionor istam cartam suprascriptam et illud forum quod auus meus excellentissime memorie Rex domnus Alfonsus dedit uobis moratoribus de Elhora concedo ego eis et confirmo per hoc presens scriptum. Et ut hec mea confirmacio et concessio in perpetuum firmum robur obtineant precepi fieri istam cartam et eam feci meo sigillo plumbeo communiri. Que carta fuit facta apud Sanctaren mense Januario Era m.^a cc.^a l.^a vi.^a Ego Rex domnus Alfonsus et uxor mea et filii supranominati hanc cartam subscriptis roborauimus et in ea hec signa fecimus +++++. Qui affuerunt, Domnus Stephanus Bracarensis archiepiscopus conf. Domnus Martinus Port. episcopus conf. Domnus P. Colimbriensis episcopus conf. Domnus Suarius Vlixbonensis episcopus conf. Domnus Suarius Elborensis episcopus conf. Domnus Pelagius Lamecensis episcopus conf. Domnus Bartolomeus Visensis episcopus conf. Domnus Martinus Egitaniensis episcopus conf. Domnus Martinus iohannis signifer domini regis conf. Domnus Petrus iohannis maiordomus curie conf. Domnus Laurentius suarii conf. Domnus Gil ualasquiz conf. Domnus Gomecius suarii conf. Domnus Johannes fernandiz conf. Domnus Fernandus fernandiz conf. Domnus Rodericus menendiz conf. Domnus Poncius alfonsi conf. Domnus Lopus alfonsi conf. Magister Pelagius Cantor Port. test. Petrus garsie test. Petrus petri test. Johannes petriz test. Vincentius menendiz test. Martinus petri test. Johanninus test. Gunsaluus menendiz Cancellarius curie.

21 a palacio
22 concilii.
23 omicidia.
24 uel de
25 dasno
26 mealias.

27 Del
28 mealias.
29 mealias.
30 hac
31 exquomunicatus
32 cautiuus

LINARES

LINIARES

1169

Oppidum Linhares de quo in hac charta agitur longe abest ab illo cui Ferdinandus Magnus concessit forale jam in lucem editum (pag. 343). Alphonsus I istud, cujus forale nunc juris publici facimus, in Montibus Herminiis (Serra da Estrella) fundavit : illud in provincia, quam Traz-os-Montes appellamus, Ferdinandus libertate ornavit. Textum nobis praebeuit Lib. Foral. S. Crucis Conimbric. lectiones varias Lib. Regestor. Alphonsi II.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti unius summi dei. Facimus istam cartulam in ipsius nomine trinitatis. Ego Rex Alfonsus port.¹ una pariter cum filiis meis qui exierunt ex nobis vobis hominibus² de Linares qui ibidem populatores estis per mandatum meum siue qui uenerint ad populandum facimus uobis cartulam sicut et fecimus per scripturam et per preceptum nostrum ut firmiter teneatis et habeatis foro bono sicut habent alios homines cum meliores foros. Et non detis mihi nec progeniei mee nec ullo homini pro homicidio nisi septimum ad apreciadura³ per concilio et per manum de iudice. Et nullo pecto nec ulla calumpnia⁴ non intret ibi nec meo marino nisi iudice de uestro concilio. Et faciatis fossado illa una pars et la duas partes stent in illa uilla. Et de illa una pars qui habuerit ad ire in fossadu et non fuerit quomodo det in fossadeira v solidos in apreciadura. Et non faciatis fossadu cum uestro seniore nisi una uice in anno aut si plus uestra uoluntas fuerit. Et pedones non faciant fossadu nec clerici. Et non intret ibi nuncio nec maneria de nulloquoque homine per foro de Linares. Et qui in termino de Linares filiam alienam rapuerit extra suam uoluntatem pectet ad palacium ccc solidos et exeat homicieiro. Siquis aliquis inter uos in mercato⁵ aut in ecclesia uel in concilio a precon ferido⁶ fecerit ferida ad suo uicino quod pectet lx solidos ad concilio et vii.^a ad palacium per manu de nostro iudice. Et de furto quolibet sedeat ibi suus dominus qui colligat suo cabal et de illa calumpnia⁷ parciat cum illo iudice per medium. Et qui domum edificauerit aut uineas aut sua hereditate honorauerit et uno anno in illa sederit et postea ad aliam terram perrexerit quomodo seruiat illi tota sua hereditas nisi⁸ habitans fuerit. Et si quesierit illas uendere uendat ad quem uoluerit per foro de Linares. Et homines de Linares ubi habuerint iudicium uel iuncta cum homines de alias terras habeant medianito per lor couto de seu terminu. Et dono uobis foro quod stent caualeiros de Linares pro infanciones de totas alias terras in iudicio et in iuramento trouciant super illos cum n^o iuratores. Et illos pedones de Linares quod stent et trouciant super illos caualeiros uillanos de totas alias terras in iudicio et in iuramento cum duos iuratores. Et omnes qui de sua terra exierint cum homicidio aut cum muliere rausada⁹ uel cum alia calumpnia¹⁰ qualibet sit nisi quod non adducat mulierem alienam et tornet se ad seniores de Linares sedeat solutus et defensus per foro de Linares. Et siquis homo de quacumque terra cum inimicite aut cum pignora uenerit¹¹ et in termino de Linares intratus fuerit nullus post illum intret aut pignora tollat uel malum illi faciat pectet ad seniores de Linares d solidos et duplet illa pignora aut illos lioues. Et qui homines de Linares pignorauerit et in concilio non pecierit ad directum pectet ad seniores de Linares lx solidos et duplet illa pignora suo domno. Et homines de alia terra qui caualleiro de Linares descaualcare¹² pectet lx solidos. Et homines de Linares qui alterum descaualgar pectet v solidos. Et qui homines de Linares prendiderint in prision pectet ccc solidos. Et si homines de Linares prendiderint aliquem hominem de aliena terra pectet v solidos. Et si homines de Linares pro qualibet fiaduria a medio anno illo non requisierit sedeat solutus. Et si migratus fuerit uxor sua et filii sui sint liberi. Et non soluant homines de Linares pignora pro seniore nec pro maiorino nisi pro suo uicino. Et non dent pausadas¹³ per foro de Linares caualeiros nec clerici nec uiduas nisi pedones per manum iudicis. Et homines de Linares qui suos homines tenuerint in suas hereditates aut in suos solares et non fuerit ibi suo senior ueniat ad sinal de iudice et dent fiador ad uenida de suo senior et faciant que mandarent et calumpnia¹⁴ qualibet fecerint sit de suo senior et vii.^a pars ad palacium. Et non seruiant ad ullum hominem nisi ad suum seniore¹⁵ in cuius solare sederit. Et sua senara aut sua uinea de illo Rege Alfonso tale pacto¹⁶ habeat quale de illos populatores. Et qui uicino occiderit et in sua casa fugierit qui post illum intrauerit et in sua casa illum mactaret pectet ccc solidos. Et qui mulierem alienam ferierit pectet suo uiro xxx solidos et vii.^a ad palacium. Et qui mulierem aforciauerit et illa uoces mittendo

1 portugalensis
2 homines
3 apreciadura
4 calumpnia
5 mercado
6 feridu
7 calumpnia
8 ubi

9 rousada
10 calumpnia
11 uenerint
12 descaualquarem
13 pausadas
14 calumpnia
15 senior
16 pecto

uenerit et ille cum duodecim non potuerit se inde deliberare ccc¹⁷ solidos. Et homines de Linares qui fiador pararent pro qualibet causa pecierint et ille fiador autorgar¹⁸ cum duos homines contra illum et ille non quesierit colligere et super ipsum eum mactauerit nos toto concilio ad illo pectet. Et palacium de illo Rege et de Episcopo habeat calumpniam¹⁹. Et tota alia uilla uno foro, et alio palacio non habeat calumpniam²⁰. Et homines de Linares qui fiador intrar et ententor non li uuiar (*sic*) qual fiaduria fiar peitar tal. Et si ententor habuerit mittat illum in manus et sic exeat de illa fiaduria. Et de suspecta de x solidos ariba feirant duodecim casas a deredor et iurent duo homines. Et de x solidos a iuso iure siui outru qualem agar quod uicinus sit. Et toto homine de Linares qui se tornar ad alium senior qui illi benefecerit sua casa et sua hereditas et uxor sua et filii sui sint liberi et absoluti per foro de Linares. Et dono uobis foro quod non habeatis alium senioreni nisi regem aut filium suum aut quem uos concilio quesieritis. Et toto homine de Linares qui deserdadu fuerit et per sua manu non pectar quomodo se torne ad sua hereditate ubi fuerit illa sine ulla calumpnia²¹. Et toto homine de Linares qui hereditatem habuerit in alia terra non faciat fossadu nisi per foro de Linares. Et toto homine de Linares qui habuerit mulierem ad benedictionem et laxauerit illam pectet i denarium ad iudicem. Et si mulier laxauerit suum maritum quem ad benedictionem habeat pectet ccc solidos medios ad palacium et medios ad suum uirum. Et de rotela de sua casa cum lanzas et scutos de sua porta a dentro pectet ccc solidos medios ad suo domno et medios ad palacium. Et qui dederit ad suo uicino cum spata pectet xxx^a solidos et vii.^a ad palacium. Et de plaga v solidos et vii.^a ad palacium. Et qui dederit lanzada ad suo uicino et exierit de una parte ad aliam pectet xx solidos et vii.^a ad palacium: et si non troucierit x solidos et vii ad palacium. Et de plaga unde osso exierit pectet x solidos cada²² osso et vii.^a ad palacium. Et de plaga v solidos et vii ad palacium. Et pro tota pignora siue de concilio uel de palacio colligat suo fiador pro a foro. Et dono uobis que non habeat nulla defesa nec nullo monte nec ullo pelago nisi illo de toto concilio. Et sunt uestros istos terminos quomodo exparte cum gaudela et cum felgosino. Et ex alia parte quomodo exparte cum celorico. Et ex tercia parte quomodo exparte per mondecum cum algodres. Et est terminus eius contra eidaniam per iugada de barrelas et inde per summum de lomba farta et exinde sicut diuiditur cum celorico. Et illo montadigo del extremo que montem caualeiros de Linares cum suo senior et prendant sua tercia. Et illo montadigo de ganato²³ de Linares non sedeat montadigo. Et de illa carregadura dent in portadigu i arenzo. Et de caualo i solidum et de mulo i solidum et de asino uel de boue vi denarios. Et de toto portadigu qui uenerit ad Linares ubi pausada prenderit prendat suam terciam. Quicumque hanc scripturam infringere uoluerit sit excommunicatus et dampnatus²⁴ in perpetuum. Amen. Ego Rex Alfonsus Port. una cum filiis nostris uobis toto concilio de Linares hanc cartam de bono foro roboramus et confirmamus. In Era m.^a cc.^a vii.^a mense Septembrio. Qui presentes fuerunt et audierunt testes sunt, Bracare Archiepiscopus domnus Johannes conf. Viseo episcopus domnus Gunsaluus²⁵ conf. Lameco episcopus domnus Menendus conf. Colimbrie episcopus domnus Michael conf. Portugalis episcopus domnus Petrus conf. Vlixbone episcopus domnus Aluarus conf. Elbore episcopus domnus Suarius²⁶ conf. Comes Valascus curie²⁷ dapifer conf. Fernandus alfonsi Regis signifer conf. Pe. fernandi regis Sancii dapifer conf. Nuno fernandi eius signifer conf. Suarius²⁸ menendi extremature dominus conf. Valascus fernandiz²⁹ conf. Petrus saluadoriz conf. Magister Albertus Cancellarius. Ego Rex Alfonsus dedi pro foro a populatores de Linares de hereditates trasanas, et quinque annos ariba que non respondeant.

Ego Alfonsus II.^{us} dei gratia Port. Rex una cum uxore mea Regina domna Vrraca et filiis nostris infantibus domno Sancio et domno Alfonso et domna Alionor concedo et confirmo uobis populatoribus de Linares istam cartam et istud forum quod uobis dedit auus meus Rex donus Alfonsus bone memorie. Et ut hoc meum factum firmissimum robur obtineat precepi fieri istam cartam et eam feci meo sigillo plumbeo communiri. Facta carta mense Octobri Era m.^a cc.^a l.^a v.^a Nos supranominati qui hanc cartam fieri precepimus coram subscriptis eam³⁰ roborauimus et in ea hec signa fecimus +++++. Qui affuerunt, Domnus Stephanus Bracarensis archiepiscopus conf. Domnus Mar. Port. episcopus conf. Domnus P.³¹ Colimbriensis episcopus conf. Domnus Suarius Vlixbonensis episcopus conf. Domnus Suarius³² Elborensis episcopus conf. Domnus Pelagius Lamecensis episcopus conf. Domnus Bartholomeus Visensis episcopus conf. Domnus Mar. Egitanensis episcopus conf. Domnus Martinus iohannis signifer domini regis conf. Domnus P.³³ iohannis maiordomus curie conf. Domnus Laurencius suarii conf. Domnus G. suarii conf. Domnus Egidius ualasquiz conf. Domnus Fernandus fernandiz conf. Domnus Jo. fernandiz³⁴ conf. Domnus Rodericus menendiz conf. Domnus Poncius alfonsi conf. Domnus Lopus alfonsi conf. Magister Pelagius Cantor Port. test. Petrus garsie test. Martinus petri test. Vincencius menendiz test. Johannes pelagii test. Petrus petriz test. Gunsaluus menendiz Cancellarius domini regis. Johannes martiniz³⁵ scripsit.

17 pectet ccc.
18 autorquar
19 calumpniam.
20 calumpniam.
21 calumpnia.
22 quada
23 ganado
24 dampnatus
25 gonsaluus
26 Suerius

27 curie Regis
28 Suerius
29 fernandi
30 illam
31 Pe.
32 Suerius
33 Pe.
34 fernandi
35 martini

ULIXBONA, ALMADANA, PALMELA, ALCAZAR

MAURORUM IBI LIBERE DEAGENTIUM FORALE

FORAL DOS MOUROS FORROS DE LISBOA, ALMADA, PALMELA E ALCACER

1170

Nobis textum hujus foralis suppeditavit Lib. Foral. Antiquor. S. Crucis Conimbric. Ex Lib. Regestor. Alphonsi II, atque ex codice Publici Archivi, qui Livro 1 de Proprios de Reis e Rainhas inscribitur, lectiones varias desumpsimus. Accessit translatio pristino idiomate vernaculo, in Ordinationibus, sic dictis, Alfonsi V (L. II Tit. 99) inserta.

In dei nomine. Ego Rex Alfonsus portugalis una cum filio meo Rege Sancio facio cartam fidelitatis¹ et firmitudinis vobis mauris qui estis forri in vlixbona et in almadana et in palmela et in Alcazar ut in mea terra nullum malum² iniuste recipiatis. Et ut nullus meus christianus neque iudeus super uos habeat nocendi potestatem sed ille quem uos de gente et fide uestra super uos pro alcaide elegeritis ipsemet iudicet uos. Et hoc facio ut uos reddatis mihi in unoquoque anno singulos morabitos ex singulis capitibus uestris ex quo tempore uictui necessaria ganare potueritis. Et ut detis mihi alfitria et azoque et totam decimam de uniuerso labore uestro. Et omnes uineas meas preparetis et uendatis meos ficus et meum oleum quomodo uendiderint habitatores uille tercia parte de meis minus. Hec igitur carta semper firmum habeat robur et nullus eam³ uobis³ audeat frangere neque foros uestros. Facta carta mense Marcio apud Colimbriam Era m.^a cc.^a viii.^a Ego predictus Rex Alfonsus una⁴ cum⁴ filio⁴ meo⁴ rege⁴ Sancio⁴ uobis mauris hanc⁵ cartam quam fieri iussi roboro et confirmo et hec signa inpono. Qui presentes fuerunt, Michael Colimbriensis episcopus conf. Comes Valascus conf. Petrus fernandiz conf. Fernandus alfonsi conf. Cerueira alcaide conf. Domnus Gualdinus conf. Suarius menendiz conf. Pelagius barragan⁶ conf. Petrus saluadoriz conf. Petrus fasion Regis scriba conf. Ego domna D.⁷ dei gratia Port. Regina hanc cartam roboro et confirmo. Ego T. regina eorum filia roboro et conf. Ego Regina domna S. eorum filia conf. Julianus notarius domini regis S. Domnus Menendus gunsalui conf. Johannes fernandi maiordomus curie conf. Egas pelagii test. Domnus S.⁸ Vlixbonensis electus conf.

Ego Alfonsus II.^{us} dei gratia Port.⁹ Rex una cum uxore mea Regina domna Vrraca et filiis nostris Infantibus domno Sancio et domno Alfonso et domna Alionor istam cartam suprascriptam et istud forum quod uobis dedit auus meus excellentissime memorie Rex domnus Alfonsus concedo ego eis et confirmo per hoc scriptum.

N.º 1

6 baragan

1 hereditatis
2 maurum
3 uobis eam
4 et filius meus rex Sancius
5 quam hanc
6 brarcaran
7 Dul.
8 Sancius
9 deest

N.º 2

Et ut concessio mea¹⁰ et¹⁰ confirmacio¹⁰ maius robur obtineat¹¹ precepi hanc cartam scribi et sigillo meo plumbeo communiri. Et insuper do uobis pro foro ut nullus pauset in uestris domibus contra¹² uestram uoluntatem. Et hec carta fuit facta apud Sanctaren in mense Decembri in Era m.^a cc.^a l.^a v.^a Ego¹³ et¹³ uxor¹³ mea¹³ et¹³ filii¹³ nostri¹³ supranominati¹³ qui¹³ hanc¹³ cartam¹³ fieri¹³ precepimus¹³ coram subscriptis eam roboramus¹⁴ et¹⁴ in¹⁴ ea¹⁴ hec signa fecimus¹⁵ +++++. Qui affuerunt, Domnus Stephanus¹⁶ Bracarensis Archiepiscopus conf. Domnus Martinus Port. episcopus conf. Domnus Petrus Colimbriensis episcopus conf. Domnus Suarius Vlixbonensis episcopus conf. Domnus Suarius Elborensis episcopus conf. Domnus Pelagius Lamecensis episcopus conf. Domnus Bartholomeus Visensis episcopus conf. Domnus Martinus Egitiensis episcopus conf. Domnus Martinus iohannis signifer domini regis conf. Domnus Petrus iohannis maiordomus curie conf. Domnus Laurencius Suarii conf. Domnus iohannes fernandiz conf. Domnus Fernandus fernandiz conf. Domnus Go. suarii conf. Domnus Gil ualascuiz conf. Domnus Rodericus menendiz conf. Domnus Poncius alfonsi conf. Domnus Lopus alfonsi conf. Magister Pelagius Cantor Port. test. Vincencius menendiz test. Petrus garsie test. Petrus petri test. Martinus petri test.

N.º 1

10 et confirmacio mea
11 optineat
13 facimus

N.º 2

10 et confirmacio mea
11 optineat
12 sine
13 Nos supranominati hanc cartam
14 roborauimus et
16 Sancius

MONTE-SANCTO

MONSINCTO

1174

Exemplaria hujus foralis quae supersunt inveniuntur in Lib. Foral. Antiquor. S. Crucis Conimbr. ac in Lib. Regestor. Alphonsi II. Ex primo codice textum hausimus : ex secundo lectiones varias.

In nomine patris et filii et spiritu sancti amen. Ego Alfonsus dei gratia Port. Rex et filiis nostris Rex domnus Sancius et filia mea Regina domna Tharasia facimus cartam et scripturam firmitudinis omnibus hominibus tam presentibus quam futuris qui populare et habitare uoluerint¹ in ipso castello de Monte sancto ut nullum forum faciant in terra nostra neque calumpniam ullam neque intencionem aliquam pectent. Damus etiam illis forum ut ubicumque in terra nostra hereditates habuerint calumpniam uel uocem ullam pectent neque forum ullum faciant. Et si homo de Monte sancto iudicium habuerit cum homine de alia terra non det directum nisi ad portam de Monte sancto. Si homo de Monte sancto suum directum demandauerit ad hominem de alia terra et in iudicium uoluerit mittere sedeat ad portam de Monte sancto. Et si proua fuerit non sit facta nisi ad portam de Monte sancto. Sed ipsi tantum homines qui in predicto castello habitauerint dent nobis quintam ex omnibus que ex terra sarracenorum uel christianorum alterius regni lucrari acquirere potuerint. Damus etiam forum ut qui percusserit uel desonrauerit caballarium² de Monte sancto pectet ei quingentos solidos. Et qui percusserit peon pectet ei c solidos. Et caballarii de Monte sancto sint in iudicio pro infanzonibus³ de alia terra et pedones pro caballariis. Et ut homines qui habitauerint in hereditatibus de militibus de Monte sancto habeant talem forum qualem habuerint pedones de Monte sancto. Et qui habitauerint in hereditatibus peditum de Monte sancto habeant tale forum quale habent pedites de Monte sancto. Et homines de Monte sancto nullam portagen de terra nostra. Concilium de Monte sancto mittat inter se foros et custumes quales Siquis homo uenerit uel uenero qui hanc cartam irrumpere uoluerit sit maledictus et excommunicatus et cum iuda traditore in inferno dampnatus. Facta carta fori et roborata apud Colimbriam Mense Aprilis Era m.^a cc.^a xii.^a Ego Rex Alfonsus et Rex Sancius et domna Regina Tharasia cum manibus nostris roboramus +++++. Qui presentes fuerunt, Valascus fernandi test. Suarius uenegas test. Fernandus gunsaluiz⁴ test. Alcaide Gunsaluus de sena test.

Ego Alfonsus II.^{us} dei gratia Port. Rex una cum uxore mea Regina domna Vrraca et filiis nostris infantibus domno Sancio et domno Alfonso et domna Alionor concedo et confirmo uobis moratoribus de Monte sancto tam presentibus quam futuris istam cartam et istud forum quod uobis dedit auus meus excellentissime memorie Rex

1 uoluerit
2 caualleirum
3 infanzonibus

4 gusalui
5 deest

M. L. Tom. I.

100

domnus Alfonsus. Et ut hoc meum factum in perpétuum robur obtineat⁶ precepi fieri istam cartam et eam feci meo sigillo plumbeo communiri. Facta fuit hec carta mense Octobri Era m.^a cc.^a l.^a v.^a Nos supranominati Reges qui hanc cartam fieri precepimus coram subscriptis eam roborauimus et in ea hec signa fecimus ++++. Qui affuerunt, Domnus Stephanus Bracarensis archiepiscopus conf. Domnus M. Port. episcopus⁷ conf. Domnus Pe. Colimbriensis episcopus conf. Domnus S.⁸ Vlixbonensis episcopus conf. — Domnus S. Elborensis episcopus conf. Domnus Pe.⁹ Lamecensis episcopus conf. Domnus B. Visensis episcopus conf. Domnus Mar. Egitaniensis episcopus conf. Domnus Martinus iohannis signifer domini regis conf. Domnus Pe.¹⁰ iohannis maiordomus curie conf. Domnus Laurentius suarii conf. Domnus Johannes fernandiz¹¹ conf. Domnus Fernandus fernandiz¹² conf. Domnus Gil ualasquiz conf. Domnus Go. suarii conf. Domnus Rodericus menendiz conf. Domnus Poncius alfonsi conf. Domnus Lopus alfonsi conf. Magister Pelagius Cantor Port. test. Petrus garsie test. Vincencius menendiz test. Martinus petri test. Johannes pelagii test. Petrus petri test.

6 optineat
7 deest
8 Suarius
9 Pelagius

10 Petrus
11 fernandi
12 fernandi

PALUMBARE

POMBAL

1174

Autographum hoc manet forale in Publico Archivo. Archetypum habuit forale Conimbricæ concessum a comite Henrico anno 1111.

In Dei Nomine. Ego magister gaudinus una cum fratribus meis uobis qui in palumbare estis habitaturi maioribus et minoribus cuiuscumque ordinis sitis, et filiis uestris et progeniis, fratribus templi salomonis ibidem permanentibus. Placuit nobis facere kartam firmitudinis de iure hereditatum ueststrarum quas ibi populatis et de foro atque seruitio. In primis ut nunquam faciatis nobis senaram. Et de preda de fossado non detis nisi ad zagam duas partes et uobis remaneant due. Et de azaria et de tota illa caualgada in qua non fuerit rex nobis quintam partem uobis quatuor partes absque ulla alkaidaria. Siquis militum emerit uineam a tributario sit libera. Et si acceperit in coniugium uxorem tributarii omnis hereditas quam habuerit sit libera. Et si tributarius potuerit esse miles habeat morem militum. Milites habeant suas hereditates liberas : et si aliquis militum uenerit in senectute ut non possit militare quandiu uixerit sit in honore militum et si miles obierit uxor que remanserit sit honorata uti in diebus mariti sui. Et nullus eam uel filiam alicuius accipiat in coniugium sine uoluntate sua et parentum suorum. Saion non eat domum alicuius sigillare. Et si aliquis fecerit aliquid illicitum ueniat in concilium et iudicetur recte. Iudex et alcaide sint uobis positi sine offretione. Clerici palumbaris habeant morem et honorem militum in uineis et terris et domibus. Et si alicui militum obierit equus et non potuerit emere alterum nos dabimus ei et si non derimus stet honoratus donec possit habere unde emat. Infanzon et aliquis homo non habeat in palumbare domum nec hereditatem nisi qui uoluerit habitare uobiscum et seruire sicuti uos. In illos molinos non detis plusquam quartam decimam partem sine offretione. Pedites dent de ratione quantum solent dare pedites de colimbria per quartarium de xvi alqueires sine brachio posito et tabula. De uino et lino dent octauam partem. Et de madeira quam adducunt pro uendere dent octauam partem. In lagaradiga de uino de quinque quinales inferius dent almude, et si super fuerit dent quartam sine offretione et iantare. Nullus miles extraneus intret domum alicuius sine uoluntate domni domus. Si aliquis laborator habuerit iuitionem non faciat cum ea aliquid fiscum. Almoqueueres faciant unum seruitium in anno. Et inter uos non sit ulla manaria. Et si aliquis uestrum uoluerit transire ad alium dominum uel ad aliam terram habeat potestatem donandi seu uendendi suam hereditatem cuicumque uoluerit qui in ea habitet et sit noster homo sicut unus ex uobis. Atalaias ponamus nos medietatem anni et uos alteram medietatem. Et si nos atalaiam non tenuerimus nec uos teneatis nec pro tenenda aliquid detis. Non detis portaticum uel alcaualam aut cibariam custodibus ciuitatis uel porte. Palumbare nunquam damus alicui per alcaualam. Hoc forum et hanc consuetudinem coram probis hominibus deo donante statuimus atque concedimus et tam a nobis quam a successoribus nostris perpetuo et illibate tenendum firmamus. Siquis uero quod fieri non credimus aliquis successorum nostrorum Magister siue fratres seu alienus hoc nostrum statutum infringere uoluerit iuxta dei ultione confringatur et pereat cum diabolo et angelis eius sine fine puniendus nisi digna satis se emendatione correxerit. Facta firmamenti karta a constructione opidi anno decimo octauo mense iunio Era Millesima ducent-

tesima XII.^a Regnante domno ildefonso portugalensium rege comitis henrici et regine tarasie filio magni regis ildefonsi nepote et cum eo rege sanchio filio suo et uxore eius domna regina dulci nomine. Anno ab incarnatione domini Millesimo Centesimo septuagesimo quarto. Ego magister Gaudinus cum fratribus meis roboro atque confirmo. — Frater arnaldus de rochis conf. — Frater helias conf. — Frater domnus mancius conf. — Frater Petrus gonsalui conf. — Frater martinus petri conf. — Magister fernandus uidit — Frater Johannes garsiei capellanus in tomar conf. — Alfonsus roderici test. — Pelagius allius test. — Pelagius nuniz alcaide de tomar test. — Pelagius roderici iusticia de tomar test. — Petrus meendiz de porta test. — Martinus de Roma test. — Gonsalvus gallecus test.

Data fuit karta apud thomar concilio de polumbari per manus Saluatoris monachini maiordomi eiusdem castelli, et menendi rauuani militis ipsiusmet castris, qui cum magistro domno gaudino uenerunt ad tomar pro ipsa karta, concedente omni concilio atque rogante.

Martinus notuit.

THOMAR

THOMAR

1174

Dimidiato jam saeculo XII, Galdinus Pelagius, Templariorum equitum in Portugalia degentium magister, oppidis, quae partim ei sodalibusque suis rex concesserat, partim ipse Galdinus extruxerat, foralia dedit; quorum aliquae nuper edidimus. Castrum Thomar, quod anno 1162 municipalia statuta obtinuerat, alia nova mense junio anni 1174 accepit. Ipsa statuta eo anno ac mense data fuisse inuenimus castro Ozezari, circa ostium Ozezari fluvii (Zezere) dextra in ripa illa tempestate erecto, nunc penitus everso (VITERBI Elucidar., Verb. Tempreiros). Anno 1176 Palumbare oppidum, quod, ut vidimus, forale jam habebat, oblitterato primo, illud novum Thomariense sive Ozezariense adeptum est. Hoc Thomariense, cujus autographum desideratur, desumpsimus ex Libro qui inscribitur Liber scripturarum ordinis militiae Christi, ex tabulario conventus ordinis equitum Christi in Publicum Archivum delato. Accedit translatio antiquo sermone vernaculo, ex eodem tabulario.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti amen. Quoniam deus omnipotens iustus iudex omnibus in terra potestatem exercentibus precepit populum sibi subditum in iustitia et equitate regere ut in salomone legitur, diligite iustitiam qui iudicatis terram. Ideo ego Magister G. una cum fratribus meis diuino oraculo eruditus necessarium duximus rapinas et injurias a populo nobis subdito misericorditer remouere. Meditantes maius et melius in animarum salute quam in caducarum rerum acquisitione lucrum nos esse consequuturos. Vnde in terra sub potestate nostra constituta talia damus decreta. Siquis ergo rausam vel homicidium vel disrumperit domum cum armis vel cum feridas vel fregerit portas intrans in domum in canto ville pectet v° solidos. Siquis rausam vel homicidium extra villam LX solidos petet. Mando vt unusquisque accipiat vxorem suam quam habeat recabedadam vel filiam suam que adhuc non fuit nupta ubi eam innenerit sine pecto. Et filium quem pater suus in domo sua tenet pro suo maladio accipiat eum vbique preter vt non frangat super eum portas vel precutiat aliquem sine pecto. Pro stercore in ore misso LX solidos vbique petet. Siquis percusserit cum armis molutis de suo grado

Em nome da santa trindade padre e filho e espiritu sancto. Amen. Porque deos todo poderoso direito juiz encomendou a todollos vsantes poderio na terra reger o pouoo a si sometudo em justiça e em igualdade assi como o leem em salomon, Amade justiça aquelles que julgades terra. Porem eu meestrê Gandin en sembra con os meus freires ençinado pella merce de deus enduzemos de neçessidade remouer as iniurias e as roubas do pouoo soiugado a nos. Consirantes mais e milhor en saude das almas ca en engano e prol das coussas temporaes seremos conseguidores, porende em a terra soo nosso poderio estabeleçuda taes damos degredos. Se alguem rousou ou homezio ou romper casa com armas ou com feridas ou quebrantar portas ou entrar casa no couto da villa peite quinhentos soldos. Se alguem rousou ou homezio fora da vila fezer sesenta soldos peite. Mando que cada hum filhe sa mulher que aja recabedada ou filha sua que ainda nom foi casada hu quer que a achar sen coonha, e o filho que seu padre tem em sa casa por seu manço bo filheo hu quer que o achar tirado que non brite sobrello portas, ou feira alguem sem coonha. Por merda em boca metuda em qualquer lugar que o faça peite sesenta soldos. Se

et per iram in cauto ville LX solidos petet, et si foras xxx solidos petet. Feridas consulendas istas sanet et non alias : qui querit amicos vel parentes vel arma vel troços cum quibus vadit ferire et percusserit per veram exquisitam LX solidos petet. Pro membro absciso LX solidos petet. Pro omnes feridas de quibus satisfacere debet intret in fustem secundum veterem forum colimbrie aut comparet eas cui satisfacere debet. Sinal dalcaide aut iudicis cum testimonio teneat. Domus alicuius non sigilletur nisi antea vocetur ad directum. Siquis ab aliquo aliquid quesierit ante iusticias respondeat et ante comandatorem domus per directum. Siquis debitor alicui rebellis extiterit ab illo quod suum est habere nom potuerit et composuerit se cum maiordomo tamen maiordomus non habeat nisi decimam de quo traxerit de habere rebellis nisi si fuerit de vsura, sed de vsura accipiat quantum pepigerit cum eo. Omnes vero intentiones nostri maiordomi sint per inquisitionem de illis rebus vnde potuerit habere exquisitam directam. Qui sciuerit veritatem et eam negauerit in exquisita componat quantum perdere fecit illi et domino terre aliud tantum et vltra in testimonium non recipiatur. Si aliquis vozarius se cum maiordomo composuerit causa inde aliquid habendi si probatus fuerit quod talis est per exquisitam secundum quantitatem calupnie quam obiecerit in corpore puniatur. Si vero habuerit quod pectet non audiatur nisi prius dederit fideiussorem in manibus iustitie : prohibemus omnes huiusmodi qui se faciunt vozarios falsos et non habent cartam per tales enim omnis terra perdita est. Quamuis maiordomus et iustitie sint presentes et aliquid in concilio conqueratur de aliqua re maiordomus non recipiat illa querimonia pro voce nisi ille qui querimoniam fecerit dixerit maiordomo do tibi istam querimoniam pro voce. Si aliquis in defensione sui agri aut vinee vel orti damnatorem expoliaverit quamuis damnator sit percussus aut vulneratus tantum domnus vinee non petet, quod si damnator domnum percusserit satisfaciatur ei quantamque calupniam fecerit petet. Defendimus vt nullus in villa arma trahat quod si traxerit et non percusserit perdat ea. Siquis mensuras aut cubitos falsauerit D solidos petet. Siquis de domo alterius aut extra domum se per vim acceperit et dominus suus venerit cum rancura ad comandatorem domus vel ad alcaide vel ad iusticias vel ad maiordomum in duplum componat. Siquis vxorem suam iusto iudicio suo adulteram fecerit res sue sint in potestate domini terre. Defendimus vt nullus audeat talliar cum vallo carreiras vel stratas publicas de concilio, nec mutet marcos, qui uero hec fecerit sanet per forum terre. Jugada sit per quartiereum de xvi alqueires per alquer de direito. Almotace sit de concilio : maiordomus et sayon et iustitie et portitor de alcaide sint cautati in D solidos. Siqui fecerint furtum petent sicut mos est terre vel condenetur. Quicumque vero latronem vel malefactorem inuenerit prendaat eum secundum suum posse sine calupnia suorum parentum et homicidio. Si-

algun ferir com armas mundas de seu grado e per yra no couto da villa peite sesenta soldos e se for fora da villa peite trinta soldos. Feridas concelhadas estas son e non outras. Quem demandar amigos ou parentes com armas ou tochos com os quaes vaa ferir e feira se o prouar per verdadeira inquisa peite sesenta soldos. Por membro talhado peite sesenta soldos : por todallas feridas das quaes deue satisfazer entre en fustan segundo foro velho de coimbra ou as compre aaquelle a que deue satisfazer. Sinal dalcaide ou de juiz com testimoyno seja teudo. A casa dalguem nam seja seellada se ante nom for chamado a dereito. Se alguem a outro demandar alguma cousa ante justicas responda e ante o encomendador da casa per direito. Se algum diuedor for reuel a alguem e aquel a que deuem o seu nom poder auer e composer com o mordomo o mordomo nom aja senom a dizima do que tirar do auer do reuel saluo se for de vsura e se for de vsura filhe quanto preitejar com elle. Todallas entensões do nosso mordomo sejam per inquisa daquellas cousas onde poder auer inquisa dereita. Quem souber verdade e a negar na inquisa componha quanto faz perder aaquelle e ao senhor da terra outro tanto e jamais nunqua seja recebudo em testimoinha. Se algum vozeiro se composer com o mordomo que lhi dê ende alguma cousa se prouado for per inquisa que tal he componha segundo a cantidade da conha que demandar e se non ouuer que peite em o corpo seja atormentado e nom seja ouuido saluo se der fiador nas mãos da justiça. Defendemos a todos aquellos que se fazem vozeiros falsos e não hão carta por taes certamente toda a terra he perduda. Se alguem se queixar em concelho dalguma cousa pero que o mordomo e a justiça sejam presentes o mordomo nom filhe aquel queixume por voz saluo se aquel que o queixume fizer disser ao mordomo dou a ti este queixume por voz. Se alguem em defendimento do seu agro ou de sa vinha ou de sa almoinha esbulhar o danador pero que o danador seja ferido ou chagado o senhor da vinha non peite, e se o danador ferir o dono satisfaçalhi e qualquer conha que hi fizer corregalha. Defendemos que nenbuum tire armas em villa ca se as tirar e non ferir percaas. Se alguem medidas ou cobados falsar peite cinco soldos. Se alguem de casa doutro ou de fora cousa per força filhar e seu senhor veer con rancura ao comandador ou ao alcaide ou aas justicas ou ao mordomo en dobro o componha. Se alguem sa mulher en juizo fazer puta as sas cousas sejam en poder do senhor da terra. Defendemos que nenbuum ouse terçar com vallo carreiras ou estradas pubricas do concelho, nem meta marcos. Quem aqesto fazer correja-o por o foro da terra. Jugadas sejam per quartiere de dezaseis alqueires per alqueire de direito. O almotacel seja do concelho : mordomo e sayam e justicas e o porteiro do alcaide sejam coutados em quinhentos soldos. Quem fazer furto peite assi come custume da terra ou seja condenado. Quem achar ladram ou malfeitor pren-

quis intrauerit in vinea vel almoynia alicuius furtim in die causa comedendi vel cum manu sua bestias in ferragine alicuius miserit v solidos petet. Si aliquid de vinea vel de almoynia in gremio vel in taleiga vel in cesta attulerit vel ferraginem segauerit vnum marauedilum petet. Si in nocte deprehensus fuerit furtiue in vinea aut in ferragine vel in almoynia LX solidos petet et quod vestierit, et de isto pecto domnus laboris habebit medietatem. Si vero non habuerit quod petet clauigetur in porta per vnum diem deinde flagelletur. Si maurus alicuius fuerit solutus et fecerit calupniam dominus eius respondeat pro eo secundum calupniam quam fecerit vel dimittat eum in manu maiordomi. Maiordomus non recipiat maurum alicuius qui fuerit in vinculis vel mauram solutam pro quacumque calupnia quam fecerit, sed si dominus terre et concilium viderint quod talem causam fecit pro qua debet lapidari vel cremari lapidetur vel cremetur. Si vero talem causam fecerit pro qua debet flagelari et in corpore exterminari flagelletur, et postquam flagellauerint eum vel eam domino suo reddatur. Quamcumque fiaduriam quisquis fecerit si eam non compleuerit secundum directam eandem petet. Et qui vendiderit vinum in relego LX solidos petet, et per quantas vices inuenerit vinum vendere per tantas vices petet LX solidos. Et tota illa bestia que vadit ad eiram vel ad lagarem pro aluguer faciat forum de almocreue. Ista calupnias mandamus pectare et non alias. De molinis non accipiat nisi de XIII alqueires vnum sine ofreçone. Cambesint quales iusticia et concilium viderint pro directo. Et si molinarius inde aliter fecerit ipse cum omni habere suo sit in potestate magistri. Si autem maiordomus vel iusticia hoc nostrum directum irrumperit pro ofreçione aut amore alicuius ipse et res eius sint in potestate magistri et fratrum. Facta carta firmitudinis mense junio Era M. CC. XII. anno ab incarnatione domini M. C. LXX. IIII. Ego Magister gualdinus qui hanc cartam facere jussi vna cum omnibus fratribus nostris habitantibus in thomar et filiis vestris et progeniis roboro et confirmo Regnante domno Alfonso portugalensi Rege comitis enrrici et done tharasie filio magni regis Alfonsi nepote eiusque filio Rege Sancio uxoreque ipsius regina dulcia. Joannes presbiter notauit. Arnaldus de rochis conf. Frater Suerius vermundi conf. Frater elias conf. Frater martinus conf. Frater manicius conf. Frater petrus. Frater Joannes garsie conf. Comes donus Fernandus testes. Comes donus Alfonsus test. Petrus garsie pretor colimbriensis test. Petrus fernandis dapifer test. Magister fernandus vidit. Pelagius romeu test. Martinus de roma test. Petrus caldelas test. Pelagius nuniz test. Petrus garsie test. Saluator menendi test. Donus santius test. Garsias vermundi banita test. Petrus muniz test. Petrus menendi test. Pelagius arias iustitia test. Petrus roderici iustitia test. Gunsaluus borona. Petrus gunsalui anolanus test.

da-o segundo sa posse sem omezio e sem conha de seus parentes. Se alguem entrar em vinha ou em almoinha dalguem furtiuelmente de dia per razam de comer ou com sa mão besta em ferraem dalguem meter peite cinco soldos. Se alguem de vinha ou dalmoinha em regaçõ ou em taleiga ou em cesta trouuer alguma cousa ou farraem segar peite huum marauedil. Se alguem de noite for preso furtiuelmente em vinha ou em ferraem ou em almoinha peite sesenta soldos, e o que trouuer vestido, e disto que peitar aja-o senhor do lauor ameaçadê e se nom ouuer que peite preguemno na porta per huum dia é demajs açoutemno. Se mouro dalguem for solto e fezer conha o senhor responda por el segundo a conha que fizer ou o deixe na mão do mordomo. Ho mordomo nom filhe mouro dalguem que traga prison ou moura solta por qualquer conha que faça mais se o senhor da terra e o concelho vir que tal cousa fez per que deua ser apedrada ou queimada apedremna ou a queimen. Se tal cousa fez per que deua ser açoutada açoutemna e depois que for açoutada tambem o mouro come a moura demnos a seu dono. Qualquer fiaduria que alguem fezer se a nom cumprir segundo dereito peitea, e quem vender vinho em relego peite sesenta soldos, e per quantas vezes achar vinho vender per tantas vezes peite sesenta soldos, e toda aquella besta que vai a eira ou a lagar por aluguel faça foro dalmocreue. Estas conhas mandamos peitar e nam outras. Dos moinhos nom filhem senon de quatorze alqueires huum sen ofreçon. As cambas sejam quaes as justiçaes e o concelho vir por dereito, e se o moleiro ende outra cousa fezer esse con todo o auer seja en poder do mestre. Se o mordomo ou a justiça este nosso dereito britar per ofreçon ou por amor dalguem esse e as sas cousas sejam em poder do mestre e dos freires. Feita a carta de firmidõe no mes de junho Era Mil e duzentos e duze anos, Era da encarnaçam de deus Mil cento e setenta e quatro. Eu Meestre Gandin que esta carta fazer mandei en sembra com todo os meus freires morantes en tomar aos vosos filhos e aos vosos suçesores afortalego e confirmo Reinante dom Afonso Rey de Portugal filho do grande Rey dom Afonso neto do conde don Anrique e de dona Tareija e seu filho Rey dom Sancho com elle e sa molher Rainha dona doçe. Joanne clerigo de missa a fez : testemunhas frey arnardo daronchis, frey soeiro vermuiz, e frey elias, e frey manço, e frey martinho, e frey pedro, e frey ioane de gassia clerigo de missa. O conde dom fernando, o conde dom afonso, pedro garsia alcaide de coimbra, pedro fernandiz, meestre fernando a uio, saluador meendiz, dom sancho, pay romeu, martim de roma, pedro de calderas, pedro muniz, pedro cassia, Garsia vermuiz, pedro meendiz, pedrairas justiça, pay rodriguez justiça, gonsal boroa, pedro gonçaluiz, testimoinhas.

OZEZAR

CASTELLO DA FOZ DO ZEZERE

1174

Autographum. Ex chartophylacio conventus Thomariensis delatum in Publicum Archivum. Quia autographum, lectiones varias ex quodam exemplari recentiore omisimus. Ex apographo saeculi XVI quae in autographo vetustate consumptae erant, restituimus, et characteribus, qui italici dicuntur, distinximus.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti amen. Quoniam deus omnipotens iustus iudex omnibus in terra potestatem exercentibus precepit subditum sibi *populum* in iusticia et equitate regere ut in salomone legitur : Diligite iusticiam qui iudicatis terram. Ideo ego Magister G. una cum fratribus meis necessarium duximus rapinas et iniurias a populo nobis subdito misericorditer remouere. Meditantes maius et melius in animarum salute quam in caducarum rerum acquisitione lucrum nos esse consecuturos. Vnde in terra sub potestate nostra constituta talia damus decreta, scilicet habitantibus in castello nostro de ozezar. Siquis ergo raussum uel homicidium fecerit uel diruperit domum cum armis uel *cum feridas et fregerit portas intrans per uim domum in cauto uille d solidos pectet. Si raussum uel homicidium extra uillam fecerit lx solidos pectet. Pro stercore in ore misso ubique lx solidos pectet. Qui percusserit cum armis molutis in cauto uille lx solidos pectet. Si foras xxx solidos pectet. Feridas consiliadas per uera exquisia lx solidos pectet. Pro membro absciso lx solidos pectet. Pro feridas pro quibus satisfacere debet intret in fustam secundum ueterem forum colimbrie, aut comparet eas cui satisfacere debet. Sinal de alkaide aut iudicis cum testimonio teneatur. Domus alicus non sigilletur nisi antea uocetur ad directum. Siquis alicui per iudicem aut per alkaide de aliqua re directum pecierit et ei respondere noluerit et illum pignorauerit pignorator sit uictus non pectet. Siquis ab aliquo aliquid querierit ante iustitias et comendatorem domus respondeat per directum. Siquis debitor alicui rebellis extiterit et ex illo quod suum est habere non potuerit et composuerit se cum maiordomo tamen maiordomus non habeat nisi decimam de quo traxerit de habere rebellis nisi fuerit de usura. Sed de *allis* accipiat quantum pepigerit cum eo. Omnes intentiones tam nostri maiordomi quam nostrorum hominum sint per inquisitionem bonorum hominum de illis rebus unde potuerint habere *exquisam* et non per iudicium. Qui sciuerit ueritatem et eam negauerit in exquisia componat quantum alicui perdere fecerit et domino terre aliud tantum et ultra in testimonium non recipiat. Et si aliquis uozeiro se composuerit cum maiordomo causa inde aliquid habendi si probatus fuerit per *exquisam* quod talis est secundum quantitatem calumpnie quam obiecerit in corpore expuniatur in corpore si non habuerit quod pectet, et non audiatur nisi prius dederit fideiussorem in manus de iusticiis. Prohibemus omnes huiusmodi qui se faciunt uozeiros falsos et non tortum. Per tales enim omnis terra perdita est. Quamuis aliquis conqueratur in concilio de aliqua re non accipiat a maiordomo pro uoce nisi ille qui conqueritur pro uoce dederit id est quamuis maiordomus et iusticie presentes sint et aliquis homo coram eis in concilio de aliqua re querimoniam fecerit maiordomus non accipiat querimoniam pro uoce nisi ille qui querimoniam fecerit proprio ore dixerit maiordomo do tibi istam querimoniam pro uoce. Siquis in defensione sui agri aut uinee uel orti dampnatoremuerit quamuis dampnator sit percussus aut uulneratus tamen domnus uinee non pectet. Quod si dampnator domnum agri percusserit satisfaciat ei et calumpniam quam ibi fecerit. Ponimus ut nullus in uilla arma trahat sed si traxerit et non percusserit perdat illa. Siquis mensuras uel cubitos falsauerit v solidos pectet. Siquis de domo alterius uel extra domum *rem aliquam* per uim acceperit illam in duplo componat. Siquis uxorem suam iusto iudicio adulteram fecerit, res adultere sint in potestate domini terre. Defendimus ut nullus audeat taliar cum uallo carreiras uel stratas auctorizatas de concilio uel mutet marchos. Qui uero hoc fecerit sanet per forum terre. Almotace sit de concilio. Maiordomus saion et iusticie et portarius de alcaide sint cautati in d solidos. Qui fecerit furtum pectet uel comdampnetur secundum forum terre. Quicumque latronem uel malefactorem deprehenderit mittat in manu nostri maiordomi absque calumpnia et homicidio suorum parentum. Siquis intrauerit uineam uel agrum uel ortum alicuius furtim in die causa comedendi uel cum manu sua bestia in ferraginemius miserit v solidos pectet. Si aliquis inde in gremio uel in taleiga uel in cesta adtulerit i morbitinum pectet. Si in nocte lx solidos pectet et quod uestierit : et de isto pectu dominus laboris habeat medietatem. Et si non habuerit unde pectet clauifigatur in porta usque tercium diem et m^{to} die flagelletur. Quamcumque fiaduriam quisque fecerit si eam non compleuerit secundum directum eandem pectet. Si maurus alicuius etiam solutus et fecerit calumpniam dominus eius respondeat pro eo secundum calupniam quam fecerit uel dimittat eum in manu maiordomi. Si uero fuerit in uinculis uel etiam maura soluta pro aliqua re quam faciat non*

perdat eum uel eam dominus eius, nisi talem rem fecerit pro qua dominus terre et concilium iudicet quod morte puniatur, sed in corpore exterminetur et postea domino suo reddatur. Ista*s calumnias mandamus pectare et non alteras. Jugada sit per quartarium de xvi alqueires per alqueire de directo. De uno iugo de hobus dent i quartarium medium de tritico et medium de secunda quale uenerit de eira. Cauon det medietatem de illo quod solent dare cauones in alia terra. De uinea dent decimam ex eo tempore quo habuerint x puzaes. De piscato decimam abs azaria et alqueidaria. Qui fecerit molinos in ribeiros habeat illos. De molinis non accipiant nisi de xiiii alqueires i sine offretione. Cambe sint quales iusticie et concilium dederint pro directo. Et si molinarius inde aliter fecerit concilium det illi quale iudicium uoluerit sine querimonia magistri et fratrum suorum. Quod si forte maiordomus ex malicia hoc nostrum decretum irruperit pro offretione aut pro amore alicuius ipse et res eius sint in potestate domini terre. Qui habuerit hereditatem post unum annum habeat potestatem uendendi. Facta karta firmitudinis Mense iunio Era m.^a cc.^a xii.^a anno secundo a constructi opidi populatione. Ego magister G. cum fratribus meis roboro et confirmo.*

...naldus de rochis conf. — riuachê conf. — Egas moniz conf. — Domnus giraldus presbiter vidit. — Monio gonsaluiz test. — Petrus ciluricu test. — Johannes ciluricu test. — Boninus test. — Dominicus broes test. — Arlote test. — Meem pelaiz test. — Martinus pelaiz test. — Martinus meendiz test. — Piouuas test. — Martinus pelagii notuit.

ARGANIL
ARGANIL**1175***Autographum in Publico Archivo asservatum.*

In christi nomine et eius misericordia. Hec est karta de foro que fecit petro uzbertiiz ad suos homines de arganil. In primo de uno boue uno quarto terciado. Caualerio quantum laborauerit in sua hereditate sedeat defesus. Fogaça de ii^{os} alqueires cum una gallina aut capone et uno alqueire de uino. Decima de uino et pede tres uices posito : de lagare ii^{os} denarios aut una gallina et quin dederit ii^{os} denarios non sedeat penorado et a maiordomo quarta de eradiga. Montenerio si fuerit in monte iii^{os} noctes et si habuerit ganancia dedit condado des tres noctes in denante. Mulier qui fuerit mechquina et habuerit casa et non habuerit qui ad illa laborauerit dederit una geira a palacio. De lino uno manipulo de iii^{os} uirgas de illo. Et qui fuerit callono aut pecie (?) de suo de uicino dedit una teiga. Ferida qui fuerit grande de capite et exierit sanguine per suo pecto et per terra i^o morabatinum si fuerit de rascadura au minor nichil. Homo qui inuenerit latronem in suo hauere pro feridas qui fecerit non habet calumnia. Et si inuenerit in tercia uice flagellatum et tonsum et positum trans flumine aluia. De pigureiro qui fuerit a uineas aut arbores dedit uno bragal a palacio et sanet dano a suo dono. De casa derota cum furore et cum armas lx^{ta} modios. De uia talada cum armas et non fuerit desfiado lx^{ta} modios. De proua talada uicinum cum uicino prouadores de uicinitate et non uenerit de fora et fecerit equalia et si non fuerit facta medio bragal et si fuerit i^o bragal et seia de porina et de scudo. De iuramento iuradores seian bonos omnes et non de precio cum isto iuramento finiuit tota calumnia et vi denarios a suo domino. Rauso aut merda in boca lx^{ta} modios de baraca aut de maderio i^o lombo. De pignora cum torto dumplatum et si tollerit i^o bragal. Homo qui quesierit pignorare et dedit fiador non sit pignorado. De omicidio si fuerit morto x morabitinos. Et si fuerit chagado cum ferro v morabitinos. Totas istas calumnias per exquisas de bonos omnes. Ego supradicti petro uzbertiz qui hanc cartam iusit facere. Si ego uenerit aut alius post me uenerit aut de mea progenia et hunc factum meum inrumperê uoluerit in primis sedeat maledictus et excommunicatus usque in quarta uel decima generatione et cum iuda traditore habeat participacione. Amen. Notum die quo erit kalendas ianarii Era m.^a cc.^a x.^a iii.^a Ego petro uzbertiz ad uos homines in hanc cartam manu mea Ro+b+o+r+o et hoc signum feci et de uos omnes roboracione accepit et omnes uiderunt et audierunt pro testes hec sunt G. test. Martino test. Petro test. Ero test. Johanne notuit. Et concilio de arganil uidentes et auditores.

PALUMBARE

POMBAL

1176

Ex regestis scrinii conventus Thomariensis quae titulum Liber scripturarum ordinis militiae Christi prae se ferunt hoc forale decerpimus. Non aliud nobis cognitum manet exemplar.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti Amen. Quoniam deus omnipotens justus iudex, omnibus in terra potestatem exercentibus precepit subditum sibi populum in iusticia et equitate regere, vt in salomone legitur : Diligite iusticiam qui iudicatis terram. Ideo ego magister G. vna cum fratribus meis, diuino oraculo eruditus necessarium duximus rapinas et injurias a populo nobis subdito misericorditer remouere : meditantes maius et melius in animarum salute quam in caducarum rerum acquisitionem lucrum nos esse consequuturos. Vnde in terra sub potestate nostra constituta talia damus decreta. Siquis rausum vel homicidium vel disrupterit domum cum armis, vel cum feridas, vel fregerit portas intrans domum vi in cauto ville pectet D solidos. Sed mando vt unusquisque accipiat mulierem suam quam habet recabadadam, vel filiam suam que adhuc non fuit casada, ubicumque eam inuenerit sine pecto. Et dico de filio hominis quem pater tenet in domo sua pro suo malado vt accipiat eum vbique, preter vt non frangat portas super eum vel aliquem percutiat sine pecto. Si rausum vel homicidium extra villam LX solidos pectet. Pro stercore in ore misso LX solidos ubique pectet. Siquis percusserit cum armis molictis de suo grado et per iram in cauto ville LX solidos pectet si foras XXX solidos pectet. Feridas consiliadas per veram exquisam et istas sunt et non alias. Qui quesierit amicos aut parentes vel arma vel cochos cum quibus vadat ferire et percusserit LX solidos pectet. Pro membro absciso LX solidos pectet. Pro omnes feridas de quibus satisfacere debet intret in fustam secundum veterem forum colimbriensis aut comparet eas cui satisfacere debet. Sinal de alcaide aut iudicis cum testimonio teneatur. Domus alicuius non sigiletur nisi antea uocetur ad directum. Siquis ab aliquo aliquid quesierit antea iusticias et comendatorem domus respondeat per directum. Siquis debitor alicui rebelis extiterit ab illo quod suum est habere non potuerit et composuerit se cum maiordomo, tamen maiordomus non habeat nisi x de quo traxerit de habere rebellis nisi fuerit de vsura. Sed de vsura accipiat quantum pepegit cum eo. Omnes vero intentiones nostri maiordomi sint per inquisitionem de illis rebus vnde potuerit habere exquisam directam. Qui sciuerit veritatem et eam negauerit in exquisam componet quantum perdere fecerit illi, et domino terre aliud tantum, et ultra in testimonium non recipiatur. Si aliquis vozarius se cum mayordomo composuerit causa inde aliquid habendi, si probatus fuerit quod talis est per exquisam secundum quantitatem calumpnie quam obiecerit in corpore puniatur : si non habuerit quod pectet. Et non audiatur nisi prius dederit fideiubssorem in manibus de iustitiis. Prohibemus enim omnes qui se faciunt vozarios falsos et non habent tortum : per talles enim omnis terra perdita est. Quamuis maiordomus et iusticie sint presentes, et aliquis in concilio conqueratur de aliqua re maiordomus non accipiat querimoniam illam pro uoce, nisi ille qui querimoniam fecerit dixerit maiordomo : do tibi istam querimoniam pro voce. Siquis in defenssione sui agri aut vinee vel horti damnatorem expoliauerit quamuis dampnator sit percussus aut vulneratus, tamen domnus vinee non pot (*sic*). Quod si dampnator domni vinee percusserit satisfaciat ei et quamcumque calumpniam fecerit pectet. Deffendimus vt nulus in villa arma trahat, quod si traxerit et non percusserit perdet ea. Siquis menssuras aut cubitos falsauerit v solidos pectet. Siquis de domo alterius rem, aut extra domum per vim acceperit si dominus suus venerit cum rancura ad comendatorem vel alcaide vel iudices vel maiordomo, in duplo componat. Siquis vxorem suam iusto iudicio adulteram fecerit, res sue sint in potestate domini terre. Deffendimus vt nullus audeat taliar cum vallo carreiras vel stratas auctorizadas de concilio et si hoc fecerit sanet per forum terre. Jugada sit per quartarium xvi alqueires per alqueire de directo. Almotace sit de concilio. Maiordomus et seyom et iusticie et portitor de alcaide sint cauti in D solidos. Qui fecerit furtum pectet sicut mos est terre, vel comdempnetur. Quicumque latronem vel malefactorem inuenerit prenda eum secundum possa suum sine calumpnia suorum parentum et homicidio. Siquis intrauerit vineam vel almoynham alicuius furtim in die causa comedendi, vel cum manu sua bestiam in ferraginem alicuius miserit v solidos pectet. Si aliquid de vinea vel de almoynia in gremio vel in taleiga, vel in cesta attulerit, vel ferraginem seccauerit i morabitinum pectet. Si in nocte deprehensus fuerit furtiue in vinea vel in ferraginem vel almoynam LX solidos pectet, et quod vestierit : et de isto pecto dominus laboris habeat medietatem. Et si non babuerit quod pectet clauificatur in porta per vnum diem : deinde flageletur. Si maurus alicuius fuerit solutus et fecerit calumpniam, dominus eius respondeat pro eo secundum calumpniam quam fecerit, vel dimitat eum in manu maiordomi. Maiordomus non accipiat maurum alicuius qui fuerit in vinculis vel mauram solutam pro quecumque calumpnia quam fecerit : sed si dominus terre

et concilium viderint quod talem causam fecerit vnde debet lapidari vel cremari lapidetur vel cremetur. Si vero talem causam fecerit pro qua debet flagellari vel in corpore exterminari, flagelletur, deinde domino suo reddatur. Quamcumque fiaduriam quisque fecerit, si eam non compleuerit secundum directum eandem pectet. Et quicumque venderit vinum in relego LX solidos pectet. Et per quantas vices inuenerit vendere tantas vices pectet LX solidos. Et tota illa bestia que vadit ad aream et ad lagar pro aluger faciat forum de almuqueuer. Istas calumnias mandamus pectare et non alias. De molendinis non accipiat nisi xiiii alqueires unum sine offretione. Kambe sint quales iusticie et concilium viderint pro directo. Et si molinarius inde aliud fecerit ipse cum habere suo sit in potestate mea. Si autem maiordomus vel iusticia hoc nostrum irrumperit pro offretione aut amore alicuius, ipse et res eius sint in potestate mea et fratrum. Facta carta firmitudinis mense aprilis Era m. cc. xiiii. Ego m. G. qui hanc cartam facere iubssi vna cum fratribus meis habitantibus omnibus in palumbar, vobis et filiis vestris et progeniis vestris roboro et confirmo Regnante domno A. Portugalensis Rege, Comitis henrrici et Regine tharasie filio, magistri Regis Alfonsi nepote, eiusque filio cum eo Rege sancio vxoreque ipsius regina domna dulcia. Dominus arnaldus comendator de thomar conf. Suerius vermundi comendator de palumbar conf. Menendus gunsalui signifer regis conf. Valascus fernandi dapifer regis conf. Suerius petri. Johannes presbiter conf. Gunsaluus presbiter conf. Frater Martinus. Saluator monachinus. G. pelagii. P. coruus conf. G. abbas test. Martinus nuniz test. P. zapatarius test. Suerius perna test. Donnus Godinus. Fernandus panchia test. G. tedoniz test. Johannis presbiter notuit.

SANCTA-HERENA, SANCTAREN

SANTAREM

1179

Cum post primam captionem oppidi Santarem a christianis factam exeunte saeculo XI, in potestatem sarracenorum ipsum oppidum redisset, forale quod Alphonsus VI Legionensis rex, urbe capta, incolis tribuerat, omnino oblitum fuisse credere par est. Saeculo vero XII, Portugaliensi regno jam a Legionensi sejuncto, Alphonsus I noster, oppidum illud, mauris rursus ereptum et dominationi suae subactum in amplius municipium extollere volens, forale quod hic juris publici facimus, ei destinavit; percelebre quidem monumentum; nam postea chartis, quibus municipatum multis ex nobilioribus civitatibus atque oppidis impertiebatur, luculentum archetypum praebeuit.

Foralis Sanctarenensis varia supersunt exemplaria. Antiquius est illud, quod in Publico Archivo servatur (M. 3 Foral. Antiquor. N.º 3) anno 1179 datum. Autographum quidem est; sed potius ipso anno scriptum quam concessum fuisse quaedam nobis suadent. Primò: nonnulli palatini, aliique proceres, ac etiam episcopi quorum nomina in charta ut confirmantium a notario descripta fuerunt, dignitatibus, quae eis ibi tribuuntur, non illo anno, sed tempore Sancii I fungebantur. Secundò: in circulo curvis lineis varie diviso et in inferiori parte chartae depicto (Rodado) qui, saeculo XII ineunteque XIII, sigilli regii vicem agebat, nomina regis Alphonsi I Sanciique I loco praestantiori aequaliter inveniuntur scripta: ex quo patet illo tempore factum fuisse, quo, senectute et infirmitate pressus, Alphonsus I filium regiae sociavit potestati. Tertiò: textui diplomatis, similibus inter se characteribus, unaque manu integre scripto, adduntur aliqua privilegia a Sancio concessa, aliis characteribus aliaque manu exarata. Ex quibus patere hoc videtur, quod, municipio erecto, foralique condito, sed nondum tradito, superveniente bello, quod illa tempestate Almohaditarum amirus Abu-Yacub in Portugalia gessit, animis diu a negotiis pacis amotis, tantumque ad arma intentis, autographam illam chartam, Alphonso I jam a vita forsitan decesso, Sancioque regnante, oppido Sanctarenensi tandem fuisse transmissam, novis quibusdam auctam privilegiis.

Duae hujus foralis extant confirmationes ab Alphonso II; prima anno 1214 data et ad calcem chartae, de qua nuper egimus, scripta; alia invenienda in charta ipsius Alphonsi data anno 1217, in qua hoc includitur forale ut ratum habeatur. De iis duplicibus confirmationibus, vide RIBERIUM, Confirm. Reg., pag. 9. Cum nobis autographum diploma supersit, et ideo ut

menda potius quam ut lectiones variae dissimilitudines irreptae in chartam anni 1217 tenendae sint, eas in hac nostra editione omisimus, confirmatione tantum adjecta. Adjecimus etiam antiquam translationem vernaculam, quam ex codice Consuetudinum Sanctarenensis municipii, de quibus alibi agendum est, descripsimus.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Quoniam gratia dei cooperante qui dat omnibus affluenter et non inproperat : ego Alfonsus diuino nutu portugalensis Rex corporali labore et peruigili astucia mei et meorum hominum opidum de sanctaren sarracenis abstuli et eam dei cultui restitui et uobis meis hominibus atque uassalis et alumnis ad habitandum iure hereditario tribui. Idcirco placuit mihi libenti animo et spontanea uoluntate dare et concedere uobis forum bonum tam presentibus quam futuris perpetuo ibidem permanens : per quod forum regalia iura inferius plenarie scripta mihi et generi meo a uobis et a successoribus uestris persoluantur. *De homicidio.* Do itaque uobis pro foro ut qui publice coram bonis hominibus casam uolenter cum armis ruperit pectet v solidos et hoc sit sine uozeiro. Et si infra domum ruptor occisus fuerit occisor uel dominus domus pectet i morabatinum : et si ibi uulneratus fuerit pectent pro eo medium morabatinum. Similiter pro homicidio et rausso publice facto pectet v solidos. *De stercore in buca.* Pro merda in bucca lx^{a} solidos pectet testimonio bonorum hominum. *De furto cognito.* Furtum cognitum testimonio bonorum hominum nouies componatur. *De relego regis.* Qui relegum uini regis ruperit et in relego suum uinum uendiderit et inuentum fuerit testimonio bonorum hominum primo pectet v solidos et secundo v solidos. Et si in tercio iterum inuentum fuerit testimonio bonorum hominum uinum totum effundatur et arcus cuparum incidantur. De uino de fora dent de unaquaque carrega i almude et uendatur aliud in relegum. *De iugata.* De iugata uero hoc mando ut usque ad natalem domini trahatur. Et de unoquoque iugo bouum dent i modium milii uel tritici qualis laborauerint. Et si de utroque laborauerint de utroque dent per alqueire directum uille, et sit quartarius de quatuordecim alqueriis et meciatur sine brachio curuato et tabula supraposita. Et parceiro de caualeiro qui boues non habuerit non det iugatam. *De tendis.* Et habitatores de sanctaren habeant libere tendas, fornos panis, scilicet et ollarum. *De fornos telia.* Et de fornos de telia dent decimam. *De homici.* Qui hominem extra cautum occiderit pectet lx^{a} solidos. Et qui uulnerauerit hominem extra cautum pectet xxx^{a} solidos. Qui in platea aliquem armis uulnerauerit pectet medietatem homicidii. Qui arma per iram denudauerit uel a domo ea extraxerit per iram et non percusserit pectet lx^{a} solidos. *De hereditatibus populatas.* Et homines de sanctaren habeant hereditates suas populatas : et illi qui in eis habitauerint pectent pro homicidio et rausso noto et merda in bucca lx^{a} solidos medietatem scilicet regi et medietatem domno hereditatis, et eant in appetitum regis, et

Aquy sse começa a Carta do foro de Santarem.

Porque a graça de deus obrante a qual dá a todos abastosamente he nom detarda : Eu Dom affonso pelo outorgamento de deus Rey dos portugueses per trabalho de mim e do meu corpo, e peruiyguauil soteleza de mym e dos meus homens, o Castello de Santarem aos Mouros o tolhy, e a ele a louuor de deus o dey he entreguey a uos meus homens e uasalos e criados de de-reyto erdeiros a morar o dey. E porende prougue a mym de boom coração e de liure uoontade de dare e outorgar a uos boom foro, assy aos presentes come aos que am de uijnr en perdurauil permeeçedoyros en esse meesmo loguar. Polo qual foro os dereitos delRei de iuso som conpridamente scritos de uos e dos que despos uos ueerem, e a-mym e ao meu linhagem seerom persoluudos.

Do foro firme.

Dou firmemente a uos por foro que aquel que publicamente dante homeens boons casa queuilmente cum armas ronper peyte v solidos, e aquisto seia sem uozeiro. E se dentro na casa o ronpedor morto for, o que o matar peyte ao Senhor da cassa huum marauedi : e sse hy chagado for, peyte porem meyo marauedi. Semelhaulmente por homezio, e rousso publicamente feyto, peyte v solidos.

Por merda en boca.

Por merda en boca lx^{a} solidos, per testemunho domeens boons.

Furto conhecido.

Furto conhecido per testemunho de homeens boons, per noue uezes seia conposto.

Do Rellego.

Quem rrelego delRey ronper e no rrelego seu uinho uender, e achado for per testemunho de homeens boons, en a primeyra uez peyte v solidos, e na segunda uez v solidos : e na terceyra uez, se for achado per testemunho de homeens boons o uinho todo seia uertudo, e os arcos das cubas seiam todos talhados. Do uinho de fóradem de cada huma carrega huum almude, e seia o outro uendudo no rrelego.

Da jugada.

De iugada afirmadamente a questo mando que a quyto a uos e a uossos suçesores pera senpre. E rreseluo a mym e a todos meus suçesores montado e ameiedade de todos muynhos e açenhas e pisões feitos e por fazer en todo termho de Borua. E rresaluo a mym meu rregeengos.

Dos moradores de Santarem.

E os moradores de Santarem aiam liures as tendas

nullum aliud forum faciant regi. *De almotazaria.* Et almotazaria sit de concilio et mittatur almotace per alcaidem et per concilium uille, et dent de foro de uacca 1 denarium et de zeuro 1 denarium et de ceruo 1 denarium et de bestia de pescato 1 denarium et de barca de pescato 1 denarium et de iudicato similiter et de alcauala 11 denarios : de ceruo et de zeuro et de uacca et de porco 1 denarium et de carneiro 1 denarium. Piscatores dent decimam. De equo uel de mula uel de mulo quem uendiderint uel emerint homines de fora a decem morabitanis et supra dent 1 morabitanum et a decem morabitanis et infra dent medium morabitanum. De equa uendita uel comparata dent 11 solidos : et de boue 11 solidos et de uacca 1 solidum et de asino et de asina 1 solidum. De mauro et de maura medium morabitanum. De porco uel de carneiro 11 denarios : de caprone uel de capra 1 denarium. De carrega de azeite uel de coriis bouum uel zeurorum uel ceruorum dent medium morabitanum. De carrega de cera medium morabitanum. De carrega de anil uel de pannis uel de pellibus coniliorum uel de coriis uermeliis uel albis uel de pipere uel de grana 1 morabitanum : de bracale 11 denarios. De uestitu de pellibus 11 denarios : de lino uel de aliis uel cepis decimam. De pescato de fora decimam. De concas uel de uasis ligneis decimam. Et pro omnibus his carregis quas uendiderint homines de fora et portagium dederint si alias proprias emerint non dent portagium ex eis. De carrega panis uel salis quam uendiderint uel emerint homines de fora, de bestia caualari uel mulari dent 11 denarios, de asinari 11 medalias. *De mercatoribus.* Mercatores naturales uille qui soldatam dare uoluerint recipiatur ab eis. Si autem soldatam dare noluerint dent portagium. De carrega de pescato quam inde leuauerint homines de fora dent 11 denarios. *De peditibus.* Cauon si laborauerit triticum det 1^{um} talegam, et si laborauerit milium similiter : et de geiras de bobus 1 quartarium de tritico uel milio unde laborauerit. Pedites dent octauam uini et lini. *De balistariis.* Balistarii habeant forum militum. *De mulieribus.* Mulier militis que uidauerit habeat honorem militis usque nubat : et si nupserit pediti faciat forum peditis. *De sene milite.* Miles qui senuerit uel ita debilitauerit quod exercitum facere non possit stet in honore suo. Si autem mulier militis uiduata talem filium habuerit qui cum ea in domo contineatur et caualariam facere potuerit faciat eam pro matre. *De almoqueuaria.* Almoqueuer qui per almoquauariam uixerit faciat forum suum semel in anno. Miles uero qui equum suum aut bestias suas ad almoqueuariam miserit nullum forum de almoquauaria faciat. *De conillariis.* Conillarius qui fuerit ad sogeiram et illuc manserit det follem unum conilii. Et qui illuc moratus fuerit octo diebus uel amplius det unum conilium cum pelle sua. Et conillarius de fora det decimam quociens uenerit. *De habitatoribus.* Moratores de sanctaren qui panem suum uel uinum uel ficus uel oleum in uilixbona habuerint uel in aliis locis

e fornos de pam conuem a saber e das holas. E dos fornos da telha dem dizima.

Das coomhas.

Quem fóra do couto homem matar, 1x^a soldos. E quem chagar homem fóra do couto peyte xxx^a soldos. Quem en rua com armas alguem chagar peyte ameyadade do omezio conuem a saber cc l^a soldos. Quem arma per ira denuar, ou a da casa tirar per ira, e non ferir, peyte 1x^a soldos.

Dos homeens de Santarem.

E os homeens de Santarem aiam sas erdades pobladas, e aquelles que en ellas morarem peytem por omezio ou rouso conhoçudo, e merda en boca 1x^a soldos : conuem a saber ameyadade a elRey, e ó senhor da herdade a outra meyadade. E uaam en apilido delRey, e nenhuum outro foro nom façam a ElRey.

Da almotaçaria.

E a almotaçaria seia do conçelho da uilla, e seiam metudos os almotaçees pelo alcayde e pelo conçelho da uilla, e dem do foro da uaca 1 dinheiro, e da besta de pescado 1 dinheiro, e do zeuro 1 dinheiro, e do ceruo 1 dinheiro, e da barca de pescado 1 dinheiro, e de juygado semelhauilmente, e da alcauala 11 dinheiros, e da uaca e do porco e do carneyro senhos dinheiros.

Dos pescadores : dem dizima.

rega panis¹⁰ uel salis quam uendiderint uel emerint homines de fora : de bestia caualari uel mulari dent iii denarios : de asinali iii medalias¹¹. Mercatores naturales uille qui soldatam dare uoluerint recipiatur ab eis. Si autem soldatam dare noluerint, dent portagium. De carrega de piscato quam inde leuauerint homines de fora dent vi denarios. Pedites dent octauam uini et lini. Balistarii habeant forum militum. Mulier militis que uiduauerit habeat honorem militis quousque nubat. Et si nupserit pediti¹² faciat forum peditis. Miles qui senuerit uel ita debilitauerit, quod exitum facere non possit stet in honore suo. Si autem mulier militis uiduata¹³ talem filium habuerit qui cum ea in domo contineatur, et caualariam facere potuerit, faciat eam pro matre. Almoqueuer qui per almo-cauariam uixerit, faciat forum suum semel in anno. Miles uero qui equum suum aut bestias suas ad almocauariam miserit, nullum forum de almocauaria faciat. Conilarius qui fuerit ad sogeiram et illuc manserit det follem unum conilii. Et qui illuc moratus octo diebus uel amplius, det unum conilium cum pelle sua. Et conilarius de fora det decimam quotiens uenerit. Moratores Colimbrie qui panem suum uel uinum uel ficcus uel oleum in Sanctaren habuerit, uel in aliis locis, et ad Colimbriam illud ad opus sui duxerit et non ad reuendendum¹⁴, non dent inde portagium. Qui cum aliquo rixauerit et post rixam domum suam intrauerit, et ibi inito consilio acceperit fustem uel porrinam et eum percusserit, pectet xxx solidos. Si autem inconsulte et casu accidente percusserit nichil pectet. Inimicus de fora non intret uillam¹⁵ super inimicum suum, nisi per treugas, aut pro directo illi dare. Si equus alicuius aliquem occiderit domnus equi pectet equum aut homicidium, quod horum domno equi placuerit. Et clericus habeat forum militis per totum. Et si cum muliere turpiter inuentus fuerit, maiordomus non mittat manum¹⁶ in eum, nec aliquo modo eum capiat : sed¹⁷ mulierem capiat si uoluerit. De madeira que uenerit per flumen unde dabant octauam, dent decimam. De atalaia de uilla debet Rex tenere medietatem, et milites medietatem suis corporibus. Militem Colimbrie cui¹⁸ meus diues homo benefecerit de terra sua uel de habere suo per quod eum habeat ego eum recipiam meo diuiti homini in numero suorum militum. Maiordomus uel sagio eius non eant ad domum militis sine portario pretoris. Et meus nobilis homo qui Colimbriam de me tenuerit, non mittat ibi alium alcaidem, nisi de Colimbria. De casis quas mei nobiles homines uel fleires aut hospitalarii¹⁹ aut monasteria in Colimbria habuerint, faciant forum uille sicut ceteri milites de Colimbria. Ganatum perditicium quod maiordomus inuenit, teneat illud usque tres menses, et per singulos menses faciat de eo preconem dari : ut si domnus eius uenerit, detur ei. Si autem domnus eius preconem dato usque ad tres menses non uenerit, tunc maiordomus faciat de eo comodum suum. De caualgada de alcaide nichil accipiat alcaide per uim nisi quod ei milites amore suo dare uoluerint. De caualgada lx^a militum et supra, diuidant mecum in campo. Faber aut zapatarius aut pellitarius qui in Colimbria casam habuerit et in ea laborauerit, non det de ea ullum forum. Et qui maurum fabrum uel zapatarium habuerit, et in domo sua laborauerit, non det pro eo forum. Qui autem ministeriales ferrarii uel zapatarii fuerint, et per officium istud uixerint et casas non habuerint, ueniant ad tendas meas, et faciant mihi meum forum. Qui equum²⁰ uendiderit aut comparauerit uel maurum extra Colimbriam, ubi eum comparauerit uel uendiderit, ibi det portagium. Et pedites quibus suum habere dare debuerint²¹, dent inde decimam maiordomo, et maiordomus det eis²² directum pro decima. Et si pro decima eis dare directum noluerit, tunc pretor faciat eis directum dari per portarium suum. Moratores Colimbrie non dent luctuosam. Adalides²³ de Colimbria non dent quintam de quiniones suorum corporum. Milites Colimbrie non teneant zagam in exercitu Regis. Panetarie²⁴ dent pro foro de xxx^a panibus unum. Portagia²⁵ uero et forum et quinte sarracenorum et aliorum ita²⁶ persoluantur sicut consuetudo est : exceptis hiis que superius scripta sunt, et uobis relinquo. Et pro alcaidaria pro una bestia que uenerit de fora cum piscato, det duos denarios. Et de barca de piscato minuto ii denarios : et de toto alio piscato dent snum forum. De nauigio uero mando ut alcaide et duo spadalarii, et duo pronarii, et unus petintal, habeant forum militum. Hec itaque omnia prescripta uobis pro foro do et concedo : et ad hec eat maiordomus testimonio bonorum hominum, et non ad alia. Milites de Colimbria testificentur cum infancionibus de Portugali. Siquis igitur hoc nostrum factum uobis firmiter seruauerit, benedictionibus dei et mei repleatur. Qui uero illud frangere uoluerit, maledictionem dei et mei consequatur. Facta karta apud eandem ciuitatem Mense Maio Era m.^a cc.^a xvii.^a Ego predictus Rex domnus Alfonsus hanc cartam quam fieri iussi roboro et confirmo.

N.º 1

- 10 pannis
- 11 mealias.
- 12 pedite
- 13 uidua
- 14 reuerendum
- 15 in uilla
- 16 manus
- 17 nisi
- 18 cum
- 19 hospitalarii
- 20 equum
- 21 uoluerint
- 22 ei
- 23 Portagio
- 26 deest

M. L. Tom. I.

N.º 2

- 13 uidua
- 14 reuerendum
- 15 in uilla
- 16 manus
- 17 nisi
- 18 cum
- 19 hospitalarii
- 21 uoluerint
- 22 ei
- 23 Adalides
- 24 Penetarie
- 26 deest

105

Ego Alfonsus²⁷ dei gratia Portugalensis²⁸ Rex²⁸, una cum uxore mea Regina domna Vrraca, et filiis meis²⁹ Infantibus domno Sancio et domno Alfonso et domna Alionor, concedo et confirmo vobis moratoribus de Colimbria istam cartam et istud forum quod uobis dedit auus meus Rex domnus Alfonsus. Et ut hoc nostrum factum in perpetuum firmum robur optineat³⁰ precepi fieri istam cartam, et eam feci sigillo meo plumbeo communiri. Facta carta apud Colimbriam Mense Octobri Era m.^a cc.^a l.^a v.^a Nos supranominati qui hanc cartam fieri precepimus coram subscriptis eam roborauimus et in ea hec signa fecimus +++++.

Qui affuerunt, Domnus Martinus iohannis signifer domini Regis conf. — Domnus Petrus iohannis Maiordomus Curie conf. — Domnus Laurencius suarii conf. — Domnus Johannes fernandiz³¹ conf. — Domnus Fernandus fernandiz³² conf. — Domnus Gomecius suarii conf. — Domnus Gil ualasquiz conf. — Domnus Rodericus menendiz conf. — Domnus Poncius alfonsi conf. — Domnus Lopus alfonsi conf. — Vincencius menendiz — Martinus petriz — Jhoanninus, test.

Domnus Stephanus Bracarensis Archiepiscopus conf. — Domnus Martinus Portugalensis Episcopus conf. — Domnus Petrus Colimbriensis Episcopus conf. — Domnus Suarius Vlixbonensis Episcopus conf. — Domnus Suaris Elborensis Episcopus conf. — Domnus Pelagius Lamecensis Episcopus conf. — Domnus Bartolomeus Viscas Episcopus conf. — Domnus Martinus Egitanensis Episcopus conf. — Magister Pelagius Cantor Port. — Petrus³³ garsie³³ — Petrus³³ petriz³³, test.

Gunsalvus Menendi³⁴ Cancellarius Curie³⁵ — Fernandus³⁶ suarii³⁶ scripsit³⁶.

N.º 1

N.º 2

27 Alfonsus II.^{us}
29 nostris
30 obtineat
33 desunt
34 menendiz
35 curie conf.
36 deest

28 Port. Rex secundus
31 fernandi
32 fernandi
34 menendiz
35 curie conf.
36 deest

ABLANTES

ABRANTES

1179

Desumpsimus ex Lib. Foral. Antiquor. S. Crucis Conimbr. Accedunt lectiones varias ex Lib. Regestor. Alphonsi II.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti. Amen. Ego Rex Alfonsus filius Henrici comitis et regina Tharasie una cum filiis meis Rege Sancio et Regina Tharasia et regina Vrraca uolumus restaurare Ablantes atque populare. Et damus uobis forum et costume de Elbora tam presentibus quam futuris : ut due partes de caballariis uadant in fossatum et tercia pars remaneat in castello : et una uice faciant fossatum in anno. Et qui non fuerit ad fossatum pectet pro foro v solidos pro fossadeira. Et pro homicidio pectet c solidos ad palacium. Et pro casa derrota cum armis scutis et spatibus pectet ccc solidos et vii.^a ad palacium. Et qui furtauerit¹ pro uno nouem, et habeat intentor duos quiniones, et septem partes ad palacium. Et qui mulierem afforciauerit et illa clamando dixerit quod ab illo est afforciata, et ille negauerit det illa autorgamentum de tribus hominibus talibus qualis ille fuerit ille iuret cum xii. Et si non habuerit autorgamentum iuret ipse solus. Et si non potuerit iurare pectet ad illam ccc solidos et vii.^a ad palacium. Et testimonia mentirosa et fidelis mentirosus pectet lx solidos et vii.^a ad palacium, et duplet el auer. Et qui in concilio aut in mercato aut in ecclesia feruerit pectet lx solidos medios ad palacium et medios ad concilium. Et de medios² de concilio vii.^a ad palacium. Et homo qui fuerit gentilis aut herdador quod non sit merinus. Et qui in uilla pignos afflando et fiadorem et ad montem fuerit pendrar³ duplet la pendra et pectet lx solidos et vii.^a ad palacium. Et qui non fuerit ad sinal de iudice, et pignos sacudiuerit ad sagion pectet i solidum ad iudicem. Et qui non fuerit ad apolidum caballarii et pedones exceptis hiis qui sunt in seruicio alieno, miles pectet x solidos et pedon v solidos ad uicinos. Et qui habuerit aldeam⁴, et unum iugum boum, et xxxx oues, et unum asinum, et duos lectos, comparet caballum. Et qui crebantauerit sinal cum sua muliere pectet i solidum ad iudicem. Et mulier qui laxauerit maritum suum de benedictione pectet ccc solidos et vii.^a ad palacium. Et qui laxauerit mulierem suam pectet i denarium ad iudicem. Et qui caballum alienum caualgauerit pro uno pectet i carnarium : et si magis pectet las angeiras⁵ pro uno die vi denarios, et pro una nocte i solidum. Et qui feruerit cum⁶ lancea aut cum⁷ spata pro intrata pectet x solidos : et si

1 furtauerit pectet
2 mediis
3 prender
4 aldeiam

5 angeiras
6 de
7 de

transiuerit ad alteram partem pectet xx solidos ad querelosum. Et qui crebantauerit⁸ oculum aut brachium aut dentem pro unoquoque membro pectet c solidos ad lisiadum, et ille det vii.^a ad palacium. Qui mulierem alienam ante suum maritum feruerit pectet xxx solidos et vii.^a ad palacium. Qui moion alienum in suo ero mutauerit pectet v solidos et vii.^a ad palacium. Qui limde⁹ alienum quebrantauerit pectet v solidos et vii.^a ad palacium. Qui conducterium alienum mactauerit suus amicus colligat homicidium, et det vii.^a palacio. Similiter de suo ortolano, et de quarteiro, et de suo monleiro, et de suo solarengo. Qui habuerit uassalos in suo solar aut in sua hereditate non seruiant ad alterum hominem de tota sua facienda nisi ad dominum de solar. Tende et molendina et furni de hominibus de Ablantes sint libera de foro. Milites de Ablantes sint in iudicio pro potestatibus et infancionibus de portugal. Clerici uero habeant mores militum. Pedones sint in iudicio pro cauallariis uillanis de altera terra. Qui uenerit uozeirus ad suum uicinum pro homine de foras uille pectet x solidos et vii.^a ad palacium. Ganatum de Ablantes non sit montatum in aliqua terra. Et homo cui se anaffragauerit¹⁰ suus dextrarius quamuis habeat alium sit excusatus usque ad caput anni. Mancebo qui mactauerit hominem foras uille et fugerit suus amicus non pectet homicidium. Pro totis querelis de palacio iudex sit uozeirus. Qui in uilla pignorauerit cum sagione et sacuduerint ei pignora, autorguet al¹¹ saion et prendat concilium de tribus collationibus et pignoret pro lx solidos medios ad concilium et medios ad rancurosum. Barones de Ablantes non sint in prestimonium dati. Et si homines de Ablantes habuerint iudicium cum hominibus de alia terra, non currat inter illos firma, sed currat per squisa aut reptum. Et de illis qui uoluerint pausare cum suo ganato in terminis de Ablantes prendant de illis montaticum : de grege ouium iii carneiros, et de busto uaccarum i uacam. Istud montaticum est de concilio. Et omnes milites qui fuerint in fossatum aut in guardiam omnes caballi qui perdiderint in algara uel in lide¹², primo erigantur sine quinta, et postea detis nobis quintam directam. Et homo de Ablantes qui inuenerit homines de aliis ciuitatibus in suis terminis taliando aut leuando madeiram de montibus prendant totum quod inuenerit sine calumpnia. De azariis et de guardiis quintam partem nobis date sine aliqua offretione. Quicumque ganatum domesticum pignorare uel rapere fecerit pectet lx solidos ad palacium, et duplet ganatum suo domno. Testamur uero et perhenniter firmamus ut quicumque pignorauerit mercatores uel uiatores christianos iudeos siue mauros nisi fuerit fideiussor uel debitor, quicumque fecerit pectet lx solidos ad palacium, et duplet ganatum quod perdiderit suo domno : et insuper pectet c morabitanos pro cauto quod fregit, et Rex habeat medietatem et concilium medietatem. Siquis ad uestram uillam uenerit per uim cibos aut aliquas res accipere, et ibi mortuus uel percussus fuerit non pectet pro eo aliquam calumpniam, nec suorum parentum homicide habeantur. Et si cum querimonia de ipso ad Regem uel ad dominum terre uenerit, pectet c morabitanos, medietatem concilio. Mandamus et concedimus quod si aliquis fuerit latro, et si iam per unum annum uel duos furari uel rapere dimisit : si pro aliqua re repetitus fuerit quam comisit, saluet se tanquam latro. Et si latro est et latro fuit omnino pereat et subeat penam latronis. Et si aliquis repetitus pro furto et non est latro neque fuit, respondeant ad suos foros. Siquis homo filiam alienam raperet extra suam uoluntatem, donet eam ad suos parentes, et pectet illis ccc morabitanos et septima ad palacium : et insuper sit homicida. De portagine forum de troxel de caualo de pannis de lana uel de lino i solidum. De troxel de fustaes v solidos. De troxel de pannis de colore v solidos. De carrega de piscato i solidum. De carrega de asino vi denarios. De carrega de christianis de coneliis v solidos. De carrega de mauris de coneliis i morabitanum. Portagem de caualo quem uendiderint in azougue¹³ i solidum. De mulo i solidum. De asino vi denarios. De boue vi denarios. De carneiro iii mealias. De porco ii denarios. De foron ii denarios. De carrega de pane et de uino iii mealias. De carrega de peon i denarium. De mauro quem uendiderint in mercato i solidum. De mauro qui se redemerit decimam. De mauro qui taliat cum suo domino decimam. De corio de uaca et de zeura ii denarios. De corio de ceruo et de gamo iii mealias. De carrega de cera v solidos. De carrega de azeite v solidos. Istud portagem de hominibus foras uille : tercia de suo hospite, et due partes de Rege. Ego predictus Rex domnus Alfonsus una cum filio meo Rege domno Sancio et filia mea Regina domna Tharasia hanc cartam roboro et confirmo. Facta karta apud Colimbriam mense decembri Era m.^a cc.^a xvii.^a Qui presentes fuerunt, Maiordomus curie domnus Valascus fernandi de domo Regis. Petrus saluadoriz. Alcaide de Ablantes domnus Petrus alfonsi. Alcaide vlixbone domnus Gunsaluus gunsaluiz. Rodericus honorici. Alcaide de Sanctaren domnus Menendus streina. Gunsaluus fernandiz. Domnus Petrus fernandiz. Domnus Alfonsus hermigii. Domnus Suarius¹⁴ arias. Domnus Egas alfonsi. Archiepiscopus Bracarensis Domnus Godinus. Port. episcopus domnus Fernandus. Colimbriensis episcopus domnus Vermudus. Visensis episcopus domnus Johannes. Vlixbonensis episcopus domnus Aluarus. Elborensis episcopus domnus Fernandus. Petrus fasion Regis Cancellarius.

Ego Alfonsus II.^{us} dei gratia Port.¹⁵ Rex una cum uxore mea Regina domna Vrraca et filiis nostris Infantibus domno Sancio et domno Alfonso et domna Alionor istam cartam suprascriptam et istud forum quod auus meus excellentissime memorie Rex domnus Alfonsus fecit et concessit uobis moratoribus de Ablantes concedo

8 quebrantauerit
9 linde
10 anuffragauerit
11 el

12 lite
13 azougue
14 Suerius
15 Portugalensis

ego uobis et confirmo per hec presens scriptum. Et ut hec mea concessio et confirmacio in perpetuum fieri precepimus coram subscriptis eam roborauimus et in ea hec signa fecimus +++++. (sic) Qui affuerunt, Domnus Mar.¹⁶ iohannis signifer domini Regis conf. Domnus P.¹⁷ iohannis maiordomus curie conf. Domnus Lau.¹⁸ suarii conf. Domnus Gomecius suarii conf. Domnus Johannes fernandiz conf. Domnus Gil ualasquiz conf. Domnus Fernandus fernandiz conf. Domnus Rodericus menendi conf. Domnus Poncius¹⁹ alfonsi conf. Domnus Lopus alfonsi conf. Domnus Stephanus Bracarensis archiepiscopus conf. Domnus M.²⁰ Port.²⁰ episcopus conf. Domnus Petrus Colimbriensis episcopus conf. Domnus Suarius Vlixbonensis episcopus conf. Domnus Suarius Elborensis episcopus conf. Domnus Pelagius Lamecensis episcopus conf. Domnus Bartolomeus Visensis episcopus conf. Domnus Martinus Egitaniensis episcopus conf. Magister Pelagius cantor port. test. Petrus garsie test. Petrus petri²¹ test. Johannes petri test. Martinus petri²² test. Johanninus test. Vincentius menendi²³ test. Gunsaluus menendi Cancellarius curie. Johannes dominici scripsit.

16 Martinus
17 Petrus
18 Laurencius
19 Petrus

20 Martinus Portugalensis
21 petriz
22 petriz
23 menendiz

AUREN

OUREM

1180

In Lib. Foral. Antiquor. S. Crucis Conimbr. atque in Lib. Regestor. Alphonsi II descriptum est hoc forale. Ex primo textum hausimus, ex altero lectiones varias.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti. Amen. Quoniam deus omnipotens iustus iudex omnibus in terra potestatem exercentibus precepit populum sibi subditum in iusticia et equitate regere ut in salamone legitur : Diligite iusticiam qui iudicatis terram. Ideo ego Regina T. diuino oraculo erudita, necessarium duxi rapinas et iniurias a populo mihi subdito misericorditer remouere. Meditante maius et melius in animarum salute quam in caducarum rerum in acquisitionem lucrum me esse consecuturam. Vnde in terra de Auren sub potestate mea constituta, talia do decreta: Siquis ergo rausum¹ uel homicidium fecerit uel diruperit domum cum armis, uel cum feridas uel fregerit portas intrans in² domum in cauto uille pectet D solidos. Si rausum³ uel homicidium extra uillam LX solidos pectet. Pro stercore in ore misso LX solidos ubique pectet. Siquis percusserit cum armis molutis in cauto uille LX solidos pectet, si foras xxx solidos pectet. Pro membro absciso LX solidos pectet. Pro omnes feridas de quibus satisfacere debet, intret in fustam secundum ueterem forum Colimbrie, aut comparet eas cui satisfacere uoluerit. Sinal de alcaide aut iudicis cum testimonio teneatur. Domus alicuius non sigilletur nisi antea uocetur ad directum. Siquis ab aliquo aliquid quesierit ante iusticias respondeat, et ante alcaide per directum. Siquis debitor alicui rebellis extiterit ab aliquo quod suum est habere non potuerit et composuerit se cum maiordomo tamen maiordomus non habeat nisi decimam de quo traxerit de habere rebellis, nisi fuerit de usura. Sed de usura accipiat quantum pepigerit cum eo. Omnes uero intenciones nostri maiordomi sint per inquisitionem⁴ de illis rebus unde potuerit habere exquisam⁵ directam. Qui sciuerit ueritatem et eam negauerit in exquisam⁶ componatur quantum perdere fecerit illi, et domino terre aliud tantum : et ultra in testimonium non recipiatur. Siquis uozarius se cum maiordomo composuerit causa inde aliquid habendi, si probatus est quod talis est per exquisam secundum quantitatem calumpnie quam obiecerit in corpore puniatur. Si non habuerit quod pectet et non audiatur nisi prius dederit fideiussorem in manibus de iusticiis. Prohibemus enim omnes huiusmodi qui faciunt uozarios falsos, et non habent tortum : per tales enim omnis terra perdita est. Quaruis maiordomus et iusticie sint presentes, et aliquis in concilio conqueratur de aliqua re, maiordomus non accipiat querimoniam illam pro uoce nisi ille qui querimoniam fecerit maiordomo : do tibi istam querimoniam pro uoce. Siquis in defensione sui agri, uinee, uel orti dampnatorem expoliauerit quamuis dampnator percussus fuerit aut uulneratus, tamen domnus uinee non pectet. Quod si dampnator domnum agri percusserit satisfaciatur ei. Et quamcumque calumpniam fecerit pectet. Doffendimus ut nullus in uilla arma trahat. Quod si traxerit et non percusserit perdat ea. Siquis mensuras aut cubitos falsauerit pectet⁷ v⁷ solidos⁷. Siquis de domo alterius

1 raussum
2 ui
3 raussum
4 inquiricionem

5 exquiram
6 exquisam
7 v solidos pectet.

aut extra domum rem per uim acceperit, in duplo componat. Siquis uxorem suam a iusto iudicio adulteram fecerit, res sue sint in potestate domini terre. Defendimus ut nullus audeat calcar cum uallo carreiras, uel stratas auctorizadas de concilio, nec mittat⁸ marcos. Qui uero hoc fecerit sanet per forum terre. Almutaze sit de concilio. Maiordomus et sagion et iusticie et portitor de alcaide sint cautati in D solidos. Qui fecerit furtum componat sicut mos est terre, uel condempnetur. Quicumque uero latronem uel malefactorem comprehenderit mittat eum in manum nostri maiordomi, absque calupnia suorum parentum et homicidio. Siquis intrauerit uineam uel almuniam alicuius furtim in die causa comedendi, uel cum manu sua bestiam in ferraginem alicuius miserit, V solidos pectet. Si aliquis de uinea uel de almuina⁹ in gremio, uel in taleiga, uel in cesta tulerit, uel ferraginem seccauerit I morabitum pectet. Si in nocte deprehensus fuerit in uinea aut in ferragine, uel in almuina¹⁰ LX solidos pectet, et quod uestierit. Et de isto pecto dominus laboris medietatem habeat. Si uero non habuerit quod pectet, clauifigetur in porta per unum diem, deinde flagelletur. Si maurus alicuius fuerit solutus, et fecerit calumpniam dominus eius respondeat pro eo, secundum calumpniam quam fecerit, uel dimittatur eum in manu maiordomi. Maiordomus non accipiat maurum alicuius qui fuerit in uinculis, uel mauram solutam pro quacumque calumpnia fecerit. Sed si alcaide et concilium intulerint quod talem causam fecerit¹¹ pro qua debeat lapidari uel cremari, lapidetur uel cremetur. Si uero talem causam fecerit pro qua debeat flagellari et in corpore exterminari, flagelletur: et postquam flagellauerint eum uel eam domino suo reddatur. Quacumque fiaduriam quisquis fecerit si eam non compleuerit, secundum directum eandem pectet. Istas calumpnias mandamus pectare et non alias. De molinis non accipiant nisi de XIII alqueires I sine offretione. Cambe sint quales iusticie et concilium uiderint pro directo. Et si molinarius inde aliter fecerit, ipse cum omni habere suo sit in potestate domini terre. Si autem maiordomus uel iusticia hoc meum factum irrumperit pro offretione aut amore alicuius, ipse et res eius sint in potestate domini terre. Facta carta firmitudinis in mense Marcio Era M^{a} CC^{a} XVIII^{a} Ego Regina T. qui hanc cartam facere iussi omnibus habitantibus in Auren, et filiis uestris et progeniei, roboro et confirmo. Regnante domno Alfonso port. Rege, Comitibus Henrici et regine domne Tharasie filio magni Regis Alfonsi nepote, eiusque filio Rege Sancio uxoreque eius Regina domna D. Relegum uini de domino terre teneatur per forum terre, scilicet per tres menses. Laborator uinee det VIII^{a} et I almude uini ad maiordomum usque ad V quinales pro iantar. Et ex quinque quinales sursum det unam quartam tantum. Laborator lini det VIII de iugadis in primis. Qui laborauerit cum uno iugo det VI quartarios, scilicet de meliori autuno. Et media de milio aut de panizo alios III quartarios qui eum laborauerit. Qui uero cum uno boue laborauerit det III quartarios media pars de milio et media de autuno aut de panizo, qui eum laborauerit. Et qui cum medio boue laborauerit det III solidos. Et cauon det VI alqueires de autuno et VI de milio aut de panizo qui eum laborauerit. Qui autem cum uno iugo uel cum duobus uel cum tribus aut amplius, non det nisi VI quartarios. Qui uero boues non habuerit, et senaram fecerit cum bobus amici uel uicini sui, det iugadam de cauon, et usque in tribus geiriis de aratro. Totum istud panem recipiant per quairam de III alqueires cum rasura. Et quartarius sit de XVI alqueires. Garsia gomez test. Garsia garsiiz test. Pe. petri test. Fernandus roderici test. Petrus tomar test. Pelagius uenegas test. Fernandus petri test. Petrus gunsaluiz test. Fernandus bispo test. Gunsaluus pelagii test. Martinus caluus test. Suarius scriba scripsit.

Ego Alfonsus II.^{us} dei gratia Port. Rex una cum uxore mea Regina domna Vrraca et filiis nostris Infantibus domno Sancio et domno Alfonso et domna Alionor, concedo et confirmo uobis populatoribus de Auren hanc cartam et istud forum quod uobis dedit et concessit matertera mea Regina domna Tharasia. Et hanc cartam superscriptam et istud forum confirmo uobis per hanc cartam quam fieri precepi, meo sigillo plumbeo communitam. Que fuit facta apud Colimbriam mense Nouembri Era M^{a} CC^{a} L^{a} V^{a} Ego Rex Alfonsus et uxor mea et filii nostri supranominati qui hanc cartam fieri precepimus coram subscriptis eam roborauimus et in ea hec signa fecimus ++++ . Qui affuerunt, Domnus Stephanus Bracarensis Archiepiscopus conf. Domnus Martinus Port. episcopus conf. Domnus Pe. Colimbriensis episcopus conf. Domnus Suarius Vlixbonensis episcopus conf. Domnus Suarius Elborensis episcopus conf. Domnus Pelagius Lamecensis episcopus conf. Domnus Bartholomeus Visensis episcopus conf. Domnus Martinus Egitaniensis episcopus conf. Domnus Martinus iohannis signifer domini Regis conf. Domnus Pe.¹² iohannis maiordomus curie conf. Domnus Laurencius suarii conf. Domnus Jo. fernandiz conf. Domnus Fernandus fernandiz conf. Domnus Gomecius suarii conf. Domnus Gil ualasquiz conf. Domnus Rodericus menendiz conf. Domnus Poncius alfonsi conf. Domnus Lopus alfonsi conf. Magister Pelagius Cantor Port. test.¹³ Petrus garsie test. Petrus petri test. Vincencius menendiz test. Martinus petri test. Johanninus test. Gunsaluus menendiz. Fernandus suarii scripsit.

8 mittet
9 almunia
10 almunia

11 fecit
12 Petrus
13 conf.

MELGACIO

MELGAÇO

1181

Forale Melgacii, ex illo Ribadaviae in Gallecia depromptum, extat et in Lib. Foral. Antiquor. S. Crucis Conimbr., ex quo textum, et in Lib. Regestor. Alphonsi II, ex quo lectiones varias hausimus. Renuentibus civibus aliud forale quod oppido postea datum fuerat, Alphonsus III eis hoc pristinum restituit atque confirmavit. Ex charta ipsius regis in Donationum ejus Libro I inserta lectiones varias quoque decerpsimus.

In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Ego Alfonsus Rex Port.¹ una cum filio meo Rege Sancio et filiabus meis Regina Tarasia et Regina Vrraca, uobis habitatoribus² de Melgacio facio cartam et scriptum de hereditate mea quam habeo in terra ualadarensi in loco predicto Melgacio. Do uobis illam et concedo cum suis terminis et locis antiquis, et medietatem integram de chauianes³ per ubi illam potueritis inuenire uel uendicare. Mando enim illam⁴ uobis et concedo tali pacto, ut eam hedificetis atque in illa habitetis per illud forum quod a me quesistis⁵ scilicet de burgo de ripa⁶ auie quod uidistis esse bonum. Hoc mihi recte attendite⁷, et ego uobis iuste attendam⁸. Hec est noticia illius fori de ripa⁹ auie : ut unusquisque uestrum pro¹⁰ uestris domibus semel in anno mihi uel cui mandauero i solidum detis. Similiter et carnifices ii solidos, mediam partem post triduum natalis domini, et mediam partem iii.^o die post festum assumptionis sancte Marie. Quando autem rex uester uillam uestram intrauerit semel in anno et non amplius illi vi denarios pro sua collecta afferatis. Et si uero plus in ipso anno Rex uenerit de uestro adiutorio¹¹ ei date quantum uolueritis. De pane et uino quod laboraueritis uel emeritis, atque de tota traparia, aut de brutis animalibus que uenderitis uel emeritis, de¹² quolibet¹² mercado¹² inter uosmetipsos et de uestris molendinis ac fornacibus, et de uestra almunia nulli respondeatis nisi soli¹³ deo. De extraneis mercatoribus qui bestias honeratas de quolibet mercado adduxerit¹⁴, pro equo uel pro mulo i solidum. De equa vi denarios, de asino iii denarios, et de pedite ii denarios regi uero¹⁵ prebeat. Siquis mercator cum traparia uenerit totum troxel¹⁶ si uoluerit uendat et non retalu¹⁷ nisi in propria feria. Et si inde aliud fecerit inter iudices uestre uille et meum uicarium, xxx solidos reddat. De falso cubito, et de tota medida panis et uini et salis pro falsitate v solidos reddat. Siquis uenditor uenerit qui caballum¹⁸ uel mulam uoluerit uendere comparatores pro equo i solidum hospiti et alterum regi : pro mula iii solidos hospiti et iii solidos regi. Pro equa vi denarios hospiti¹⁹ et¹⁹ vi¹⁹ denarios¹⁹ regi¹⁹ : pro asino iii denarios hospiti et iii denarios regi prebeant. Moratores uille quicquid uenderint aut comparauerint nulli respondeant cum feria et sine feria nisi²⁰ reddant pro manto unius coloris iii denarios, pro saia²¹ unius coloris ii denarios, pro manto coelio iii denarios, pro manto uiado ii denarios, pro saia uiada i denarium. Et pro capa galega ii denarios, pro pelle cordeira ii denarios, pro pelle cabritina i denarium, pro boue iii denarios, pro uaca ii denarios. Mercatores extranei et non moratores uille hoc totum afferant. Siquis inter uos aliquem occiderit uicinus cum uicino tunc ueniat iusticia uille cum uicario Regis ad portam homicide et pignus ab eo querant, dato pignore, tunc ab eo fiadorem in v solidos petant. Dato fiadore usque in viii dies reddant ei pignus suum. Post uero viii dies ueniant illi supradicti pro homicidio c solidos ab eo petant. Si enim eum in uilla non inuenerint, fiador illius tunc v solidos pariat, et tunc homicidium sit super domum suam et super hereditatem, nichil aliud ei mali faciant nisi sui inimici. Siquis tamen²² aliquem furtim occiderit, et mortuum ante portam sui uicini posuerit, et omnes eum calumpniauerint, tunc ad ecclesiam pergat, per²³ iuramentum saluet se²⁴ ipsum²⁴, et sanus²⁵ permaneat. Siquis de foris uenerit qui inimiciam cum morante in uilla habuerit,

N.º 1

- 1 Portugalensis
- 6 ripia
- 9 ripia
- 11 adiutorium
- 15 uestro
- 16 truxel

N.º 2

- 2 populatoribus seu habitatoribus
- 3 Chauianis
- 4 deest
- 5 quesuistis
- 7 attendite
- 8 attendam.
- 10 de
- 12 desunt
- 13 deest
- 14 adduxerint
- 16 troxel
- 17 retalium
- 18 caballum suum
- 19 regi et vi denarios hospiti :
- 20 nichil
- 21 sagia
- 22 autem
- 23 et per
- 24 semetipsum
- 25 saluus

et non antea a suo inimico fianciam quesierit, et despicit concilium uille, tunc morator uille cum amicis suis contra illum exeat : et si eum usque ad mortem percusserit uel eum occiderit, pro homicidio regis²⁶ non respondeant. Si autem eum²⁷ noluerint²⁷ adiuuare quos uocauerit v solidos pariant, et sint contradicti concilio. Vicarius regis debet esse morator uille. Si forte illum aliquis percusserit uel occiderit, c solidos pro illo sicut pro alio homine pariat. Siquis rausum comiserit, et concilium uille uicario regis conquestum fuerit, c solidos pariat. Siquis uicinus uicinum suum de barba superius percusserit xv solidos pariat. De barba inferius vii solidos et medium. Si²⁸ aliquis²⁸ cum aliquo in uilla, in concilio, in ecclesia, per capillos se traxerint, et male se tractauerint, nulli respondeant nisi semetipsis, si uoluerint se emendare : si²⁹ unus²⁹ alteri²⁹ noluerit²⁹ respondere et uocem suam uicario dederit. Qualiter iudices uille iudicauerint ita compleant : scilicet media pars percusso detur et media uicario. Siquis alicui iniuriam fecerit, per concilium oportet ei dare directum. Si postea noluerit, ad portam illius cum duobus testibus uadat, et pignus ab eo querat, si dederit pignus illo die quiescat. Deinde cotidie querat pignus, et quando dederit quiescat. Quando autem expoliatus fuerit quod nichil habeat, portas illius domus accipiant, deinde tegulas, donec fiador³⁰ reddat, aut peccuniam pro qua fuerit pignoratus : et si noluerit respondere, primo die v solidos uicario regis prebeat, et in ii.^o die similiter, et in iii.^o die calumpniator et iustitia³¹ uille et uicarius regis; tunc ad portam suam ueniant et uocent eum : si³² noluerit uenire sine uoce in domum suam intrent, et quantum fuerit directum accipiant. Siquis contra aliquem cum mala uoluntate ferrum molitum in uico uel in campo traxerit, si duos uel tres testes habuerit uicarius lx solidos ei reddat. Si homicida cognitus fuerit, et de concilio ei concessum fuerit, et nudum ferrum portauerit, nichil pariat. Domus uniuscuiusque uestrum sit cautada³³ in sex mille solidos. Siquis eam iniuste disrumperit, componat eam domno domus cum d solidis. Vicinus qui inter uos morari uenerit i solidum reddat, vi denarios iudicibus uille et vi denarios domino terre. Siquis homo uenerit quod non credo qui hanc cartam meam infringere uoluerit, sit maledictus et excommunicatus usque in eternum, et perdat fidem christi et rationem paradisi : et non audiat dominicam uocem dicentem : Venite benedicti : sed audiat uocem³⁴ : Discendite maledicti in ignem eternum, et cetera. Ego Rex Alfonsus portugalie una cum filio meo rege Sancio et supradictis filiabus meis uobis habitatoribus de Melgacio hanc cartam et hoc scriptum propria manu roboro et confirmo. Facta uenditionis carta et donationis sub Era m.^a cc.^a viii.^a x.^a et quottum xii.^o kalendas Augusti. Domnus Valascus maiordomus curie test. Godinus Bracarensis Archiepiscopus conf. Fernandus Portugalensis episcopus conf. Martinus Colimbriensis episcopus conf. Pelagius electus Elbore conf. Johannes Visensis episcopus conf. Godinus Lamecensis episcopus conf. Domnus Petrus roderici test. Domnus Alfonsus ermigi³⁶ test. Domnus Petrus alfonsi test. Domnus Suarius³⁷ uenegas test. Domnus Martinus Pelaiz³⁸ test. Petrus saluatoris³⁹ dapifer regis test. G.⁴⁰ fernandiz⁴ test. Nuno goterriz test. Magister Fernandus test. Magister Dominicus test. Meen⁴¹ gunsaluiz⁴¹ test. Rodericus honoriguiz⁴² test. Julianus notarius curie.

Ego Alfonsus II.^{us} dei gratia Port.⁴³ Rex una cum uxore mea Regina domna Vrraca et filiis nostris Infantibus domno Sancio et domno Alfonso et domno Fernando et domna Alionor, roboro et confirmo uobis habitatoribus de Melgacio cartam illam quam auus meus rex donus Alfonsus excellentissime memorie uobis fecit cuius carte tenor in hac pagina uerbo ad uerbum continetur : et concedo uobis forum quod ipse uobis dedit. Et ut concessio et⁴⁴ confirmatio mea maius robur obtineant, et⁴⁵ uos per uestram cartam et per uestrum forum semper sitis iudicati, et quod nemini sit licitum uos de uestra carta et de uestro foro deitare : precepi fieri istam cartam et meo sigillo plumbeo communiri : que fuit facta apud sanctum Jacobum mense Augusto Era m.^a cc.^a l.^a vii.^a Ego Rex donus Alfonsus et regina uxor mea et filii nostri supranominati qui hanc cartam confirmationis fieri precepimus coram subscriptis eam roborauimus⁴⁶ et in ea hec signa apponi fecimus ++++++. Qui affuerunt, Domnus M.⁴⁷ iohannis signifer domini⁴⁸ regis conf. Domnus P.⁴⁹ iohannis⁴⁹ maiordomus curie conf. Domnus G.⁵⁰ menendiz⁵⁰ conf. Domnus Egidius ualasci⁵¹ conf. Domnus Gar.⁵² menendiz conf. Domnus Ro.⁵³ menendiz⁵³

N.^o 1

26 regi
30 fiadorem
36 hermigii
39 saluadoriz
45 et ut
48 deest

N.^o 2

27 noluerint eum
28 Siquis
29 Si noluerit unus alteri
30 fiadorem
31 iusticie
32 et si
33 cautata
34 uocem dicentem
35 Milesima cc.^a xix.^a
37 Suarius
38 pelagii
40 T. fernandi
41 Menendus gonsalui
42 honorici
43 Portugalensis
44 mea et
46 roboramus
47 Martinus
49 Johannes
50 Gonsaluus menendi
51 ualasci
52 Garsias
53 Rodericus menendi

conf. Domnus Valascus menendiz conf. Domnus P.⁵⁴ garsie conf. Domnus Martinus petri conf. Domnus Pon.⁵⁵ alfonsi conf. Domnus Lopus alfonsi conf. Domnus Ste.⁵⁶ Bracarensis archiepiscopus conf. Domnus M. port.⁵⁷ episcopus conf. Domnus P. Colimbriensis episcopus conf. Domnus S. Vlixbonensis episcopus conf. Domnus S. Elborensis episcopus conf. Domnus P. Lamecensis episcopus conf. Domnus B. Visensis episcopus conf. Domnus M. Egítaniensis episcopus conf. Magister Pelagius Cantor Port.⁵⁸ test. Martinus petri test. Petrus petri test. Petrus garsie test. Vincencius menendiz test. Johanninus test. Gunsaluus menendi Cancellarius. Dominicus petri scripsit.

N.º 2

54 Petrus
55 Poncius
56 Stephanus
57 Portugalensis
58 Portugalensis

ORRIO**URROS****1182**

Ex Regestis inquisitionum generalium anno 1258 inceptarum, quae prae se ferunt titulum Liber II Donationum Alphonsi III, hoc forale descripsimus. Non aliud nobis cognitum manet exemplar.

In nomine patris (*sic*) et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritu sancti. Amen. Ego Rex A. Portugalensis una cum filiis meis et qui exierit de me, vos homines de orrio qui ibidem populatorem estis per mandatum meum morandi faciendi siue qui uenerit ad populandum facimus uobis cartulam sicut et fecimus per scripturam et presentium nostrum firmiter teneatis ut habeatis foro bono sicut habent alios homines cum meliorem forum. Et non detis mihi nec a progenie mee nec a nullo homine pro omicidio nisi septima apreciatura, per concilio et per manu de alcaldem et de iudicem. Et nullo pecto nec nulla callupnia non intret ibi meo meirino nisi iudice de uestro concilio. Et uos homines de orrios non faciatis fossado nec detis fossadeira pro qui estis in fronteira. Ergo si uenerit mauros, aut malos christianos a la terra scorelos a poder et tornent se ipso die a suam casam. Et non intret ibi nuncio nec manaria de nullo homo per foro de orrios. Et qui in termino de orrios filia aliena rapuerit extra sua uoluntate que pectet a rancuroso xxx^a morabitanos et septima a palacio et exiat omicieiro. Dono atque mando in toto meo regno per ubi habuerint hereditates et seruiant in orrios. Mando qui milites de orrios occiderit pectet mil solidos. Et si eum desornauerit pectet ei D solidos medios ad militem et medios ad palacio. Et per istum pignorem sine totis calumniis. Sed peones et milites in morte et in feridas et in rouso unum forum habemus in villa. Et dono uobis foro quo stet caualeiro de orrios pro infanzon de alias terras in iudicio et in iuramento, troucant super illos cum iuratores duos : et illos pedones de orrios quo stent super illos caualeiros uilanos de alias terras in iudicio et in iuramento cum duos iuratores. Et qui domum edificauerit aut uineas aut sua hereditate honorauerit et uno anno in illa sederit et postea ad alia terra fuerit quomodo seruiat illi totam suam hereditatem ubi habitantes fuerint. Et si quesierit uendere uendat ad qui uoluerit per foro de orrios. Et homines de orrios habuerint iudicio aut iunta cum omnes de alias terras habeant medianido trans dorio plo perido et per rabia et per fundo do uilar de mozoores et azima do uale da cardicha et a cabeza de Pelagio de gouinas et nazinia da sazeda, et inde ao requeixo et inde a la cabeza de calabria et pela cabeza de las tanagas et inde per foz de cola. Et omnis qui de sua terra exierit cum omicidio aut cum mulier rouzada uel cum alia callunia qualibet sedeat nisi que non adducat mulier aliena de benedictionem, ut tornet se ad dominum de orrios, et sedeat solutum et defenditum per foro de orrios. Et siquis homo de quacunque terra cum inimicitate aut cum pignora uenerit et in termino de orrios intratum fuerit nullus inimicus post illum intret et pignora tolleret aud male illi fecerit quomodo pectet D solidos, medios ad dominum ville et medios a rancuroso et duplet illa pignora aut illos liuores. Et qui omine de urrios pignorauerit et in concilio non petierit directum quomodo pectet a senior et concilio de urrios LX^a solidos, et duplet illa pindra a suo dono. Et omine de alia terra qui caualeiros de orrios descaualgar pectet LX^a solidos. Et qui omine de urrios presierit in prisione que pectet xxx^a morabitanos al rancuroso et septima a palacio. Et si omine de urrios presierit aliquod omine de alia terra pectet V solidos. Et si omine de urrios pro qualibet fiadura ad medio anno non quesierit que sedeat soltum. Et si migratum fuerit sine filiis et vxor sua sit liberi de fiadura de benedictiones et de directum dare desuper cabadura ad xxx dies. De fiadura de auer

que habeat a dare quando dederit sedeat soltum. Fiador de sanamento quando fiadura fiar semper stet fiador ille et suos filios : et si non habuerit filios que recipit sua bona stet fiador semper. Qui eyra disrumperit pectet LX^a solidos. Et in istum non habeat palacium. Maurum qui fuerit christianum aut seruum et a urrios uenerit sedeat soltum et libe. rom . Hominem qui sua mulier leixauerit pectet I denarium. Et si mulier leixauerit suo uiro pectet xxx morabitos, medios ad palacio et medios a suo uiro. Et qui eam amparauerit a suo uiro pectet x solidos cotidie. Et de ista callunia media a palacio. Et si fuerit puella in capillo aut cum touca et uenerit rascando per illa cal, et dixerit folam fudeume per nomine saluet se cum xii Et si non potuerit saluar pectet xxx morabitos et septima a palacio. Et si non uenerit rascando usque tercium diem iuret siue tercium, et exeat de callunia. De anno in anno quando uenerit nostro senior ad nostram villam demus in sua parada ii . ii . panes et singulas octauas de ceuada et I denarium. Caualeiro qui suo caualo de cela morir, aut mulier obierit aut aliam aduxerit non faciat postea nec fazendeira usque anno. Mulier orfona non faciat postea nec fazendeira usque habeat uirum. Mulier uidua non faciat postea nec fazendeira erga si habuerit filium in sua casa de xvi annos. Et non soluant homines de urrios pignora pro senior nec pro meyrino nisi pro suo uicino. Et non dent pousada per foro de orrios nem caualeiros nec alcaldes nec abbates, nisi pedones per manu de iudice. Et qui uicino occiderit in sua casa fugierit et post illum intrauerit et ibi mactauerit pectet ccc solidos. Et qui mulier aliena ferir pectet ccc solidos et $vii.^{ma}$ a palacio et a suo marito alios qui remanserit. Et palacio de senior et de episcopo habeat calluniam et Ecclesiam. De istas tres palacio Episcopo Ecclesiam qui rumperit pectet mil solidos. Et qui percusserit presbiter pectet D solidos et una menaga de ouro. Et si negauerit iuret cum vi uicinos bonos et ille $vii.^{mo}$ Et omine de orrios qui fiador intrar et contentor illi non uuar qual fiar tal pectar. Et si contentor habuerit mittat illum in manus et sine callunia et in cepto et exeat de fiadura. Et si non meter in sua presion non exeat de fiadura. Et si noluerit recipere in presione faciant testem de iii uecinos et non respondat : in orrios palacio non det pesquisa per nulla callunia. Et si firmar cum iii alcaldes pectet, et si non firmar. non pectet. Clericos qui suas casas habuerint et raciones tenuerint si non fecerint pro que suas ordines perdant que nunquam perdant suas casas. Et quando transmigauerint suos haberes herdent suos parentes qui circa magis habuerint et ubi mandauerint suos haberes cum suas linguas ibi prestant : et si sine lingua obierit suos filios herdet aut suos parentes magis circa, et dent illa tercia parte pro sua anima. Pelago nec monte nec riulo non sedeat defesso sine concilio neque suis terminis. Iudex si noluerit colligere directum uel fiador super pignora qui tenuerit mactet illum sin tota callunia fora que pectemus singulas peles de conelos quantosque ibi morauerint, qui de posta fuerint de dare et ipsum qui eum occiderit non det nichil. Et si ibi parentes habuerit saluent ei. Toto homine qui de orrios fuerit qui filium aut filiam non habuerit et fuerint maneiro det pro sua anima asta medio de suo habere ubi mandauerit per sua lingua. Et si sine lingua obierit dent de suo auer illa quinta pro sua anima. Et de magis accipiant suos parentes qui magis circam habuerint de ambas partes. Similiter sedeat de mulier maneira. Toto homine qui in nostra villa uenerit cum inimicite et suos inimicos tras illo uenerit saluent ei. Et dent illi segurancia super quatuor homines in centum centum morabitos. Et si hoc non fecerit exeat de villa. Et qui ei colligerit aut enparar pectet c morabitos. Et non prestat illi per morte de homine, aut per rouso de mulier : qui callunia habea de ccc solidos exeat de orrios et de toto suo termino pro inimico. Et qui illum colligerit pectet ccc solidos. Et si non iuret cum xii qui non coleu, nec panem dedit illum : per totum furtum qui arrando fuerit per lide uel per ferro duplet ei cum LX^a solidos al rancuroso et nouenas a palacio. A quem demandarem que omem matou a trason lide et si cair pectet mil morabitos. Et si non habuerit de que los peite faciat de illo iusticia quomodo de aleyuoso et de traditor. Si los pectar exeat de orrios pro aleiue et de suo termino deribem suas casas, et per istam uocem uicinum ad uicinum det directum et non ad iudicem. Et qui istam uocem demandauerit primum iuret cum iii parentes los magis circa qui in tota la uila fuerit que lo non demanda per outra malquerensa mais que matador et firidor fui de seu parente unde morisse. Et si parentes non habuerit cum iii uicinos. Et si isto non iurar non respondeat illi. De sanguine deroto de lansa aut de spada aut de cultello qui cum istum ferir et inde non morir pectet xxx morabitos et $vii.^{ma}$ a palacio. Ad iudicem non li respondeat nadi sine rancuroso. Iudice de anno in anno sedeat. Iudice prenda a $vii.^{ma}$ parte de calluniis que sacauerit. Et si rancura ouer de illo senior det directum per manus de nostros alcaldes. Quem ferir suo uicino cum petra aut cum fuste pectet xx morabitos si firmarem et se non firmarem iuret cum uno uicino. Si ferir cum manus aut messar aut cum pede pectet iii morabitos al rancuroso si firmar. Et si non habuerit firma iuret se v . Qui ferir suo uicino in illa chanca de ecclesia aut in concilio a pregon ferido aut in apilido pectet LX^a solidos medios alcaldes et medios ad concilio et vii a palacio. Et quereloso sua callunia quomodo sursum resonat. Toto homine qui insarrado fuerit in sua casa cum armas a forcia pectet ccc solidos et $vii.^{ma}$ a palacio, si firmarent et si non iuret se v . Et dono uobis foro quod non habeatis alium seniore nisi regem aut suo filio aut quem uos concilio quesieritis. Et si omnes de urrios qui deserado fuerit et per sua manu non perdat ea quomodo se tornet a sua hereditate ubi illa fuerit sine nulla callunia. Et toto homine de urrios qui hereditate habuerit in alia terra non faciat fosado nisi per foro de urrios. In orrios non dent osas nec luitosa. Et de toto portadigo qui uenerit a urrios ubi pousada prenderit sua tercia. De caualos et de mulos singu-

los singulos solidos. De boue et de asino vi denarios. Qui toller pindres in casa pectet v solidos. Et qui tollerit in cale pectet x solidos. Quem refertar iudicium de alcalde pectet v morabitanos. Vicino qui pedir fiel e lo parar a suo uicino et non uener ad illo pectet x solidos. Et nostros alcaldes iudicent de sol a sol. Et si baralarem ii uicinos et uenerit illo alcalde et diser incouto uos que nom baraledes et non se calarem pectet i morabitanum alcaldes. De furto descuberto det a suo dono toto suo auere duplato et nouenias partiant cum palacio et prenda illos alcaldes las aurelias. Et si alia uice furtar inforquent illum. Toto uicino qui pedir de segurancia cum iii uicinos aut cum i alcalde et non dederit pectet v morabitanos. Et si trasnoctar pectet xx morabitanos. Si diser non habeo homine qui me leue sobre cabo det fiador in quinquaginta morabitanos usque in tercium diem. Et si non dederit pectet quinquaginta morabitanos. Et postea det fiadores in quatuorcentos morabitanos. Et si non dederit prenda illos alcaldes cum ran-curoso et si non fecerint cadat illos in periurium. Qui racura meter alcaldes et lo non chegar a dereito cadat in periurium. Et qui filia aliena leuauerit rabida et illa non fuerit de sua uoluntate aducat illa a medianedo : et si fuerit a suos parentes pectet ccc solidos et exeat inimicos. Et si fuerit cum suos qui uenit exeant ambos inimicos. Et qui mulier aliena leuauerit prenda illos ambos et mittant illos in manus a suo marito et faciat inde sua uoluntate. Puella qui fuerit pedida et rogada et alteros se trameter et leuauerit illa per sua uoluntate non colligant illa suos parentes sine prazer de lo sponso. Et si collerent pectet ccc solidos et septima a palacio et exeant inimicos. Totos cautos qui posuerint alcaldes assi sedeant outorgados quomodo si iacuissent in carta, et per mandatum de concilio. Et omine de urrios qui non fuerit in apilido cum suos uicinos pectet i morabitanum, et diser non lo ouui iuret se cum ii uicinos. Vineis disquando tenuerint uuas et ibi intrar mula aut rost aut equum aut asinum aut porcos aut oues aut cabras pectet medium morabitanum. Et desquando tenuerint uuas pectet i solidum. D...ro aut de arbores qualibet que teneant fruitos, qui in illa intrar, et illo potuerit firmar, pectet lx^a solidos. Et si non firmar iuret se cum v. De quantas uoces in ista carta resonant de ipsa respondant et de alteras non respondant. Hec sunt terminos de urrios. Facta carta de foro Mense aprilis Era m.^a cc.^a xx.^a Ego Rex A. qui istam cartam iussi facere et scribere et legentem audire una cum filiis meis in hanc cartam manus nostras proprias Ro—Bo—Ra—Mus et signum + facio. Et si ego uel filiis meis quam extraneis et istam cartam irrumpere uoluerit sit maleditus et excommunicatus et cum iuda traditore habet participium. Amen. Amen. Amen. Qui uiderunt et audierunt, Vaasco fernandi confirma. A. ermigis conf. Petrus rodrigis conf. Petro alfonso conf. Dominum ville Fernam uelaz. Archiepiscopus in bracara don Godino. Pro testes de ista karta, Pelay sinchariis test. Gomez pelais test. Nunus test. Per iii annos non faciant fazendeira. Et ideo hoc forum de salamanca uobis do et concedo ut terram de orrios quibus hoc forum do populetis. Qui istam cartam irrumpere uoluerit quomodo pectet mil morabitanos ad regem terre. Qui presentes fuerunt et uiderunt, Ermigio meendis test. Nuno sanchis test. Obispo de Colimbria test. Petro saluadoris test. Domingo, ante abril meiado fuit roborata ista carta.

Egeas presbiter notuit.

CULUCHI

CORUCHE

1182

Ex Lib. Foral. Antiquor. S. Crucis Conimbr. decerpsimus. Lectiones varias addidimus ex Lib. Regestor. Alphonsi II.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti. Amen. Ego Rex Alfonsus filius Henrici Comitis et Regine Tharasie una cum filiis meis Rege Sancio et regina Vrraca et regina Tharasia uolumus restaurare atque populare Culuchi que a sarracenis abstulimus. Damus uobis forum et costume de Elbora tam presentibus quam futuris : ut duas partes dos caualeiros uadant in fossatum, et tercia pars remaneat in ciuitate : et una uice faciant fossatum¹ in anno. Et qui non fuerit ad fossadum pectet pro foro v solidos pro fossadeira. Et pro homicidio pectet c solidos ad palacium. Et pro casa derota cum armis, scutis, et spadas pectet ccc solidos et vii.^a ad palacium. Et qui furtauerit pectet pro uno nouem, et habeat intentor duos quiniones et vii^{em} partes ad palacium. Et qui mulierem afortiauerit et illa clamando dixerit quod ab illo est² affortiata² et ille negauerit det illa autorgamentum de tribus hominibus tales qualis ille fuerit : ille iuret cum xii, et si non habuerit autorgamentum iuret ipse solus : et si non potuerit iurare pectet ad illam ccc solidos et vii.^a ad palacium. Et testimonia mentirosa, et fidele mentiroso, pectet lx solidos et vii.^a ad palacium et duplet el auer. Et qui in concilio aut in mercato uel in ecclesia feruerit pectet lx solidos, medios ad palacium et medios ad concilium : et de medio de concilio vii.^a ad palacium. Et homine gentile qui fuerit aut herdador quod non sedeat meirino. Et qui in uilla pignos aflando

¹ fossadum

² quod afforciata

et fiador et ad montem fuerit pendrar, duplet la pendra, et LX^a solidos et VII.^a ad palacium. Et qui non fuerit ad sinal de iudice et pignos sacudiuerit ad saion pectet i solidum ad iudicem. Et qui non fuerit ad apelidum caualeiros et peones exceptis hiis qui sunt in seruicio alieno, miles pectet x solidos, pedon v solidos ad uicinos. Et qui habuerit aldeiam et i iugum de bobus et xxxx oues et unum asinum et duos lectos comparet caballum. Et qui cebrantauerit sinal cum sua muliere pectet i solidum ad iudicem. Et mulier qui laxauerit suum maritum de benedictione, pectet ccc solidos et VII.^a ad palacium. Et qui laxauerit mulierem suam pectet i denarium ad iudicem. Et qui caballum³ caualgauerit³ alienum³ pro uno die pectet i carneiro. Et si magis pectet las angueiras, pro uno die pectet vi denarios et pro nocte i solidum. Et qui feriuerit cum lancea aut cum⁴ spata⁴ pro intrada⁵ pectet x solidos : et si trouciuerit ad alteram partem pectet xx solidos ad querelosum. Et qui crebantauerit oculum, aut brachium, aut dentem, pro unoquoque membro pectet c solidos ad lisiadum et ille det VII.^a ad palacium. Qui mulierem alienam ante suum maritum feriuerit pectet xxx solidos et VII.^a ad palacium. Qui moion alienum in suo ero mudauerit pectet v solidos et VII.^a ad palacium. Qui limde alienum quebrantauerit pecte v solidos et VII.^a ad palacium. Qui conducteurum alienum mactauerit suus amo colligat homicidium, et det VII.^a ad palacium. Similiter de suo ortolano, et de quarteiro, et de suo molneiro, et de suo solarengo. Qui habuerit uassalos in suo solar aut in sua hereditate non seruiant ad alterum hominem de tota sua facienda nisi ad dominum de solar. Tendas et molinos et fornos de hominibus de Culuchi sint liberi de foro. Milites de Culuchi sint in iudicio pro podestades et infanzones de portugal. Clerici uero habeant mores militum. Pedones sint in iudicio pro caballariis uillanis de altera terra. Qui uenerit uozeiro ad suum uicinum pro homine de foras uille, pectet x solidos et VII.^a ad palacium. Ganatum de Culuchi non sit montadum in nulla terra. Et homo ad quem se anafragauerit suus dextrarius quamuis habeat alium sit excusatus usque ad capud anni. Mancebo qui mactauerit hominem foras uille et fugerit, suus amus non pectet homicidium. Pro totis querelis de palacio iudex sit uozeirus. Qui in uilla pignorauerit cum sagione et sacudiuerit ei pignos autorguet al saion, et prenda concilium de tribus collationibus, et pignoret pro LX solidos, medios⁶ ad concilium et mediis ad rancurosum. Barones de Culuchi non sint in prestimonium dati. Et si homines de Culuchi habuerint iudicium cum hominibus de alia terra, non currat inter illos firma, sed currat inter⁷ per squisia aut reptum. Et homines qui quesierint pausare cum suo ganato in terminis de Culuchi prenda de illis montadigo : De grege de ouibus III^{or} carneiros, et de busto de uacas i uacam. Istud montadigum est de concilio. Et omnes milites qui fuerint in fossadum uel in guardia, omnes cauillos qui se perdiderint in algara uel in lide, primum erectis eos sine quinta, et postea detis nobis quintam directam. Et totus homo de Culuchi qui inuenerit homines de aliis ciuitatibus in suis terris taliando aut leuando madeiram de monte, prenda totum quod inuenerint sine calumpnia. De azarias et de guardiis quintam partem nobis date sine ulla offrecione. Quicumque ganatum domesticum pignorare uel rapere fecerit pectet LX solidos ad palacium, et duplet ganatum suo domno. Testamur uero et perhenniter firmamus ut quicumque pignorauerit mercatores uel uiatores christianos, iudeos, siue mauros, nisi fuerit fideiussor uel debitor quicumque fecerit pectet LX solidos ad palacium, et duplet ganatum quod prendiderit ad suum domnum : et insuper pectet c⁸ morabitanos pro cauto quod fregit : et rex habeat medietatem et concilium medietatem. Siquis ad uestram uillam uenerit per uiu cibos aut aliquas res accipere et ibi mortuus uel percussus fuerit non pectent pro eo aliquam calumpniam, nec suorum parentum homicida habeatur. Et si cum querimonia de ipso ad regem uel ad dominum terre uenerit, pectet c morabitanos medietatem Regi et medietatem concilio. Mandamus et concedimus quod si aliquis fuerit latro et si iam per unum annum uel duos furari uel rapere dimisit, si pro aliqua re repetitus fuerit quam comisit, saluet se tanquam latro. Et si latro est et latro fuit omnino pereat, et subeat penam latronis. Et si aliquis repetitur pro furto, et non est latro neque fuit, respondeat ad suos foros. Si aliquis homo filiam alienam rapere extra suam uoluntatem donet eam ad suos parentes, et pectet illis ccc morabitanos et VII.^a ad palacium, et insuper sit homicida. De portagine forum de troxel de caualo de pannis de lana uel de lana (sic) i solidum. De troxel de fustaes v solidos. De troxel de panno de color v solidos. De carrega de piscato⁹ i solidum. De carrega de asino¹⁰ vi denarios. De carrega de christianis de coniliis v solidos. De carrega de mauris de coneliis i morabitanum. Portagem de caualo quem uendiderint in azougue¹¹ i solidum. De mula i solidum. De asino vi denarios. De carneiro III mealias. De porco II denarios. De foron II denarios. De carrega de pane et de uino III mealias. De carrega de peon i denarium. De mauro que¹² uendiderint in mercado i solidum. De mauro qui se redemerit decimam. De mauro qui taliat cum suo domino decimam. De corio de uaca aut de zeura II denarios. De corio de ceruo et de gamo III mealias. De carrega de cera v solidos. De carrega de azeite v solidos. Istud portagem est de hominibus foras uille, tercia de suo hospite et duas partes de Rege. Ego Rex Alfonso una cum filio meo Rege Sancio hanc cartam confirmauimus et roborauimus. Quisquis hanc cartam irrumperere uoluerit sit maledictus et excommunicatus. Amen. Facta carta VII.^o kalendas junii. Sub Era M.^a CC.^a XX.^a

3 caualgauerit caballum alienum
4 de spada
5 intrata
6 mediis
7 inter illos

8 deest
9 pescado
10 asno
11 azouge
12 quem

Ego Sancius dei gratia Port. Rex una cum uxore mea Regina Domna Dulcia et filiis et filiabus meis vobis habitatoribus de Culuchi presentibus et futuris hanc cartam roboro et confirmo. In era m.^a cc.^a xx.^a vii.^a Qui affuerunt, Comes domnus M. maiordomus Curie conf. Alcaidus domnus M. suarii conf. Magister domnus Gunsaluus qui castellum habet conf. Magister domnus Gualdinus conf. Egas pelagii test. Rodericus egee test. Domnus P. Elborensis episcopus conf. Domnus S. Vlixbonensis episcopus. Domnus Hermigius menendi conf. Domnus Petrus gomez conf. Domnus Osoreus test. Suarius suarii test. Julianus notarius domini Regis affuit.

Ego Alfonsus II.^{us} dei gratia Port. Rex una cum uxore mea Regina domna Vrraca et filiis nostris Infantibus domno Sancio et domno Fernando¹³ et domna Alionor, istam cartam suprascriptam quam auus meus inclite memorie Rex domnus A. dedit uobis moratoribus de Culuchi, et pater meus Rex domnus S. confirmavit, concedo ego uobis et confirmo per hoc presens scriptum. Et ut hec mea concessio et confirmatio in perpetuum firmum robur obtineant¹⁴, precepi fieri istam cartam, et eam feci meo plumbeo sigillo communiri : que fuit facta apud Sanctaren iii.^o kalendas Februarii in Era m.^a cc.^a l.^a vi.^a Nos supranominati qui hanc cartam fieri precepimus, coram subscriptis eam roborauimus et in ea hec signa fecimus +++++. Qui affuerunt, Domnus M. iohannis signifer domini regis conf. Domnus P. iohannis maiordomus Curie conf. Domnus L. suarii conf. Domnus Gil ualaszquiz conf. Domnus Gomecius suarii conf. Domnus J. fernandiz conf. Domnus F. fernandiz conf. Domnus Rodericus menendiz conf. Domnus Poncius alfonsi conf. Domnus Lopus alfonsi conf. Domnus S. Bracharensis Archiepiscopus conf. Domnus Mar. Port. episcopus conf. Domnus P. Colimbriensis episcopus conf. Domnus S. Vlixbonensis episcopus conf. Domnus S. Elborensis episcopus conf. Domnus P. Lamecensis episcopus conf. Domnus Bar.¹⁵ Visensis episcopus conf. Domnus Mar. Egitanensis episcopus conf. Magister Pelagius cantor Port. test. P. garsie test. Petrus petri test. Johannes petriz test. Vincentius menendiz test. Martinus petri¹⁶ test. Johanninus test. Gunsaluus menendiz Cancellarius curie. Fernandus suarii scripsit.

13 A.
14 optineant

15 Bartolomeus
16 petriz

BALDIGE

VALDIGEM

1182

Insertum in charta confirmationis Alphonsi II hoc manet forale : deest tamen in Lib. Rector. ipsius regis et in Lib. Foral. Antiquor. S. Crucis. In codice Publici Archivi, qui Foraes Velhos de Leitura Nova inseribitur, descriptum quidem est, sed ex ipsa charta confirmationis desumptum. Ex eo codice hausimus tantum ea verba, quae, atramento deleta, in originali charta illegibilia inuenimus.

Ego Alfonsus dei gratia Portugalensis Rex. Omnibus populatoribus de Baldige numero xxx^a, cum filio meo Rege Sancio et filia mea Regina Tharasia facio cartam firmitudinis precibus Sauri (*sic*) egee existentis principis Lameci et precibus Gaudini bone memorie Lameci episcopi de foro : ut unusquisque illorum xxx^a det unoquoque anno unum modium panis quartatum, quartarium tritici et quartarium ordei, et quartarium milii et quartarium centeni : et unum modium uini, et singulos coraziles et singulas gallinas et singulos solidos et singulas fogazas tritici. Et condado de monte, et non de riulo. Et omnes simul dent c afusales de lino et c oua : et totum suum forum ducant ad cellarium de Lamego, et per ipsam taleigam, et quartam de cellario : et non habeant prestameirum sed tantum ipsum dominum de Lameco : et non pectent nisi tres calumpnias exquisitas per bonos homines de Baldigi, homicidium, rausum, et merdam in bucca, et quartam calumpniam furtum. Et de istis calumpniis medietatem ad concilium et medietatem ad dominum. Et non habeant maiordomum nisi de concilio qui det ad dominum totum suum directum. Et dominus non faciat ibi contra suam uoluntatem pradum. Et inter se habeant iudicem ut nullus faciat tortum ad suum uicinum : et per suum iudicem componant suas calumpnias quas pectare debent, et per forum de Lamego, et per illum solidum quem detis in unoquoque anno : omnes alie calumpnie sunt uobis dimisse. Hoc autem uobis dicimus modo ut usque in duos annos non detis illos modios uini, et de lino detis in pace. Statuimus autem uobis terminum quem semper habuistis per flumen Dorii, et per barosam, et per cautum de bagauste, et diuidit cum Ermamar, per pede altaris sancti Dominici, et per petram de sculca, et per eiram pedrazam, et per fontem de cima de solto doleiros. Et per petram de Pelagio flainez et per palacium trauerum et per paredeyros de cohar, et fer in foz de balsamum. Per estes terminos diuidit cum queimada et cum figueira. Era m.^a cc.^a xx.^a

Ego Rex Alfonsus cum filio meo Rege Sancio et cum filia mea Regina Tharasia hanc cartam roboramus. Episcopus Godinus Lameci test. Suarius egeas test. Prior iohannes test. Martinus presbiter test. Magister Roberte diaconus notuit.

Ego Alfonsus II.^{us} dei gratia Port. Rex una cum filiis meis Infantibus domno Sancio et domno Alfonso et domno Fernando et domna Alionor concedo et confirmò vobis populatoribus de Baldige illam cartam et illud forum quod uobis dedit auus meus excellentissime memorie Rex domnus Alfonsus. Et ut mea concessio et confirmatio in perpetuum maius robur obtineat, precepi fieri hanc cartam et meo sigillo plumbeo communiri : que fuit facta apud Sanctaren Mense Aprili Era m.^a cc.^a l.^a viii.^a Nos supranominati qui hanc cartam iussimus facere coram subscriptis eam roborauimus et in ea hec signa fecimus +++++.

Qui affuerunt, Domnus Martinus iohannis signifer domini Regis conf. — Domnus Petrus iohannis maiordomus curie conf. — Domnus Laurencius suarii conf. — Domnus Gunsaluus menendiz conf. — Domnus Gil ualasquiz conf. — Domnus Rodericus menendiz conf. — Domnus Garsia menendiz conf. — Domnus Poncius alfonsi conf. Petrus garsie — Petrus petri — Fernandus petri, test.

Domnus Martinus Port. Episcopus conf. — Domnus Petrus Colimbriensis Episcopus conf. — Domnus Suarius Vlixbonensis Episcopus conf. — Domnus Suarius Elborensis Episcopus conf. — Domnus Pelagius Lamecensis Episcopus conf. — Domnus Bartolomeus Visensis Episcopus conf. — Domnus Martinus Egitaniensis Episcopus conf. — Magister Pelagius Cantor Port. test. — Petrus pelagii — Johanninus, test.

Gunsaluus menendi Cancellarius — Dominicus petriz scripsit.

CALDAS

CALDAS DE AREGOS

1185

Ex charta tabularii monasterii de Bostello descripserunt Academiae Olisiponensis sodales qui, hoc ineunte sacculo, collectionem documentorum ad comitia. (còrtes) attinentium conflauerunt. Tabulario illo penitus jam destructo, unicum extat exemplar hujus foralis in ejusdem collectionis volumine III.

In christi nomine. Ego Rex Alfonsus Portugalensis, placuit mihi per bonam uoluntatem, una cum Nunu Sanchiz, qui tenet de me Aregos ut faceremus cartam firmitudinis ad homines, qui uoluerint populare in villam quam dicunt Caldas, et habeant illam cum suis terminis nouis et antiquis : damus uobis illa villa cum isto foro, ut de quada fogo per singulos anos singulos soldos, et ex quo morauerit ibi unum anum, uendat, donet, cum suo foro, et de totas calunias dent pro uno modio uno soldo, sicut dabant tempore matris mee : et de ipsas calunias dent tantum inde x.^a, media a Rege, et media x concelho de villa : et de casa rupta et de feridus xx^{ti} uaras in camissa uezino a uezino : et si uenerit de foras caualeiro aut uillano, qui uestra uilla ronperit, det d^{tos} soldos, medios a Rege e medios a concelho : de tota carega de bestia que uenerit de fora caualar aut mullar 1^o soldo, et de asino vi denarios et de 1^o denario, fora pane e uino, et post dicto rezent, de manto et de pelle et de ... n^{os} denarios, de saia et de corio et de bragale de toto reixello 1^o denario, de uacca 1^o solido denarios (*sic*), et de porco 1^o denario, de tota bestia que uendiderit in ipsa uilla caualar au mullar 1^o soldo, et de asino vi denarios : totas istas portagenes qui sunt scribti pro ad homines qui ueniunt de fora de ista portagem, a Rege duas partes, et tertia ad hospitem : in toto termino de isto Castello de Aregos non dent portagem, et non detis calunia ergo per foro de uestra uilla, nec caualeiro, nec ullo homine non intrent casas uestras, nec cum bestias, nec sine bestias, ergo per uestro grado maiordomo de terra qui ibi uoluerit intrare per mal fazer moriatur, et non habeat caluniam ergo quomodo allio uillano, per foro de uestra carta, de uestras bestias non tollat senior de terra sine uestro grado, et mitat maiordomo, et tollat per uestro grado : uizinus qui noluerit acquiescere in isto foro de carta, eiciatur de villa sine dubio a seniory terre : quando uocauerit uos a suo apellido, ite, et non ad alium : filio et nepto, qui istam kartam inirretam tenuerit habeat benedictionem de celo et meam et de matre que illam generauit. Era m.^a cc.^a xxi. Ego Rex domnus Alfonsus in hanc kartam, quam ego iussi facere, manus meas roboro. Qui uiderunt et audierunt, Petrus test. — Pelagius test. — Menendus test. — Monius scripsit.

PALMELA

PALMELLA

1185

Ex Lib. For. Antiquor. S. Crucis Conimbr. et in Lib. Regestor. Alphonsi II hoc nobis superfuit forale. Ex primo textum hausimus, ex secundo lectiones varias.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti amen. Ego Rex Alfonsus filius Henrici comitis una cum filio meo Rege Sancio uolumus restaurare atque populare Palmelam quem a sarracenis abstulimus. Damus uobis foro et costume de Elbora tam presentibus quam futuris ut duas partes dos caualeiros uadant in fossado, et tertia pars remaneant¹ in castello : et una uice faciant fossado in anno. Et qui non fuerit in fossado pectet pro foro v solidos pro fossadeira. Et pro homicidio pectet c solidos ad palacium. Et pro casa derota cum armis scutis et spadis, pectet ccc solidos et vii.^a ad palacium. Et qui furtaret pectet pro uno viii^{cm}, et habeat intendor duos quiniones et septem partes ad palacio. Et qui mulier aforciaret et illa clamando dixerit quod ab illo est aforcia et ille negaret det illa auctorgamento de iii homines qualis ille fuerit et ille iuret cum xii : et si non habuerit auctorgamento³ iuret ipse solus : et si non potuerit iurare, pectet ad illam ccc solidos et vii.^a ad palacium. Et testimonia mentirosa, et fidele mentiroso, pectet lx solidos et vii.^a ad palacium, et duplet ille auer. Et qui in concilio aut in mercado uel in ecclesia feriret⁴ pectet lx solidos, medios ad palacium et medios ad concilio : et de medio de concilio vii.^a ad palacium. Et homo qui fuerit gentile aut heredero⁵ que non seat meirino. Et qui in uilla pignos afflando et fiador et ad montem fuerit pindrar duplet la pindra, et pectet lx solidos et vii.^a ad palacium. Et qui fuerit ad sinal de iudice, et pignos sacudir a saion pecte i solidum ad⁶ iudice. Et qui non fuerit ad apelido caualeiros et pedones exceptis his qui sunt in seruicio alieno miles pectet x solidos et pedon v solidos ad uicinos. Et qui habuerit aldeam et uno iugo de bois, et xxxx oues, et uno asino⁷ et duos lectos, compare caualo. Et qui crebantauerit sinal cum sua mulier pecte i solidum ad⁸ iudice. Et mulier que laxauerit maritum⁹ suum de benedictionem¹⁰ pectet¹⁰ ccc solidos et vii.^a ad palacium. Et qui laxauerit mulierem suam pectet i denarium ad¹¹ iudice. Et qui caualo alieno caualgaret pro uno die pectet uno carneiro : et si magis pectet las anguieras polo dia vi denarios, et pro¹² nocte i solidum. Et qui ferir de lancea aut de spata¹³ pola entrada pectet x solidos : et si trousir ad altera parte pectet xx solidos al quereloso. Et qui crebantauerit oculum, aut brachium, aut dentem, pro unoquoque membro pectet c solidos a lisiador et ille det ad palacium. Et¹⁴ qui mulier aliena ante suo marido ferir, pectet xxx solidos et vii.^a ad palacium. Qui maion alieno in suo ero mudaret, pectet v solidos et vii.^a ad palacium. Qui limede¹⁵ alieno crebantar, pectet v solidos et vii.^a ad palacium. Qui habuerit uasallos in suo solar aut in sua hereditate non seruiant ad altero homine de tota sua facienda nisi a domno de solar. Qui conducteiro alieno mataret suo amo colligat homicidio, et det vii.^a ad palacium. Similiter de suo ortolano et de quarteiro et de monneiro et de solarengo. Tendas et molinos et fornos de homines de Palmela sint liberi de foro. Milites de Palmela sint in iudicio pro podestades et infanzones de Portugal. Clerici palmele habeant mores militum. Pedones sint in iudicio pro milites uillanos de altera terra. Qui uenerit uozeiro a suo uicino pro homine de foras uille, pectet x solidos et vii.^a ad palacium. Ganado de Palmela non sit montado in nulla terra. Et homine a qui se anafragaret suo adestrado quamuis habeat alium sit excusato usque ad capud anni. Mancipio qui matar hominem foras uille et fugerit suo amo non pectet homicidio. Per totas querelas de palacio, el iudice sedeat uozeiro. Qui in uilla pindrar cum saione et sacudirent ei pignos octorget el saion et predat concilio de tribus collationibus et pindret pro lx solidos, medios ad¹⁶ concilio, et medios ad rancuroso. Barones de Palmela non sedeant in prestamo dados. Et si homines de Palmela habuerint iudicium cum homines de alia terra non currat inter eos firma nec reto, sed currat per exquisam. Et homines qui quesierint cum suo ganato pousar in terminos de Palmela prendant de illis montagio de grege das oves iii^{or} arietes et de busto de uacas una uaca. Isto montagio est de concilio. Et homines milites qui fuerint in fossado uel in guardia omnes caualos qui se perdiderrint in algara, uel in lide primus erectis cos sine quinta et postea detis nobis quintam directam. Et toto homine de Palmela qui inuenerit homines de aliis ciuitatibus uel castellis in suis terminis taliando uel leuando madeira de montis aut de suis terminis prendant totum quod inuenerint sine calumpnia. De azarias et de guardias quintam partem nobis date sine ulla offretione. Quicumque ganatum domesticum pignorare uel rapere fecerit pectet

1 remanent
2 ix^{cm}
3 autorgamento
4 ferriret
5 heredero
6 a
7 asno
8 a

9 maridum
10 benedictione pecte
11 a
12 pola
13 spada
14 deest
15 limide
16 a

lx solidos ad¹⁷ palacium¹⁷, et duplet illum ganatum a domno suo. Testamus uero et perenniter firmamus ut quicumque pignorauerit mercatores aut uiatores christianos uel iudeos siue mauros nisi fuerit fideiussor uel debitor quicumque fecerit pectet lx solidos ad¹⁸ palacium¹⁸, et duplet ganatum quod prendidit a suo domno : et insuper pectet c morabitanos pro cauto que fregit : Rex habeat medietatem et concilio medietatem. Siquis ad uestram uillam uenerit per uim cibos aut aliqua res accipere uoluerit et ibi mortuus uel percussus fuerit non pectet pro eo aliqua calumpnia, nec suorum parentum homicide habebatur. Et si cum querimonia de ipso ad Regem uel ad dominum terre uenerit, pectet c morabitanos, medietate Regi et medietate concilio. Mandamus et concedimus quod¹⁹ si aliquis fuerit latro, et si iam per unum annum uel per duos furari uel rapere dimisit si pro aliqua repetitus fuerit quam comisit saluet se tanquam latro. Et si latro est et latro fuit omnino pereat et sububeat penam latronis. Et si aliquis repetitur pro furto et non est latro neque fuit respondeat ad suos foros. Si aliquis filiam alienam extra suam uoluntatem rapere fecerit donet eam ad suos parentes et pectet illis ccc morabitanos et vii.^a ad palacium : et insuper sedeat homicida. De portagem foro de trosel de caualo de pannos de lana uel de lino i solidum. De trosel de lana i solidum. De trosel de fustanes v solidos. De trosel de pannos de color v solidos. De carrega de piscato i solidum. De carrega de asino vi denarios. De carrega de christianos de coneliis v solidos. De carrega de mauros de conelios i morabitanum. Portagem de caualo quem uendiderint in azougi²⁰ i solidum. De mulo i solidum. De asino vi denarios. De boue vi denarios. De ariete iii mealias. De porco ii denarios. De foron ii denarios. De carrega de pam aut de uino iii mealias²¹. De carrega de peon i denarium. De mauro quem uenderent in mercado i solidum. De mauro qui se redimiret decima. De mauro qui taliar cum suo domino decima. De coiro de uaca, aut de cerua²² ii denarios. De corio de gama, aut de ceruo iii mealias. De carrega de cera v solidos. De carrega de azeite v solidos. Iste portagem est de homines foras uille tercia de suo hospite, et duas partes de rege. Ego Rex Alfonsus una cum filio meo Rege Sancio hanc cartam confirmauimus et roborauimus. Quisquis hanc cartam irrumpere uoluerit sit maledictus et excommunicatus. Ego A. dei gratia Port. Rex una cum filio meo rege domno S. hanc cartam habitatoribus de Palmela per illud forum de Elbora, et de Alcazar, et de Ablantes²³ roboro et confirmo. Et quicumque illud uobis conseruauerit sit benedictus. Et quicumque illud irrumpere uoluerit sit a deo maledictus. Amen. Facta carta mense Marcio sub Era m.^a cc.^a xx.^a iii.^a Domnus Valascus fernandiz²⁴ maiordomus Curie conf. Domnus Petrus fernandiz conf. Domnus Menendus gunsalui. Domnus Godinus Bracarensis Archiepiscopus. Domnus Fernandus Port. episcopus. Domnus Mar. Colimbriensis episcopus²⁵. Domnus Johannes Visensis episcopus. Petrus saluatoris dapifer Regis test. Nunus goterii. Magister Fernandus test. Gonsaluus fernandi test. Rodericus honorici test. Julianus notarius curie.

Ego Alfonsus II.^{us} dei gratia Port. Rex una cum uxore mea Regina domna Vrraca et filiis nostris Infantibus domno Sancio et domno Alfonso et domna Alionor concedo et confirmo uobis populatoribus de Palmela illam cartam et illud forum quod uobis dedit auus meus excellentissime memorie rex domnus Alfonsus. Et ut mea concessio et confirmatio²⁶ mea²⁶ maius robus obtineant²⁷ precepi hanc cartam fieri, et meo sigillo plumbeo communiri : que fuit facta apud Sanctaren in Era m.^a cc.^a l.^a vi.^a Nos supranominati qui hanc cartam iussimus facere coram subscriptis eam roborauimus, et in ea hec signa fecimus +++++.

Qui affuerunt, Domnus Mar. iohannis signifer domini Regis conf. Domnus Petrus iohannis maiordomus curie. Domnus L. suarii. Domnus Gil ualasquiz. Domnus Johannes fernandiz²⁸. Domnus Fernandus fernandiz²⁹. Domnus³⁰ Gomecius suarii. Domnus Rodericus menendiz. Domnus Poncius alfonsi. Domnus Lopus alfonsi. Domnus Stephanus Bracarensis archiepiscopus. Domnus Mar. Port. episcopus. Domnus Petrus Colimbriensis episcopus. Domnus S. Vlixbonensis episcopus. Domnus S. Elborensis episcopus. Domnus Pelagius Lamecensis episcopus. Domnus Bartholomeus Visensis episcopus. Domnus Martinus Egitaniensis episcopus. Magister Pelagius cantor Port. test. Petrus garsie test. Vincentius menendi. M. petri. P. petri. Johanninus³¹ test. Gonsaluus menendi Cancellarius³². Laurencius martini scripsit.

17 a palacio,
18 a palacio,
19 quos
20 azongi
21 medalias.
22 zeura
23 Albantes
24 fernandi

25 deest
26 mea confirmacio mea
27 optineant
28 fernandi.
29 fernandi.
30 deest
31 deest
32 Cancellarius domini Regis.

BARCELOS**BARCELOS**

(ABSQUE ANNO)

In hoc, sicut in aliis foralibus subsequentibus regnante Alphonso I concessis, quo anno datum, notitia abest. Non solum vero Barcelense, sed etiam Germanellense, quod huic insequitur, inter annos 1140—1146 exarata fuisse ex eo patet, quod ibi Alphonsus appeletur rex; nondum tamen uxoris suae reginae Mahaldae nomen in subscriptione apparet. Textum foralis Barcelorum hausimus ex Lib. Foral. Antiquor. S. Crucis Conimbr., lectiones varias ex Lib. Registor. Alphonsi II.

In dei nomine. Ego Alfonsus dei gratia Port. Rex, Comitis Henrici et Regine Tarasie filius. Do meam uillam de Barcelos vobis populatoribus tam presentibus quam futuris qui ibi habitare uoluerint per suos terminos sicut sunt diuisi. Do illis forum ut habeant honorem Bracare et pectent decimam de calumpnia Bracare, et decimam de toto labore : et pro nulla calumpnia non dent fideiussorem nisi in ii solidos : et non pectent caritel deuasum¹ : et si fecerint calumpniam in alia parte et ipso die aprehenderit eos pectent eam per forum sue uille. Et si in ipso die non aprehenderit eos in alio nichil respondeant². Et hereditates quas habuerint fora uille sint iudicate per forum ipsius uille. Et quicumque pignorauerit illos nisi fuerit debitor aut fideiussor pectabit mihi ii solidos, et insuper habebitur pro meo inimico. Et dominus qui ipsam terram de me tenuerit et uoluerit leuare bestias suas ad fossatum domini Regis det ei suum alqueire : ad Tuden medium morabitinum et uitam et ceuadam. Et ad Colimbriam i morabitinum et uitam et ceuadam : et ad Troncosum et ad Braganciam ii morabitinos et uitam et ceuadam : et non aprehendat eis suas trebolias nec suam liteiram sine grati suo nec sua omnia. Et de domibus dent post festum sancti Michaelis homo alumnus vi denarios, et uidua iii denarios. Qui presentes fuerunt, Domnus Alfonsus iudex de aguiar³. Comes gunsaluiz⁴ de Neuia. Domnus Luzius Prior de Balneo. Abbas domnus Fagundus de uarzea : et Judex Suarius albus de Barcelos. Gunsaluus⁵ menendi maiordomus.

Ego Alfonsus II.^{us} dei gratia Port. Rex una cum uxore mea Regina domna Vrraca et filiis nostris infantibus domno Sancio et domno Alfonso et domna Alionor istam cartam et istud forum quod uobis dedit auus meus excellentissime memorie Rex domnus Alfonsus concedo uobis et confirmo. Et ut mea concessio et mea confirmatio maius robur obtineant⁶ precepi fieri istam cartam, et eam feci meo sigillo plumbeo communiri. Que carta fuit facta apud Sanctaren Era m.^a cc.^a l.^a vi.^a Nos supranominati qui hanc cartam iussi facere coram subscriptis eam roborauimus, et in ea hec signa fecimus +++++. Qui affuerunt, Domnus Martinus iohannis signifer domini Regis conf. Domnus Pe⁷ iohannis maiordomus curie conf. Domnus Laurencius suarii conf. Domnus Egidius ualasquiz conf. Domnus Johannes fernandiz conf. Domnus Fernandus fernandiz conf. Domnus Gomecius suarii conf. Domnus Rodericus menendiz⁸. Domnus Poncius alfonsi. Domnus Lopus alfonsi. Domnus Stephanus Bracarensis Archiepiscopus conf. Domnus Martinus Port. episcopus conf. Domnus Pe.⁹ Colimbriensis episcopus conf. Domnus S.¹⁰ Vlixbonensis episcopus conf. Domnus Suarius Elborensis episcopus conf. Domnus Pelagius Lamecensis episcopus conf. Domnus Bartolomeus Visensis episcopus conf. Domnus Martinus Egitanensis episcopus conf. Magister Pelagius Cantor Port. test. Petrus garsie test. Johanninus test. Vincentius menendiz¹¹ test. Martinus petri test. Petrus petri test. Gunsaluus menendi Cancellarius domini Regis. Laurencius martiniz¹² scripsit.

1 de uasum
2 respondant.
3 agiar.
4 gosalui
5 Gonsaluus
6 optineant

7 Petrus
8 menendi.
9 Petrus
10 Suarius
11 menendi
12 marti

GERMANELLO**GERMANELLO**

(ABSQUE ANNO)

Autographum exemplar foralis Germanelli in tabulario Sedis Cathedralis Conimbricensis extabat, nunc in Publico Archivo seruat. Ex eo textum desumpsimus : et quia autographum.

lectiones varias, in Livro Preto ejusdem sedis repertas, omisimus. Circa annum concessionis vide ea, quae in rubrica foralis Barcelorum adnotavimus.

In nomine domini. Ego rex ildefonsus henrici comitis filius ildefonsi imperatoris spanie nepos portucalense imperium obtinens, facio cartam de foro et de terminis illius castelli quod germanellum uocitant cum stabilitate et firmitudine : uidelicet illis hominibus qui ibi habitauerint. Statuimus autem terminos illius sic esse ibi determinatos et confirmatos : uidelicet ab oriente, quomodo uerit aquam contra ladea, sit terminus germanelli, et quomodo uerit aqua contra penella sit de penella : et inde terminus germanelli quomodo uadit per illa lumba et inde ferit in illa lumba que est inter traueir et alfafar : et inde per ipsa lumba usque contingit illum fontem de alfafar. Deinde ab illo fonte descendendo iusum totum ueniendo per aquam fontis predicti, usque ferit in riulo caralio : et inde quomodo uisus hominis potest oculis in directum conspiceri de illa foce predicti fluuii usque pertingit in illo caiso montis sub illa porta de arcunzen : et inde quomodo ferit ad cima de illo madronial, et reuertit ad illam lapam de algairan : et inde ad quatuor lagonas, deinde ad uallem de pelagio galiuiz. Et inde ad affricam partem per ubi attingere et quantum pertingere potuerint indefinite libere habeant et incolant. De foro autem illorum sic statuimus : ut omnes miles qui ibi habitare uoluerit, non solummodo defendat suam hereditatem quam ibi habuerit, sed etiam alias hereditates que in quouis loco mee prouincie sue fuerint. Pedites qui ibi habitare quoque uoluerint, si alias hereditates alicubi habuerint, si fuerint de iugata dent suam iugadam : et si fuerint de ratione dent suam rationem cui debuerint : et nullus saion intret in eas nec aliquis homo audeat inferre illis iniuriam. Dent quoque decimam partem de illa hereditate quam in germanello habuerint : et nullus faciat eis tortum. Homicida qui ibi habitare uenerit, si antea quam ibi uenerit, non fuerit in illo loco deprehensus ubi homicidium fecit, nec calumniam homicidii peitauit, et ad germanellum sic antea confugerit, non teneatur pro homicida postea, nec ulla calumnia ab eo inquiretur. Similiter fiat de illo qui rausum fecerit, si antea non deprehensus fuerit, non soluat debitum nec peita rausi nec pro homicida teneatur postquam ad hoc castellum confugerit, nec ullam calumniam ei inferatur aut iniuriam. Habitatores illius nunquam dent de azaga de fosado nisi quintam solummodo partem. Nulla calumnia currat inter eos, nec inquiretur ab eis unquam, excepto ab illo qui ibi rausum aut homicidium fecerit : quia uolo ut sit inter eos homicidium uel rausum, sed ut semper habeant pacem et concordiam obto. Et si inter se iurgium habuerint, uel unus alio feridas fecerit, ille qui fecit iniuriam intret in manibus sui comparis qui feridas iniuste passus est. Et nullus homo audeat ire ad domum alterius per fortia aut per mala mente : sed quisquis ire presumpserit, siue sit de habitatoribus ibi siue de extraneis aliunde ueniens, quingentos solidos exsoluat. Quantos poldros aut caballos prendiderint in fosado, habeant illos per manum de suo alcaide : et nichil inde regi dent aut alicui homini. Si aliquis habuerit intentionem siue baraliam cum homine de germanello, si ille quisquis homo fuerit, extiterit habitator ultra flumen dorium, ueniat ad colimbriam habere iudicium cum homine de germanello. Si autem fuerit cis dorium habitator, ueniat usque ad genéa. Qui ibi fecerit furtum, ibi soluat calumniam eius.

Ego rex ildefonsus hanc cartam conf. Rex Portucal ✕.

Fernandus petriz signifer conf. —Egas munionis dapifer conf. —Comes rodericus conf. —Johannes uene-gas conf. —Bernaldus tunc erat episcopus colimbrie —Johannes bracarensis archiepiscopus. —Rodericus alcaide test. —Randulfus test. —Fernandus goterriz test.

TRANCOSUM

TRANCOSO

(ABSQUE ANNO)

In charta autographa confirmationis Alphonsi II, in Archivo Publico servata, nobis superest forale de Trancoso, quod hic juris publici facimus. Ex foris Salmanticae deductum, plurimis foralibus variis locis regni, et potissimum prouinciae Beirensis, concessis archetypum praebuit. Constitutiones, quidem, siue foros Salmanticae jam in Portugalia viguisse antiquiora monumenta nos docent : sed communiter dicebatur forale de Trancoso tradi, ubicunque magna privilegia Salmanticensium civium impertiebantur municipiis noviter erectis. Nec semper tamen archetypum fideliter transcribebatur : in foralibus enim saeculi XIII, quibus haec origo tribuitur, multa et varia inveniuntur privilegia et juris publici regulae, quae in charta de Trancoso desiderantur.

Quo anno oppidum de Trancoso municipatum obtinuisse, sicut et illa de Moreira, Marialva, Aguiar et Celorico, quorum foralia hic insequuntur, nescitur. Cum vero nomen reginae

Mahaldæ in eorum subscriptione omissum, et nomina Sancii principis et filiarum regis Alphonsi memorata inveniamus, omnia illa foralia post annum 1158, quo Mahalda e vita decessit, conflata esse necessario ducendum.

Lectiones varias, quas addidimus, ex Lib. Foral. Antiquor. S. Crucis Conimbr. et ex Lib. Regestor. Alphonsi II decerpimus.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti unius summi dei facimus istam cartam in ipsius nomine trinitatis. Ego Rex A. Port. pariter cum filio meo Rege Sancio et cum filias meas, vobis homines de Troncoso¹ qui ibidem populatores estis per mandatum meum et de filiis meis siue qui uenerint ad populandum² facimus uobis cartulam³, sicut et fecimus per scripturam et per preceptum nostrum firmiter teneatis ut habeatis foro bono sicut habent homines de Salamanca. Et non detis mihi nequè ad progenie mee nec⁴ ad nullo homine pro homicidio nisi vii.^a ad palacium de ccc solidos apreciadura per⁵ concilio et per manu⁶ de iudice : et nullo pecto nec ulla calumpnia non intret ibi nullo meirino, nisi iudice de concilio. Et faciant fossado⁷ la terciã de los caualeiros, et las duas partes stent in Troncoso⁸. Et de illa una pars qui habuerit⁹ a andar in fossado et non fuerit¹⁰, quomodo det in fossadeira v solidos in apreciadura. Et non faciant fossado nisi cum nostro senior¹¹ una uice in anno, aut uestra uoluntas fuerit. Et peones non faciant fossado, nec clericis. Et non intret ibi nuncio nec manaria de nulloquoquè homine per¹² foro de Troncoso. Et qui in termino filia aliena rossar¹³ extra sua uoluntate, quomodo pectet a¹⁴ palacio¹⁴ ccc solidos, et exeat homizeiro¹⁵ de suos parentes. Siquis aliquis inter uos in mercato aut in ecclesia aut in concilio plecato a precon¹⁶ ferida fecerit a suo uicino, pectet x solidos a¹⁷ concilio et vii a¹⁸ palacio, per manu de iudice. Et de furto qualibet sedeat, que colligat suo dono suo cabdal, et de illa calumpnia partat cum iudice per medio. Et qui domum hedeificauerit aut uineas aut sua¹⁹ hereditate¹⁹ honorauerit et uno anno in illa sederit, et postea ad²⁰ alia terra fuerit, quomodo seruiat illi tota sua hereditate ubi illi habitantes fuerit²¹. Et si quesierit illas uendere uendat aut²² quem uoluerit per foro de Troncoso. Et homines de Troncoso qui habuerint iudicio uel aiunta cum homines de alias terras, habeant illos in cabos de suos terminos. Et dono uobis foro que stet caualeiro de Troncoso²³ pro infancion de totas alias terras, siue in iuramento quomodo in iudicio, et passent super illos cum duos iuratores²⁴. Et homines qui de suas terras exierint cum homicidio aut cum muliere rossada²⁵ uel cum alia calumpnia qualibet sedeat, nisi qui non adducat mulier aliena de benedictione, et tordnet se a senior de Troncoso, et sedeat solto et defeso per foro de Troncoso. Et siquis²⁶ homines de quacumque terra cum inimicitate²⁷ aut cum pignora uenerit et in termino de Troncoso intratum fuerit, et nullus inimicus post illum intraret, et pignora tollerit aut male illi fecerit, quomodo pectet a senior de Troncoso quingentos solidos, et duplet illa pignora aut illos liuores. Et qui homines de Troncoso pignorauerit, et in concilio non pecierit directo, quomodo pectet a senior de Troncoso²⁸ lx solidos, et duplet illa pignora a suo dono. Et homine²⁹ de alias terras qui caualeiro de Troncoso³⁰ descaualgar, quomodo pectent³¹ illi lx solidos. Et homines de Troncoso³² qui los presiere³³ et in prision illos miserit, quomodo pectent illi ccc solidos. Et si homines de Troncoso³⁴ pro qualibet fiadoria a medio anno illo non requisierit, que sedeat solto. Et si migratum fuerit, sint filii et uxor sua liberi. Et non soluant homines de Troncoso³⁵ pignora pro senior nisi³⁶ per meirino nisi pro suo uicino. Et non

N.º 1

- 1 Troncosum
- 2 populandam
- 3 cartam
- 4 neque
- 5 pro
- 6 manum
- 7 fossatum
- 8 troncosum.
- 9 habuerint
- 10 fuerint
- 11 senior
- 12 pro
- 13 rausar
- 14 ad palacium
- 15 homizeiro
- 16 pregon
- 17 ad
- 18 ad
- 19 hereditate sua
- 21 fuerint.
- 22 ad
- 23 troncosum
- 25 rausada
- 26 si aliquis
- 27 inimicia
- 28 Troncosum
- 29 homines
- 30 troncosum
- 31 pectet
- 32 troncosum
- 34 troncosum
- 35 troncosum
- 36 nec

N.º 2

- 1 Troncosum
- 2 populandam
- 3 cartam
- 4 neque
- 5 pro
- 6 manum
- 7 fossadam
- 8 troncosum.
- 9 habuerint
- 10 fuerint
- 11 senior
- 12 pro
- 13 rausar
- 16 pregon
- 19 hereditate sua
- 20 et
- 21 fuerint.
- 22 ad
- 23 Troncosum
- 24 iuratos.
- 25 rausada
- 26 si aliquis
- 27 inimicia
- 28 Troncosum
- 29 homines
- 30 troncosum
- 31 pectet
- 32 Troncosum
- 33 prisiere
- 34 troncosum
- 35 Troncosum
- 36 nec

donent posada³⁷ per³⁷ foro de Troncoso³⁸ in casa de caualeiro, nin³⁹ de³⁹ uibdas³⁹, nin³⁹ de clericos, nisi per manu de iudice in casa de peones. Et homines de Troncoso⁴⁰ qui homines tenuerint in suas hereditates aut in suos solares, et non fuerit ibi suo senior, ueniat ad sinal de iudice et det fiador a uenida de suo senior, et faciat quod mandarent : et⁴¹ calumpnia⁴¹ qualibet fecit⁴² sedeat de suo senior et vii.^a a⁴³ palacio⁴³ : et non seruiat a nullo homine nisi a suo senior, in cuius solar souer. Et sua senara aut suas uineas del⁴⁴ elrei⁴⁴ tal couto habeant quomodo de uicino de Troncoso⁴⁵. Et qui uicinum occiderit et in sua casa fugierit, qui post illum intrare⁴⁶ et in sua casa lo matare, pectet ccc solidos ad⁴⁷ parentes del⁴⁸ morto⁴⁸. Et qui mulier afforciauierit et illa uoces mittendo uenerit, et illa cum duodecim non potuerit se saluare, pectet ccc solidos a la mulier et a⁴⁹ suos parentes. Et qui mulier aliena⁵⁰ ferire⁵⁰, pectet a⁵¹ suo marito⁵² xxx solidos et vii.^a a⁵³ palacio⁵³. Et homines de Troncoso⁵⁴ qui fiadores parat, pro qua calumpnia⁵⁵ ille pecierint⁵⁶ ed el fiador otorgar⁵⁷ cum duos uicinos et ille non quesierit colligere fiador, et super ipsum occiderit, nos toto concilio pectabimus ipsum homicidium. Et palacio Regis uel⁵⁸ de Episcopo habeant calumpnia⁵⁹ : et tota alia uilla habeat uno foro : et alio palacio non habeat calumpnia. Et homines de Troncoso⁶⁰ qui fiador intrar et contendor⁶¹ non habuerit, quale fiadoria fiar, tale pectet. Et si contendor⁶² habuerit mittat illum in manus, et exeat de illa fiadoria : et de suspecta de x solidos ad riba cognominet xii uicinos in redor sua casa, et iuret cum los⁶³ duos, et exeat de calumpnia. Et de x solidos ad iuso iure siue et outro quales afflar⁶⁴ quod uicinos sedeant. Et toto homine de Troncoso qui se tornar ad alium seniore⁶⁵ qui benefecit⁶⁶ suas casas et suas hereditates et uxor sua et filii sui sint liberi et soluti per foro de Troncoso. Et do uobis foro⁶⁷ qui non habeatis alium seniore⁶⁸ nisi ad Regem, aut a suo filio, aut⁶⁹ qui uos concilio quesieritis. Et toto homine de Troncoso qui deserchado⁷⁰ fuerit et per sua manu non lo⁷¹ pectare⁷¹, quomodo se torne ad sua hereditate ubi illa fuerit sine calumpnia. Et toto homine homine⁷² de Troncoso qui hereditate⁷³ habuerit in alia terra non faciat fossado, nisi per forum de Troncoso. Et toto homine de Troncoso qui habuerit mulier ad benedictionem⁷⁴ et laxauerit illam quomodo pectet ad iudice i denarium. Et si mulier ad suum marito⁷⁵ laxauerit qui habuerit ad benedictione⁷⁶, quomodo pectet ccc solidos, medios a⁷⁷ palacio⁷⁷ et medios a⁷⁸ suo marito⁷⁹. Et de casa derrota cum scudos et cum lanzas⁸⁰, qui la deropere⁸¹ pectet ccc solidos, medios a dono de la casa et medios a⁸² palacio⁸². Et qui dederit ad⁸³ suo uicino cum spada⁸⁴, xxx solidos et vii.^a ad⁸⁵ palacio⁸⁵. Et qui dederit cum lanza⁸⁶ ad⁸⁶ suo uicino, et exierit de una pars⁸⁷ ad alia, pectet xx⁸⁸ solidos et septima a⁸⁹ palacio⁸⁹ : et si non exierit, pectet

N.º 1

37 pausatam pro
38 troncosum
39 nec de uiuvas nec
40 troncosum
41 in calumpnia
42 fecerit
43 ad palacium
44 delrei
45 troncosum.
46 intraret
48 mortui.
49 ad
50 alienam feriret
51 ad
52 marito
53 ad palacium.
54 troncosum
56 pecierit
57 otorgar
58 deest
59 calumpniam
60 troncosum
61 contentor
62 contentor
63 deest
65 seniore
66 benefecerit
67 forum
68 seniore
69 ad
70 deserchado
71 lu peitar
72 deest
73 hereditatem
74 benedictiones
75 maritum
76 benedictionem
77 ad palacium
78 ad
79 marito.
80 lanceas
81 deromperre
82 ad palacium.
83 a
84 spata
85 ad palacium.
86 lancea a
87 parte
88 xxx
89 ad palacium

N.º 2

37 pousadam pro
38 Troncosum
39 nec de uiuvas nec
40 Troncosum
41 in calupnia
42 fecerit
44 delrei
45 Troncosum.
46 intraret
47 a
49 ad
50 aliena feriret
52 marito
54 Troncosum
55 calupnia
56 pecierit
57 octorgar
58 deest
59 calumpniam
60 Troncosum
61 contentor
62 contentor
63 deest
64 alfar
65 seniore
67 forum
68 seniore
69 ad
70 deserchado
71 lu peitar
72 deest
73 hereditatem
74 benedictiones
75 maritum
79 marito
83 a
84 spata
85 a palacio.
86 lanza a
87 parte

x solidos et vii.^a a⁹⁰ palacio⁹⁰. Et de plaga unde osso exierit cada osso x solidos et vii.^a a⁹¹ palacio⁹¹ : et de alia plaga v solidos et vii.^a a⁹² palacio⁹². Et per tota pignora siue de concilio uel⁹³ de palacio, colligat fiador super illa pignora pro a foro. Et dono uobis quod non habeat nulla defesa⁹⁴, nec nullo monte, nec nullo pelago, nisi de toto concilio. Et illo montadigo de uicino de Troncoso⁹⁵ montenlo⁹⁶ caualeiros⁹⁶ de⁹⁶ Troncoso⁹⁶ cum suo senior, et prestant inde la tercia. Et nullo ganado⁹⁷ de Troncoso⁹⁸ non sedeat montado. Et de portadigo de pan et de uino, de la carga in mealias : et de caualo et de mulo, qui lo uendiderit⁹⁹ i solidum : et de boue et de asino vi¹⁰⁰ denarios¹⁰⁰. De carneiro aut de cabra¹⁰¹ aut de porco in mealias. Et de toto portadigo qui ad Troncoso¹⁰² uenerit, aprendat¹⁰³ suo hospite la tercia.

Ego Alfonsus¹⁰⁴ dei gratia Port. Rex, una cum uxore mea¹⁰⁵ Regina domna Vrraca, et filiis meis¹⁰⁶ Infantibus domno Sancio et domno Alfonso et domna Alionor, concedo uobis moratoribus de Troncoso istam cartam et istud forum quod uobis dedit auus meus inclite memorie Rex domnus Alfonsus, et illud uobis confirmo. Et ut hoc¹⁰⁷ firmiter roboretur, precepi fieri istam cartam et eam feci meo plumbeo¹⁰⁸ sigillo¹⁰⁸ communiri. Facta fuit hec carta Mense Octobris in¹⁰⁹ era m.^a cc.^a l.^a v.^a Ego Rex supranominatus et uxor mea et filii hanc cartam roborauimus, et in ea hec signa fecimus + + + + +.

Qui affuerunt, Domnus Martinus iohannis signifer domini Regis conf. — Domnus Petrus iohannis Maiordomus Curie conf. — Domnus Laurencius suarii conf. — Domnus Gomecius suarii conf. — Domnus Johannes fernandiz conf. — Domnus Fernandus fernandiz¹¹⁰ conf. — Domnus Gil ualasquiz conf. — Domnus Rodericus menendiz conf. — Domnus Poncius alfonsi conf. — Domnus Lopus alfonsi conf. — Vincencius menendiz¹¹¹ — Petrus petriz¹¹² — Martinus¹¹³ petriz¹¹³, test.

Domnus Stephanus Bracarensis Archiepiscopus conf. — Domnus Martinus Port. episcopus conf. — Domnus Petrus Colimbriensis episcopus conf. — Domnus Suarius Vlixbonensis episcopus conf. — Domnus Suarius Elborensis episcopus conf. — Domnus P.¹¹⁴ Lamecensis episcopus conf. — Domnus Bartolomeus Visensis episcopus conf. — Domnus Martinus Egitanensis episcopus conf. — Magister Pelagius Cantor Port. — Petrus¹¹⁵ garsie¹¹⁵ — Suarius¹¹⁵ stephaniz¹¹⁵, test.

Gunsalvus menendi¹¹⁶ Cancellarius Curie¹¹⁷ — Fernandus¹¹⁸ suarii¹¹⁸ scripsit¹¹⁸.

N.º 1

90 ad palacium.
91 ad palacium
92 ad palacium.
93 siue
94 deuesa
95 troncosum
96 desunt
97 ganato
98 troncosum
99 uenderit
100 i solidum.
101 capra
102 troncosum
103 aprehendat
104 Alfonsus II.^{us}
106 nostris
107 hec
108 sigillo plumbeo
109 apud troncosum
110 fernandi
111 menendi
112 petri
113 deest
114 Pelagius
115 desunt
116 menendiz
117 curie conf.
118 deest

N.º 2

94 deuesa
95 Troncosum
96 desunt
97 ganato
98 Troncosum
99 uenderit
100 i solidum.
102 Troncosum
103 aprehendat
105 deest
109 apud Troncosum
110 fernandi
112 petri
113 deest
114 Pelagius
115 desunt
117 curie conf.
118 deest

MOREIRA

MOREIRA

(ABSQUE ANNO)

Ex Lib. Foral. Antiquor. S. Crucis Conimbr. scripsimus. Addidimus lectiones varias ex Lib. Regestor. Alphonsi II, et translationem lingua vulgari saeculo XV, ut videtur, factam, quae in Publico Archivo extat. De anno, quo concessum, vide ea quae notauimus in rubrica ad forale de Trancoso.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii Em nome da sancta e indiuidua triindade padre e et spiritus sancti unius summi dei facimus cartam¹ is- filho e spiritu sancto que he hum muy alto deus em

¹ istam cartulam

dictum est, componatur medietatem regi et medietatem domino hereditatis. Et almozaria sit de concilio, et mittatur almozaria per alcaidem, et per concilium uille. Et dent de foro de uacca 1 denarium, et de zeuro 1 denarium, et de ceruo 1 denarium, et de bestia de piscato 1 denarium, et de barca de piscato 1 denarium, de¹⁵ iudicato similiter, et de alcauala 11 denarios. De ceruo et de zeuro, et de uacca, et de porco 1 denarium, et de carneiro 1 denarium. Piscatores dent decimam. De equo uel de mula uel de mulo quem uenderint¹⁶ uel hemerint¹⁷ homines de fora, a decem morabitanis et supra dent 1 morabitanum, et a decem morabitanis et infra dent medium morabitanum. De equa uendita uel comparada¹⁸ dent 11 solidos. Et de boue 11 solidos, et de uacca 11¹⁹ solidos¹⁹, et de²⁰ asino et de asina 1 solidum. De mauro et de maura medium morabitanum. De porco uel de carneiro 11 denarios. De caprone uel de capra 1 denarium. De carrega de azeite uel de coriis boum uel zeurorum uel ceruorum medium²¹ morabitanum. De carrega de cera²² medium morabitanum. De carrega de anil uel de pannis uel de pellibus coniliorum, uel de coriis uermeliis uel albis, uel de pipere, uel de grana, 1 morabitanum. De bracale 11 denarios. De uestitu de pellibus 11 denarios. De lino uel de aliis, uel cepis, decimam. De piscato de fora, decimam. De concas uel de uasis ligneis decimam. Et pro omnibus his carregis quas uenderint²³ homines de fora, et portagium dederint, si alias proprias emerint non dent portagium ex eis. De carrega panis uel salis, quam uenderint²⁴ uel emerint homines de fora, de bestia cauallari uel mulari dent 11 denarios, de asnari²⁵ 11 medalias. Mercatores naturales uille qui soldadam²⁶ uoluerint²⁶ dare²⁶, recipiatur ab eis. Si autem soldadam²⁷ dare noluerint dent portagium. De carrega de piscato quam inde leuauerint homines de fora, dent 6 denarios. Balistarii habeant forum militum. Mulier militis que uiduauerit²⁸, habeat honorem militis usque nubat : et si nupserit pediti, faciat forum peditis. Miles qui senuerit uel ita debilitauerit quod exercitum facere non possit, stet in honore suo. Si autem mulier militis uiduata talem filium habuerit qui cum ea in domo contineatur, et cauallariam facere potuerit, faciat ea pro matre. Almoqueuer qui per almoqueuariam uixerit, faciat forum suum semel in anno. Miles uero qui equum suum aut bestias suas ad almoquauariam miserit, nullum forum de almoquauaria faciat. Conilarius qui fuerit ad sogeiram, et illuc manserit, det follem unum conilii. Et qui illuc moratus fuerit octo diebus uel amplius, det unum conilium cum pelle sua. Et conilarius de fora det decimam quociens uenerit. Moratores poboos qui panem suum uel uinum uel ficcus uel oleum in Sanctaren habuerint uel in aliis locis et ad poboos illud ad opus sui duxerint, et non ad reuendendum, non dent inde portagium. Qui cum aliquo rixauerit et post rixam domum suam intrauerit, et ibi inuito consilio acceperit fustem uel porrinam, et eum percusserit, pectet 5 solidos. Si autem inconsulte et casu accidente percusserit, nichil pectet. Inimicus de fora non intret uillam super inimicum suum, nisi per treugas aut pro directo illi dare. Si equus alicuius aliquem occiderit dominus equi pectet aut equum²⁹ aut homicidium, quod horum domino³⁰ placuerit. Et clericus habeat forum militis per totum : et si cum muliere inuentus turpiter fuerit, maiordomus non mittat manum in eam, nec aliquo modo eum capiat, sed mulierem capiat, si uoluerit. De madeira que uenerit per flumen unde dabant octauam, decimam³¹. De atalaia de uilla debet Rex tenere medietatem et milites medietatem suis corporibus. Militem de poboos cui meus diues homo benefecerit de terra sua uel de habere suo, per quod eum habeat ego eum recipiam meo diuiti homini in numerum suorum militum. Maiordomus uel sagio eius non heant³² ad domum militis sine portario pretoris : et meus nobilis homo qui poboos de me tenuerit, non mittat ibi alium alcaide³³ nisi de poboos. De casis quas nostri³⁴ boni³⁴ homines, aut fleires, aut hospitalarii aut monasteria in poboos habuerint, faciant forum uille sicut ceteri milites de poboos. Ganatum perditum³⁵ quod maiordomus inuenerit teneat illud usque tres menses : et per singulos menses faciat de eo preconem dari, ut si dominus eius uenerit detur ei. Si autem dominus eius preconem dato usque ad³⁶ tres menses non uenerit, tunc maiordomus faciat de eo commodum suum. Faber aut zapatarius aut pellitarius qui in poboos casam habuerint³⁷, et in ea laborauerit, non det de ea ullum forum. Et qui marum³⁸ fabrum uel zapatarium habuerint³⁹ et in domo sua laborauerit, non det pro eo forum. Qui autem ministriales ferrarii uel zapatarii fuerint, et per officium istud uixerit, et casas non habuerit⁴⁰ ueniat⁴⁰ ad tendas meas et faciat⁴¹ mihi meum forum. Qui equum⁴² uendiderit⁴² aut comparauerit uel maurum extra poboos ubi eum comparauerit uel uenderit⁴³ ibi det portagium. Et pedites quibus suum habere dare debuerint, dent inde decimam maiordomo : et maiordomus det eis directum pro decima : et si pro decimam⁴⁴ eis dare directum noluerit tunc pretor faciat eis directum dari per portarium suum. Moratores de poboos non dent luctosam. Adaliles poboos non dent quintam de quinione⁴⁵ suorum corporum. Milites de poboos non teneant zagam

15 et de
16 uendiderint
17 emerint
18 comparata
19 1 solidum
20 deest
21 dent medium
22 zera
23 uendiderint
24 uendiderint
25 asinari
26 soldadam dare uoluerint
27 soldadam
28 uiduauerint
29 equum
30 domino equi

31 dent decimam.
32 eant
33 alcaide
34 mei nobiles
35 perditicium
36 deest
37 habuerit
38 maurum
39 habuerit
40 habuerint ueniant
41 faciant
42 equum uendiderint
43 uendiderint
44 decima
45 quinion

in exercitu regis. Portagia uero et forum et quinte sarracenorum et aliorum ita persoluantur sicut consuetudo est: exceptis his que superius scripta sunt, et uobis relinquo. Et pro alchaidaria de una bestia que uenerit de foro cum piscato, dent 11 denarios. Et de barca de piscato minuto 11 denarios. Et de toto alio piscato dent suum forum. Hec itaque omnia prescripta uobis pro foro do et concedo: et ad hec eat maiordomus testimonio bonorum hominum, et non ad alia. Milites de poboos testificentur cum infanconibus⁴⁶ de portugali. Siquis igitur uobis⁴⁷ hoc meum factum firmiter⁴⁸ seruauerit, benedictionibus dei et mei repleatur. Qui uero istud frangere uoluerit, maledictionem dei et mei consequatur. Facta carta apud ulixbonam Mense ianuarii Era m.^a cc.^a xxx.^a iii.^a Ego predictus Rex Sancius et domna Dulcia Regina una cum filiis et filiabus nostris hanc cartam quam fieri iussi, roboro et confirmo. De nauigio uero mando ut alcaide, et 11^{os} spadelarii, et 11^{os} pronarii, et unus petintal habeant forum militum. Qui presentes fuerunt, Petrus alfonsi test. Domnus suarius⁴⁹ ulixbon. test. Rodericus roderici. Rodericus fernandi test. Alfonsus gunsalui test. Godinus frames test. Suerius pipalioz test. Ramundus⁵⁰ iohannis test. Alfonsus ermigiz test. Petrus infancion. Domnus mameti test. Johannes garcia test. Petrus pelagii de saia⁵¹. Alfonsus pipas test. Saluador cochez test.

Ego Alfonsus II.^{us} dei gratia Port. Rex una cum uxore mea Regina domna Vrraca, et filiis nostris infantibus domno Sancio, et domno Alfonso, et domna Alionor, concedo et confirmo uobis populatoribus de poboos istam cartam et istud forum quod pater meus excellentissime memorie Rex domnus Sancius uobis⁵² dedit⁵³. Et ut hoc meum factum firmissimum robur obtineat, precepi fieri istam cartam, et eam feci meo sigillo plumbeo communi. Facta carta mense februaryi Era m.^a cc.^a l.^a vi.^a Nos supranominati qui hanc cartam fieri precepimus coram subscriptis illam roborauimus, et in ea hec signa fecimus +++++. Qui affuerunt, Domnus Martinus iohannis signifer domini Regis conf. Domnus Petrus iohannis maiordomus curie conf. Domnus Laurencius suarii conf. Domnus Johannes fernandi conf. Domnus Fernandus fernandi conf. Domnus Gomecius suarii conf. Domnus Gil ualasquiz conf. Domnus Rodericus menendi conf. Domnus Poncius alfonsi conf. Domnus Lopus alfonsi conf. Vincencius menendi test. Martinus petri test. Petrus petri test. Domnus Stephanus bracarensis archiepiscopus conf. Domnus Martinus port.⁵⁴ episcopus conf. Domnus Petrus colimbriensis episcopus conf. Domnus Suarius vlixbonensis episcopus conf. Domnus Suarius elborensis episcopus conf. Domnus Pelagius lamecensis episcopus conf. Domnus Bartolameus⁵⁴ visensis episcopus conf. Domnus Martinus egitaniensis episcopus conf. Magister⁵⁵ Pelagius cantor port. test. Petrus garsie test. Joanninus test. Gonsaluus menendi cancellarius curie⁵⁶.

46 infancionibus
47 doest
48 uobis firmiter
49 Suerii
50 Raimundus
51 saia test.

52 desunt
53 Portugalensis
54 Bartolomeus
55 Martinus
56 curie. Johannes dominici scripsit.

COVELLINAS

COVELLINAS

1195

In Libro Regestorum, qui inscribitur Liber II Donationum Alphonsi III, insertum est hoc forale, cuius non aliud inuenimus exemplar.

Principium scripsit fiat sub nomine christi. Quoniam quidem rara fides inuenitur et amicitie temporales multociens in rise conuertuntur oportet nos scribere, et hoc pactum confirmare. Quidquid indisolubile perseuerare desideramus. Hinc est enim quod ego Rodericus menendi et meus maiordomus Petrus menendi placuit nobis facere firmitudinis cartam uobis populatoribus de Couellinas nominatis Petro menendi et Petro alfonsi, Comes iohannes, et Rodericus muniz: sunt enim xvi coyrele de quibus debent dare iugadam per talegam de Galefura singulos modios quartati panis: de uino autem ex quinque annis ad sursum singulos modios ad palacium et nichil amplius. Termini autem terre ville sunt quomodo diuidit per stratam et inde aos poramios et inde ad oyueiras, et per lauandeyras quomodo intrat seyram et partit per uenam dorii usque foz de figueyra et inde ad fontem Monachi mortui et uadit ad archam ferream. Damus uobis quantum im predictum terminum et (sic) Regis est: et concidimus (sic) uobis et uestris mulieribus et semini uestro usque in seculum. Et jugadam ducatis eam ad bugianes. Si eam recipere noluerint testificent cum duobus uel tribus testimoniis, et relinquetur in hac uilla. Vos uero liberi ad uestram uillam redeatis. De lino singulos afusaes pro parada una uice in anno singulos amuldes (sic) de pane couto medium tritici et medium centeni pro carne duos duos denarios, de uino singulos almudes. Ceuada singulos almudes,

et de ista parada ducatur ubi et iugada : maiordomus sit de uobis et uos eum mitite et proicite. Ad exitum eius det iii capones et xxx^a oua, et i bragal, et nichil amplius. Et maiordomus defendat iugadam. De calumniis idem de homicidiis et rouxu xxx^a xxx^a modios xv ad palacium et xv ad concilium et nichil plus. De furto sabido mediam caluniam palacio, et mediamque concilio. Siquis uestrum aliquam supradictarum calumniarum fecerit et fugerit, accipiat concilium totum suum tam censum quam hereditatem : et det inde mediam calupnie concilio, mediamque palacio. Siquis extra uestram uillam aliquam fecerit calupniam, et potuerit fugere ad uestram uillam, nunquam de illa respondeat. Si autem eum extra terminum uestrum prendiderint, sanet calupniam per uestram kartam et nichil magis. Qualiscumque homo uenerit in uestra uilla aliquot malum facere et ibi eum interfeceritis uel plaga-ueritis, nullam calupniam de eo detis preter i^a gallina. Fiaduria de uestra uilla sit de medio bragal. Homo de uestra populatione qui fuerit rixosus et non se uoluerit corrigere per concilium usque in terciam uicem, foris prociatur cum toto suo excepta hereditate. Et qui uenerit de foris uobiscum uendere et emere, reddat portaginem uestro uillico. Nunquam de uestra uilla exeat in uia nec in apilido, nisi ergo super uos ueniant mauri. Non recipiatis super uos prestameiro. Si ursum occideritis, manus eius date palacio. Si occideritis porcum de monte, lonbellum eius sine osso et sine corio palacio date et nichil magis. Siquis hoc factum inflingere temptauerit, reddat Regi terre v^o mille solidos. Facta karta Mensse ianuario sub Era m.^a cc.^a xxx.^a iii.^a Ego Rodericus menendi concessu Regis sancii, uobis populatoribus de couelinas hanc kartam concedimus et manibus Regis sancii et Regine domne dulcie et nostrorum filiorum eam kartam firmiter roboramus. Numerentur idoneii testes. Martinus archiepiscopus. Johannes fernandi Regis maiordomus : et Petrus test. et Menendus test. Diacus notuit. Preterea de uestra uilla detur inde in condado duos pices, una lamprea, et i^o saual. Et uestra hereditas uendatur et donetur ad quem uolueritis cum suo foro.

Et ista carta non tenebat sigillum nec signa.

SANCTUS-VINCENTIUS

S. VICENTE DA BEIRA

1195

Ex autographo in Archivo Publico seruato.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti amen. Ego Rex alfonsus filius regis sancii una cum matre mea regina dulcia et insimul cum G. martini prior. sancti Georgii et omnis conuentus eius et cum fratre iohanne de albergaria de poyares, uolumus restaurare atque populare sancti uincentii locum. Damus et concedimus forum et consuetudinem de elborensi ciuitate omnibus tam presentibus quam futuris qui in ea habitare uoluerint. Mandamus siquidem ut duas partes de caballariis uadant in fossadu regis, et tercia pars remaneat in uilla cum pedonibus : et una uice faciant fossadam in anno. Et qui non fuerit in fossado, pectet pro foro v solidos pro fossadeira. Et pro homicidio c solidos ad palacium. Et pro casa derota cum armis scutos et spadas, pectet ccc solidos et vii.^a ad palacium. Et furtauerit pectet pro uno ix, et habeat inteptor ii^{os} quiniones, et vii partes ad palacium. Et qui mulier aforciar, et illa clamando dixerit quod ab illo est aforciaa et ille negaret, det illa in autorgamento iii^{os} homines tales qualis ille fuerit : et ille iuret cum xii^m quod non fecit. Et si mulier non habuerit autorgamento, iuret ipse solus. Et si non potuerit iurare, pectet ad illam ccc solidos et vii.^a ad palacio. Et testimonia mentirosa et fidele mentiroso, pectet lx solidos et vii.^a palacio : et duplet habere. Et qui in concilio aut in mercato, uel in ecclesia aliquem percusserit, pectet lx^a solidos, medietas detur palatio et medietas rancuroso. Et de medietate rancurosi vii.^a palatio. Et homo qui fuerit gentile aut herdador, non sit maiordomus. Et qui in uilla pignus inuenerit et ad montem fuerit pignorare, duplet pignora et pectet lx solidos et vii.^a palatio. Et qui non fuerit iudicis et pignus de manu sagionis acceperit, pectet iudici i solidum. Et qui non fuerit ad apolidum milites aut pedones exceptis his qui sunt in alieno seruicio, miles pectet x solidos uicinis pedones uero v solidos. Et qui habuerit aldeiam et unum iugum boum, et xxx^a oues et unum asinum, et ii^{os} lectos, emat caballum. Et qui fregerit signum cum sua muliere, pectet iudici i solidum. Et mulier de benedictionibus qui maritum suum relinquerit, pectet ccc solidos et vii.^a palatio. Et qui dimiserit uxorem suam pectet i denarium iudici. Qui caballum alienum equitauerit, pro uno die pectet i^m arietem. Et si magis pectet pro i^o die vi denarios, pro i^a nocte i solidum. Et qui uulnerauerit cum lancea aut cum gladio pro entrada pectet x solidos. Et si transierit ad aliam partem, pectet xxⁱ solidos uulnerato. Et qui fregerit oculum aut brachium, aut dentem, pro i^o quoque membro pectet uulnerato c solidos, et ille det vii.^a palacio. Qui mulierem alienam ante maritum suum

percusserit, pectet xxx^a solidos et vii.^a palatio. Qui marcum alienum in sua hereditate mutauerit, pectet v solidos et vii.^a palatio. Qui limidem alienum fregerit, pectet v solidos et vii.^a palatio. Qui conductarium alienum mactauerit, pectet homicidio suo amo, et det vii.^a palatio. Similiter de suo ortulano, et de suo quarteiro, et de suo molineiro, et de suo solarengo. Qui habuerit uassalos in suo solar aut in sua hereditate, ubicumque in toto regno portugalensis hereditates habuerit non pectent nec seruiant ad alterum hominem de tota sua facenda, nisi dominus hereditatum. Moratores sancti uincetii nullam pectent calumpniam nisi per forum de sancto Vincentio. Tendas, et molinos, et fornos et (sic) hominibus sancti Vincentii sint liberi de foro. Milites de sancto Vincentio sint in iudicio pro podestades et infanzones de portugal. Clerici uero habeant forum militum. Pedones sint in iudicio pro caballariis uillanis de altera terra. Qui uenerit uozeiro suo uicino pro homine foris uille, pectet x solidos et vii.^a palatio. Ganatum de sancto Vincentio non sit montado in ulla terra. Et miles qui perdiderit suum caballum quamuis habeat alterum, sit excusatus per unum annum. Mancipium qui mactauerit hominem foras uille et fugerit, suus amicus non pectet pro eo homicidium. Pro totis querelis de palatio, iudex sit uozeiro. Qui in uilla pignorauerit cum sagione et sacudirent ei pignus, concedat sagion et prenda concilium de tribus collationibus, et pignoret pro lx^a solidos, medios concilio, et medios rancuroso. Homines de sancto uincetio non sint in aprestamo datos. Et si homines sancti uincetii habuerint iudicium cum hominibus aliene terre, non currat inter illos firma, sed currat per inquisam aut reto. Et homines qui uoluerint pausare cum suo ganato in termino sancti uincetii, accipiant de illis montadico, scilicet a grege ouium iii^{or} arietes, et de busto de uaccis i^a uacca. Iste montadico est de concilio. Et omnes milites qui fuerint in fossado uel in guardia, omnes caballos qui se perdiderint in algara uel in lite, primum erectis eos sine quinta, et postea detur nobis quinta directa. Et omnis homo sancti uincetii qui inuenerit aliquem hominem alie uille in suis terminis, tallando aut leuando madeira de montibus, prenda totum quod ei inuenerit sine calumpnia. De azarias et de guardiis v.^a parte nobis date sine ulla offerenone (sic). Quicumque ganatum domesticum pignorare uel rapere fecerit, pectet palatio lx^a solidos, et duplet ganatum domino suo. Testamus uero et perhemnifer firmamus, ut quicumque pignorauerit mercatores uel uiatores christianos, iudeos, sine mauros, nisi fuerit fideiussor uel debitor, quicumque hoc fecerit pectet palatio lx solidos, et duplet ganatum quod prendaerit suo domino : et insuper pectet c morabitos pro cauto quod fregit : Dominus terre habeat medietatem, et concilium medietatem. Siquis ad uestram uillam per uim uenerit cibos aut aliquam rem accipere, et ibi mortuus uel percussus fuerit, non pectet pro eo aliquam calumpniam, nec suorum parentum habeat homicidium. Et si com rancura ad dominos uenerit, pectet c morabitos, medietas dominis, et medietas detur concilio. Mandamus et concedimus, quod si aliquis latro fuerit et si iam per unum annum uel ii^{os} furari, uel rapere reliquerit, et postea si pro aliqua repetitus fuerit, quodcumque comisit saluet se tamquam latro. Et si latro est et latro fuit omnino pereat, et subeat penam latronis. Et si aliquis repetitur pro furto, et non est latro neque fuit, respondeat per suum forum. Si aliquis homo filiam alienam habuerit ui donet eam suis parentibus, et pectet illis ccc morabitos et vii.^a palatio, et insuper homicida. De portagem : foro de trossel de caballo de panis de lana, uel de lino, i^o solido : de trossel de lana i^o solido : de trossel de fustaes v solidos. De trossel de panis de color v solidos. De carrega de piscato i^o solido. De carrega de asino vi denarios. De carrega de pelliibus de conelios christianorum v solidos. De carrega de mauris de coneliis i morabitinum. Portagem de caballo qui uendiderint in mercato i solidum. De mulo i solidum. De asino vi denarios. De carneiro iii medalias. De porco ii denarios. De foron ii denarios. De carrega de pane uel de uino iii medalias. De carrega de peon i denarium. De mauro qui uendiderint in mercato i solidum. De mauro qui se redimeret, x.^{am} De mauro que talia cum domino suo, x.^{am} De corio de uacca, uel de zeura, ii denarios. De corio de ceruo uel de gamo iii medalias. De carrega de cera v solidos. De carrega de azeite v solidos. Iste portagem est de hominibus foris uille, tercia pars de isto portagine detur suo hospiti, et duas partes dominis. Moratores sancti Vincentii non dent portadigo. Moratores sancti Vincetii dent decima deo et sancti Vincentii. Isti sunt termini eius sancti Vincentii per exa quomodo uertit aquam ad almacaneda, et quomodo exit aquam ad fundum de ualle de peral ad fundum, quomodo intrant in almacaneda, et intrat ribulo molinos in ucresa : et quomodo uertit aquam de ocaya ad et deinde ad portelam sancti Vincetii. Ego Gunsaluus martini prior sancti Georgii una cum omnis conuentus meus, et cum fratre iohanne hanc kartam propriis manibus ad concilium sancti Vincentii roboramus et concedimus atque confirmamus. Ego Rex Alfonsus una cum matre mea regina D. dulcia, et insimul cum G. martini priore Sancti Georgii, et cum omnis conuentus eius, et cum fratre J. de albergaria de Poyares, hanc kartam propriis manibus roboramus et confirmamus. Quisquis hos terminos asignatos irrumpere uoluerit, pectet concilio mille solidos probate monete. Facta karta mense Marcio Era m.^a cc.^a xxx.^a iii.^a Et siquis hoc factum nostrum irrumpere uoluerit sit maledictus a deo. Et concedimus ut omnis christianus quamuis sit seruus ex quo in sancto Vincentio habitauerit per unum annum, sit liber et ingenuus tam ipse quam omnis progenies eius. Johannes presbiter uenegas notuit. Ego Rex Santius portugalensis roboro et concedo atque confirmo. Ego Rex Alfonsus confirmo. Ego Regina D. dulcia confirmo. Ego Rex Petrus filius eius regis sancii confirmo. Ego Rex fernandus filius Regis santii confirmo. Ego Regina D. Tharasia confirmo. Ego Regina D. Sancia confirmo. Ego G. martini prior Sancti

Georgii et omnis conuentus eius confirmat. Fratrem iohanne de albergaria confirmo. Moratores sancti Vincentii non habeant potestatem uendere nec donare hereditates suas donec seruiant eas per unum annum : et postea uendant uel dent cui uoluerint. Johannes fernandiz test. Menendus pelagii test. Martinus fernandiz test. Dominus Julianus test. Gunsaluus martini test. Didacus cauacus test. Pelagius rutura test. Fernandus suariz test.

LEIRENA

LEIRIA

1195

Hoc secundum Leirenense forale ex autographo, quod in Archivo Publico seruat, descriptissimum. Accedit confirmatio Alphonsi II ex autographo ejusdem confirmationis, quod in ipso Archivo quoque inuenitur.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Quoniam gratia dei cooperante qui dat omnibus affluenter et non improperat : ego Sancius diuino nutu portugalensium rex una cum uxore mea regina domna dulcia, et filiis et filiabus meis, ad castellum leirene dei cultui restituimus, et uobis meis hominibus atque uassallis et alumnis ad habitandum iure hereditario tribuimus. Idcirco placuit nobis libenti animo et spontanea uoluntate, dare et concedere uobis bonum forum, tam presentibus quam futuris perpetuo ibidem permansuris, per quod forum regalia iura inferius plenarie scripta nobis et nostro generi, a uobis et a successoribus uestris persoluantur. Do itaque uobis pro foro, ut qui publice coram bonis hominibus casam uolenter cum armis ruperit, pectet v solidos, et hoc sit sine uozeiro. Et si infra domum ruptor occisus fuerit, occisor uel dominus domus pectet i morabitinum, et si ibi uulneratus fuerit, pectent pro eo medium morabitinum. Similiter pro homicidio et rausso publice facto, pectet v solidos. Qui etiam aliquem calcaribus percusserit, et testimonio bonorum hominum conuictus fuerit, pectet v solidos. Pro merda in bucca lx solidos pectet testimonio bonorum hominum: Furtum cognitum testimonio bonorum hominum, nouies componatur. Qui relegum uini regis ruperit, et in relego suum uinum uendiderit, et inuentum fuerit testimonio bonorum hominum, primo pectet v solidos, et secundo v solidos. Et si tercio iterum inuentum fuerit testimonio bonorum hominum, uinum totum effundatur, et arcus cuparum incidantur. De uino de fora dent de unaquaque carrega i almude, et uendatur aliud in relegum. De iugada uero hoc mandamus, ut usque ad natalem domini trahatur : et de unoquoque iugo bouum dent i modium milii, uel trictici, qualis laborauerint. Et si de utroque laborauerint, de utroque dent per alqueire directum uille : et sit quartarius de quatuordecim alqueriis, et meciatur sine brachio curuato, et tabula supraposita. Et parceiro de caualeiro qui boues non habuerit, non det iugadam. Et habitatores de leirena habeant libere tendas, fornos panis, scilicet et ollarum. Et de fornis de telia, dent decimam. Qui hominem extra cautum occiderit, pectet lx solidos. Et qui uulnerauerit hominem extra cautum, pectet xxx solidos. Qui in platea aliquem uulnerauerit armis, pectet medietatem homicidii. Qui arma per iram denudauerit, uel a domo ea extraxerit per iram, et non percusserit, pectet lx solidos. Et homines de leirena habeant suas hereditates populatas : et illi qui in eis habitauerint, pectent pro homicidio, et rauso noto, et merda in bucca, lx solidos, medietatem scilicet regi, et medietatem domino hereditatis : et eant in appellitum regis, et nullum aliud forum faciant regi. Et homines qui habitauerint in hereditatibus leirenensium, si furtum fecerint ut supradictum est componatur, medietatem regi, et medietatem domino hereditatis. Et almotazaria sit de concilio, et mittatur almotaze per alcaidem, et per concilium uille : et dent de foro de uaca i denarium, et de ceruo i denarium, et de zeuro i denarium, et de bestia de piscato i denarium, et de barca de piscato i denarium, et de iudicato similiter : et de alcauala iii denarios : de ceruo, et de zeuro, et de uacca, et de porco, i denarium, et de carnario i denarium. Piscatores dent decimam. De equo uel de mula uel de mulo quem uendiderint uel emerint homines de fora a decem morabitinis et supra, dent i morabitinum, et a decem morabitinis et infra, dent medium morabitinum. De equa uendita uel comparata dent ii solidos. Et de boue ii solidos, et de uacca i solidum, et de asino et asina i solidum. De mauro et de maura, medium morabitinum. De porco uel de carnario, ii denarios. De caprone uel de capra, i denarium. De carrega de azeite uel de coriis bouum uel zeurorum uel ceruorum, dent medium morabitinum. De carrega de cera, medium morabitinum. De carrega de anil uel de pannis uel de pellibus coniliorum, uel de coriis uermeliiis uel albis uel de pimenta uel de grana, i morabitinum. De bracale ii denarios. De uestitu de pellibus iii denarios. De lino uel de alliis uel cepis, decimam. De piscato de fora, decimam. De concas uel de uasis ligneis, decimam. Et pro omnibus his carrigis quas uendiderint homines de fora et portagium dederint, si alias proprias emerint, non dent portagium ex eis. De carrega panis uel salis quam uendiderint uel emerint homines de fora, de

In n̄e d̄i uiu
ei ihu xpi & un
uinductas de peccor

SUB IMPERIO om̄ip̄as d̄i. qūo bo creatur

H̄c carca sc̄abulaca ar̄ fua sc̄ipca.
Similicat̄ sc̄o supradic̄ca dulcissima car

In n̄e patris & filij & sp̄s
placuit michi ut facerem
m̄a uoluptate. atq; cum

INDEJ ME. Ego magis
v̄epl̄i salomon̄i iude p̄manētib̄. Placuit

In n̄e patris & filij. & sp̄s sc̄i. amen. **Q**ūm gr̄a d̄i cōpante
guli affucia mei & meoz hominū. ciuitatem vlybone Carr
tario tribui. **I**ecirco placuit m̄ libenti āo. & spontanea uo

IN N̄E PATRIS: ET FILII
affluent̄ et nō imperat. ego Sanctus dicitur
leirene d̄i culai restitui. et uob̄ m̄s hōib̄ au

di unu
epi geun
f depeor

o crans

pacu .
na cep

filii . et sp
facere
atq; cum

go magi b
b. Placuit

pance
ne farr
nea uo

FILII

us dnm
; hoib' au

Bestia caualari uel mulari dent iii denarios. De asinari iii medalias. Mercatores naturales uille qui soldatam dare uoluerint, recipiatur ab eis. Si autem soldatam dare noluerint, dent portagium. De carrega de piscato quam inde leuauerint homines de fora, dent vi denarios. Cauon si laborauerit triticum det i talegam. Et si laborauerit milium similiter. Et de geiras de bobus, i quartarium de tritico uel milio unde laborauerit. Pedites dent octauam uini et lini. Balistarii habeant forum militum. Mulier militis que uiduauerit, habeat honorem militis usque nubat : et si nupserit pediti, faciat forum peditis. Miles qui senuerit uel ita debilitauerit quod exercitum facere non possit, stet in honore suo. Si autem mulier militis uiduata talem filium habuerit, qui cum ea in domo contineatur, et caualariam facere potuerit, faciat eam pro matre. Almoqueuer qui per almocauariam uixerit, faciat forum suum semel in anno. Miles uero qui equum suum aut bestias suas ad almoqueuariam miserit, nullum forum faciat de almoqueuaria. Conilarius qui fuerit ad sogeiram et illuc manserit, det follem unum conilii. Et qui illuc moratus fuerit octo diebus uel amplius det unum conilium cum pelle sua. Et conilarius de fora det decimam quociens uenerit. Moratores de leirena qui panem suum uel uinum uel ficus uel oleum in aliis uillis habuerint, et ad leirenam illud ad opus sui duxerint, et non ad reuendendum, non dent inde portagium. Qui cum aliquo rixauerit, et post rixam domum suam intrauerit, et ibi inuito consilio acceperit fustem uel porrinam, et eum percusserit, pectet xxx^a solidos. Si autem inconsulte et casu accidente percusserit nichil pectet. Inimicus de fora non intret uillam super inimicum suum nisi per treugas aut pro directo illi dare. Si equus alicuius aliquem occiderit dominus equi pectet aut equum aut homicidium, quod horum domino equi placuerit. Et clericus habeat forum militis per totum : et si cum muliere inuentus turpiter fuerit, maiordomus non mittat manum in eum, nec aliquo modo eum capiat, sed mulierem capiat si uoluerit. De madeira que uenerit per flumen unde dabant octabam, dent decimam. De atalaia de uilla debet rex tenere medietatem, et milites medietatem suis corporibus. Militem de leirena cui meus diues homo benefecerit de terra sua uel de habere suo per quod eum habeat, ego eum recipiam meo diuiti homini in numero suorum militum. Maiordomus uel sagio eius non eant ad domum militis sine portario pretoris. Et meus nobilis homo qui leirenam de me tenuerit, non mittat ibi alium alcaidem, nisi de leirena. De casis quas mei nobiles homines aut fleires aut hospitalarii aut monasteria in leirena habuerint faciant forum uille sicut ceteri milites de leirena. Ganatum perditicium quod maiordomus inuenerit teneat illud usque tres menses : et per singulos menses faciat de eo preconem dari : ut si dominus eius uenerit, detur ei. Si autem dominus eius preconem dato usque tres menses non uenerit, tunc maiordomus faciat de eo commodum suum. De caualgada de alcaide nichil accipiat alcaide per uim, nisi quod ei milites amore suo dare uoluerint. De caualgada lx^a militum et supra diuidant mecum in campo. Faber aut zapatarius aut pellitarius qui in leirena casam habuerit, et in ea laborauerit, non det de ea ullum forum. Et qui maurum fabrum uel zapatarium habuerit, et in domo sua laborauerit, non det pro eo forum. Qui autem ministriales ferrarii uel zaparii fuerint, et per officium istud uixerint, et casas non habuerint, ueniant ad tendas meas, et faciant mihi meum forum. Qui equum uendiderit aut comparauerit uel maurum extra leirenam, ubi eum comparauerit uel uendiderit, ibi det portagium. Et pedites quibus suum habere dare debuerint, dent inde decimam maiordomo : et maiordomus det eis directum pro decima. Et si pro decima eis dare directum noluerit, tunc pretor faciat eis directum dari per portarium suum. Moratores de leirena non dent luctuosam. Adaliles de leirena non dent quintam de quiniones suorum corporum. Milites de leirena non teneant zagam in exercitu regis. Panetarie dent pro foro de xxx^a panibus unum. Portagie uero et forum et quinte sarracenorum et aliorum ita persoluantur, sicut consuetudo est exceptis his que superius scripta sunt et uobis relinquimus. Et pro alcaidaria de una bestia que uenerit de fora cum piscato, dent ii denarios. Et de barca de piscato minuto ii denarios, et de toto alio piscato dent suum forum. Hec itaque omnia prescripta uobis pro foro damus et concedimus : et ad hec eat maiordomus testimonio bonorum hominum, et non ad alia. Milites de leirena testificentur cum infancionibus de portugali. Siquis igitur hoc nostrum factum uobis firmiter seruauerit, benedictionibus dei et nostri repleatur. Qui uero illud frangere uoluerit, maledictionem dei et nostri consequatur. Amen. Facta karta idus aprilis In era m.^a cc.^a xxx.^a iii.^a Nos supranominati reges qui hanc kartam fieri precepimus, coram subscriptis eam roborauimu—s.

Qui affuerunt, Johannes prior sancte crucis quartus conf. — Martinus bracarensis archiepiscopus conf. — Martinus portugalensis episcopus conf. — Petrus colimbriensis episcopus conf. — Nicholaus uisensis episcopus conf. — Johannes lamecensis episcopus conf. — Suarius ulixbonensis episcopus conf. — Pelagius elborensis episcopus conf. — Petrus sauatoris test. — Petrus nuniz test. — Petrus petri albus aluazilus test. — Saluatus sesnandi test.

Gunsaluus menendi maiordomus curie conf. — Martinus ualasquiz signifer conf. — Petrus alfonsi conf. — Alfonsus ermigii conf. — Rodericus ualasquiz conf. — Gunsaluus gunsalui conf. — Johannes fernandi dapifer regis conf. — Gunsaluus gunsalui pretor leirene conf. — Johannes suarii test. — Petrus iohannis test. — Petrus petri cesar test.

Rex domnus Sancius — Regina domna Dulcia — Rex domnus Alfonsus — Rex domnus Petrus — Rex domnus Fernandus — Rex domnus Reimondus — Regina domna Tarasia — Regina domna Sancia.

Julianus notarius curie.

¹¹ Intus in circulo (Rodado) haec nomina leguntur.

Ego Alfonsus dei gratia Port. Rex una cum uxore mea Regina domna Vrraca, et filiis meis Infantibus domno Sancio et domna Alionore hanc cartam quam pater meus Rex domnus Sancius cum matre mea Regina domna Dulcia fecit, roboro et confirmo et meo sigillo plumbeo communitio : hoc fuit factum apud Colinbriam ultima die Januarii. Era m.^a cc.^a l.^a ii.^a

Ego A. dei gratia portugalensis rex una cum uxore mea Regina domna Vrraca et filiis nostris Infantibus domno S. et domno A. et domna Alionor concedo et confirmo uobis moratoribus de leirena istam kartam suprascriptam et istud forum quod uobis dedit pater meus Rex domnus S. Et ut hoc meum factum in perpetuum robor obtineat, precepi fieri istam meam kartam et eam feci meo plumbeo sigillo communitio. Facta karta apud Colinbriam Mense Nouembri sub Era m.^a cc.^a l.^a v.^a Nos supranominati reges qui hanc kartam fieri precepimus coram subscriptis eam roborauimus et in ea hec sig++++na fecimus.

Qui affuerunt, Donnus M. iohannis signifer domini regis conf. — Domnus P. iohannis maiordomus curie conf. — Domnus Laurentius suarii conf. — Domnus iohannes fernandi conf. — Domnus Gomecius suarii conf. — Magister P. cantor portugalensis test.

Domnus Gil uaaquiz conf. — Domnus Fernandus fernandi conf. — Domnus Rodericus menendi conf. — Domnus Poncius alfonsi conf. — Domnus Loppus alfonsi conf. — Petrus garsie test.

Domnus S. bracarensis archiepiscopus conf. — Domnus M. portugalensis episcopus conf. — Domnus P. colimbriensis episcopus conf. — Domnus S. Vlixbonensis episcopus conf. — Domnus S. Elborensis episcopus conf. — Petrus petri test.

Domnus P. lamecensis episcopus conf. — Domnus B. Visensis episcopus conf. — Domnus M. Egitaniensis episcopus conf. — Vincentius menendi test. — Martinus petri test. — Johanninus test.

Rex Domnus Alfonsus — Regina Domna Vrraca — Infans Domnus Alfonsus — Infans Domnus Sancius — Infans Domna Alionor.

Ego Gunsaluus Prelatus ecclesie sancte Marie de peternaria, hanc kartam de mandato Gunsalui menendi domini Regis Cancellarii scripsi.

*** Intus in circulo (Rodado) haec nomina leguntur.*

PENA DE DONO

PENEDONO

1195

Textum sumpsimus ex charta autographa confirmationis Alphonsi II. Lectiones varias, quae accedunt, ex Lib. Foral. Antiquor. S. Crucis et ex Lib. Regest. Alphonsi II decerpsimus.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti¹ : unius summi dei facimus cartam istam in ipsius nomine trinitatis. Ego Rex S. Portugalensis² pariter cum filiis meis³ et filias vobis homines de Pena de Dono qui ibi nunc populatores estis per mandatum meum, et de filiis meis, siue qui uenerint ad populandum, facimus uobis cartam sicut et fecimus per scripturam, et per preceptum nostrum firmiter teneatis, ut habeatis forum bonum sicut habent homines de Troncoso. Et non detis mihi neque ad progeniem meam, nec ad aliquem hominem pro homicidio, nisi vii.^a ad palacium de ccc^{lis} solidis appreciatura per concilium et per manum de iudice : et nullum pectum neque ullam calumpniam non intret ibi nullo meirino⁴, nisi iudex de concilio. Et faciant fossadum la terciã de los caualeiros, et due partes stent in Pena de dono. Et de illa una parte que habuerit a andar in fossadum⁵ et non fuerit quomodo det in fossadeira v solidos in appreciatura. Et non faciant⁶ fossadum nisi cum nostro senior, una uice in anno, aut nostra⁷ uoluntas fuerit. Et peones⁸ non faciant fossadum, neque clerici. Et non intret ibi nuncium nec manaria de nulloquoque homine per forum de Pena de dono. Et qui in termino de Pena de dono filiam alienam rausar extra suam uoluntatem quomodo pectet ad palacium ccc solidos, et exeat homizieiro de suis parentibus. Et si aliquis inter uos in mercato aut in ecclesia aut in concilio plecato a pregon feridam fecerit ad suum uicinum, pectet lx solidos ad concilium per manum de iudice. Et de furto quod-

N.º 1

1 sancti. Amen :
2 Port.
3 nostris
4 merino
5 fossado
6 faciamus
7 uestra
8 pedones

N.º 2

1 sancti. Amen :
2 Port.
3 nostris
5 fossado
6 faciamus

libet⁹ sedeat que colligat suo domino suo¹⁰ cabdal : et de illa calumpnia diuidat cum iudice per medium. Et qui domum hedificauerit aut uineas aut¹¹ suam¹² hereditatem¹² honorauerit et uno anno in illa sederit et postea ad aliam terram fuerit quomodo seruiat illi tota sua hereditas, ubi illi habitantes fuerit¹³. Et si quesierit illas uendere, uendat ad quem uoluerit per forum de Pena de dono. Et homines de Pena de dono qui habuerint iudicium uel aiuntam cum hominibus de aliis terris, habeant illos in cabos de suis terminis. Et dono uobis forum quod stet caualeiro de¹⁴ Pena¹⁴ de¹⁴ dono¹⁴ pro infanzon de totis aliis terris, siue in iuramento quomodo in iudicio, et passent super illos cum duobus iuratoribus. Et illos peones¹⁵ de Pena de dono que passent super illos caualeiros uillanos de totis aliis terris in iudicio et in iuramento cum duobus iuratoribus. Et homines qui de suis terris exierint cum homicidio aut cum muliere raussada¹⁶, uel cum alia calumpnia qualibet¹⁷ sedeat, nisi qui non adducat mulierem alienam de benedictione, et tordnet se ad senior¹⁸ de Pena de dono, et sedeat solto¹⁹ et defeso²⁰ per forum de Pena de dono. Et siqui homines de quibuscumque terris cum inimicitate aut cum pignore uenerit, et in termino de Pena de dono intratus fuerit, et aliquis inimicus post illum intrauerit, et pignora tollerit aut male illi fecerit, quomodo pectet ad senior de Pena de dono D solidos, et duplet illa pignora ad suum dominum, aut illos liuores. Et qui homines de Pena de dono pignorauerit et in concilio non pecierit directum²¹ quomodo pectet ad seniore de Pena de dono LX solidos, et duplet la pignora ad suum dominum. Et homines de aliis terris qui caualeiro de Pena de dono descaualgar, quomodo pectet²² illi LX solidos. Et homines de Pena de dono qui los presier²³ et in prision²⁴ illos miserit quomodo pectet illi CCC solidos. Et si homines de Pena de dono prendiderint²⁵ alios homines de aliis terris et²⁶ in prision²⁷ illos miserit, quomodo pectent illis²⁸ V solidos. Et si homines de Pena de dono pro qualibet fiadoria a medio anno illum²⁹ non requisierit³⁰ quod³¹ sedeat solto³². Et si migratus fuerit sint filii et uxor sua³³ liberi. Et non soluant homines de Pena de dono pignora pro senior, nec pro meirino, nisi pro suo uicino. Et non dent³⁴ pausadam per forum de Pena de dono in casa de caualeiro, nec de uiduis, nec de clericis, nisi per manum de iudice in casa de peones. Et homines de Pena de dono qui homines tenuerint in suis hereditatibus, aut in suis solares, et non fuerit ibi suo³⁵ senior, ueniat ad sinal de iudice, et det fiador a uinida de suo senior, et faciat quod mandarent³⁶ : et calumpnia quamlibet³⁷ fecerit sedeat de suo senior et VII.^a ad palacium : et non seruiat a nullo homine nisi ad³⁸ suo senior in cuius solar souer³⁹. Et sua senara aut suas uineas delrei tal couto habeant quale uicino⁴⁰ de Pena de dono. Et qui uicinum occiderit et in sua casa fugerit, qui post illum intrare, et in suo⁴¹ casa lo matare, pectet CCC solidos ad parentes del morto. Et qui mulierem afforciauert et illa uoces mittendo uenerit, et ille cum XII non potuerit se saluare, pectet CCC solidos ad mulierem et ad suos parentes. Et qui mulierem alienam⁴² feriret⁴² pectet ad suum maridum⁴³ XXX solidos et VII.^a ad palacium. Et homines de Pena de dono qui fiadores parar pro qua⁴⁴ calumpnia illum⁴⁵ pecierint⁴⁵ et fiador outorgar cum duobus uicinis et ille non quesierit colligere fiador, et super ipsum occiderit, nos totum concilium pectabimus ipsum homicidium. Et palacium Regis uel Episcopi habeant calumpniam, et tota alia uilla habeat unum forum : et aliud palacium non habeat calumpniam. Et homines de Pena de dono qui fiador intrar et contentor habuerit, qual fiaduria fiar talem pectet. Et si contentor habuerit mittat illum in manus, et exeat de fiadoria : et de suspecta de X solidos ad riba cognominet XII uicinos in redor sua casa, et iuret cum duobus de eis, et exeat de calumpnia. Et de X solidos a iuso, iuret sibi altero, quales inuenerit⁴⁶ quod uicinos sedeant. Et toto homine de Pena de dono qui se tornauerit ad

N.º 1

9 quolibet
10 deest
12 hereditatem suam
13 fuerint.
14 deunt
15 pedones
16 rausada
18 seniore
19 soluto
20 defenso
21 ad directum
23 prisier
24 prison
26 deest
27 prison
28 illi
29 deest
30 quesierit illum
31 que
32 soluto.
33 eius
34 det
35 suus
36 mandaret
37 qualibet
38 a
39 seuer.
40 de uicino
41 sua
42 feriret alienam
43 maritum
44 deest
45 illi pecerit
46 inuenerint

N.º 2

9 qualibet.
10 deest
11 ad
13 fuerint.
15 pedones
16 rausada
17 qualibeat
18 seniore
22 pectent
23 prisier
25 prenderit
26 deest
30 quesierit
34 det
36 mandaret
37 qualibet
40 de uicino
44 deest
45 illi pecerit
46 inuenerint

alium seniore[m] qui benefecerit ei suas casas et suas hereditates, et uxor sua et filii⁴⁷ sint liberi et soluti per forum de Pena de dono. Et do uobis forum quod non habeatis alium seniore[m] nisi Regem, aut suum⁴⁸ filium⁴⁸, aut quem uos concilium quesieritis. Et toto homine de Pena de dono qui deseradatus⁴⁹ fuerit et per suam manum non lopectar, quomodo se torne ad suam hereditatem si illa quesierit sine calumpnia. Et toto homine de Pena de dono qui hereditatem habuerit in alia terra, non faciat fossadam, nisi per forum de Pena de dono. Et toto homine de Pena de dono qui habuerit mulierem ad benedictionem et laxauerit eam quomodo pectet ad iudicem 1 denarium. Et si⁵⁰ mulier suum uirum⁵¹ relinquerit⁵² quem habuerit ad benedictionem, ut pectet ccc solidos, medios ad palacium, et medios ad uirum⁵³ suum⁵³. Et de casa derrota cum scudos⁵⁴ spadas et lanceas⁵⁵, qui la derroper pectet ccc solidos, medios ad dono de casa, et medios ad palacium. Et qui dederit ad suum uicinum cum spada, pectet xxx solidos et vii.^a ad palacium. Et qui dederit cum lanca⁵⁶ ad suum uicinum et exierit⁵⁷ de una parte ad aliam, pectet xx solidos et vii.^a ad palacium : et si non exierit⁵⁸, pectet x solidos et vii.^a ad palacium. Et de plaga unde os exierit⁵⁹ cada osso x solidos et vii.^a ad palacium : et de plaga alia v solidos et vii.^a ad palacium. Et per tota pignora siue de concilio siue de palacio, colligat fiador super illa⁶⁰ pro ad forum. Et do uobis forum quod non habeat nullam defesam⁶¹, nec nullo monte, nec nullo pelago, nisi de toto concilio. Et illo montadigo de termino de Pena de dono montenlo caualeiros de Pena de dono cum suo senior, et prendant inde terciam partem. Et nullo ganado⁶² de Pena de dono non sit montado. Et de portatico de pan⁶³ et de uino, de carrega iii mealias : et de cauallo et de mulo, qui lo uendiderit⁶⁴ 1 solidum : et de boue et de asino vi denarios. De carneiro aut de cabra aut de porco iii mealias. Et de toto portatico qui a Pena de dono uenerit, prenda suo hospite terciam. Era m.^a cc.^a xxx.^a iii.^a

Ego Alfonsus⁶⁵ dei gratia Portugalensis⁶⁶ Rex, una cum uxore mea Regina domna Vrraca, et filiis meis⁶⁷ infantibus domno Sancio, et domno Alfonso, et domna Alionor, concedo et confirmo uobis populatoribus de Pena de dono istam cartam et istud forum quod uobis dedit pater meus inclite memorie Rex domnus Sancius. Et ut factum meum firmiter robur optineat⁶⁸, precepi fieri istam cartam, et eam feci meo sigillo plumbeo communiri. Facta carta mense Octobris apud Trancosum⁶⁹ Era⁷⁰ m.^a 70 cc.^a 70 l.^a 70 v.^a 70 Nos reges supranominati qui hanc cartam fieri precepimus coram subscriptis eam roborauimus, et in ea hec signa fecimus + + + + +⁷¹.

Qui affuerunt, Domnus Martinus iohannis signifer domini Regis conf. — Domnus Petrus iohannis maiordomus Curie conf. — Domnus Laurencius suarii — Domnus Gomecius suarii — Domnus Gil ualasquiz⁷² — Domnus Fernandus fernandiz⁷³ — Domnus Johannes fernandiz⁷⁴ — Domnus Rodericus menendiz⁷⁵ — Domnus Lopus alfonsi — Domnus Poncius alfonsi, conf. — Vincencius menendiz⁷⁶ — Petrus garsie — Johannes pelagii, test.

Domnus Stephanus Bracarensis archiepiscopus — Domnus Martinus Portugalensis⁷⁷ episcopus — Domnus Petrus Colimbriensis episcopus — Domnus Suarius Vlixbonensis episcopus — Domnus Suarius Elborensis episcopus — Domnus Pelagius Lamecensis episcopus — Domnus Bartolomeus Visensis episcopus — Domnus Martinus Egitaniensis episcopus, conf. — Magister Pelagius Cantor Port. — Martinus petriz⁷⁸ — Suarius⁷⁹ stephaniz⁸⁰, test.

Gunsaluus⁸¹ menendi⁸¹ cancellarius⁸¹ curie⁸¹ — Fernandus⁸¹ scripsit⁸¹.

N.º 1

47 filii sui
48 filium suum
49 deseradatus
50 *deest*
51 maritum
52 reliquerit
53 suum uirum.
54 scutos
55 lanceas
56 lancea
57 exerit
58 exerit
59 exerit
60 illa pignora
62 ganato
63 pane
65 A. II.^{ua}
66 Port.
67 nostris
68 obtineat
69 Trancosum
70 *deest*
71 fecimus + + + + +
73 fernandi
74 fernandi
75 menendi
76 menendi
77 Port.
78 petri
80 stephani
81 *desunt*

N.º 2

49 deseradatus
52 reliquerit
54 scutos
56 lancea
57 exerit
59 exerit
61 deuosam
64 uenderit
66 Port.
67 nostris
69 trancosum
70 *deest*
71 fecimus + + + + +
72 ualasqui
73 fernandi
74 fernandi
75 menendi
76 menendi
77 Port.
78 petri
79 Suerius
80 stephani
81 *desunt*

SOVEROSA

SOVEROSA

1196

In libro regestorum inquisitionum, cui postea titulum Lib. II Donationum Alphonsi III tribuerunt, hoc tantum manet forale. Ex illo apographo textum deprompsimus.

In dei nomine. Ego Rex dominus Sancius et Regina domna dulcia, et omnes filii nostri et filie, facimus cartam vobis hominibus de Souerosa pernominatos x homines : et qui maiordomum fuerit non faciat forum, et ix homines faciant foro. Dent in renda per unumquemquem annum 1° quartario de tritico, et iii de ii.^a, per mesura de feira uno modio de uino. Et pro mea parada 1° almude de pane coyto, medio tritici, et medio de centeno, et 1° almude de ceuada, 1° almude de uino, et singulas pelles de coneliis de anno in anno : et de uodo similiter : et de toto uenato, lumbo, et de osso manus : et istas iugadas que non fuerit pro illas ad die sancti iohannis usque ad die sancti Martini, perdat illas. Et istas directuras maiordomos de villa pettat hominibus et det eas illos : et si non dederit pignorent maiordomo de villa et non alium. Et calupnias de furto et de rauso et de homicidio iii scilicet pernominatas, et iiii ad alium fiadoria una cera : de furto non potuerit saluare duplet a suo dono, et vii^{te} partes ad palacio : et de rauso si potuerit ueri iugalo dalo. Et de homicidio de homine occiso quinquaginta modios. Et de rauso xxx modios et de istas tres calupnias sit (sic) se quesierit saluare det fiador in tercia de calupnia et saluarse. Carreyra et apelido ipso die ad sua casa. Ille homo qui non quesierit dare directo perdat illa cera de fiadoria. De ista vila que est de Rege qui rumpeit ea n solidos pectet. Et ista vila habet terminos pernominatos quomodo ex parte cum villarino, et inde cum palacios et cum sancti Martino et cum sauto maior et inde per pinon a sopee : et suos ganados pascant in toto logar. Archiepiscopus M. Blacarensis. Senior Rodericus menendi. Facta carta quod erit calendas magii Era m.^a cc.^a xxx.^a iiii.^a Istud forum quod ressonat in ista carta faciatis, et plus non. Et de predictis calupniis non respondatis nisi per inquisitionem honorum hominum. Ego Rex S. et Regina domna dulcia cum omnibus filiis et filiabus nostris, et domino terre Rodericus menendi in hanc carta manus nostras roboramus et filius uel nepos nostre uel aliquis homo qui de semine nostro exierit et hanc cartam custodierit habeat dei benedictionem nostram, et uiuat in secula seculorum. Amen. Et nullus portarius de feyra costantim non agian poder de nos mal fazer in nostras casas nec in termino de nostra villa. Et ista carta non tenebat sigillum.

CASTAICION

CASTREIÇÃO

1196

In charta confirmationis Alphonsi II insertum textum hujus foralis ex Lib. Foral. Antiquor. S. Crucis descripsimus. Accesserunt lectiones variae ex Lib. Regestor. Alphonsi II.

Eu Alfonso II.º pella graça de deus Rey de Portugal en sembra com mha molher Rainha dona orraca e meus filhos infantes don Sancho, e don Alfonso, e dona Leonor, esta carta scripta, e este foro que meu padre da noble renembrancha Rey dom Sancho deu e outorgou a uos pobradores da guarda, outorgouos e confirmo per este presente scripto. E quem esta mha confirmaçom e utorgaçom por sempre firme forteleza aian encomenda. Feyta esta carta foy en Santaren, meiado Decembro. Era m.ª cc.ª l.ª v.ª Eu Rey don Alfonso, e mha molher Reynha dona Orraca, e nossos filhos subredictos, que esta carta encomendamos seer feyta dauante subscriptos ea roboramus, e en ella estes synacs fazemos | | |.

Quaes presentes foram, Don Steuam arcibispo de Bragaa. — Don Martinho do porto bispo. — Don Pedro bispo de Coynbra. — Don Sueyro bispo de lixboa. — Don Sueyro bispo de Euora. — Don Payo bispo de Lamego. — Don Bartholameu bispo de Viseu. — Don Martinho bispo da Eydanha. — Don Rodrigo meendet. — Don Ponço alfonso. — Don Loppe alfonso.

Don Martianes alferet delrey. — Don Pedro anes mayordomo da corte. — Don Lourenço suariz. — Don eanc fernandez. — Don Gumez suarez. — Don Gil uaa-

²⁶ fecimus + + + + +.

²⁷ Aguarda.

²⁸ Celorico per portum de Ceregio

²⁹ de egua

³⁰ saluadoris

³¹ petriz

³² factum in perpetuum

decembri. Era m.³ cc.³ l.³ v.³ Nos supranominati qui hanc cartam fieri precepimus coram subscriptis eam roborauimus et in ea hec signa fecimus + + + +³³. Qui affuerunt, Domnus Stephanus bracarensis archiepiscopus conf. Domnus Mar. port. episcopus conf. Domnus Petrus colimbriensis episcopus conf. Domnus Suerius³⁴ vlisbonensis³⁴ episcopus. Domnus Suarius Elborensis episcopus. Domnus Plagius³⁵ lamecensis episcopus. Domnus Bartolameus visensis episcopus conf. Domnus Mar. egitanien- sis episcopus conf. Domnus Mar. iohannis signifer do- mini regis. Domnus Petrus iohannis maiordomus curie conf. Domnus Laurencius suarii. Domnus Johannes fer- nandi³⁶. Domnus Fernandus fernandi. Domnus Gome- cius suarii. Domnus Egidius ualasquiz. Domnus Rode- ricus menendi. Domnus Poncius alfonsi. Domnus Lopus alfonsi, conf. Magister Pelagius cantor port. test. Petrus garsie test. Vincencius menendi test. Mar. petri test. Petrus petri test. Joanninus test. Gansaluus menendi cancellarius.

quez. — Vicente mendet. — Pedro paez. — Johanino. —Maestre Payo chantre do porto. —Pedro garsia. — Martin perez.

33 fecimus + + + + +.
34 Suarius ulixbonensis

35 Pelagius
36 fernandiz

BENAVENTE

BENAVENTE

1200

Hoc invenitur forale in charta confirmationis Alphonsi II in Lib. Foral. Antiquor. S. Crucis. Sumpsimus lectiones varias ex Lib. Regestor. ipsius regis.

In dei nomine. Hec est carta de foro quam iussi facere, Ego Pelagius dei gratia Elborensis magister una cum fratribus meis, uobis populatoribus de Benauente tam presentibus quam futuris. Concedimus uobis ut habeatis fo- rum de Culuchi : scilicet ut due partes militum uadant in fossatum, et tertia pars remaneat in opido et una uice faciant fossatum in anno : et qui non fuerit in fossatum, pectet v solidos in¹ fossadeira. Et pro homicidio, pectet c solidos ad palacium. Et pro casa derota cum armis cum scutis, et spatibus, pectet ccc solidos et vii.^a ad palacium : et qui furtum fecerit, pectet pro uno nouem, et intentor habeat duas partes, et alias vii.^{em} partes palacium. Et qui mulierem aforciauerit, et illa clamando dixerit, quod ab illo est aforcia et ille negauerit det illa autorgamen- tum² de tribus hominibus talibus qualis ille fuerit : et ille iuret cum xii, si ipsa potuerit habere autorgamentum³ et ille forte noluerit suum autorgamentum⁴. Et si illa noluerit⁵ autorgamentum⁵ de tribus hominibus, iuret ipse solus, et exeat de calumpnia. Et si non potuerit iurare, pectet ccc solidos et vii.^a ad palacium. Et testimonia men- tirosa, et fidelis mentirosus pectet lx solidos et vii.^a ad palacium : et duplet el auer. Et qui in concilio aut in mercato⁶, aut in ecclesia ferir, pectet lx solidos, medios ad palacium, et medios ad concilium : et de medietate con- cillii vii.^a ad palacium. Et homo qui fuerit gentil aut erdador non sit meirinus. Et qui in uilla pignora inuenerit aut fiadorem et ad montem fuerit pignorare, duplet pignora et pectet lx^a solidos et vii.^a ad palacium. Et qui non fuerit a ssinal de iudice et pignus sacudiret ad saion, pectet i solidum ad iudicem : et qui non fuerit in⁷ apilido⁷ exceptis his qui sunt in seruicio alieno, miles pectet x solidos, et peon v solidos ad uicinos. Et qui habuerit aldeam et unum iugum bouum, et xxxx oues, et unum asinum, et n^{os} lectos, comparet caballum. Et qui fregerit sinal cum sua mu- lier, pectet i solidum ad iudicem. Et mulier qui⁸ relinquerit maritum suum de benedictione pectet ccc solidos et vii.^a ad palacium. Et qui laxauerit mulierem suam pectet i denarium ad iudicem. Et qui caballum alienum caual-

1 pro
2 autorgamento
3 octorgamentum
4 octorgamentum.

5 non habuerit octorgamentum
6 mercado
7 ad apelidum
8 que

gauerit per unum diem pectet i carneiro : et si magis pectet las angueiras pro uno die vi denarios, et pro nocte i solidum. Et qui ferir de lancea aut de spata, pro la entrada pectet x solidos : et si transierit ad aliam partem, pectet xx solidos ad⁹ quereloso⁹. Et qui fregerit oculum, aut brachium, aut dente¹⁰, pro unoquoque membro pectet c solidos al lisiado et ille det vii.^a ad palacium. Qui mulierem alienam ante suum maritum ferir, pectet xxx solidos al quereloso, et vii.^a ad palacium. Qui moion alieno in suo ero mutauerit, pectet v solidos et vii.^a ad palacium. Qui limde¹¹ aleno¹¹ quebrantauerit, pectet v solidos et vii.^a ad palacium. Qui conductero alieno mactauerit suo domino pectet suum homicidium et ille det vii.^a ad palacium. Similiter de suo ortolano¹² et de suo quarteiro, et de suo molleiro, et de suo solarengo. Qui habuerit uassalos in suo solar, aut in sua hereditate non seruiant ad alterum hominem de tota sua facienda nisi ad dominum de solar. Tendas molinos¹³ et fornos sint liberi de foro. Milites de Benauente sint in iudicio pro podestades et infanzones¹⁴ de portugal. Clerici uero habeant mores militum. Pedones sint in iudicio pro caballariis et uillanis de altera terra. Qui uenerit uozeiro a suo uicino pro homine de foris uille pectet x solidos et vii.^a ad palacium. Ganato de Benauente non sit montado in nulla terra. Et homine cui se nafragařet suo adestrado quamuis habeat alium sit excusatus usque ad capud anni. Mancipium qui mactauerit hominem foras uille et fugerit suus amus non pectet homicidium. Pro totis rancuris de palacio iudex sit uozeiro. Qui in uilla pignorauerit cum saione et sacudirent ei pignus outorget el saion et predat¹⁵ concilium de tribus collationibus et pignoret pro lx solidos, medios ad concilium et medios ad rancuroso. Barones de Benauente non sint in prestamo dados. Et si homines de Benauente habuerint iudicium cum hominibus de alia terra non currat inter illos exquisita aut retum. Et homines qui uoluerint pausare in (sic) suo ganato in terminis uestris habitatores de Benauente accipiant montadigum : de grege ouium iii^{or} carnarios : et de busto uaccarum i uacca. Istud montadigum est de concilio. Et omnes milites qui fuerint in fossado uel in guarda¹⁶, omnes caballos qui se perdiderint in algara uel milite (sic) pñmitus sint erecti sine quinta et postea nobis detis quintam directam. Et omnes homines de Benauente qui inuenerint homines de aliis ciuitatibus in suis terminis taliando¹⁷ aut leuando madeira de montibus prendant totum quod inuenerint sine calumpnia. De azarias et de guardias quintam partem nobis dent sine offretione¹⁸. Quicumque ganatum domesticum pignorare uel rapere fecerit, pectet lx solidos ad palacium, et duplet ganatum domino suo. Testamur uero et perhenniter firmamus ut quicumque pignorauerit mercatores uel uiatores christianis¹⁹, iudeos siue mauros, nisi fuerint fideiussor uel debitor quicumque fecerit, pectet lx solidos ad palacium, et duplet ganatum quod prendiderint suo domino : et insuper pectet c morabitanos pro canto quod fregerit : Rex habeat medietatem et concilium medietatem. Siquis ad uestram uillam uenerit per uim cibos aut aliquam rem accipere et ibi mortuus fuerit uel percussus, non pectet pro eos aliquam calumpniam ipse qui eum portauerit, uel percusserit, uel interfecerit, nec sit homicida suorum parentum : et si cum querimonia de ipso ad regem uel ad dominum terre uenerit, pectet c morabitanos, medietatem palacio, et medietatem concilio. Mandamus et concedimus quod si aliquis fuerit latro, et si iam per unum annum uel duos furari uel rapere dimisit, si pro aliqua re repetitus fuerit quam comisit saluet se tanquam latro. Et si latro est et latro fuit omnino pereat, et subeat penam²⁰ latronis. Et si aliquis repetitur pro furto et non est latro neque fuit, respondeat ad suos foros. Si aliquis homo filiam alienam rapuerit extra suam uoluntatem donet eam ad suos parentes et pectet²¹ ccc morabitanos et vii.^a ad palacium : et insuper sit homicida suorum parentum. De portagem foro de troxel²² de caballo de pannis de lana uel de lino i solidum. De trossel²³ de fustanes v solidos. De trossel²⁴ de pannis de color v solidos. De carrega de piscato i solidum. De carrega de asino vi denarios. De carrega de coneliis christianorum v solidos. De carrega de mauris de coneliis i morabitanum. Portagem de caballo quem uenderint in foro i solidum. De mulo i solidum. De asino vi denarios. De boue vi denarios. De carnario iii mealias. De porco ii denarios. De foron ii denarios. De carrega de pane et de uino iii mealias. De carrega de peon i denarium. De mauro quem uenderint in mercato i solidum. De mauro qui se redimerit decimam. De mauro qui taliat cum suo domino decimam. De corio de uaca et de zebra ii denarios. De coiro de ceruo et de gamo iii mealias. De carrega de cera v solidos. De carrega de azeite v solidos. Iste portagem est de hominibus foris uille. Et de toto isto portagine tertia pars sit hospitis, et due partes ad palacium. Ego Sancius dei gratia port. Rex, una cum filio meo Rege domno Alfonso et ceteris filiis et filiabus meis hanc cartam roboro et confirmo. Facta fuit hec carta apud Colimbriam viii^o kalendas Aprilis. In Era m.^a cc.^a xxx.^a viii.^a Qui affuerunt, Martinus Bracharensis Archiepiscopus conf. Martinus Port. episcopus conf. Petrus Lamecensis episcopus conf. Nicolaus Visensis episcopus conf. Pe.²⁵ Colimbriensis episcopus conf. Pelagius Ellborensis episcopus conf. Suarius Vlixbonensis episcopus conf. Petrus gomez test. Egas petriz test. Gunsaluus menendi maiordomus curie conf. Pelagius moniz signifer regis conf. Johan-

9 a quereloso.
10 dentem
11 liade alieno
12 ortelano
13 molinos
14 infanzones
15 predat
16 guardia
17 calando

18 ofeccion.
19 christi
20 pena
21 pectet illis
22 trossel
23 trosel
24 trosel
25 Petrus

nes fernandiz dapifer regis conf. Martinus fernandiz conf. Reimundus pelagii conf. Petrus nuniz test. Fernandus nuniz test. Rodericus petriz test. Julianus notarius curie.

Ego Alfonsus II.^{us} dei gratia Port. Rex una cum uxore mea Regina domna Vrraca, et filiis nostris infantibus domno Sancio, et domno Alfonso, et domna Alionor, istam cartam suprascriptam et istud forum quod supranominatus Magister dedit et concessit habitatoribus de Benauente roboro et confirmo per hanc cartam quam precepi fieri et meo sigillo plumbeo communiri : que fuit facta apud Sanctaren v.º die Februarii. Era m.ª cc.ª l.ª vi.ª Nos supranominati qui hanc cartam fieri precepimus coram subscriptis eam roborauimus, et in ea hec signa fecimus +++++. Qui affuerunt, Domnus S.²⁶ Bracarensis Archiepiscopus conf. Domnus M.²⁷ Port. episcopus conf. Domnus Pe.²⁸ Colimbriensis episcopus conf. Domnus S.²⁹ Vlixbonensis episcopus conf. Domnus S.³⁰ Elborensis episcopus conf. Domnus P.³¹ Lamecensis episcopus conf. Domnus Bar.³² Visensis episcopus conf. Domnus Martinus Egitanensis episcopus³³ conf³³. Domnus Mar.³⁴ iohannis signifer domini regis conf. Domnus Pe.³⁵ iohannis maiordomus curie conf. Domnus Laurencius suarii conf. Domnus Gil³⁶ ualasquiz conf. Domnus Jo.³⁷ fernandiz conf. Domnus F.³⁸ fernandiz conf. Domnus Gomecius suarii conf. Domnus Rodericus menendiz³⁹ conf. Domnus Poncius alfonsi conf. Domnus Lopus alfonsi conf. Magister P.⁴⁰ Cantor Port. test. Pe.⁴¹ garsie test. Johanninus test. Vincentius menendi test. Petrus petri⁴² test. Menendus petri⁴³ test. Gunsaluus menendi Cancellarius curie. Johannes dominici scripsit.

26 Stephanus
27 Martinus
28 Petrus
29 Suarius
30 Suarius
31 Pelagius
32 Bartolomeus
33 desunt
34 Martinus

35 Petrus
36 Egidius
37 Johannes
38 Fernandus
39 menendi
40 Pelagius
41 Petrus
42 petriz
43 petriz

ABAÇAS

ABAÇAS

1200

Hoc forale invenimus in libro regestorum inquisitionum, qui Lib. II Donationum Alphonsi III inscribitur. Quae deerant, ex libro Foraes Velhos de Leitura Nova descripta, suis locis addidimus.

In dei nomine. Ego Rex domnus Sancius. Placuit michi ut facerem kartam de foro de villa de abaças ad xi^m homines. Et diuidit in primis quomodo ex parte cum uillasicca per cima de reuooedo escuro, per illo lonbo comodo intrat ad foz de aqua de buianes et inde per aquam de camdanide. Et quomodo uadit ad exudru de souto teimado et inde comodo diuidit cum buianes et fert in a estrada. Et inde uadit ad azeira et uenit ad petram de mengengueira et inde per illas seixas quomodo diuidit cum guianes per illo lonbo intrat ad quintera et bordo et ferit na estrada et inde ad fonten de spino et inde ad aquam de riba aluar et fert in capite de fernando menendi et inde ad foz de magalalaa et inde per illud valle contra monten acuton et inde ad fonten et inde per illo lombo et fer a strada de petra maria et uadit ad caput de monte acuto et inde ad marcum de eruedeiro et inde ad capud de eruedeiro et inde de lombo ad foz de louredo per aquam de tauora quomodo diuidit cum adranes et cum uillanoua per uenan de tana comodo fer in foz de caruueiro et inde per lombo quomodo fer ad capud de caluelo. Et ego Rex domnus Sancius do uobis et concedo populatoribus quantum habeo in omnibus istis terminis supradictis. Istam hereditatem supranominatam concedo tali pacto ut in unoquoque anno detis ea foro prenominate i jugada uno quartario de tritico et iii^{es} de segunda et iº modio de uino. Colleita singullos panes de medio almude et singulas pelles de conelios pro carne et singulos almudes de uino. Ista collecta in anno una uice. Et isto foro concedo ad istos populatores : de calumnias, furto, rauso, et omicidio, si habet inquisam de ueritate sine apostilia pectet et det fiador in tercia de calumnia et non in amplius. Vicarius qui tenuerit uillam non det ullam remdam de se ipso anno et pectet inter se fiadoria iº cera. De furto si se saluare non poterit duplet cui furtum fecerit et septem partem ad palacio. Rauso si habuerit inquisa de ueritate dalo. Qui hominem occiderit et se saluare uoluerit det fiador in tercia de calumnia et saluet se. Qui istam hereditatem deuendicare uoluerit et post tres annos uendat illa a moradot qui faciat foro. Jugada per tayga et quarta de gafura. Carreira apellido ipso die reuersi sint in domos suas. De uenado lumbo : de urso ambas manus. Qui in domo cum armis intrare uoluerit perdat i

cera de fiadoria et sit desauzinado donec intret in directum per concilium de uilla. Ista remda que in ista carta est scripta qui eam tenuerit et si pro illa non uenerit et se dampnauerit perdet eam. Qui in istam uillam que est de Rege rumpere super hoc pactum pectet d solidos. Facta karta de foro viii.º kalendas Maii. Era m.ª cc.ª xxx.ª viii.ª Archiepiscopus Martinus bracarensis ecclesie. Archidiaconus pelagius de sandi. Princeps de Panonia fernandus fernandi. Vicarius petrus muniz. Ego Rege dono Sancio hoc scriptum concedo et roboro. Et qui hoc factum meum rumpere temptauerit sit maledictus et excommunicatus et cum iuda traditore habeat societatem. Et carta ista semper sit stabilis per suo foro qui ibi est scripto et non plus. Et nullus portarius sit ausus in uestra uilla intrare pro nullo foro. Totas uestras decimas ueniant ad ecclesiam sancti petri de abaças ubicumque laboraueritis.

Gunsaluus menendi maiordomus curie confirmat. —Pelagius moniz significer domini Regis conf. —Johannes fernandi dapifer domini regis conf. —Petrus nuniz test. —Fernandus nuniz test. —Rodericus petri test. —Petrus gomez test. —Petrus menendi test. —Domnus oserus test.

Julianus cancellarius curie confirmauit.

Joannes notuit.

Et litera de omnibus istorum hominum erat magis minuta quam litera de carta ista : et erat de alia manu.

SISIMBRIA

CESIMBRA

1201

Ex Lib. Foral. Antiquor. S. Crucis decerpsimus. Lectiones varias ex Lib. Regestor. Alphonsi II addidimus.

In dei nomine. Hec est carta de foro quam iussi fieri, Ego Sancius dei gratia Port. Rex, una cum filio meo Rege donno Alfonso, et ceteris, et filiabus meis, vobis populatoribus de sisimbria tam presentibus quam futuris. Damus uobis forum et consuetudinem de elbora et mandamus ut due partes de cauallariis uadant in fossato, et tertia pars remaneat in castello : et faciant una uice in anno (*sic*) : et qui non fuerit in fossato, pectet c¹ solidos ad² palacium². Et pro homicidio, pectet c solidos ad palacium. Et pro casa derrota cum armis, cum scuto uel cum spata, pectet ccc solidos et vii.ª ad palacium. Et qui furtauerit pectet pro uno viii^{em}, et intentor habeat duas partes et vii partes ad palacium. Et qui mulier aforciauerit, et illa clamando dixerit quod ab illo est aforcia, et ille negauerit illa det outorgamento de tribus hominibus talibus qualis fuerit et ille iuret cum xii^{im} : et, si non habuerit outorgamentum, iuret ipse solus, et si non potuerit iurare, pectet ad illam ccc solidos et vii.ª ad palacium. Et testis mentirosus, et fidelis mentirosus pectet lx solidos et vii.ª ad palacium : et duplet habere. Et qui in concilio aut in mercado aut in ecclesia percusserit, pectet lx solidos, medios ad palacium, et medios ad concilium : et medietatem³ concilii, vii.ª ad palacium. Et homo qui fuerit gentil aut erdator, non sñt merinus⁴. Et qui in uilla inuenit pignus aut fideiussorem et ad montem fuerit pignorare, duplet pignus, et pectet lx solidos et vii.ª ad palacium. Et qui non fuerit ad signum iudicis et pignus abstulerit sagioni pectet i solidum ad iudicem. Et qui non fuerit in⁵ apilido exceptis hiis⁶ qui sunt in seruicio alieno, miles pectet x solidos, et pedes v solidos ad uicinos. Et qui habuerit aldeiam aut⁷ unum iugum bouum⁸ et xxxx^a oues et unum asinum et duos lectos comparet caualum. Et qui quebrantauerit sinal cum sua muliere pectet i solidum ad iudicem. Et mulier que leixauerit⁹ suum maritum de benedictionibus pectet ccc solidos et vii.ª ad palacium. Et qui leixauerit¹⁰ suam mulierem pectet i denarium ad iudicem. Et qui caballum alienum caualgauerit, pro una die pectet unum carnarium, et si magis, pectet las angeiras¹¹, pro die vi denarios, et pro nocte i solidum. Et qui percusserit de lanza, aut de spata, pola entrada pectet x solidos : et si transierit ex alia parte, pectet xx solidos ad quereloso. Et qui crebantauerit¹² oculum aut brachium aut dentem, pro unoquoque membro pectet c solidos a lisiado, et ille det vii.ª ad palacium. Qui mulierem alienam ante suum maritum percusserit, pectet xxx solidos vii.ª¹³ ad palacium. Qui marcum alienum in sua hereditate mutauerit, pectet v solidos et vii.ª ad palacium. Qui limide alieno quebrantauerit, pectet v solidos et vii.ª ad palacium¹⁴. Qui habuerit uassalos in suo solari aut in sua hereditate non seruiant ad alium hominem de

1 v
2 pro fossataria.
3 de medietate
4 merinus.
5 ad
6 his
7 ad

8 de bouis
9 laxauerit
10 laxauerit
11 anguieras
12 quebrantauerit
13 et vii.ª
14 palacio.

tota sua facienda, nisi domino de solar. Qui conducterium alium mactauerit¹⁵, suo amo colligat homicidium vii.¹⁶ ad palacium : similiter de suo ortelano et de quarteiro, et de monleiro, et de solarengo. Tendas et molendinos et fornios de hominibus de sisimbria¹⁷, stent¹⁸ in iudicio pro podestadibus et pro infanzonibus¹⁹ de portugal. Clerici de sisimbria habeant²⁰ forum militum. Pedites stent in iudicio pro caualeiros²¹ uillanis de altera terra. Qui uenerint²² uozeiro ad suum uicinum pro homine de alia uilla, pectet x solidos²³ vii.²⁴ ad palacium. Ganatos de sisimbria non sint²⁵ montatus in aliqua terra. Et homo cui se dampnauerit²⁶ suus cauallus quamuis habeat alium sit excusatus per unum annum. Mancipium²⁷ qui mactauerit hominem de foris uille et fugerit, suus amus non pectet homicidium. Per totis querelis de palacio iudex sit uozeiro. Et qui in uilla pignorat cum sagione si abstulerint illi pignora, outorget sagion et prenda concilium de tribus collacionibus, et pignorent pro lx solidos, medios ad concilium et medios ad rancuroso. Barones de Sisimbria non sint dati in prestimonium. Et si homines de sisimbria habuerint iudicium cum hominibus de alia terra, non curret inter illos firma nec retum, sed currat per squisam²⁸. Et homines de sisimbria accipiant portagium de hominibus de alia terra, qui cum suis ganatis pausauerint in suis terminis. De una grege, duas oues, et iii^{or} carnarios. De busto de uaccis unam uaccam. Istud montaticum sit de concilio. Et omnes milites qui fuerint in fossato aut in guardia, si perderint suos cauallus in algara aut in lite, primus erigant eos sine quinta, et postea detis nobis quintam directam. Et omnis homo de Sisimbria qui inuenerit²⁹ homines de aliis terris in suis terminis aliando³⁰, aut ducendo madeiram de montibus aut de suis terminis, prenda quantum illis inuenerint sine calumpnia. De³¹ azaria et de guardia detis quintam partem sine offrecione. Quicumque ganatum domesticum pignorari aut rapi fecerit, pectet lx solidos ad³² palacio, et duplet ganatum domino suo. Et quicumque pignorauerit mercatores aut uiatores christianos, iudeos, aut mauros, nisi fuerit fideiussor aut debitor, pectet lx solidos ad palacium, et duplet pignus domino suo : et insuper pectet Regi l^a morabitanos, et concilio l^a morabitanos pro cauto quod fregerit. Siquis ad uestram uillam per forciam cibos aut aliquam rem accipere uoluerit, et ibi percussus aut mortuus fuerit, ille qui eum mactauerit, non pectet³³ pro illo calumpniam, neque habeat homicidium de suis parentibus. Et si cum querimonia de ipso ad regem uel ad dominum terre uenerit, pectet c morabitanos medietatem Regi, et medietatem concilio. Mandamus etiam quod si aliquis fuerit latro, et iam per unum annum uel per duos furari dimisit, aut rapere, si pro aliqua causa repetitus fuerit quam comisit, saluet se tamquam latro. Et si latro est et latro fuit, omnino pereat. Et si aliquis repetitus fuerit de furto et non est latro neque fuit, respondeat ad suos foros. Si aliquis filiam alienam contra suam uoluntatem rapuerit donet eam ad suos parentes et pectet eis³⁴ c morabitanos et vii.^a ad palacium, et insuper sit homicida. De portagiis de troxel de cauallo de pannis de lana uel de lino dent i solidum. De troxel de lana, i solidum. De troxel³⁵ de fustanes³⁶, v solidos. De troxel³⁷ de pannis de colore, v solidos. De carrega de piscato, i solidum. De carrega de asino, vi denarios. De carrega de coniliis que sunt de christianis, v solidos. De carrega de coniliis que sit de mauris, i morabitanum. De cauallo quem uendiderint in azouge, i solidum. De mulo, i solidum. De asino, vi denarios. De boue, vi denarios. De ariete, iii mealias. De porco, ii denarios. De foron, ii denarios. De carrega de pane uel de uino, iii mealias. De carrega de pedone, i denarium. De mauro quem uendiderint in mercato, i solidum. De mauro qui se redimerit³⁸, det decimam. De mauro qui taliauerit cum suo domino det decimam. De corio de uacca aut de zeuro, ii denarios. De corio de ceruo et de gamo, iii mealias. De carrega de cera v solidos. De carrega de azeite, v solidos. Istud portagium debent dare illi qui non fuerint de sisimbria. Et hospites debent habere terciam partem, et Rex duas. Facta fuit hec carta apud colimbriam mense augusti. Era m.^a cc.^a xxx.^a viii.^a Nos Reges qui hanc cartam fieri precepimus coram subscriptis eam roborauimus. Et concedimus firmiter ut sit benedictus a deo quicumque illam uobis integram obseruauerit. Donnus³⁹ Martinus bracarensis archiepiscopus. Donnus⁴⁰ Mar. port. episcopus. Donnus⁴¹ petrus Lamecensis episcopus. Donnus⁴² nicolaus Visensis episcopus. Donnus⁴³ petrus colimbriensis episcopus. Donnus⁴⁴ Suarius Vlixbonensis episcopus. Donnus⁴⁵ pelagius elborensis episcopus. Donnus osoreus test. Petrus menendi test. Petrus gomez test. Donnus⁴⁶ G. menendi maiordomus curie. Pelagius muniz signifer domini regis. Comes Donnus M. poncii. Donnus F. fernandi. Donnus garsias petri. Donnus Jobannes fernandi dapifer domini Regis. Donnus Martinus fernandi. Petrus nuniz. Julianus cancellarius curie Port.

Ego Alfonsus H.^{us} dei gratia Port. Rex, una cum uxore mea Regina domina Vrraca, et filiis nostris infantibus

15 mactauit
16 et vii.^a
17 Sisimbria habeant sui domini liberos de toto foro.
18 Milites de Sisimbria stent
19 infanzonibus
20 habeat
21 cauallariis
22 uenerit
23 deest
24 et vii.^a
25 sit
26 dapnauerit
27 Mancipium
28 exquisam.
29 inuenerint
30 taliando

31 Da
32 deest
33 pectent
34 illis
35 troxel
36 fustaes
37 troxel
38 redemerit
39 deest
40 deest
41 deest
42 deest
43 deest
44 deest
45 deest
46 deest

donno Sancio, et donno Alfonso, et donna Alionor, concedo et confirmo uobis populatoribus de Sisimbria istam cartam et istud forum quod uobis dedit pater meus inclite memorie Rex donnus Sancius. Et ut meum factum firmissimum robur obtineat⁴⁷, precepi fieri istam cartam et eam feci meo sigillo plumbeo communiri. Facta fuit carta mense jenuarii⁴⁸ apud Sanctaren. Era m.^a cc.^a l.^a vi.^a Nos Reges supranominati qui hanc cartam fieri precepimus coram subscriptis eam roborauimus et in ea hec signa fecimus. Qui affuerunt, Donnus Stephanus Bracarensis archiepiscopus conf. Donnus Mar. Port. episcopus. Donnus petrus colimbriensis episcopus. Donnus Suarius Vlixbonensis episcopus. Donnus Suarius elborensis episcopus. Donnus Pelagius Lamecensis episcopus. Donnus Bartolameus Visensis episcopus. Donnus Mar. egitaniensis episcopus. Donnus Mar. iohannis signifer domini regis. Donnus petrus iohannis maiordomus curie. Donnus Laurencius suarii. Donnus Gil ualasquiz. Donnus Johannes fernandi⁴⁹. Donnus Gomecius suarii. Donnus Fernandus fernandi⁵⁰. Donnus Rodericus menendi. Donnus poncius alfonsi. Donnus Lopus alfonsi. Magister Pelagius cantor port. Petrus garsie. Vincencius menendi. Snarius stephani⁵¹. Joanninus. Martinus petri⁵². Petrus petri. Gonsaluus menendi cancellarius curie.

47 optineat
48 jenuarii
49 fernandiz.

50 fernandiz.
51 stephaniz.
52 petriz.

AREGA

AREGA

1201

Hujus foralis autographum, in Archivo Publico servatum, unicum nobis manet exemplar, ex quo textum hausimus.

In dei nomine. Hec est carta quam iussi facere, Ego domnus Petrus alfonsi uobis populatoribus de Arega tam presentis quam futuris facio inde carta uobis fortitudinis et firmitudinis de ista mea terra quam dedit mihi rex domnus S. meus frater ut habeatis in hereditario et mihi inde detis octauam partem de panem et de uinum et . . . Isti sunt termini de ista uilla. In primis quomodo partitur per capud de beras. Et per uiam puplicam istam quomodo partitur aquas uertentes usque ad capud de are. . . per uiam istam per cumenaria ad aquam de mazanas, et uadit ad aquam de algia : et de ista aqua uadit ad uzezar ad portum pelagii perro, et uadit ad esmoludorio de maderia, et reuertitur per uiam puplicam ad capud de beras. Vnde in terra ista sub potestate mea constituta talia do forum. Siquis rausum, uel omicidium, uel disruperit domum cum armis, uel cum feridas, uel fregerit portas intrans ui domum in cauto uille, pectet v solidos. Si rausum, uel homicidium extra uillam, lx^a solidos pectet. Mando ut unusquisque accipiat uxorem suam quam habet recabedadam uel filiam suam quam adhuc non fuit nupta ubi eam inuenerit, sine pecto. Et filium quem pater suus in domo sua tenet, pro suo malado accipiat eum ubique preter ut non frangat super eum portas, uel percuciet aliquem sine pecto. Pro estercore in ore misso, lx^a solidos ubique pectet. Siquis percusserit cum armis molutis de . . . gradu et per iram in cautum uille lx^a solidos pectet. Si foras xxx^a solidos pectet. Firidas consiliadas istas sunt et non alias : qui querit amicos, uel parentes, uel armas, uel tochos com quibus uadat ferire, et percusserit per ueram exquisam, lx^a solidos pectet. Pro membro absciso, lx^a solidos pectet. Pro omnes feridas de quibus satisfacere debet, intret in fustam secundum ueterem forum colimbrie aut compa . . . eas cui satisfacere debet. Sinal de alcaide aut iudicis com testimonia teneatur. Domus alicuius non sigilletur nisi antea uocetur ad directum. Siquis ab alico ali . . . quesierit ante iusticias respondeat, et ante alcaide terre per directum. Siquis debitor alicui rebellis extiterit, ab illo quod suum est habere non potuerit, et composuerit se . . . maiordomo tamen maiordomus non habeat nisi decimam de co traxerit de habere rebellis, nisi fuerit de usura. Sed de usura, accipiat quantum pepigerit cum eo. Omnes uero intentiones nostri maiordomi sint per inquisitionem de illis rebus unde potuerit habere exquisam directam. Qui sciuerit ueritatem et eam negauerit in exquisam, componat quantum perdere fec . . . illi, et domino terre aliud tantum : et ultra in testimonium non recipiatur. Si aliquis uozarius se com maiordomo composuerit, causam inde aliquod habendi, si probatus fuerit que talis est per exquisam, secundum quantitatem calupnie quam obicierit in corpore puniatur, si non habuerit que pectet et non audiatur, nisi prius dederit fidemiussorem in manibus de iusticiis : prohibemus unde omnes huiusmodi que se faciunt uozarios falsos et non habent tortum : per tales enim omnis terra perdita est. Quamuis maiordomus et iusticie sint presentes, et aliquis in concilio conqueratur de aliqua re, maiordomus non accipiant illam querimoniam pro uoce, nisi ille que querimoniam fecerit dixerit maiordomo, do

tibi istam querimoniam pro uoce. Siquis in defensione sui agri, aut uinee, uel orti dampnatorem expolliauerit, quamuis dampnator sit percussus aut uulneratus tamen dominus uinee non pectet. Quod si dampnator dominum agri percuxerit satisfaciat ei. Et quacumque calumpniam fecerit pectet. Defendimus ut nullus in uilla arma traat quod si traxerit per iram et non percuxerit perdet eam. Siquis mensuras, aut cubitos falsauerit, v solidos pectet. Siquis de domo alterius, aut extra domum rem per uim acceperit, et dominus suus uenerit cum rancura ad dominum terre, uel ad alcaidem, uel ad iusticias, uel ad maiordomos in duplo componat. Siquis suam uxorem iusto iudicio adulteram fecerit, res suas sint in potestatem domini terre. Defendimus ut nullus audeat taliar cum uallo carreiras uel stratas auctorizadas de concilio nec mutet marcos. Qui uero hoc fecerit, sanet per forum terre. Almotace sit de concilio. Maiordomos et sagion et iusticie et portitor de alcaide sint cauti in v solidos. Qui fecerit furtum pectet sicut mos est terre uel condetnetur. Quicumque uero latronem uel malefactorem inuenerit prendat eum secundum suam posse sine pecto et sine calumpnia suorum parentum et omicidio. Siquis intrauerit in uineam uel almuniam alicuius furtim in die eam comedendi uel cum manu sua bestiam in ferraginem alicuius miserit v solidos pectet. Siquis de almunia uel de uinea, in gremio, uel in taleiga, uel in cesta attulerit, uel ferraginem seccauerit i morabatinum pectet. Si in nocte deprehensus fuerit furtiue in uinea aut in ferraginem, uel in almuniam, lx^{ta} solidos pectet, et quod uestierit : et de isto pecto, dominus laboris habeat medietatem : si uero non habuerit que pectet, clauigatur in porta per unum diem deinde flagelletur. Si maurus alicuius fuerit solutos, et fecerit calumpnia dominus eius respondeat pro eo *secundum* calumpniam quam fecerit uel dimittat eum in manu maiordomi. Maiordomus non accipiat maurum alicuius que fuerit in uinculis uel mauram solutam pro quacumque calumpniam quam fecerit. Sed si dominus terre et concilium uiderit que talem causam fecit pro qua debet lapidari uel cremari lapidetur uel cremetur. Si uero talem causam fecit, pro qua debet fragellari, et in corpore exterminari, fragelletur. Et postquam flagellauit eum uel eam domino suo reddatur. Quacumque fiadoriam quisque fecerit, si eam non compleuerit *secundum* directum eandem pectet. Et qui uendiderit uinum in relego, v solidos pectet. Et quantas uices inuenerint uinum uendere per tantas uices pectet v solidos. Et tota illa bestia que uadit ad aream uel ad lagar pro aluguer, faciat forum de almucruer. Istas calumpnias mandamus pectare et non alias. De molinis non accipiant nisi de xiii alqueires unum sine ofrecione. Et siquis fecerit mollinos in corrogos det mihi inde sextam partem. Et quis molinos in flumen qui molant totam calenturam dent mihi inde medietatem. Cambe sint quales iusticie et concilium uiderint pro directo. Et si molinarius inde aliter fecerit ipse cum omni habere suo sit in potestate domini terre. Si autem maiordomus uel iusticias hoc nostrum decretum irumperit pro ofrecione aut amore alicuius ipse res eius sint in potestate domini terre. Infanzum et aliquis homo non habeat in arega domum neque hereditatem nisi qui uoluerit habitare uobiscum, et seruire sicuti uos. Et aliquis de uobis uoluerit transire ad alium dominum, uel ad aliam terram, habeat potestatem donandi seu uendendi suam hereditatem cuicumque uoluerit qui in ea habitet et sit meus homo sicut unus ex uobis. Era m.^a cc.^a xxx.^a viii.^a Ego supranominatus qui hanc cartam iussi facere cum manibus meis roborauit et hoc signum feci. Facta carta fortitudinis Mense Marcii. Et mando ut clerici de arega habeant ecclesias in hereditario. Et nullus intret in seruicium meum nisi pro suo gradu.

Qui presentes fuerunt et uiderunt, Stephanus garcie presbiter uidit. — Petrus bestia test. — Domnus Fiiz prelatu de dornas uidit. — Martinus gadanio — Martinus loucho — Petrus de ponte — Pelagius sanbado — S. petri, testes.

Martinus gabaire — Johanne gomez — Petrus longo, testes.

Johannes notuit.

Ego domnus petrus alfonsus uobis omnibus istis populatoribus tam presentis quam futuris cum manibus meis propriis roborauit, et quicquid eam uoluerit irrumpere sit maledictus et excommunicatus a deo. Amen.

· Petrus alfonsi.

“ Intus in circulo (Rodado) hoc nomen legitur.

VALEZIN

VALAZIM

1201

Autographum exemplar foralis de Valazim ex scrinio monasterii S. Crucis Conimbric. in Archivum Publicum detulimus, et ex eo textum, quem hic juris publici facimus, descriptum fuit.

In nomine domini nostri ihesu christi. Amen. Notum sit tam presentibus quam futuris, quod Ego domnus Johannes froyle quintus prior sancte crucis cum assensu canonicorum meorum facimus cartam omnibus homini-

bus populatoribus de hereditate nostra que uocatur ualezin : tali uidelicet pacto damus ipsam hereditatem nostram eis ad populandum, cum omnibus terminis suis, quomodo est de uisu ad uisum : excepto quod homines sancti romani habeant hereditates suas quas ibi habuerint : et nullus homo de sancto romano et de aliqua hereditate nostra, uadat habitare cum eis in ipsa uilla de ualezin, nisi filium aut filiam suam casauerit in ipsa uestra hereditate de qua recedere uoluerit. Damus inquam et concedimus illis eam ad populandum, tali conditione ut bene laborent et plantent et hedificent ipsam hereditatem : et dent inde nobis foros nostros nominatos : uidelicet qui laborauerit cum duobus bobus det nobis unum quartarium de tritico et ii quartarios de centeno, et i quartarium de milio. Et qui laborauerit cum uno boue det unum quartarium de centeno, et i sestarium de tritico, et i sestarium de milio. Quod si cum pluribus bobus laborauerit quam duobus non det amplius de ipsis un^{or} iam dictis quartariis : et det eos per teeygam de sena de un^{or} alqueyres : et non sit abrazada, sed sit stante, et uadat noster seruizal ad aream pro illo. Et si laborauerit linum det unum manipulum de tribus uirgis de ipso lino. Et si ille qui non habet nisi unum bouem laborauerit linum, det medium manipulum. Cauon qui fecerit senaram det ii almudes de secunda. Vicini qui boues non habuerint et non fuerint cauones et sunt herdadores et pecierint geyras de bobus ad suos amicos det unum sestarium de pane. Et qui uineam plantauerit, non det de illa quicquam usque ad quintum annum. Incipiat nobis dare de sexto anno et deinceps decimam de uino in lagare : et ueniat seruizal noster pro illo. Et dent nobis collectam omnes de concilio semel in anno nominatim unum porcum de i morabino : et unusquisque de fogaria sua det singulos panes de singulis alqueriis. Omnes homines qui ibi morauerint non pectent aliquas calomias nisi tres, uidelicet merda in bocca, rausum, et homicidium de homine interfecto. Et pro singulis calomiis istis pectent nobis x morabinos. Et pectent nobis furtum, secundum forum terre. Et iste calomie nominate sint probate per enquisas de bonis hominibus : et non sit ibi enganum nec mentira. Portadigum uero sit nostrum de illis qui uenerint de foris partibus, quia uicini de uilla non dabunt illud. Et concilium mittat iudicem qualemcumque uoluerit : et preter hoc concilium mittat inter se foros et pactos quales uoluerit. Quicumque in ipsa uilla morauerit per unum annum, habeat suam hereditatem semper, et faciat de illa quicquid placuerit sibi, tamen quod nobis faciat forum nostrum qui ibi uenerit. Et si aliquis de uilla uoluerit morare in alias partes, uadat in pace cum toto suo habere : et habeat suam hereditatem uicinus qui comparauerit hereditatem de suo uicino : et sic comparet hereditatem, quod non matet fogariam. Et qui non fuerit uicinus et concupiuerit uicinum sedere, et comparauerit hereditatem, faciat suum forum secundum quantitatem hereditatis. Et casale quod dicitur una fogaria integra, si diuisum fuerit per hereditates et per plures homines, faciant forum de fogaria illa tanquam morauerint : et de ea alia quam comparauerint. Homines illius uille de ualezin non uadant in fossado, nec in apelido, nec in aliqua fazenda, nisi in mandatum regis : et omnes qui ibi morauerint, habeant hereditates suas firmiter in perpetuum : et faciant de eis quicquid illis placuerit in uendendo, in donando, uel habendo, per istud forum quod sonat superius in hac carta. Nos igitur populatores de uilla ualezin, magnas grates deo, et uobis Priori domno Johanni sancte crucis et toto conuentui eiusdem damus, pro bono foro quod nobis datis : et promittimus quod simus ad minus xxx populatores boni in uilla uestra iam dicta de ualezin. Quod si non potuerimus, uos faciatis de uilla uestra quicquid uobis placuerit. Facta fuit hec carta de foro mense ianuarii. Sub era m.^a cc.^a xxx.^a viii.^a Ego domnus Johannes dictus prior sancte crucis, et omnis eiusdem conuentus hanc cartam et forum uobis omnibus populatoribus de ualezin confirmamus : et damus ac concedimus uobis partem omnium beneficiorum et orationum tam in uita quam in morte, sicut confratribus amicis nostris, amen. Factum fuit hoc et institutum sub era et mense suprascripto. Regnante illustrissimo Rege S. filio regis Alfonsi bone memorie, et regine domne Mahalde. Anno regni sui sexto decimo.

Gonsalvus, presbiter, notuit.

PARADA

PARADA

1202

Ex Libro Regestorum, qui inscribitur Liber III Donationum Regis Dionisii transcriptus. Non aliud nobis cognitum manet exemplar.

In deo nomine. Ego Rex Alfonsus in deo eterne nomine. Ego Hermigius menendi et vxor mea sancia petri a nobis cocilio de Parada de terra her mandamus et concedimus talem forum et qualem fuit poblata in tempore de Alfonsus petri de uestras hereditates ad qualem forum fuerant poburatas unas ad decimas et de alias a quarta alias a quinta alias a sexta alias a oitaua. E darem singulas fogaças centenas et singulos quaraziles et qui non habuerit quarazil r^a galina aut uno conelio et singulas talegas de tritici. E meterem duos maiorinos uno de vno

villa et alio de alia et sacaremnos cum suo foro et darem pro exida singulos morabitos et darem pro sancti michaelis singulos porcos de singulos braçales et darem cum suo lino duas fogaças çentenas et vna tritica et tres galinas et uno leiton quarteiral. E aiuntaremsse dous homens de huma vila et dous de alia et qual en cabedal acharen tanbem talem darem, et darem com ssuo cabedalem duas fogaças centenas et una tritica et tres galinas : de rausso aut de omicidio çen modios medios a ssenyore et medios a concilio et de merda in buca ut de casa rota xx^{ti} modios a ssenyore et medios a concilio : et de sanguine desuper oculos xx^{ti} modios medios a sseniore et medios a concilio : et senyhor no vadat a villa calunia senyor et non uadat sine uozeyro aut sine tres testimonias. De uicinis a villa calupnia senyhor non uadat de apasilha : et filio de homine qui habuerint duodecim anos respondeat a calunia : et iren in carreira vna uice in ano quomodo ueniat ipso die ad sua casa et si fuerunt cum bestia uno die ire et in alio uenire : et nostra ecclesia senyor non habet potestatem nisi clericum Episcopum : et si clericus calupnia fecerit per manus dicto concilio sanarat : de monte de ceruuo duos lonbos et de porcos outo costas et alio uenado nichil : et de intreuestida unum pisce : et homine de fora qui in sua quitana ueneris amenaçar uocitet suos amicos et det multum in illo et det uno denarium. Mulier mala que marito non habet et inter senyor concilio malo mitat vadat fora. Ego Rex Alffonsus manus nostras roboramus. Ego hermigijs menendi et vxor mea Sancia petri manus nostras roboramus. Et si aliquid homo uenerit tan propinquis quam extraneys qui istam cartam dirrumpere uoluerit sit maledictus et excumunicatus et cum iudas magus infernus dimersus. Istis sunt terminis suis quomodo diuidet per ad cuba et exinde per a estrada et exinde per cabril, et exinde per pena de coruo discurrente riula pauca. Facta carta mensse februarii. Era m.^a cc. xxxx.^a Laurencius notauit. Sueire test. Petrus test. Hermigijs test.

GUYANES

GUIÃES

1202

In libro inquisitionum, qui titulum Lib. II Donationum Alphonsi III prae se fert, hoc inuenitur forale. Ex libro regestorum, qui inscribitur Livro de Foraes Velhos de Leitura Nova, lectiones varias hausimus.

In dei nomine. Ego Rege domno Sancio, placuit mihi¹ ut facerem carta de foro de villa gyanes ad xiii homines et diuit² in primis quomodo ex parte per cerro de sutilino cum conelinas, et inde quomodo fert in portela de Requeysada et inde Mormoniales et fer in fonte de salgueyro et fer in strada et inde ad caril antigo quomodo fer in cima de romano et inde ad cima de valle de godina diaz : et inde per caruulio³ fidel et fer in portela de Magalana et inde ad cabeza de fernando menendiz et fer in foz magralana. Istam hereditatem supranominatam concedo tali pacto, ut in unoquoque anno detis de ea foro nominato iugada 1 quartarium de tritico et m de secunda, et 1 modio de uino. Colecta singulos panes de medio almude, et singulas pelles de conelios pro carne, et singulos almudes de uino : et isto foro concedo ad istos populos. De calupnias⁴ : furtu sabido, rauso testimoniado, homicidio de homine occiso. Vicarius qui tenuerit uillam non det nullam rendam de se ipso anno, et dent inter se fiadoria una cera. De furto si se saluare non potuerit, duplet cui furtum fecerit, et septem partes ad palacio. Rauso si habuerint inquisa de ueritate pectet xxx^a modios. Qui hominem occiderit pecte⁵ c modios et si saluare quesierit, de fiador in tercia de calupnia⁶ et saluarse. Qui istam hereditatem deuendicare uoluerit post iii anos uendat illa a morador qui faciat foro jugada per talega⁷ et quarta de galafura. Apelido ipso die reuersi in domos suos⁸. De porco lonbo. De urso ambas manus : qui in directum intrare noluerit⁹, perdet cera de fiadoria, et sit desauzinado : ista renda que ista carta est scripta, qui eam tenuerit si pro illa non uenerit et se dapnauerit¹⁰ perdet eam. Qui istam uillam que est de Rege irrumpere super hoc pactum pectet v solidos. Facta carta sexto¹¹ idus kalendas aprilis. Era m.^a cc.^a xxxx.^a Regnante Rex sancii in Portugal : in Blacara¹² archiepiscopus M. : mandante pannonias Fernandus fernandi : prestameiro Ro.¹³ P. : archidiaconus Pelagio de sandi : iudice P. de Muca : vicarius Johannes uarela. Ego Rege domno Sancio hoc scriptum concedo et roboro. Et qui hoc factum meum irrumpere¹⁴ temptauerit¹⁴, sit maledictus et excumunicatus et cum iuda traditore habet¹⁵ societatem et carta ista semper fiat stabilis

1 michi
2 diuidit
3 carualio
4 calumnias
5 pectet
6 calupnia
7 talia
8 suas.

9 uoluerit
10 damnauerit
11 sexta
12 brachara
13 deest
14 irrumpere temptauerit
15 habeat

per suo foro qui ibi est scripto et non plus. Et nullus portarius nec maiordomus pignorent in sua villa, ergo suo maiordomo : a portarius de feyra quemque annos iii solidos. Que fuerunt populatoribus, Pelagio monacho de guianes et suario petriz et Menendino : pro testibus, Petrus test. Pelagius test. Johannes test. Et istas calupnias nunquam sedeant decimadas nec tornadas. Et istas tenda illos homines nec uendent nec inprestent in uilla sua.

Menendus notuit.

Ista¹⁶ carta non erat sigillata.

16 Et ista

ALPREADA

ALPEDRINHA

1202

Foralis de Alpedrinha autographa charta in Publico Archivo ab antiquo servatur. Ex ipsa charta textum sumpsimus.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Ego Petrus gutterri et uxor mea Ousenda suerii, una cum filiis meis Gutterri petri, et Reimondo petri, et filia mea Hermesenda petri, volumus restaurare atque populare alpreadam. Damus et concedimus forum de couilliane omnibus tam presentibus quam futuris qui in ea habitare uoluerint. Mandamus siquidem ut duas partes uadant in seruitio domini sui in fossadum et tertia pars remaneat in uilla. Et qui non fuerit in fossado cum domino suo, pectet pro foro v solidos pro fossadeira. Et pro homicidio c solidos ad palatium. Et pro casa derota cum armis, scutos et spadas, pectet ccc solidos et vii.^a palatium. Et qui furtaret pectet pro uno nouem, et habeat intentor duos quiniones et vii.^a parte ad palatium. Et qui mulier aforciar et illa clamando dixerit quod ab illo est aforcia, et ille negaret, det illa in auctorgamento tres homines tales quales ille fuerit : et ille iuret cum xii quod non fecit. Et si mulier non habuerit auctorgamento iuret ipse solus : et si non potuerit iurare, pectet ad illam ccc solidos et vii.^a palatio. Et testimonia mentirosa, et fidele mentiroso, pectet lx.^a solidos et vii.^a palatio : et duplet auer. Et qui in concilio aut in mercato uel in ecclesia aliquem percusserit pectet lx.^a solidos, et medietas detur palatio, et medietas concilio. Et de medietate concillii, vii.^a detur palatio. Et homo qui fuerit gentilis aut erdador, non sit maiordomus. Et qui in uilla pignus inuenerit, aut fideiussorem, et ad montem fuerit pignorare, duplet pignora, et pectet lx.^a solidos et vii.^a palatio. Et qui non fuerit ad signum iudicis, et pignus de manu sagionis acceperit, pectet iudici 1^o solido. Et qui non fuerit ad apelidum milites aut pedones exceptis his qui sunt in alieno seruitio, miles pectet x solidos uicinis, pedom uero v solidos. Et qui habuerit aldeia, et unum iugum bouum, et xxx.^a oues et 1^m asinum, et 11^{os} lectos conparet caballum. Et qui fregerit sinal cum sua mulier, pectet iudice 1^o solido. Et mulier de benedictionibus que maritum suum relinquerit, pectet ccc^{os} solidos, vii.^a palatio. Et qui dimiserit uxorem suam pectet 1^m denarium iudici. Et qui caballum alienum equitauerit, pro uno die pectet 1^m carnerium. Et si magis, pectet pro 1^o die vi denarios, et pro 1^a nocte 1^m solidum. Et qui uulnerauerit cum lancea aut cum gladio, pola intrada x solidos : et si transierit ad aliam partem pectet uulnerato xx^{ti} solidos. Et qui fregerit oculum aut brachium, aut dentem, pro unoquoque membro pectet uulnerato c solidos, et ille det vii.^a palatio. Qui mulier aliena ante maritum suum percusserit, pectet xxx.^a solidos, vii.^a palatio. Qui marcum alienum in sua hereditate mutauerit, pectet v solidos, vii.^a palatio. Qui limidem alienum fregerit, pectet v solidos et vii.^a palatio. Qui conductarium alienum mactauerit pectet homicidium suo amo, et det vii.^a palatio : similiter de suo ortolano, et de quarteiro, et de suo molnero, et de suo solarengo. Qui habuerit uassalos in suo solar, aut in sua hereditate ubicumque in toto regno portugalis hereditates habuerit, non pectent nec seruiant ad alterum hominem de tota sua fazenda nisi dominus hereditatum. Mercatores de alpreada per totum regnum portugalis nullam pectent calumniam nisi per forum de alpreada. Tendas et molinos et fornos de alpreada sint liberi de foro. Milites de alpreada sint in iudicio pro podestades et infanzones de portugal. Clerici uero habeant forum militum. Pedones sint in iudicio pro caballariis uillanis de altera terra. Qui uenerit uozeiro suo uicino pro homine foris uille, pectet x solidos et vii.^a palatio. Ganatum de alpreada non sit montado in ulla terra. Et miles qui perdidit suum caballum quamuis habeat alium, sit excusatus per unum annum. Mancipum qui mactauerit hominem foras uille, et fugerit, suus amus pro eo non pectet homicidium. Pro totis querelis de palatio, iudex sit uozeiro. Qui in uilla pignorauerit cum sagione, et sacudirent ei pignus concedat sagion et prendat concilium de tribus collationibus et pignoret pro lx.^a solidos, medios concilio, et medios rancuroso. Homines de alpreada non sint in prestamo datos. Et si homines de alpreada habuerint iudicium cum hominibus alie terre, non currat inter illos firma sed currat per inquisam, aut reto. Et homines qui uoluerint pausare cum suo ganato in terminos de

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti. Amen. Ego P. episcopus colimbriensis una cum canonicis meis uolumus restaurare atque populare has teixeiras et sauto qui dicitur de roorigo scilicet omnem hereditatem quam ibi habemus. Damus tibi pelagio aluarino in ipsa hereditate forum et consuetudinem de couilliana. In primis isti sunt fori quod due partes de caballariis uadant in fossado episcopo, tertia pars remaneat in uilla cum pedonibus : et una uice faciat fossado in anno. Et qui non fuerit in fossado, pectet pro foro v solidos pro fossadeira. Et pro homicidio, c solidos ad palatium. Et pro casa derrota cum armis, scutos, et spadas, pectet ccc solidos et vii.^a ad palatium. Et qui furtaret pectet pro uno noue, et habeat intentor duos quiniones, et vii partes ad palatium. Et qui mulier aforciar, et illa clamando dixerit quod ab illo est aforcia et ille negaret, det illa in auctorgamento tres hominis talis qualis ille fuerit, et ille iuret cum duodecim quod non fecit. Et si mulier non habuerit auctorgamento, iuret ipse solus : et si non potuerit iurare, pectet ad illam ccc solidos et vii.^a ad palatio. Et testimonia mentirosa, et fidele mentiroso pectet lx.^a solidos et vii.^a ad palatium, et duplet habere. Et qui in concilio aut in mercato uel in ecclesia aliquem percusserit, pectet lx.^a solidos, medietas detur palatio, et medietas concilio. Et de medietate concilii, vii.^a detur palatio. Et homo qui fuerit gentilis aut herdador, non sit maiordomus. Et qui in uilla pignus inuenerit, aut fideiussorem, et ad montem fuerit pignorare, duplet pignora, et pectet lx solidos et vii.^a palatio. Et qui non fuerit iudices, et pignus de manu sagionis acceperit, pectet iudici 1^o solido. Et qui non fuerit ad apellidum milites aut pedones exceptis his qui sunt in alieno seruitio milites pectet x solidos uicinis, pedonis uero v solidos. Et qui habuerit aldeiam, et unum iugum boum, xxx.^a oues, et unum asinum, et duos lectos emat caballum. Et qui fregerit signum cum sua muliere, pectet iudici 1^o solido. Et mulier de benedictionibus qui maritum suum relinquerit pectet ccc solidos vii palatio. Et qui dimiserit uxorem suam, pectet iudici 1 dinerio. Et qui caballum alienum equitauerit pro 1^o die pectet 1^m arietem, et si magis pectet, pro 1^o die vi denarios, et pro 1^a nocte 1 solidum. Et qui uulnerauerit cum lancea aut cum gladio pola intrada pectet x solidos : et si transierit ad aliam partem pectet uulnerato xx solidos. Et qui fregerit oculum uel brachium aut dentem, pro unoquoque membro, pectet uulnerato c solidos, et ille det vii.^a palatio. Qui mulierem alienam ante maritum suum percusserit, pectet xxx.^a solidos et vii.^a palatio. Qui marcum alienum in sua hereditate mutauerit, pectet xxx.^a solidos et vii.^a palacio. Qui limidem alienum fregerit, pectet v solidos et vii.^a palatio. Qui conductarium alienum mactauerit, pectet omicidium suo amo, et det vii.^a palatio. Similiter de suo ortolano, et de quarteiro, et de suo molinario, et de suo solarengo. Qui habuerit uasallos in suo solar, aut in sua hereditate ubicumque in toto regno portugalis hereditates habuerit non pectent nec seruiant ad alium hominem de tota sua fazenda nisi dominis hereditatum. Moratores teixeiras per totum regnum nullam pectent calumniam, nisi per forum das teixeiras. Tendas et molinos et fornos de omnibus teixeiras sint liberi de foro. Milites teixeiras sint in iudicio pro podestades et infanzones de portugal. Clerici uero habeant forum militum. Pedones sint in iudicio pro caballariis uillanis de altera terra. Qui uenerit uozeiro suo uicino pro homine foris uille pectet x solidos et vii.^a palatio. Ganatum das teixeiras non sit in montado in nulla terra. Et miles qui perdiderit suum caballum quamuis habeat alium, sit excusatus per unum annum. Mancipium qui mactauerit hominem foris uille et fugerit suus amus pro eo non pectet homicidium. Pro totis querelis de palacio, iudex sit uozeiro. Qui in uilla pignorauerit cum sagione, et sacudirent ei pignus, concedat sagion et prendat concilium de tribus collationibus, et pignoret pro lx.^a solidos, medios concilio, et medios rancuroso. Homines das teixeiras non sint in prestamo datos. Et si homines das teixeiras habuerint iudicium hominibus alie terre, non currat inter illos firma, se cucurrat per inquisa aut reto. Et homines qui uoluerint pausare cum suo ganato in termino teixeiras, accipiant de illis montadigo, scilicet de grege ouium iii^{or} carnarios, de busto de uaccis 1^a uacca. Iste montadigo est de concilio. Et omnes milites qui fuerint in fossado uel in guardia omnes caballos qui se perdiderint in algara uel in lite, primum erectis eos sine quinta, et postea detur nobis quinta directa. Et omnis homo teixeiras qui inuenerint aliquem hominem alie uille in suis terminis tallando aut leuando madeira de montibus prendat totum quod ei inuenerit

sine calumnia. De azarias, et de guardiis, v.^a parte nobis date sine ulla offrecione. Quicumque ganatum domesticum pignorare uel rapere fecerit pectet palatio lx^a solidos, et duplet ganatum suo domino. Testamus uero et perhenniter firmamus ut quicumque pignorauerit mercatores uel uiatores christianos iudeos siue mauros nisi fuerit fideiussor uel debitor quicumque hec fecerit pectet palatio lx solidos, et duplet ganatum quod prendiderit suo domino : et insuper pectet c morabitanos pro cauto quod fregit : Episcopo habeat medietatem, et concilium medietatem. Siquis ad uestram uillam per uim uenerit cibos aut aliquam rem accipere, et ibi mortuus fuerit non pectet pro eo aliquam calumniam, nec suorum parentum habeat homicidium. Et si cum rancura de ipso ad episcopo uel domino terre uenerit pectet c morabitanos, medietas episcopo, et medietas detur concilio. Mandamus et concedimus si aliquis fuerit latro, et si iam per unum annum uel duos furari, uel rapere relinquerit, et postea si pro aliqua re repetitus fuerit, quodcumque comisit saluet se tanquam latro. Et si latro est et latro fuit omnino pereat, et subeat penam latronis. Et si aliquis repetitur pro furto, et non est latro neque fuit, respondeat per suum forum. Si aliquis homo filiam alienam habuerit ui, donec (sic) eam suis parentibus et pectet illis ccc morabitanos et vii.^a palatio : et insuper sit homicida. De portagem : foro do trosel de caballo de pannis de lana uel de lino 1 solidum. De trosel de lana, 1 solidum. De trosel de fustanes, v solidos. De trosel de pannis de color, v solidos. De carrega de piscato, 1 solidum. De carrega de asino, vi denarios. De carrega de pellibus de conelios christianorum, v solidos. De carrega de mauris de conelios, 1 morabitanum. Portagem de caballo qui uendiderint in mercato, 1 solidum. De mulo, 1 solidum. De asino, vi denarios. De carnerio, iii medalias. De carrega de cera, v solidos. De carrega de pane uel de uino, iii medalias. De porco, ii denarios. De foron, ii denarios. De carrega de peon, 1 denarium. De mauro qui se redimeret in mercato, 1 solidum. De mauro qui se redimeret decimam. De mauro qui talia cum suo domino, decimam. De corio de uacca uel de zeura, ii denarios. De corio de ceruo uel gamo, iii medalias. De carrega de azeite, v solidos. Iste portagem est de hominibus foris uille, tertia pars de isto portagine detur suo ospiti, et duas partes episcopo. Moratores das teixeiras non dent portagem. Assignamus ei terminos

Ego episcopus P. una cum canonicis meis qui hanc carta tibi pelagio aluarino iussimus facere cum manibus nostris roborauimus. Quisquis hos terminos asignatos irrupere uoluerit pectet concilio mille solidos bone monete. Facta karta vii.^o kalendas augusti. Era m.^a cc.^a xxx.^a iii.^a Et siquis hoc nostrum factum irrupere uoluerit sit maledictus a deo. Et concedimus ut omnis christianus quamuis sit seruus ex quo in has teixerias habitauerit unum annum, sit liber et ingenuus tam ipse quam omnis progenies eius. Et homines teixeiras habeant concilium circa terminos teixerias.

HABEUL

ABIUL

1206

Charta apographa, authentica tamen, saeculi XIV ex tabulario monasterii Laurbanensis delata nobis textum hujus foralis suppeditavit. Lectiones variae, translatioque in linguam uernaculam, quae accesserunt, ex alio apographo in Publico Archivo ab antiquo seruato desumptae sunt. Antiquiora diplomata ad Abiul attinentia, in chartophylacio laurbanensi inventa, supersunt. Haec uero, non inter foralia, sed emphyteuticos contractus adnumerare oportet.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego iohanne abbate de lourbañi una com conuentu fratrum nostrorum omnibus hominibus in habeul habitantibus facimus kartam firmitudinis de bono foro tam presentibus quam futuris de iure et foro quod populatores abere¹ debent iure perpetuo. De omni labore quod laborauerint decimam partem domino fideliter tribuant. Et in areaticam unam talicam tritici et unam quartam uini. Et in seruicio unam fugazam de duobus alqueires tritici et unum caponem². Clericus de sua hereditate similiter fo-

¹ habere

En nome da santa nom departida trindade. Eu Johane abade de loruaão em seenbra com o conuento dos nosos frades fazemos carta de firmeza a todollos homens que morom em abiull de boom foro asy presentes come uiindoros de direito e foro. O quall os puoradores deuem auer de direito perdurauell : dem de todo trabalho que laurarem a decima parte ao senhor. E huma teiga de trigo na eira, e huma quarta de uinho. E em seruiço huma fogaça de dous alqueires de trigo e hum capom. O crelligo de sua erdade semelhauell-

² capone.

rum faciat. Siquis hereditatem suam uendere uoluerit uendat suo uicino tali uidelicet pacto ut forum domino suo integrum tribuat. Et decima precii uenditor domino terre tribuat in portadigo. Nulli homini de habeul³ sit licitum alicui suam hereditatem dare uel testamentum facere nisi ad nostram ecclesiam aut ad monasterium nostrum ita ut kasal nec forum dominus⁴ perdant⁴. Laborator non faciat forum de montaria. Montarius qui in monte unam noctem uel plus manserit det⁵ unam⁵ conelium com sua pelle : sin autem nichil det. Et de omni uenatu lumbum costalle det. Melitor mediam libram cere tribuat. Non sit inter uos calumniam nisi rausum et homicidium et stercus in ore et casa disrupta cum⁶ aramis aut cum feridas aut fregerit portas et intrauerit domum per uim in cauto uille quingentos solidos pectet. Et furtum. Omnes istas calumnias sint pectadas per forum terre palumbaris. Siquis aliquid tortum alicui fecerit contra iudice et iusticiis⁷ illi satisfaciat sine pecto. Judex honorem debitum habeat et suum signum stabile sit. Facta karta confirmationis et roboracionis mense decembris sub Era m.^a cc.^a xxx.^a iiii.^a Ego⁸ Johanne abbate laurbanensi una cum fratribus meis manus nostras roboramus. Siquis hoc forum frangere uoluerit sit maledictus.

mente faça foro. Se algum sua erdade quiser uender uendaa a seu uizinho conuem a saber per tall preito que dê a seu senhor inteiro foro. E o uendedor dê ao senhor da terra a deçema do preço em portaiem : non pertença a nenhuum homem dabiull dar sua erdade alguum em testamento fazer saluante á nosa egreia, ou ao noso moesteiro em tall gissa que o senhor nom perca casall nem foro. O laurador nom faça foro de montariia. O monteiro que huma noyte ou mais no monte ficar dê huum coelho com sua pelle os seus nom dem nada. E dem de todo ueado lonbo e costa. Colmeeiro dê mea liura de çera. Nom seia antre uos engano nem rouso homicidio e estercos em boca. E quem destrahir casa com armas ou com firidas ou britar portas e entrar aa casa per força no couto da uilla pagem quingentos solidos e o furto. E todos estos enganos seiam peitados pollo foro da terra de ponball. Se algum fezer algum torto alguum contra o juiz e justiça a ell satisfaça seem preito. O juiz aia onrra dehuda, e seu sinall seia estauell. Feita esta carta de confirmaçom e fermidoe no mes de dezenbro na era de mill e duzentos e quarenta e quatro annos. Eu Johane abade de loruaão em seenbra com os meos frades com nosas mãos a firmamos. Se algum este foro quiser quebrar seia maldito

3 habiul
4 domino perdat.
5 de unum

6 com
7 iusticias
8 Eu

SAUTO

SOUTO

1207

In Lib. I et in Lib. II (sic dicto) Donationum Alphonsi III hoc invenitur forale. Ex Lib. II textum sumpsimus : ex Lib. I lectiones varias.

In dei nomine. Hec est carta de foro quam iussi facere¹ ego Sancius dei gratia portugalensis Rex, una cum filio meo Rege domno Alfonso et cum aliis filiis et filiabus meis, uobis tribus populatoribus de Sauto² presentibus et futuris scilicet ut detis nobis septem modios, et duos quartarios de pane medietatem de milio et medietatem de centeno per taygam³ directam et tres spadoas et sex fogacias unaquaque earum de tribus almudes et tres gallinas cum triginta ouis. Et de collecta ii carnarios⁴ et tres fogacias. Et concedimus uobis et cunctis successoribus⁵ ut nunquam habeatis maiordomum super uos, et ut nunquam pectetis nisi tres callumpnias furtum rausum et homicidium et debent esse per bonos homines et debet esse furtum pro uno nouem. Et pro⁶ homicidio decem morabitanos, et pro rauso decem morabitanos : et de istis morabitanis concilium debet habere medietatem. Et non debetis ire in fossatum nisi citra dorium ubi ego fuero et illos tres morabitanos debetis dare per tres partes anni. Et meus vassallus qui tenuerit terram super uos nunquam pauset in uilla uestra. Et uos nunquam pectetis aliam callumpniam, neque faciatis aliud forum, nisi quantum iacet in ista carta. Quicumque igitur hoc nostrum factum uobis integrum obseruauerit, sit benedictus a deo, amen⁷. Et quicumque illud uobis infregerit ira dei ueniat super eum. Facta fuit hec carta apud⁸ Couilianam⁸, Mense Augusto⁹. Era m.^a cc.^a xxx.^a v.^a Anno¹⁰ regni nostri xxi.^o Nos reges qui¹¹ hanc cartam fieri precepimus coram subscriptis eam roborauimus¹².

1 fieri
2 Saucto
3 laeygam
4 carneyros
5 successoribus uestris
6 deest

7 deest
8 in Couelliana
9 Agusti
10 Agno
11 deest
12 roboramus.

Qui¹³ affuerunt¹³, Gonsaluus¹⁴ menendiz maiordomus curie conf. — Martinus fernandi significer¹⁵ domini Regis conf. — Laurencius suarii¹⁶ conf. — Rodericus menendiz conf. — Laurencius uenegas conf. — Fernandus¹⁷ peregrini¹⁷ conf.¹⁷ — Petrus nuniz — Rodericus petriz¹⁸, test.

Martinus Bracarensis archiepiscopus conf. — Martinus Port. episcopus conf. — Petrus Lamecensis episcopus conf. — Nicholaus Visiensis episcopus conf. — Petrus Colinbriensis episcopus conf. — Petrus gomez test. — Johannes gonsaluiz¹⁹ conf.

• Rex²⁰ domnus²⁰ Sancius²⁰ — Regina²⁰ domna²⁰ Tarasia²⁰ — Rex²⁰ domnus²⁰ Alfonsus²⁰ — Regina²⁰ — Rex²⁰ domnus²⁰ Petrus²⁰ — Regina²⁰ — Rex²⁰ domnus²⁰ Fernandus²⁰ — Regina²⁰ domna²⁰ Blanca²⁰.

Julianus Cancellarius regis.

13 desunt
14 Gonsaluus
15 signifer
16 suarii

17 deest
18 petri
19 gonsaluiz
20 desunt

" Intus in circulo (Rodado) haec nomina leguntur.

GARDOM

GUARDÃO

1207

Hujus foralis translatio in linguam vernaculam saeculi XIV, ut videtur, tantum nobis superest. In charta non authentica, quae in Archivo Publico servatur, invenimus. Ex alio apographo saeculi XV, quod in ipso archivo manet, lectiones varias sumpsimus.

Em nome de deus amen. Esta he a carta de foro que Eu dom Sancho pela graça de deus Rey de portugal em senbra com meu filho ElRey Dom Affonso e com todolos outros meus filhos e filhas mandey fazer a vos pooadores do gãrdom assy aos presentes come aos que ham de viir. Outorgamos a vos que nom peitedes senom tres calunias, a saber, furto e rouso e homecidio : assy que o que fezer homecidio peyte trinta marauedis. E por rouso xxx marauedis e de furto por hum nove. A estas tres calumpnias vaa o nosso moordomo ou moordomo daquel que essa terra teuer de nós e nom a outras. E sseiam per enquisã de boos homeens : e todalas outras coomas e entenções uossas emmendade per vos sem malícia. E vos poende uossos degredos antre vos. Outrossy mandamos que nom seiades moordomos nem seruiçiaes¹ se nom quiserdes. E que o moordomo de fóra nom entre sobre vos, senom aquele que hy meter o que teuer a terra sobre uos. E sse hy entrar moordomo doutra parte nom aia uoz de moordomo. E o nosso rico homem que teuer essa villa nom pouse nas uossas casas mays faça ssua casa em que pouse. E dedes cada hum de vos da uossa uida huma uez no anno. E os moradores dessa uilla nom façam carreira ao que a teuer senom senhas uezes no anno. E sseia tal que elles possam tornar esse dia a ssuas casas. Outrossy mandamos que nom vaades em apellido nem a chamado saluo comnosco hu nós formos. E mandamos ainda que do trigo e do orio e çenteo e milho e payço² e do linho e do vinho de qual se meardes dedes a oytava parte. E que dos legumes e das outras cousas semelhauis nom dedes nada. E o moordomo vaa aa eyra e ao lagar receber a ssua rraçom assy como suso dito he. E sse nom quiser hir ponham este em testimonho de boos homeens e leixem a ssua rraçom na eyra e no lagar. E vos daredes de cada hum casal inteiro hum sesteyro antre pam segundo e vinho. E o que nom teuer vinho acabe o ssesteiro de segunda. E daredes por fogaças de cada hum casal tres alqueires de segunda. E por eiradega de linho meo moolho. E por directuras³ de cada hum casal hum soldo e hum capom ou galinha e çinquo ouos por dia de Samiguel⁴. E de portagem o homem que for de fóra da villa dê do cauallo dous soldos e da egoa hum soldo e do boy seys dinheiros e da uaca⁵ vi dinheiros e do coyro dous dinheiros do porco ii dinheiros do reixelo hum dinheiro do marauedi iii dinheiros e da manta vi dinheiros. E o morador da uossa uilla que della fugir por fame ou por alguma outra coyta venha quando poder viir e tome a ssua herdade em paz e sem cooma, se a ante nom der ou uender a alguem. E o que uender a⁶ ssua herdade ou o sseu casal vendao aa⁷ tal pessoa que faça tal foro qual elle faz e dê ao senhor da villa a oytava parte do preço. E todas estas cousas uos fazemos por remiimento dos⁸ nossos⁸ pecados e por cinquenta marauedis que nos destes. Per estes termos se ençarra a uossa villa : pela portela das

1 seruiçiaes
2 payço
3 dereyturas
4 sam miguel.

5 uaqua
6 deest
7 a
8 de vossos

varzeas como parte pelo padrom da messe. E pelo caramudo dalcoba e dende ao carualhinho hu see o canto antre o figueiral e janardo e dêsy aa pedra do^o bolo e vay per miserella ao padrom da messe : todo o que he conteudo dentro em estes termos uos damos e coutamos em tal guisa que se uos alguem quebrantar peyte a nós quinhentos soldos e a vos emmende em cheo todo o dampno que uos fezer. E demais seia auudo por meu inmiigo. Feyta foy esta carta em Coynbra no mes de Setembro. Era m.^a cc.^a xxx.^a v.^a Nós Reys que esta carta mandamos fazer a reboramos perante os soescriptos que presentes foram.

Dom Gonçalo meendez moordomo da corte conf. — Dom Martim fernandez alferez delRey conf. — Dom Lourenço soarez conf. — Pero nuniz — Roy¹⁰ perez, testemunhas.

Affonso perez tiinha a dicta villa conf. — Dom Rodrigo meendez conf. — Dom Lourenço ueegas conf.

Martinho Arcebispo de braagaa conf. — Martinho Bispo¹¹ do porto conf. — Pedro Bispo de lamego conf. — Nicolao Bispo de viseu conf. — Pero gomez — Joham gonçalues, testemunhas. — Gyaão chançarel delRey¹².

9 de
10 Rey

11 Arcebispo
12 delRey conf.

RANALDI

RENALDE

1208

Ex codice, qui Lib. II Donationum Alphonsi III perperam dicitur, descripsimus. Lektionen varias ex Livro de Foraes Antigos de Leitura Nova in Publico Archivo servato adjectimus.

In dei nomine et uirginis marie. Ego Rex S.¹ cum filiis et filiabus meis, placuit nobis ut faceremus kartam² de ranaldi vobis hominibus xxx³ cum omnibus³ suis terminis : scilicet quomodo partit cum palaciis : quomodo ex parte cum fontaneo seco, et cum fernando gonsalui, et cum suis iermanis⁴ : et quantum habemus in sancto Martino quomodo partit cum caualeiros : et quomodo ex parte cum anta : quomodo partit per foro lobal et cum uesadio. Quomodo ex parte cum fons cecca, et ferit in a portela de magaliana : quomodo partit per fontem da grouenza, et intrat per ribeiro de uermuu, et ferit na caeda. Quomodo ex parte pela⁵ lumba do muro, et ferit in anta⁶ da cabeça daoura : quomodo diuidit per a fonte de ranaldi et ferit in trausselo : quomodo ferit in a fonte de iuncoselo, per aqua quomodo parte cum couas, et fer in uena de dorio. Quomodo ex parte per pala de porto manso : quomodo ex parte cum gouuianes, et fer na fonte de godina : faciatis inde foro singulos modios de pam quartado : des v^o anos⁷ singulos modios de uino pro parada singulos alqueires de pam cocto, medio tritico, et medio centeno, et singulos almudes de uino, et singulos foles de conelio. Ista parada date una uice in anno : et non a comedant in ipsa villa : et meus ricomen, nen⁸ prestameyro, nen⁹ maiordomo, nen¹⁰ aliquis homo qui potestatem habet de fazer forcia, non pouset in uestra uilla. Maiordomo de concilio nunquam faciat forum. Non uadatis in hoste nen apelido, ergo cum corpore Régis et sit per suo sigillo ou per suo portario. De uenado lombo : de urso manus : primicia de rio si exierit in uestro cauto. Ecclesia in uestra uilla cum clerico de concilio teneatis illum ad iusticiam. Vnus ad alium fiadoria una cera et sit¹¹ non quesierit respondere sedeat desauzinado et pectet r^a cera. Calumpnias m^o. Rauso, homicidio de homine mortuo cum armis : pro rauso xx¹¹ morabitanos : pro homicidio facto cum armis xx¹ morabitanos. Furta iulgado duplum suo domino, et vn^m partes a palacio : ad istas calumpnias non respondeatis sine testimonio honorum hominum et det fiador r^a cera si se uoluerit saluare et saluet se. Nominato foro detis in tempo¹² de eiras, et quando uindemiardes : et si non uenerint in isto tempo pro illo, perdant. De apostilia non respondeatis. Nominata parada detis in palaciis, ou in Mateus, ou in abazas. Isto foro quanto sonat in ista karta¹³ tanto est forum et plus non. Qui fecerit uobis forcia in uestra uilla ou in suos terminos, scilicet, homo de alia parte pectet nobis c^m morabitanos et uobis sanet in duplo dampnum¹⁴ quod fecit : et exeat pro nostro inimico. Habeatis istam villam qui mandamus uobis facere et cum omnibus suis pertinenciis et sic posteritas uestra in secula seculorum. Siquis uenerit ex parte nostra qui uos ad uestrum forum tenuerit, habeat bene-

1 Sancius
2 cartam
3 omnibus
4 germanis
5 per la
6 na anta
7 annos

8 nem
9 nem
10 nem
11 si
12 tempore
13 carta
14 damnum

M. L. Tom. I.

135

dictionem nostam amen. Et quis uobis aliud forum malum superposuerit aut istam meam uillam per a male uoluerit leuare, aut isto nostro facto uoluerit contempnere¹⁵, sit maledictus et excommunicatus, et semper cum diabolo sit sociatus. Facta karta¹⁶ mense februario, sub Era m.^a cc.^a xxxx.^a vi.^a Ego Rex Sancius cum filiis et filiabus meis istam kartam¹⁷ roboramus et confirmamus, nostris manibus apponentis, et cum principe ipsius terre domno Martino petri, et cum archiepiscopo Domno Martino. Cancellarius Curie domnus Julianus Julianus (*sic*) confirmat. Iudex terre Fernandinus, Portarius Gunsaluus cordo. Archidiaconus¹⁸ Pelagius de sandi, confirmant.

Johannes notuit.

Et ista carta non erat sigillata.

15 contempnere
16 carta

17 kartam
18 Archidiaconus.

REBORDANOS

REBORDAOS

1208.

Ex codice, qui Liber II Donationum Alphonsi III dicitur, descripsimus. An hoc diploma sive foralibus, sive contractibus emphyteuticis adnumerandum sit ambigimus. Concilium textus diplomatis meminit, electionemque parochi a coetu parochianorum faciendam statuit, sed ex eodem textu locum proprios nec iudicem nec maiordomum habuisse apparet. In dubia nostra sententia utilius duximus chartam de Rebordãos hic juris publici facere. Lectiones varias hausimus ex codice Livro de Foraes Antigos de Leitura Nova, sic dicto.

In dei nomine. Ego Rex sancius¹ portugalensis¹ dei gratia, do uobis concilio de Reuordanos de bragancia pro foro ut nunquam pectetis nisi tres callupnias², scilicet, furtum et rausum et homicidium, que fuerunt notas : et nunquam respondeatis ad aposicionem : et miles qui tenuerit castellum de Taurones pouset in regalengo et non in ecclesia : et ad hominem de ipso castello qui habuerit extrahere suas callumnias³ si forte illum percusserint uel currerint aut occiderint, pectent pro illo lx^a solidos et non plus. Homines de Reuordanos⁴ non debent bastire ipsum castellum : et si uenerit fossato in terra, intrent ibi homines cum suas armas, et cum sua uita in ipso castello et quantum remanserit totum eis extrant⁵ in saluo et suas armas : et alios homines qui ibi non intrauerint uadant gardare⁶ suos ganatos : et in quocumque anno detis vii paradas et dimidiam. Et pro fossadaria sedeat i solido : et detis osas de mii solidos et non plus : pro collecta et i porco de mii^{or} solidos (*sic*) : et parada sedeat iii almudes de centeno et unum almude de tritico et una imina de uino et una gallina, et non plus, et si illas dederitis ad castello non detis illas ad riquohomine et si illa dederitis ad riquohomine non detis illas ad castellum : et non faciatis fossatum nisi ad forciam de terra quomodo in ipso die ueniat ad uestros⁷ domos, et propter hoc detis vii fossadarias et media : et pro fossadaria sedeat uno solido : et detis osas de mii solidis et non plus. Homine de uestra uilla qui fuerit hereditarius non sit manarius. Homines de Reuordanos qui sit hereditarius faciat ipsum predictum forum et ubi fuerint semper habeant suas hereditates in saluo : et Concilium de Reuordanos semper mittant clericum qualem uoluerint in sua ecclesia. Et si aliquis uenerit qui hoc factum meum irrumpere uoluerit, teneat me pro suo inimico et pectabit mihi⁸ mille solidos. Facta karta mense nouembris, sub Era m.^a cc.^a xxxx.^a vi.^a Ego Rex Sancius simul cum filiis et cum⁹ filiabus meis hanc kartam propriis manibus roboramus.

Qui presentes fuerunt, Martinus fernandi test. — Domnus Martinus petri test. — Domnus Poncius alfonsi test. — Pelagius gomiz¹⁰ test. — Gomiz barreta test. — Betegom test. — Martinus caluus test.

Domnus lupus alfonsi test. — Domnus valascus martini maiordomus curie test. — Regoxo de bragancia test. Gunsaluus cordo iudex in uinales test. — Infans domnus Petrus test.

Domnus Egidius ualasquis¹¹ test. — Domnus Julianus cancellarius test. — Fernandus petri cantor lixbonensis test. — Salvador martini test. — Fernandus petri, cum mii uicinis, test. — Petrus roderici cellararius de clastro auclanarum test. et conf.

1 Sancius Port.
2 calumpnias
3 calumpnias
4 Reuordanos
5 extrahant
6 guardare

7 uestras
8 michi
9 deest
10 gomiz
11 ualasquis

PENAMOCOR

PENAMACOR

1209

Ex Lib. Foral. Antiquor. S. Crucis Conimbric. textum descripsimus : lectiones varias ex Lib. Regestor. Alphonsi II.

In nomine domini. Hec est carta de foro quam iussi fieri, Ego S.¹ dei gratia Port. Rex, una cum filio meo Rege domno A.² et uxore mea³ Regina domna Vrraca, et ceteris filiis et filiabus meis, vobis populatoribus de Penamocor tam presentibus quam futuris. In primis damus vobis pro foro ut due partes militum uadant in fossatum Regis una uice in anno, et tertia pars remaneat in uilla cum totis peditibus. Et caballarius qui non fuerit in fossatum cum Rege, pectet pro fossadeira x solidos. Et pro homicidio ille qui homicidium fecerit pectet xxx⁴ morabitanos ad rancurosum. Et rancurosus det inde vii.^{am} partem palacio. Et si pro iusticia aliquis fuerit occisus nichil pectent pro eo⁴. Et si aliquis diruperit casam qui passet liminare cum armis, scilicet, cum scutis cum lanceis, aut cum spatibus, aut cum cultellis, uel cum porris uel cum petris, pectet d solidos rancuroso, et vii.^a a⁵ palacio. Et qui furatus fuerit, pectet pro uno viii, et intentor recipiat suum integrum, et alias octo partes diuidant cum iudice per medium. Et qui mulierem aforciauerit, et illa clamando dixerit quod ab illo est aforcia, et ille negauerit, iuret cum xii et exeat de ipsa calumpnia⁶. Et si non potuerit iurare, pectet ad illam ccc solidos et vii.^a palacio. Testis mentirosus et fiel mentirosus, pectet lx solidos et vii.^a palacio, et sit deitatus de concilio. Et milites aut pedites qui non fuerint in apeldum exceptis hiis qui sunt in seruitio alieno, miles pectet x solidos et pedes v solidos ad suos uicinos. Qui habuerit aldeiam et unum iugum boum et xxx^a oues et unum asinum et ii lectos emat equum. Mulier qui dimiserit suum⁷ maritum⁷ de benedictione, pectet uiro suo ccc solidos et vii.^a palacio. Qui inuenerit uxorem suam in adulterio cognito, relinquat eam et habeat omnia bona sua, et pectet iudici i denario. Et si aliquis homo uoluerit ei⁸ propter hoc malum⁹ facere⁹ pectet d solidos ad concilium et eiciatur a¹⁰ uilla pro traditore, et vii.^a palacio. Qui equitauerit equum alienum sine mandato domini sui, pectet pro die v solidos, et pro nocte x solidos. Qui percusserit cum lancea aut cum spata, aut cum cultello, pectet xx solidos. Et si transierit ad aliam partem, et posuerit magistrum super se, pectet xii morabitanos rancuroso et vii.^a palatio. Qui fregerit oculum aut dentem aut brachium, pro unoquoque membro pectet xii morabitanos rancuroso et vii.^a palatio. Qui mulierem alienam de recabdo percusserit pectet ei lx solidos. Et si non habuerit recabdam, pectet xxx solidos, et sit inimicus de suis parentibus, et vii.^a palacio. Qui marcum mutauerit in alienam hereditatem, pectet v solidos et vii.^a palatio. Qui limitem alienum fregerit, pectet v solidos et vii.^a palatio. Qui conductarium alienum mactauerit, ad dominum eius pectet homicidium et vii.^a palatio. Similiter¹¹ faciat de ortolano, et de quartario, et de molendinario, et de solarengo. Qui habitauerit in domibus aut in hereditatibus alienis non seruiant neque faciant facendeiram¹², nisi dominis suis in quorum domo aut hereditate sederint. Qui in regno nostro habuerint hereditates aut possessiones non seruiant nec¹³ faciant inde forum nec¹⁴ pectent calumpnias¹⁵ nisi dominis suis. Et si fecerint calumpniam, non pectent nisi per forum de penamocor dominis suis. Vicini de penamocor habeant suas hereditates in toto regno nostro in pace. Et si aliquis eis illas acceperit per totum¹⁶ pectent uobis¹⁷ d solidos, et duplet hereditatem domino suo. Tende et molendini, et furni de penamocor, sint liberi de toto foro. Milites de penamocor stent in iudicio pro podestadibus¹⁸, et pro infancionibus de¹⁹ regno²⁰ nostro²⁰. Clerici de penamocor sint liberi ab omni fisco laicali : et habeant honorem et hereditates sicut milites : et non respondeant nisi per archidiaconum ab hora prime usque ad terciam. Homines de penamocor non respondeant sine rancuroso. Ecclesie de penamocor accipiant primicias singulas faangas de omni pane, et decimam de pane et de uino, et de omnibus fructibus de²¹ pecoribus. Et episcopus habeat terciam et clerici terciam partem, et parrochiani aliam terciam. Et expendant illam per episcopum et per clericos ecclesiarum ubi rectum fuerit. Clerici ecclesiarum pro suis primiciis dent incensum. Parrochianus qui se uoluerit expedire, expediat se in festo natalis domini per concilium clericis²² coram²² et statim nominet ecclesiam, ad quam uoluerit ire : et non habeat potestatem dare deci-

1 Sancius
2 Alfonso
3 eius
4 illo.
5 deest
6 calupnia.
7 uirum suum
8 deest
9 ei mali facere
10 de
11 Simiter

12 fazendeiram
13 neque
14 neque
15 calumpniis
16 tortum
17 nobis
18 potestatibus
19 deest
20 regni nostri.
21 et de
22 coram clericis

mam alibi in ipso anno. Habitatores de penamocor non sint maiordomi neque seruiciales contra suam uoluntatem. Alcaldes et iudices mittantur per beneplacitum concilii. Pedites sint in iudicio pro militibus uillanis alterius uille. Vicinus qui uenerit uozarius²³ contra suum uicinum pro homine alterius uille, pectet x solidos vii.^a palatio. Homines de Penamocor non dent pausatam contra suam uoluntatem. Morator de Penamocor si inimicus eius uenerit super eum sine treuga, mactet illum sine calumpnia. Montes, fontes, et flumina sint concilii et uenarii et bararii : domus de Penamocor habeant unum forum, exceptis domibus regis et Episcopi. Morator de Penamocor postquam ibi habitauerit unum annum faciat de suis hereditatibus illud quod facere uoluerit. Ganatum de Penamocor non sit montatum in regno nostro. Homines de Penamocor non dent portagium in toto regno nostro. Qui perdiderit equum²⁴ suum, sit excusatus per unum annum. Et nullus pectet homicidium neque calumpniam²⁵ pro suo mancipio. Pro totis querelis de palacio iudex sit uozeirus. Qui abstulerit pignus iudici, pectet i solidum. Qui percusserit in ecclesia, aut in concilio, aut in mercato, pectet lx solidos rancuroso vii.^a palacio. Si homines de Penamocor habuerint iudicium cum hominibus alterius terre, non currat inter eos firma, sed exquisita aut retum quale uoluerint homines de Penamocor. Qui milites de Penamocor desornauerit de suis caballis per forciam pectet nobis d solidos, et duplet equm domino suo. Homines qui uoluerint pausare in terminos²⁶ de Penamocor, dent montaticum : de grege ouium iii carneiros, et de grege porcorum iii porcos : de busto uaccarum i uaca²⁷. Istud montaticum sit concilii. Milites qui in fossato, aut in guardiã aut in algarã, aut in lite perdiderint equos suos, erigant illos sine quinta, et postea detis nobis quintam directam. Homo de penamocor qui inuenerit homines alterius terre in suis terminis incidendo aut ducendo madeiram²⁸ de montibus accipiat quantum eis inuenerit absque calumpnia. Iudex de omnibus calumpniis et quintis quas sacauerit habeat vii.^a partem. Et si captus ei fugerit unde suspectus habeatur, saluet se cum uno uicino. Et nos debemus recipere quintas sine offretione. Siquis ad uestras uillas uenerit accipere cibos, aut aliquam rem per forciam et ibi mortuus fuerit, aut percussus, non pectent pro illis, neque sint homicide de suis parentibus. Et si aliquis fuerit cum querimonia de eo ad Regem aut ad dominum terre pectet c morabitanos, medietatem Regi et medietatem concilio. De armis usque ad x morabitanos non detis quintam, neque pannis, neque de coriis cisis. Latro qui per unum annum uel duos furari et rapere dimiserit, si pro aliqua re impetitus fuerit, saluet se tanquam latro. Et si latro est et latro fuit subeat penam latronis. Qui filiam alienam rausauerit²⁹, det eam suis parentibus et pectent³⁰ eis cc morabitanos vii.^{am} palacio : et sit homicida. Casarii Regis, et episcopi, et boues et ganatum habeant forum quasi uicini. Qui fiaduriam³¹ fiauerit, qualem fiauerit talem faciat si non habuerit suum intentorem. Et si habuerit eum, ostendat eum in concilio, et sit liber. Qui fecerit mandam cum sua uxore, usque ad medietatem stet. Et qui fregerit eam, pectet c morabitanos vii.^a palatio. Qui obierit subitanea morte, dent quintam de sua hereditate, et habere pro anima sua. Qui habuerit filios aut parentes qui calumpnias faciant, non respondeant pro eis. Junior uel seruus qui uobiscum habitauerit uno anno, sit liber ipse et semen eius. Qui prendiderit hominem de penamocor, pectent d solidos, medietatem regi, et medietatem rancuroso. De tota uenda que uenerit ad uillam uestram, de pane et de uino, et de carnibus, et de piscato, et de pomis quando uilla uestra fuerit mingada nullus ea comparet sine mandato de alcaldibus, siue sit pretor siue alcaldu. Et si ea comparauerit, pectet lx solidos alcaldis et concilio, vii.^a palacio. De portagio et de passagine, et de decimis de mauris, et de christianis due partes detur regi, et tercia hospiti. Qui percusserit alcaldem pro iusticia quam faciat pectet l morabitanos uel perdat manum. Homo qui fuerit manferitus pro alcalde et noluerit esse, pectet v morabitanos concilio. Homines de Penamocor non respondeant ad alias calumpnias³² nisi ad istas que scripta sunt in hac carta. Portagium tale est : De equo, de mulo de mula, i solidum. De troxel³³ de burel aut de lino, i solidum. De carrega de fustanibus, v solidos. De pannis de coloribus, v solidos. De carrega de piscato, i solidum. De carrega de asino, vi denarios. De carrega de coniliis christianorum, v solidos. Et de mauris, i morabitanum. Et de quanto uendiderint aut comparauerint, decimam partem : et dent unum corium rubeum pretori. De equo quem uendiderint in mercato, i solidum. De mauro qui se redemerit aut cum domino suo pepigerit, decima. De porco, ii denarios. De furone, ii denarios. De corio de uacca uel de zeura, ii denarios. De corio de ceruo, uel de gamo, iii mealias. De carrega de oleo, v solidos. De carrega de pane uel de uino, iii mealias. De boue uel de asino, vi denarios. De mulo uel de mula, i solidum. De carrega de peone, i denarium. De morabitano cambiar, ii denarios. De carrega de pexotas³⁴, uel de coriis que duxerint ad alium³⁵ regnum, v solidos. De oleo, v solidos. De sardinis, v solidos. De sale, i solidum. De carrega de pexotas³⁶ uel congris, ii solidos medium³⁷. De carrega de oleo de asino, v solidos. De carrega de cera de christianis, v solidos. Iestas portagines dent christiani et mauri qui non habitauerint in penamocor neque in suis terminis. Homines de Penamocor non sint dati in prestimonio. Et si habuerint iudicium cum hominibus de aliis terris, non dent neque accipiant directum, nisi in

23 uozeirus
24 equum
25 calumpniam
26 terminis
27 uacani.
28 madeira
29 rausauerit
30 pectet

31 fiaduriam
32 calumpnias
33 troixel
34 pexotas
35 aliud
36 pexotis
37 et medium

termino de penamocor. Et cum totis causis que scripte sunt in hac carta non se erigant nisi ad forum de penamocor uel ad regem. Et de toto portagio Rex habeat duas partes, et hospes terciam. Et iudex quem concilium, uel sesmus uel alcaldes manuferirent si noluerit esse, pectet v morabitos concilio. Et³⁸ concedimus etiam uobis ut detis nobis pro collecta de unaquaque domo vi denarios. Et concedimus ut habeatis lectos uestros cautatos. Et si aliquis pignoraucrit uos in uestris lectis, pectent lx solidos rancuroso et vii.^a palatio. Nos reges qui hanc cartam fieri precepimus, coram subscriptis eam roborauimus et in ea hec signa fecimus ++++++³⁹. Et concedimus ut sit benedictus a deo ille qui uobis eam obseruauerit. Facta fuit hec carta apud Colimbriam, Mense Marcio, Era m.^a cc.^a xxxv.^a vii.^a Qui affuerunt, Martinus Bracarensis Archiepiscopus conf. Martinus Port. episcopus conf. Nicholaus Visensis episcopus⁴⁰. Pe.⁴¹ Lamecensis episcopus conf. Martinus Egitaniensis episcopus conf. Petrus Colimbriensis episcopus conf. Suarius Vlixbonensis episcopus conf. Suarius Elborensis episcopus conf. Nuno sancii affuit. Gil ualasquiz affuit. Mar.⁴² petriz affuit. Gomecius suarii affuit. Laurencius uenegas affuit. Laurencius suarii affuit. Suarius remundi, Monio ermigiz⁴³ affuit. Rodericus roderici affuit. Gunsaluus menendi⁴⁴ maiordomus curie affuit. Martinus fernandiz⁴⁵ signifer Regis affuit. Valaseus menendiz dapifer regis affuit. Johannes petriz⁴⁶ affuit. Poncius alfonsi. Lopus alfonsi affuit. Petrus nuniz test. Petrus gomez⁴⁷ test. Fernandus nuniz test. Rodericus petri test. Johannes gunsaluiz test. Suarius suarii test. Julianus Cancellarius curie. Menendus petri pretor qui incepit populare. Martinus cresconiz Archidiaconus qui incepit populare. Mauratum portarius qui incepit populare.

Ego Alfonsus II.^{us} dei gratia Port. Rex, una cum uxore mea Regina domna Vrraca, et filiis nostris infantibus domno S.⁴⁸ et domno A.⁴⁹ et domna Alionor, istam cartam suprascriptam et istud forum, quod uobis dedit et concessit pater meus excellentissime memorie Rex domnus Sancius, concedo ego uobis et confirmo per hoc presens scriptum. Et ut hec mea concessio et confirmacio in perpetuum firmum robur obtineant, precepi fieri istam cartam et eam feci meo sigillo⁵⁰ plumbeo⁵⁰ communiri : que fuit facta apud Colimbriam, mense Nouembris, Era m.^a cc.^a l.^a v.^a Nos Reges supranominati et filii nostri qui hanc cartam fieri precepimus coram subscriptis eam roborauimus et in ea hec signa fecimus ++++++. Qui affuerunt, Domnus S.⁵¹ Bracarensis Archiepiscopus conf. Domnus Mar.⁵² Port. episcopus conf. Domnus Pe.⁵³ Colimbriensis episcopus conf. Domnus S.⁵⁴ Vlixbonensis episcopus conf. Domnus S.⁵⁵ Elborensis episcopus conf. Domnus Pelagius Lamecensis episcopus conf. Domnus Bar.⁵⁶ Visensis episcopus conf. Domnus Mar.⁵⁷ Egitaniensis episcopus conf. Domnus Mar.⁵⁸ iohannis signifer domini regis conf. Domnus Pe.⁵⁹ iohannis maiordomus curie conf. Domnus Laurencius suarii conf. Domnus Johannes fernandiz conf. Domnus F.⁶⁰ fernandiz⁶⁰ conf. Domnus Gomecius suarii conf. Domnus Gil ualasquiz conf. Domnus Rodericus menendiz conf. Domnus Poncius alfonsi conf. Domnus Lopus alfonsi conf. Magister P.⁶¹ Cantor Port.⁶² test. Petrus garsie test. Johanninus test. Vincentius menendiz test. Martinus petriz test. Petrus petri test. Gunsaluus menendi Cancellarius curie.

38 *deest*
39 fecimus ++++++
40 episcopus conf.
41 Petrus
42 Martinus
43 ermigii
44 menendiz
45 fernandi
46 petri
47 gomez
48 Sancio
49 Alfonso
50 plumbeo sigillo

51 Stephanus
52 Martinus
53 Petrus
54 Suarius
55 Suarius
56 Bartholomeus
57 Martinus
58 Martinus
59 Petrus
60 Fernandus fernandi
61 Pelagius
62 Portugalensis

PINEL

PINHEL

1209

In primo forali de Pinhel, a nobis jam edito, jura et statuta varia, in charta de Trancoso scripta, incolis novi oppidi communia fiebant : in altero quod nunc edimus, omnia statuta jusque consuetudinarium eborensis municipii eis tribuuntur. Textum hujus secundi foralis desumpsimus ex charta autographa, quae ab antiquo in Publico Archivo seruat. Addidimus confirmationem Alphonsi II ex Lib. Foral. Antiquor. S. Crucis Conimbric.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti. Amen. Ego Rex Sancius inclita memoria Regis Alfonsi filius una pariter cum filio meo rege alfonso et aliis filiis meis ac filiabus uobis populatori-

bus de pinel facimus kartam et concedimus. Damus uobis foro et custume de elbora tam presentibus quam futuris ut duas partes dos caualeiros uadant in fossado, et tercia pars remaneat in pinel : et una uice faciant fossado in anno. Et qui non fuerit a flossado, peite pro foro v solidos pro fossadeira. Et pro homicidio peite c solidos a palatio. Et pro casa derrota cum armas scutos et spadas pectet ccc solidos et septima a palatio. Et qui furtaret peite pro uno nouem, et habeat intentor duos quiniones et septem partes a palatio. Et qui mulier afforciaret et illa clamando dixerit quod ab illo est afforciada, et ille negaret, det illa auctorgamento de tres homines tales qualis ille fuerit : et ille iuret cum duodecim : et si non habuerit auctorgamento, iuret ipse solus et si non potuerit iurare, peite ad illa ccc solidos et septima a palatio. Et testimonia mentirosa et fidele mentiroso peite lx solidos et septima a palatio et duplet el auer. Et qui in concilio aut in mercado uel in ecclesia feriret, peite lx solidos, medios a palatio et medios ad concilio. Et de medio de concilio, septima a palatio. Et homo qui fuerit gentile aut erodero, que non seat meirino. Et qui in uilla pignos afflando et fiador, et ad montem fuerit pendrar, duplet la pendra, et peite lx solidos et septima a palatio. Et qui non fuerit a sinal de iudice, et pignos sacudiret ad saion, peite i solidum ad iudice. Et qui non fuerit ad apellido caualeiros et pedones exceptis his qui sunt in seruicio alieno, miles pectet x solidos, pedon v solidos ad uicinos. Et qui habuerit aldeia, et uno iugo de boues et xxxx^a oues et uno asno et duos lectos compareret caualo. Et qui crebantauerit sinal cum sua mulier, peite i solidum ad iudice. Et mulier qui leixauerit maritum suum de benedictione peitet ccc solidos, et septima a palatio. Et qui leixauerit mulierem suam peitet i denarium ad iudice. Et qui caualo alieno caualgaret, pro uno die peitet i^m carnarium et si magis peitet las angueiras pro uno die vi denarios, et pro una nocte i solidum. Et qui feriret de lancea, aut de spada polantrada peitet x solidos : et si trouciret ad altera parte peitet xx solidos al quereloso. Et qui crebantauerit oculum aut brachium aut dente, pro unoquoque membro peitet c solidos a lisiado, et ille det septima a palatio. Qui mulier aliena ante suo marido feriret, peitet xxx^a solidos et septima a palatio. Qui moiom alieno in suo ero mudaret, peitet v solidos et septima a palatio. Qui limde alieno crebantauerit, peitet v solidos et septima a palacio. Qui conductero alieno mactaret, suo amo colligat homicidio, et det septima a palatio : similiter de suo ortolano et de quarteiro et de suo monleiro et de suo solarengo. Qui habuerit uasalos in suo solar aut in sua hereditate non seruiant ad altero homine de tota sua facienda nisi a domino de solar. Tendas et molinos et fornos de homines de pinel sint liberi de foro. Milites de pinel sint in iudicio pro podestades et infanzones de portugal. Clerici uero habeant mores militum. Pedones sint in iudicio pro caualeiros uillanos de altera terra. Qui uenerit uozeiro ad suo uicino pro homine de foras uilla peitet x solidos et septima a palacio. Ganado de pinel non sit montado in nulla terra. Et homine qui se anafragaret suo adextrado, quamuis habeat alium sedeat excusato usque ad capud anni. Mancebo qui mactaret hominem foras uille et fugerit, suo amo non pectet homicidio. Por totas querelas de palacio, el iudice sedeat uozeiro. Qui in uilla pindrar cum saione et sacudirent ei pignos octorget el saion et prenda concilio de tres collaciones et pindret pro lx^a solidos, medios ad concilio et medios al rancuroso. Barones de pinel non seam in prestamo dados. Et si homines de pinel habuerint iudicium cum homines de alia terra non currat inter illos firma sed currat pesquisa, aut repto. Et omnes qui quesierint pousar cum suo ganado in terminos de pinel, prenda de illis montadigo da grege das oues iii^{or} carneiros. Et do busto das uaccas i^a uaca. Isto montadigo est de concilio. Et omnes milites qui fuerint in fossado uel in guardia omnes caualos qui se perdiderint in algara uel in lide, primus erectetis eos sine quinta, et postea detis nobis quintam directam. Et toto homine de pinel qui inuenerint homines de aliis ciuitatibus in suis terminis tallando aut leuando madeira de montes prenda totum quod inuenerint sine calumpnia. De azarias et de guardias quintam partem nobis date sine ulla offrecione. Quicumque ganatum domesticum pignorare uel rapere fecerit, pectet lx solidos ad palatio, et duplet ganatum a suo domino. Testamus uero et perhenniter firmamus ut quicumque pignorauerit mercatores uel uiatores christianos, iudeos siue mauros, nisi fuerit fideiussor uel debitor, quicumque fecerit peitet lx^a solidos a palatio et duplet ganatum quod prenda derit a suo domino : et insuper pectet c^m morabitanos pro cauto quod fregit : Rex habeat medietatem et concilium medietatem. Siquis ad nostram uillam uenerit per uim cibos aut aliqua res accipere et ibi mortuus uel percussus fuerit, non pectet pro eo aliqua calumpnia nec suorum parentum homicide habebantur. Et si cum querimonia de ipso ad regem uel ad dominum terre uenerit, pectet c morabitanos, medietatem regi et medietatem concilii. Mandamus et concedimus quod si aliquis fuerit latro, et si iam per unum annum uel duos furari uel rapere dimisit : si pro aliqua re repetitus fuerit quam comisit saluet se tanquam latro : et si latro est et latro fuit, omnino pereat et sububeat pena latronis. Et si aliquis repetitur pro furto et non est latro neque fuit, respondeat ad suos foros. Si aliquis homo filiam alienam rapere extra sua uoluntate, donet eam ad suos parentes et pectet illis ccc morabitanos et septima a palacio : et insuper sedeat homicida. De portagem : foro de trosel de caualo de panos de lana uel de lino, i solidum. De trosel de lana, i solidum. De trosel de fustaes, v solidos. De trosel de panos de color, v solidos. De carrega de pescado, i solidum. De carrega de asno, vi denarios. De carrega de christianos de conelios, v solidos. De carregas de mouros de conelios, i morabitanum. Portagem de caualo qui uendiderint in azougue, i solidum. De mulo, i solidum. De asno, vi denarios. De boi, vi denarios. De carneiro, iii medalias. De porco, ii denarios. De foron, ii denarios. De carrega de pane et de uino, iii^{es} medalias. De carrega de

peom, unum denarium. De mauro que uendiderint in mercado, i solidum. De mauro qui se redimeret, decima. De mauro que talia cum suo domino, decima. De corio de uaca et de zeuura, ii denarios. De corio de ceruo et de gamo, iii^{ss} medalias. De carrega de cera, v solidos. De carrega de azeite, v solidos. Iste portagem est de homines foras uille, tercia de suo hospite et duas partes de rege. Ego Rex Santicus una cum filio meo rege alfonso hanc kartam confirmauimus et roborauimus. Quisquis hanc kartam irrumpere uoluerit sit maledictus et excommunicatus. Amen. Facta karta mense sebtentris. Sub era Millesima cc.^a xxxix.^a vii.^a Isti sunt costumes quos dedit dompnus rex alfonsus ad populatores de elbora, pro benefacturia, et dompnus rex S. concessit illos cum filio suo rege alfonso et cum filiis et filiabus suis ad populatores de pinel : Vt uicini de pinel non faciant in murum nec in castellum nec dent pedidam nec collecta ad regem nec dent portagem per totum portugal : et omnes uicini de pinel habeant unum forum : et istas benefacturias concessit dompnus rex S. eum filio suo rege alfonso et cum filiis et filiabus suis ad totos uicinos de pinel in secula seculorum. Amen. Nec uadant ad uellam de castello.

Isti sunt termini quos Domnus rex Santicus dedit populatoribus de pinel et Domnus rex alfonsus concessit eis : in primo incepit ubi intrat in mozueimi in cola et inde quomodo diuidit terminum de Moreira per sorual cum Domino rege et inde quomodo diuidit per logiam de fundo de Garsia muniz per culmen de prato de Eruis teneris : et inde quomodo uadit ad pontem petrinam et inde uadit ad expedrada de auellanas : et inde ad atalaiam de tramaz : et inde uadit ad atalaiam de algumir : et inde ad germanelos : et inde ad capud de castineira : et inde ad fontanum de cacellis : et inde ad portum de carris.

·Rex Santicus — Rex Alfonsus.

Gunsaluus presbiter notuit.

Ego Alfonsus II.^{us} dei gratia Port. Rex una cum uxore mea Regina domna Vrraca, et filiis meis infantibus domno S.³³, et domno A.³¹, et domna Alionor, concedo uobis moratoribus de villa franca istam cartam et istud forum quod uobis dedit pater meus Rex domnus Sancius et illud uobis confirmo. Et ut hoc³⁵ firmiter roboretur obtineat precepi fieri istam cartam et eam feci meo sigillo plumbeo communiri. Facta carta apud trancosum³⁶ mense octobris Era m.^a cc.^a l.^a v.^a Ego Rex supranominatus et uxor mea et filii hanc kartam roborauimus et in ea hec signa fecimus +++++. Qui affuerunt, Domnus Stephanus bracarensis archiepiscopus conf. Domnus Mar. Port. episcopus conf. Domnus Petrus colimbriensis episcopus conf. Domnus Suarius Vlixbonensis episcopus conf. Domnus Suarius elborensis episcopus³⁷. Domnus Pelagius Lamecensis episcopus³⁸. Domnus Bartolomeus³⁹ Visensis episcopus⁴⁰. Domnus Mar. egitaniensis episcopus⁴¹. Domnus Mar. iohannis signifer domini regis conf. Domnus Petrus iohannis maiordomus curie conf. Domnus L. suarii⁴². Domnus Gomecius suarii⁴³. Domnus Gil ualasquiz⁴⁴. Domnus Johannes fernandi⁴⁵. Domnus Fer.⁴⁶ fernandi⁴⁶. Domnus Rodericus menendi⁴⁷. Domnus Pencius alfonsi⁴⁸. Domnus Lopus alfonsi⁴⁹. Magister Pelagius cantor port. test.⁵⁰ Vincencius menendi⁵¹ test. Petrus petri test. Gunsaluus⁵² menendi⁵² cancellarius curie⁵³.

23 montadum.
24 portatico
25 la carrega
26 mealias: et
27 nostrum factum nostrum
28 Dulcia
29 fernandiz
30 Osorarius
31 reimondus
32 assignari
33 Sancio
34 Alfonso
35 hec
36 Trancosum
37 episcopus conf.
38 episcopus conf.

39 Bartholomeus
40 episcopus conf.
41 episcopus conf.
42 suarii conf.
43 suariz conf.
44 ualasquiz conf.
45 fernandi conf.
46 Fernandus fernandi conf.
47 menendiz conf.
48 alfonsi conf.
49 alfonsi conf.
50 conf.
51 menendiz
52 Gonsaluus menendiz
53 Curie conf.

FABAYOS

FAVAIOS

1211

Hoc primum forale de Favaios in codice qui Lib. II Regestor. sive Donationum Alphonsi III dicitur, tantum invenitur. Lectiones varias ex Livro de Foraes Antigos de Leitura Nova in Publico Archivo servato adjecimus.

In dei nomine. Hec est carta de foro quam iussi fieri, Ego Alfonsus dei gratia Portugalensis¹ Rex una cum uxore mea Regina domna Orraca et filio nostro infante domno Sancio et filia nostra infante domna Alionore vobis XII^m populatoribus de fabayos tam presentibus quam futuris. Damus uobis pro foro ut sitis XII et in unoquoque anno unus de uobis sit maiordomus. Et ille qui fuerit maiordomus non faciat in ipso anno aliud forum neque det aliquid. Et de aliis undecim mandamus ut unusquisque eorum det in unoquoque anno sex quartarios per mensuram de feyra medietatem de pane aliam medietatem de uino. Et det pro parada unum almude de pane cocto medietatem de tritico et aliam medietatem de centeno et unum almude de ceuada et aliud de uino et singulas pelles de coniliis. Et pro uoto detis singulos sestarios de pane. Et detis de uenatu maiori de seeda

¹ Port.

quarazil cum suo lombo. De uenatu corrudo nichil detis. De vrso manus. Mandamus etiam ut maiordomus noster uel de nostro uasallo qui uestram villam tenuerit si non peierit istas iugadas a die sancti iohannis usque ad diem sancti martini perdat illas. Et maiordomus noster petat illas directas et uos detis ei illas. Et si nolueritis ei illas dare ipse pignoret uos pro illis et non alius. Et si alius maiordomus uel portarius uoluerit uos pignorare pro illis dectetis illum de villa uestra et nichil propter hoc pectetis maiordomum : etiam ut non pectetis nisi istas tres calupnias, furtum rausum et homicidium. Et qui mactauerit maiordomum pectet xxx^x modios planos per mensuram uille uestre. Et qui mactauerit alium hominem pectet xx^{im} modios planos. Et pro rauso xx modios : furtum nouies componatur. Et iste tres calupnie² non sint pectate nisi per inquisitionem bonorum hominum. Adhuc mandamus ut quando iueritis ad Chauias, inde ueneritis non detis portagium nisi in Chauias. Et non eatis in cararia neque in apillido nisi cum Rege. Fiadoria sit de una cera : vestri ganati pascantur in totis terminis et non faciant dampnum³. Et si fecerint dampnum sanent sicut uicinus ad uicinum. Et maiordomus de alia parte non pauset in villa uestra contra uoluntatem uestram. Isti sunt termini uille uestre : in primo, sicut diuidit cum Celeyroos, et exinde cum Legioo per uenam de dorio et sicut diuidit cum sancto felicet⁴ et cum Gauiaes. Et si aliquis dirumperit⁵ uestros terminos per iram et uobis male fecerit pectet nobis quingentos solidos, et emendet uobis dampnum quod fecerit. Adhuc mandamus ut uendatis uestram hereditates uillanis laycis quibus uolueritis qui faciant nobis tale forum de illis, quale uos debetis facere. Et mandamus ut non uendatis illas clericis neque templariis neque ospitalariis⁶ neque fratribus cuiuscunque ordinis sint, neque militibus neque scutariis sed tantum aillanis laycis. Quicunque igitur hoc nostrum factum uobis integrum obseruauerit sit benedictus a deo : amen. Qui uero illud inflingere⁷ attemptauerit⁷ ira dei ueniat super illum. Facta fuit hec carta apud Balsamum die sancti Michalis⁸ Era m.^a cc.^a xxxx.^a viii.^a Nos Reges qui hanc cartam fieri precepimus coram subscriptis eam roborauimus.

Qui affuerunt, Domnus Petrus Blacarenis⁹ Electus conf. — Domnus Martinus Port. Episcopus conf. — Domnus Petrus Colinbriensis Episcopus conf. — Domnus Nicholas Visensis episcopus conf. — Vincencius menendiz — Martinus petriz — Petrus petriz, test.

Domnus Martinus fernandiz maiordomus Curie conf. — Domnus Soarius remondi signifer Regis conf. — Domnus Rodericus roderici tenens Panoyas conf. — Domnus Poncius alfonsi tenens Blaganciam conf. — Petrus garsie — Martinus eriz — Johanninus, test.

Jvlianus Cancellarius Curie.

Et ista non erat sigillata nec signa (sic).

2 calumpnie
3 damnum.
4 felice
5 dirumperit

6 hospitalariis
7 infringere attentauerit
8 michaelis
9 bracharensis

"Super lineam scripta haec uerba inueniuntur.

SARZEDAS

SARZEDAS

1212

Ex charta apographa et non authentica, saeculi XIII, ut uidetur, conscripta, et in Publico Archivo seruatā, hujus foralis textum decerpsimus. Aliud exemplar ejusdem foralis, ibi quoque seruatū, ex eadem charta saeculi XIII descriptum fuisse clare patet.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus. Amen. Ego E. sancii filius Regis sancii una cum pelagio pelagii uolumus restaurare atque populare sarzedas. Damus et concedimus forum et consuetudinem de Couilliana omnibus tam presentibus quam futuris qui in ea habitare uoluerint tali pacto ut sexta pars de ipso termino sit de domno Egidio sancii et de pelagio pelagii et quinque partes sint de Concilio. Mandamus et concedimus ut ecclesie sint de pelagio pelagii usque ad mortem et post mortem suam remaneant ipsas ecclesias suis propinquis aut cuilibet ipse dare uoluerit. Et decime dentur per forum Couilliane. Et ecclesie habeant suas decimas et suas primicias integras et componant se cum suo episcopo. Mandamus siquidem ut duas partes de caballariis uadant in fossado Regis, et tertia pars remaneat in uilla cum peditibus et una uice faciant fossadum in anno. Et qui non fuerit in fossado, pectet pro foro v solidos pro fossadeyra. Et pro omicidio, c solidos ad palatium. Et pro casa derrota cum armis scutos et spadas pectet ccc solidos et vii.^a ad palacium. Et quis furatus fuerit, pectet pro uno nouem, et habeat intendor duos quiniones, et vii.^a pars ad palacium. Et qui mulier for-

ciar, et illa clamando dixerit quod ab illo est aforcia et ille negaret, det illa in auctorgamento tres homines tales qualis ille fuerit et ille iuret cum XII^{ci} quod non fecit. Et si mulier non habuerit auctorgamento, iuret ipse solus : et si non potuerit iurare, pectet ad illam CCC solidos et VII.^a ad palacium. Et testimonia mentirosa et fiel mentiroso pectet LX solidos et VII.^a ad palacium et duplet habere. Et qui in concilio aut in mercato uel in ecclesia aliquem percusserit, pectet LX solidos, medietas detur palacio, et medietas concilio. Et de medietate concilii, VII.^a detur palacio. Et homo qui fuerit gentilis aut herdador, non sit mordomus. Et qui in uilla pignus inuenit aut fideiussorem et ad montem fuerit pignorare, duplet pignora, et pectet LX solidos et VII.^a ad palacium. Et qui non fuerit ad signum iudicis, et pignus de manu sagionis acceperit, pectet iudici I solidum. Et qui non fuerit ad apelidum milites aut pedones exceptis his qui sunt in alieno seruicio, miles LX solidos uicinis, pedones uero V solidos. Et qui habuerit aldeyam et unum iugum bouem, et XXX^a oues, I asinum, et II lectos emat caballum. Et qui fregerit signum cum sua muliere, pectet inde I solidum. Et mulier de benedictionibus que maritum suum relinquerit, pectet CCC solidos et VII.^a ad palacium. Et qui dimiserit uxorem suam, pectet I denarium iudici. Et qui caballum alienum equitauerit pro I^o die pectet I^m arietem. Et si magis, pectet pro I^o die VI denarios, pro I^a nocte I solidum. Et qui uulnerauerit cum lancea aut cum gladio pola intrada pectet X solidos. Et si transierit ad illam partem, pectet uulnerato XXⁱ solidos. Et qui fregerit oculum, aut brachium aut dentem pro I^o quoque membro pectet uulnerato C solidos, et ille det VII.^a palacio. Qui mulierem alienam ante maritum suum percusserit, pectet XXX solidos et VII.^a ad palacium. Qui marcum alienum in sua hereditate mutauerit, pectet V solidos et VII.^a palacio. Qui limidem alienum fregerit, pectet V solidos et VII.^a palacio. Qui conductarium alienum mactauerit, pectet omicidium suo amo et det VII.^a palacio. Similiter de suo ortolano et de quarteyro, et de suo molneiro, et de suo solarengo. Qui habuerit uassallos in suo solar aut in sua hereditate ubicunque in toto Regno portugalis hereditas habuerit, non pectent nec seruiant ad alterum hominem de tota sua facienda nisi dominis hereditatum. Moratores das sarzedas per totum Regnum port. nullam pectent calumpniam nisi per forum de sarzedas. Tendas et molinos et fornus de omnibus de sarzedas sint liberi de foro. Milites de sarzedas sint in iudicio pro podestades et infanciones de portugali. Clerici uero habeant forum militum. Pedones sint in iudicio pro caballariis uillanis de altera terra. Qui uenerit uocero suo uicino pro homine foris uille, pectet X solidos et VII.^a palatio. Ganatum de sarzedas non sit montado in ulla terra. Et miles qui perdiderit suum caballum quamuis habeat alium, sit excusatus per unum annum. Mancipium qui mactauerit hominem foras uille, et fugerit, suus amus pro eo non pectet omicidium. Pro totis querelis de palacio, iudex sit uozeiro. Qui in uilla pignorauerit cum sagione et sacuderet ei pignus, concedat sagion et predat concilium de tribus collationibus, et pignoret pro LX^a solidos, medios concilio et medios rancuroso. Homines de sarzedas non sint in prestamo datos. Et si homines sarzedas habuerint iudicium cum hominibus alie terre, non currat inter illos firmat, sed currat per inquisat aut reto. Et homines qui uoluerint pausare cum suo ganato in terminos sarzedas, accipiant de illis montadigo, scilicet a grege ouium III^{or} carneiros. Et de busto de uacis I^a uacam. Iste montadigo est de concilio. Et omnes milites qui fuerint in fossado uel in gardia, omnes caballos qui se perdiderint in algara uel in lide, primum eratis eos sine quinta : Et postea detur nobis quinta directa. Et omnis homo sarzedas qui inuenit aliquem hominem alie uille in suis terminis tallendo aut leuando madeira de montibus, predant totum quod ei inuenit sine calumpnia. De azarias et de gardiis V.^a partem nobis date sine ulla offretione. Quicunque ganatum domesticum pignorare uel rapere fecerit, pectet palatio LX^a solidos, et duplet ganatum suo domino. Testamus uero et perhemniter firmamus ut quicunque pignorauerit mercatores uel uiatores christianos, iudeos, siue mauros, nisi fuerit fideiussor uel debitor, quicunque hoc fecerit, pectet palatio LX solidos, et duplet ganatum quod predidit suo domino. Et super pectet C morabitanos pro cauto quod fregit : Dominus habeat medietatem, et concilium medietatem. Siquis ad uestram uillam per uim uenerit aut aliquam rem accipere, et ibi mortuus uel percussus fuerit, non pectet pro eo aliquam calumpniam nec suorum parentum habentur omicidium. Et si rancura de ipso ad regem, uel domini terre uenerit, pectet C morabitanos, medietas domino et medietas concilio. Mandamus et concedimus quod si aliquis fuerit latro, et si iam per unum annum uel duos furari uel rapere relinquerit, et postea si pro aliqua repetitus fuerit quodcunque comisit saluet se tanquam latro. Et si latro est et latro fuit omnino pereat, et subeat penam latronis. Et si aliquis repetitur pro furto, et non est latro neque fuit respondeat per suum forum. Si aliquis homo filiam alienam habuerit ui donet eam suis parentibus, et pectet illis CCC morabitanos et VII.^a palatio : et insuper sit omicida. De portagem : foro de trosel de caballo de pannis de lana uel de lino, I^m solidum. De trosel de fustanes, V solidos. De trosel de pannis de color, V solidos. De carrega de piscato, I^m solidum. De carrega de asino, VI denarios. De carrega de pellibus christianorum, V solidos. De carregas de mauris de conelibus, I morabitanum. Portagem de caballo qui uendiderit in mercato, I^m solidum. De mulo, I^m solidum. De asino, VI denarios. De carnario, III medialias. De porcu, II denarios. De foron, II denarios. De carrega de pane uel de uino, III medialias. De carrega de peon, I denarium. De mauro qui uendiderit in mercato, I solidum. De mauro qui se redimeret, decimam. De mauro qui talia cum suo domino, decimam. De corio de uaca uel de zeura, II denarios. De corio de ceruo uel de gamo, III medialias. De carrega de cera, V solidos. De carrega de azeite, V solidos. Iste portagem est de omnibus

foris uille, tertia pars de isto portagem detur suo hospiti, et duas partes domino. Moradores das sarzedas non dent portadigum. Asignamus eos terminos quomodo nascem as almazanedas et intrant in hocresa et inde in a cabeza das olelas, et inde aas taladas secas, et inde au uau das areas, et inde aa foz de froia, et inde a cabeza zeureira, et inde aa serra da isna quomodo corrunt aqua in ocresa. Ego domnus egidius sancii una cum pelagio pelagii meo archidiacono hanc kartam propriis manibus Ro—bo—Ra—mus et confirmamus. Quisquis os terminos assignatos dirrumpere uoluerit pectet mille solidos concilio probate monete. Facta carta Mense januarii : Sub Era m.^a cc.^a l.^a Et si quis hoc factum nostrum irrumpere uoluerit, sit maledictus a deo. Et concedimus ut omnis christianus quamuis seruus ex quo in sarzedas habitauerit per unum annum, sit liber et ingenuus tam ipse quam progenies eius. Qui presentes fuerunt testes, Domno laurencio uenegas test. Nunus abbas palatioli test. Didacus priol palatioli test. Sancius prepositus palatioli test. Martinus abbas de bostelo test. Duram, iudex de uilla de conde test. Petrus gunsalui. Ermigius notauit.

MONS MAIOR

MONTEMÓR VELHO

1212

In charta authentica saeculi XIV insertum hoc manet forale. Non antiquius in Publico Archivo (ubi charta haec servatur) aut alibi, exemplar inuenimus.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Notum sit omnibus quam futuris quod ego Regina Tarasia cum sorore mea Regina domna Branca que fuimus filie Regis domini Sancii bone animo et espontanea uoluntade et intymo cordis amo..... do opido montis maioris et omnibus habitatoribus suis quam presentibus quam futuris perpetuo ibidem permansuris forum bonum per quod regalia iure inferius plenarie scripta mihi et generi meo a uobis et a persoluantur. Do itaque uobis pro foro ut quis publice coram bonis hominibus casam uolenter cum armis rumperit pectet d solidos et hoc sit sine uozario : et si infra domum ructor ocissus fuerit dominus domus pectet i morabitinum. Et si ibi uulneratus fuerit pectet pro eo medium morabitinum. Similiter pro omicidio et rousso publice facto pectet d solidos. Et si aliquis calcaribus percusserit et testimonium bo..... conuictus fuerit pectet d solidos. Pro merda in boca lx solidos pectet testimonio bonorum hominum. Furtum cognitum testimonium bonorum hominum nouies componatur. Qui relegum uini regis rumperit et in relegum v..... uendiderit et inuentum fuerit testimonio bonorum hominum primo pectet v solidos et secundo v solidos. Et si tercio inuentum fuerit testimonium bonorum hominum vinum totum effundatur et arcus cupar..... De uyno de fora dent de unaquaque carrega i almude et uendatur aliud in relegum. De jugata uero hoc mando usque ad natalen domini traatur et de unoquoque jugue bouum dent i modium tritici qualis laborauerint et si de utroque laborauerint de utroque dent per alquerium directum uille et sit quartarius de quatuor decem (sic) alqueriis et metiatur sine brachio curuato et tabula subposita. Et parcai..... lario qui boues non habuerit non dent jugatam. Cauon si laborauerit triticum det i talegam et si laborauerit milium similiter. Et de geiras i quartarium tritici uel milii unde laborauerit. Pedites uam uyni et lini. Et habitatores Montis maioris habeant libere tendas fornos panis similiter et olarum. Et de fornos de telia dent decimam. Qui hominem extra coutum pectet lx soldos. Et si uulnerauerit hominem extra coutum pectet xxx solidos. Qui in platea aliquem armis uulnerauerit pectet medietatem homicidii. Qui armam per iram denuauerit uel ea extraxerit per iram et non percuxerit pectet lx soldos. Et homines Montis maioris habeant hereditates suas populatas et illi qui in eas habitauerint pectent pro homicidio et rousso noto et merda .. buca lx soldos medietatem scilicet regi et medietatem domino hereditatis et eant in appetitum regis et nulum aliud forum faciant regi. Et homines qui habitauerint in hereditatibus montis maioris si furtum fecerint ut supradictum est componatur medietatem regi et medietatem domino ereditatis. Et almotacaria sit de Concilio : Et mitatur almotace per alcayden et per concilium vile. Et dent de foro de vaca i denarium et de zeuro i denarium et de ceruo i denarium. Et de bestia de pescato i denarium. Et de barca de pescato i denarium et dent iudicato similiter. Et de alcauala iii denarios. De ceruo et de zeuro et de vaca et de porco et de carnario i denarium. Piscatores dent decimam. De equo uel de mula quem uendiderint uel emerint homines de fora a decem morabitinis et supra dent i morabitinum : Et a decem morabitinis et infra dent medium morabitinum. Et de equa uendita uel comperata dent ii solidos, et de boue ii solidos et de uaca i solidum. Et de asino et de asina hum solidum. De mouro et de moura medium morabitinum. De porco uel de carnario ii denarios. De caprone uel de capra ii denarios. De carega de azeyte uel de coriis bouum uel ceruorum uel zeurorum uel de

panis uel de pelibus coniliorum uel de coriis uermeliis uel albis uel de pipere uel de grana dent suum forum sicut est consuetudo. De bracale ii denarios. De uestitu de pelibus iii denarios. De lino uel aliis uel cepis decimam. De piscato de fora decimam. De cuncas uel de uasis lineis decimam. Et pro omnibus hiis caregis quas uendiderint homines de fora et portagium dederint si alias proprias emerint non ex eis. De carega panis uel salis quam uendiderint uel emerint homines de fora de bestia caualarii uel mularii dent iii denarios : De asnari iii medalias. Mercatores naturales uile qui soldadam dare uoluerint recipiatur ab eis. Si autem soldadam dare noluerint dent portagium. De carega de piscato que inde leuauerint homines de fora dent de carega vi denarios. Belestarii habeant forum militum. Mulier militis que uiduauerit habeat honorem militis usque nubes et si nuserit pediti faciat forum peditis. Miles qui senuerit uel ita debilitauerit quod exercitum facere non possit estet in honore suo. Si autem mulier militis uiduata talem filium habuerit qui cum ea in domo contineatur et caualariam facere potuerit faciat ... pro Almocreuermocreuariam uiuerit faciat forum suum semel in ano. Miles uero qui eum suum aut bestias suas ad almocreuariam miserit nullum forum de almocreuariam faciat. Conelarius qui fuerit ad suiugueyra et illuc manserit dent follem unum conilii. Qui illuc moratus fuerit oto diebus uel anplius det vnum cunilium com pelle sua. Et conilarius de fora det decimam quociens uenerit. Moratores Montis maioris qui panem suum uel uinum uel ficus uel oleum in Sanctarem habuerit uel aliis locis et ad Monte maioren illud ad opus sui duxerit et non ad reuendendum non dent inde portagium. Qui cum aliquo rixerit et post rixam domum suam intrauerit habito consilium aceperit fustem uel purinam et eum percuxerit pectet trinta solidos. Si autem inconsulte et casa occidente (*sic*) percuxerit nichil pectet. Inimicus de fora non intret villan super inimicum suum nisi per treguas aut pro directo illi dare. Si equus alicui *aliquem* occiderit dominus equi pectet aut equum aut homicidium quod eorum domino equi placuerit. Et clericus habeat forum militis per totum et si com muliere inuentus fuerit turpiter maiordomus non mittat manum in eum neque alico modo eum capiat sed mulierem capiat si uoluerit. De madeira que uenerit per flumen vnde dabant octauam dent decimam. De atalaya de vila debet Rex tenere mediatatem et milites medietatem suis corporibus. Milites Montis maioris quibus meus dyues homo benefecerit de terra sua uel de ere suo per quod eum habeat ego eum recipiam meo dyuyti homini in numerum suorum militum. Maiordomus uel sagio eius non eant ad domum militis sine portario pretoris. Et meus nobilis homo qui Montem maiorem de me tenuerit non mittat ibi alium alcaydem nisi de Monte maiore. De casis quas mei nobilis homines aut freires aut hospitalarii aut monasteria in Monte maiori habuerit faciunt forum vile sicut ceteri milites de Monte maiori. Ganatum perdidicium maiordomus inuenerit teneat illum usque tres menses et per singulos menses faciat de eo preconem dare ut si dominus eius uenerit detur ei. Si autem dominus eius dato pregonē usque tres menses non uenerit tunc maiordomus faciat de eo comodum suum. De caualgada de alcayde nichil accipiat per uim nisi quod ei milites amore suo dare uoluerint. De caualgada lx militum et supra diuidant mecum in campo. Fauber aut çapatarius aut pelitarius qui in Monte maiore casam habuerit et in ea laborauerit non det de ea ullum forum. Et qui maurum faubrum uel çapatarium habuerit et in domo sua laborauerit non det pro eo forum. Qui autem mesteriales ferarii uel çapatarii fuerit et per officium istud uiuerit et casas non habuerit ueniat ad tendas meas et faciat mihi meum forum. Qui equum uendiderit aut emerit uel maurum extra Montem maiorem ubi eum comperauerit uel uendiderit ubi (*sic*) det portagium. Et pedytes quibus suum habere dare debuerint dent inde decimam maiordomo et maiordomus det eis directum pro decima. Et pro decima eis dare directum noluerit tunc pretor eis directum faciat dari pro portarium suum. Mercatores Montis maioris non dent luytosam. Adayles Montis maioris non teneant cegam in exercitu regis. Penetarie dent pro foro de trinta panibus unum. Portagia uero et forum et quinte saracenorum et aliorum ita persoluantur sicut consuetudo est exceptis hiis que superius scripta sunt et uobis relinquo. Et pro alcaydaria de una bestia que uenerit de fora com piscato dent ii denarios. Et de barca de piscato minuto, ii denarios. Et de toto alio piscato dent suum forum. De nauigio uero mando aut (*sic*) alcayde et duo spadalarii et duo pronarii et unus pitintal habeant forum militum. Hec omnia itaque prescrite iam pro foro do et concedo et hec eas (*sic*) maiordomus testimonium bonorum hominum et non ad alia. Milites de Monte maiore testificentur cum infancionibus de portugali. Siquis igitur hoc nostrum factum uobis firmiter seruauerit benedictionibus dei et mei repreatur. Qui uero illud frangere uoluerit maledictionem dei et mei consequatur. Facta carta mense Maii Era m.^a cc.^a l.^a Nos supradicte Regine domna Tarasia et soror mea Regina domna Branca hoc scritum coram idoneis testibus roborauimus et confirmauimus : qui presentes fuerunt isti sunt testes : Tunc Rex Alfonsus erat filius regis domni Sancii portugalensis : In Bracara Ellectus domnus Petrus. Gonsaluus menendi filius comitis domni Menendi qui fuit de Sousa uidit et confirmauit. Arias menendi filius menendi strema test. Laurencius egee filius egee anriquiz test. Menendus gonsalui test. Fernandus gonçalui test. Magister Petrus montis maioris test. Martinus suarii test. Suarius uermudi test. Johannes fernandi test. Johannes stefani test. Petrus filius test. Petrus suerii rouuam test. Gonsaluus beffe test. Gonsaluus de frandes. Johanes eichauida test. Johannes oito test. Martinus aretelematus test. Menendus cabaça test. Menendus erigiz test. Saluator lupini test. Arterius presbiter de sancto Martino test. Johannes saluati de sancto Salvatore test. Frater petri de sancta maria de fora test. De sancto

micaele Johannes pelagii test. De sancto Johanne Dominicus presbiter test. Episcopus colinbrie domnus petrus. Egidius presbiter et Vincencius iohannis. Ego uero domnus Alfonsus dei gratia Rex Portugalensis et Comes Bologne Concilio Montis maioris do et concedo forum et cartam quam Colinbrien (*sic*) habet et quod Regina dona Tarasia et dona Branca bone memorie iam diu concesserunt et etiam ei dederunt, Ego bono animo confirmo. Et ut nula dubitacio ibi habeatur meum sigillum firmiter oponi (*sic*) feci sub Era m.^a cc.^a lxxx.^a vi.^a Datum apud Colinbrien (*sic*) iiii^{or} nonas agusti : qui presentes fuerunt, Infans donus Petrus et donus Johannes. Johannes Alfonsi. Donus S.^{us} cantor ciuitaten et Rector ecclesie sancte Marie Montis maioris. Frater Johannes cisterciensis ordinis et maiordomus dona Regine et Micael gonsalui presbiter qui notauit istam cartam. F. gondini pretor Montis maioris. Micael martini tenens (?). Infans donus P. Stephano iohannis. Johannes gonsalui vicarius, et Petrus petri pintus de Monte maiore, test. Aluaziles Montis maioris.

ALANQUER

ALEMQUER

1212

In charta regis Dionisii qua ipse rex municipium in loco Montes de Alemquer, sic dicto, instituit, inscriptum est hoc forale. Quia authenticum et antiquius exemplar sit, textum nobis praeiuit. Charta ista in Archivo Publico asservata. Lectiones varias hausimus ex Lib. III Registor. sive Donationum ipsius regis.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Notum sit omnibus quod Ego Regina domna¹ Sancia filia Sancii Regis qui fuit Alfonsi primi Regis Port.² filius per gratiam dei domina Castelli quod dicitur Alanquer bono animo et spontanea uoluntate et intimo cordis amore do et concedo predicto Castello et omnibus habitatoribus suis tam presentibus quam futuris perpetuo ibidem permansuris forum bonum per quod regalia iura inferius plenarie scripta michi et successoribus meis a uobis et a successoribus uestris persoluantur. Do itaque uobis pro foro ut qui publice³ coram bonis hominibus casam uolenter cum armis ruperit pectet quingentos solidos, et hoc sit sine uozeyro. Et si infra domum raptor occisus fuerit occisor uel dominus domus pectet unum morabitinum : et si ibi uulneratus fuerit pectet pro eo medium morabitinum. Similiter pro homicidio et rausso⁴ publice facto pectet quingentos solidos. Qui etiam calcaribus percusserit et testimonio⁵ bonorum hominum conuictus fuerit pectet quingentos solidos. Pro merda in bucca pectet lx^a solidos testimonio bonorum hominum. Furtum cognitum testimonio⁶ bonorum hominum, nouies componatur. Qui relegum vini ruperit, et in relego⁷ suum uinum uendiderit et inuentum fuerit testimonio⁸ bonorum hominum, primo⁹ pectet quinque solidos et secundo v^o solidos : et si tercio iterum inuentum fuerit testimonio¹⁰ bonorum hominum, uinum totum efundatur, et arcus cuparum incidantur. De uino de fora dent de unaquaque carrega unum almude et uendatur aliud in relegum. De iugada uero hoc mando, ut usque ad Natalem domini trahatur : et de unoquoque iugo boum, dent unum modium milii uel tritici qualis laborauerit : et si de utroque¹¹ laborauerit de utroque dent per alqueyre directum ville : et sit quartarius de xiiii^{cim} alqueyres, et meciatur sine brachio curuato et tabula supraposita. Cauon si laborauerit triticum, det unam taleygam : et si laborauerit milium similiter. Et de geyras de bobus unum quartarium tritico uel milio unde laborauerit. Et de parceyro de caualleiro qui boues non habuerit, non det iugatam. Et habitatores de Alanquer habeant libere tendas, fornos panis, scilicet et¹² ollarum : et de fornos¹³ telia dent decimam. Qui hominem extra cogtum¹⁴ occiderit, pectet lx^a solidos. Et qui uulnerauerit hominem extra cogtum¹⁵, pectet xxx^a solidos. Qui in platea aliquem armis uulnerauerit, pectet medietatem homicidii. Qui armam per iram denuauerit, uel a domo ea extraxerit per iram et¹⁶ non percusserit, pectet lx^a solidos. Et homines de Alanquer habeant hereditates suas populatas : et illi qui in eis habitauerint¹⁷ pectet pro homicidio et rausso noto et merda en boca, lx^a solidos, medietatem scilicet maiordomo ville et medietatem domino hereditatis, et eant in appellitum sicut est consuetudo vlixbone. Et homines qui habitauerint in hereditatibus Alancarensis si furtum fecerint ut supradictum est componatur, medietatem maiordomo

1 Domina
2 Portugalensis
3 publice
4 rauso
5 testimonium
6 testimonium
7 relegum
8 testimonium
9 primum

10 testimonium
11 utraque
12 deest
13 fornus
14 cogitum
15 cogitum
16 deest
17 habitauerit

ville et medietatem domino hereditatis. Et almofazaria¹⁸ sit de concilio : et mittatur almotace per alcaydem et per concilium uille : et dent de foro de vaca unum denarium¹⁹, et de zeuro unum denarium, et de çeruo²⁰ unum denarium, et de bestia de pescato²¹ unum denarium²², et de barca de pescato unum denarium²³, et de iudicato similiter. Et de alcauala tres denarios. De ceruo et de zeuro et de vaca de²⁴ porco unum²⁵ denarium²⁵ et de carneyro unum denarium. Piscatores dent decimam. De equo uel de mula uel de mulo quem uendiderint uel emerint homines de fora a decem morabitanis et²⁶ supra, dent unum morabitanum, et a decem morabitanis et infra, dent medium morabitanum. De equa uendita uel comparata dent duos solidos, et de boue duos solidos, et de vaca unum solidum, et de asino et²⁷ asina unum solidum. De mauro et de maura, medium morabitanum. De porco uel de carneyro, ii denarios. De caprone uel de capra, unum denarium²⁸. De carrega de²⁹ azeite²⁹ uel de coriis boum uel zeurorum uel ceruorum, dent medium morabitanum. De carrega de cera, dent medium morabitanum. De carrega de anil uel de pannis uel de pellibus coniliorum uel de coriis uermeliis uel albis uel de pipere uel de grana, dent unum morabitanum. De bracale, duos denarios. De uestitu de pellibus, tres denarios. De lino uel de aliis uel cepis, decimam. De pescato de fora, decimam. De concas uel de vasis lineis, decimam. Et pro omnibus his carrigis quas uendiderint homines de fora, et³⁰ portagium³¹ dederint, si alias proprias emerint, non dent portagium³² ex eis. De carrega panis uel salis quam uendiderint uel emerint homines de fora de bestia caualari uel mulari, dent tres denarios. De asinari³³ tres medalias. Mercatores naturales uille qui soldadam dare uoluerint³⁴, recipiatur ab eis. Si autem soldadam dare noluerint³⁵, dent portagium. De carrega de pescato quam inde leuauerint homines de fora, dent sex denarios. Pedites dent octauam³⁶ lini et vini. Balistarii habeant forum militum. Mulier militis que uidauerit, habeat honorem militis usque nubat : et³⁷ si nupserit pediti, faciat forum peditis. Miles qui senue-rit uel ita debilitauerit quod exercitum facere non possit, stet in honore suo. Si autem mulier militis uiduata talem filium habuerit qui cum eo³⁸ in domo contineatur, et caualariam facere potuerit³⁹, faciat eam pro matre. Almo-queuer qui per almocrauariam⁴⁰ uixerit, faciat forum suum semel in anno. Milles⁴¹ uero qui equum⁴² suum aut bestias suas ad almocrauariam⁴³ miserit, nullum forum de almocrauarum⁴⁴ faciat. Conilarius qui fuerit ad suggeyram⁴⁵, et illuc manserit, det folem unum conelium⁴⁶ : et qui illuc moratus fuerit octo diebus uel amplius, det⁴⁷ unum conelium⁴⁸ cum pelle sua. Et conilarius de fora det decimam quociens uenerit. Moratores de Alanquer qui panem suum uel vinum uel ficus uel oleum in Sanctaren habuerint uel in aliis locis et ad Alanquer illud ad opus sui duxerint et non ad reuendendum, non dent inde portagium. Qui cum aliquo rixauerit et post rixam domum suam intrauerit et ibi inito consilio acceperit fustem uel porrinam et eum percusserit pectet xxx^a solidos. Si autem inconsulte et⁴⁹ casu accidente percusserit nichil pectet. Inimicus de fora non intret villam super inimicum suum nisi per treguas aut pro directo illi dare. Si equus alicuius aliquem occiderit, dominus equi pectet aut equum aut homicidium quod horum domino equi placuerit. Et clericus habeat forum militis per totum : et si cum muliere inuentus turpiter fuerit, maiordomus non mittat manum in eum nec⁵⁰ aliquo modo eum capiat, sed mulierem capiat si uoluerit. De madeyra que uenerit per flumen unde dabant octauam, dent decimam. De atalaya de villa debet Regina tenere medietatem, et milites medietatem suis corporibus. Militem de Alanquer cui meus diues homo benefecerit de terra sua uel de habere suo per quod eum⁵¹ habeat, ego eum recipiam meo diuiti homini in numerum suorum militum. Maiordomus uel sagio eius non eant ad domum militis sine portario pretoris. Et meus nobilis homo qui Alanquer de me tenuerit, non mittat ibi alium alcaydem nisi de Alanquer. De casis quas mei nobiles homines aut freyres aut hospitalarii aut monasteria⁵² in Alanquer habuerint faciant forum ville sicut ceteri miles de Alanquer. Ganatum perditicium quod maiordomus inuenerit, teneat illud usque tres menses : et per singulos menses faciat de eo preconem dari : ut si dominus eius uenerit, detur ei. Si autem dominus eius preconem dato usque tres menses non uenerit, tunc maiordomus faciat de eo quomodo suum. De caualgada de alcayde nichil accipiat per uim nisi quod ei milites amore suo dare uoluerint. De caualgada sexaginta militum et supra diuidant mecum in campo. Faber aut zapatarius⁵³ aut⁵⁴ pellitarius⁵⁴ qui in Alanquer casam⁵⁵ habuerit⁵⁵ et in ea laborauerit non det de ea ullum forum. Et qui maurum fabrum uel zapatarium habuerit et in domo sua laborauerit, non det

18 almotacaria
19 denarion
20 zeuro
21 pescato
22 denarion
23 denarion
24 et de
25 desunt
26 deest
27 et de
28 denarion
29 dazeite
30 deest
31 portaginum
32 portaginum
33 asnari
34 uoluerit
35 non uoluerint
36 octauum

37 deest
38 ea
39 poterynt
40 almocauariam
41 Et miles
42 equum
43 almocauariam
44 almocauaria
45 sugeiram
46 conilium.
47 dent
48 conilium
49 deest
50 neque
51 eam
52 monestaria
53 capatarius
54 desunt
55 casan abuerit aut pillitarius

pro eo forum. Qui autem ministeriales ferrarii uel zapatarii⁵⁶ fuerint et⁵⁷ per officium istud uixerint et casas non habuerint, ueniant ad tendas meas et faciant michi meum forum. Qui equum uendiderit aut comparauerit uel maurum extra Alanquer ubi comparauerit uel uendiderit ibi det portagium. Et pedites quibus suum habere dare debuerint, dent inde decimam maiordomo et maiordomus det eis directum pro decima : et si pro decima eis dare directum noluerit tunc pretor faciat eis directum dari per portarium suum. Moratores de Alanquer non dent luytosam⁵⁸. Adaliles de Alanquer non dent quintam de quinionibus suorum corporum. Milites de Alanquer non teneant zagam in exercitu. Penetarie dent pro foro de xxx³ panibus unum. Portagia uero et forum et quinta sarracenorum et aliorum, ita persoluantur sicut consuetudo est : exceptis his que⁵⁹ superius scripta sunt⁶⁰ et uobis relinquo. Et pro alcaydaria de una bestia que⁶¹ uenerit de fora cum piscato dent duos denarios : et de barca de piscato minuto ii denarios. Et de toto alio piscato dent suum forum. De nauigio uero mando ut alcayde et duo spaldarii et duo pronarii et unus petintal habeant forum militum. Hec itaque omnia prescripta uobis pro foro do et concedo et ad hoc eat maiordomus testimonio bonorum hominum et non ad alia. Milites de Alanquer testificantur cum infancionibus de portugali. Siquis igitur hoc meum factum uobis firmiter seruauerit benedictionibus dei et mei repleatur⁶². Qui uero illud frangere uoluerit maledictionem dei et mei consequatur. Facta carta ultima die Maii Era⁶³ m.⁶³ cc.⁶³ l.⁶³ Ego supranominata Regina domna Sancia qui hanc cartam fieri precepi⁶⁴ apud Montem maiorem coram ydoneis testibus roborauit. Qui presentes fuerunt, domnus G. menendi filius comitis domni Menendi. Gomecius uenegas filius egee alfonsi. Laurentius egeas filius Egee anrriquiz. Martinus gonsalui filius Gonsaluis sarraceni⁶⁵. Dominus Egidius filius Roderici fernandi de vlixbona. Gonsaluus petri filius petri gonsalui de pauia. Dominus andrea portarius Regine domine⁶⁶. Fernandus gonsalui scriba Regine domine, test.

56 capatarii
57 deest
58 luctosan.
59 qui
60 sint
61 qui

62 repleantur.
63 Era m.⁶³ cc.⁶³ xxx.⁶³
64 precipi
65 carraceli.
66 domina.

CANEDO

CANEDO

1212

Ex codice, qui titulum Lib. II Donationum Alphonsi III prae se fert, textum hausimus : lectiones varias ex codice Foraes Velhos de Leitura Nova, sic dicto, decerpsimus.

In dei nomine. Ego A.¹ dei gratia Rex Port. facio cartam uobis populatoribus de canedo pernominos Pelagii gomez, et vxori tue Sancio petri, Petro gonsalui et tue vxori loba gonsalui, tibi Johanne pelagii et tue vxori Marie iohannis, Petri petri et vxori tue Marie fila, Sudarii iohannis et vxori tue Maiori iohannis. Do et concedo uobis caendo² cum suis terminis comodo³ incipit per portum quando ueniunt de Adufi et uadit per a pousada et uadit per cumen ad penedo de varcea et uadit ad Louzal comodo⁴ diuidit cum Garauelos et uadit ad escusa de pedrafita et inde ad campo de letanias comodo⁵ diuidit cum heremita et uadit ad foz de corozino⁶ et intrat per uenan corragi a enfesto et ferit in foz de maaguiros et uadit per uena a enfesto et uadit ad capud⁷ de moroucos comodo⁸ diuidit per cumeira et uadit ad capud⁹ de eiroo et reuertitur per spinacum de cam et inde intrat in forcadas de cabril et uadit per uenan anproo et reuertit ubi prius incipimus. Do uobis populatoribus istos terminos nominatos uos et omnis posteritas uestra et de quibus populare uolueritis rendatis michi unicuique anno duodecim modios inter panem et uinum et sit mediatum centeno milio rubio uel albo et de istos supranominatos modios detis eos panem in tempore arearum et uinum in tempore uindimiarum per mensuram de constantim qualem hodie ibi est. Et ponatis super uos maiordomo de uestra uilla et illum uestrum maiordomo petat uobis ipsas predictas iugadas et meceat eas et leuet eas ad Adufi et clamet meum maiordomo uel meum seruiciale et apresentet iugadas ante illum et si eas recipere noluerit faciatis testimonium bonorum hominum de uestra uilla m¹⁰ uicibus et nuquam¹¹ de ea respondetis : de collecta v^o almudes de ceuada, et v^o almudes uini, et m gallinas, et xxx² oua : et detis ista collecta in festo sancti martini in uestra uilla una uice in anno et m arietes in mense magii : et postquam habuerint uno anno recipiat illos per maiordomo de canedo : si occideritis urso detis inde

1 alfonsus
2 canedo
3 quomodo
4 quomodo
5 quomodo
6 corozino

7 caput
8 scilicet quomodo
9 caput
10 tribus
11 nunquam

manus : de porco montesino et de seruo¹² siue de corço si eos occideritis detis inde lumbo et si isto condado non dederitis pectetis pro illo 1 libram de cera : non dedis¹³ luitosa nec portagem in terra de panoias : non uaades in apelido nec in fossado nisi ubi fuerit domini Regi. Vendatis donetis faciatis de ea quicquid uos uolueritis et habeo meum forum sicut resonat in hac karta¹⁴ : de totas callumpnias non pectetis nisi tres si eas feceritis. Homicidium rausum si fuerint factas in uestra uilla pro una de illis pectant¹⁵ x^m¹⁵ morabitanos, et de istos morabitanos septimam partem ad palacio et alias sex partes ad concilium : furtum quale fuerit factum tale sit pectatum : de istas tres callumpnias non respondatis nisi per inquisitionem bonorum hominum de canedo et istas callumpnias se as demandauerint ad uos sedeant infiadas per maiordomo de ipsa uestra uilla et non per aliids¹⁶ qui ueniantis¹⁷ facere dire¹⁸ ante iudex terre : et a fiadoria sit 1 libra de cera et postquam istud fuerit infiado ante iudice ad tercia die ueniantis responder a directo : de apostilia non respondatis : princeps terre nec maiordomo nec prestamario qui ipsa terra uel ipsa uilla de me tenuerit non pousent nec intrent in uestra uilla nec hominem suum qui ibi faciat forciam : uicinus rixosus qui directo noluerit facere uicinis suis pectet 1 libram cere et exat¹⁹ de uilla. Nullus homo non sit ousadus de pignora²⁰ in uestris terminos nisi petat²¹ ad maiordomo ipsius uilla²¹ ad directum, et si ante pignora²⁰ pectet michi mille solidos : pro uodo singulas quairelas, 1 sestario inter panem et uinum. Hoc forum faciatis sicut resonat in carta ista et no²² plus. Habeatis uos et successores uestros predictam hereditatem in perpetuum. Qui ad uestrum forum uel ad uestram cartam tenuerit sit benedictus a deo patre omnipotentem²³. Amen. Qui aliut²⁴ inde a uobis fecerit sit maledictus a deo patre et beate Marie, et omnium sanctorum, Amen : et duplet uobis dictam hereditatem et pectet michi sex mille solidos. Ego A.²⁵ Rex Port. una cum domino R.²⁶ menendi qui ipsa terra de me tenuerit hanc kartam. roboramus. Facta karta kalendas Junii, sub Era m.^a cc.^a l.^a Judice terre F. : domno G. menendi test. : domno M. gunsalui filii sui test. : M. eanes test. : dom Petro canes test. : Martino martinis tabalionem domini Rex²⁷ test. : D. notuit. Et carta ista non tenet signa nec sigillum.

12 ceruo
13 detis
14 carta
15 pectent xxxx^a
16 alios
17 ueniant
18 directum
19 exeat

20 pectat
21 uille
22 non
23 omnipotenti.
24 aliud
25 Alfonsus
26 Roderico
27 Regis

CIRA

VILLA-FRANCA DE XIRA

1212

Ex apographo authentico saeculi XV textum desumpsimus. Translationem in linguam uernaculam adiecimus ex exemplari saeculi XIV, ut uidetur. Utrumque diploma in Archivo Publico manet.

In nomine Patris et filii et spiritus sancti, amen. Gratia dei cooperante qui dat omnibus affluenter et non inperat : Ego froilhi hermigiz do uobis meis hominibus atque uasalis et alumpnis hereditates de Cira ad populandum jure hereditario. Idcirco placuit mihi lebenti animo et spontanea uoluntate dare et concedere uobis forum bonum tam presentibus quam futuris perpetuo ibidem permanentibus, per quod forum regalia iura inferius plenarie mihi et generi meo a uobis et a successoribus uestris persoluantur. Do itaque uobis pro foro ut qui pubrice eorum casam uolenter cum armis irrumperit pectet 10 solidos et hoc sit sine uozeyro : et si infra domum raptor ocisus fuerit, ocisor uel dominus domus pectet 1 morabitanum. Et si ibi uulneratus fuerit pectet pro eo medium morabitanum. Similiter pro homicidio et rouso pubrice facto pectet 10 solidos. Qui ecciam ali-

En nome de deus amen. Este he o foro de vila franca de xira e de seu termo, o qual leixou dona fruylla ermiget aos poboradores e moradores dela. Primeiramente que todo aquel que ronper casa dentro por força com armas peite ao senhorio 10 soldos, e esto se entende se nom for uezeiro (*sic*). E se dentro na casa entrar por força e for morto ou o senhor da casa, peite hum maraudil. E se dentro na casa for ferido peite por el 1 meio marauedil : e esso meesmo por o omicidio e rrouramento pubricamente feito, peite 10 soldos. E sse alguem ferir outro com couces e lhi for prouado por testemunhos de boos homens peite 10 soldos. Item por merda en boca peite 10 soldos, e esto se lhi for prouado per testemunhos de boos homens. Item furto conhecido per testemunhos de boos homens seia pagado aas noueas. Item o que rronper o rrelego do uinbo de dona

quem calcaribus percuserit et testimonium bonorum hominum conuictus fuerit, *D* solidos pectet. Pro merda in buca *LX* solidos pectet testimonio bonorum hominum. **Furtum cognitum testimonium bonorum hominum no- uies componitur.** Qui relegum uini de dona fruilhi her- migi rumperit et in relegum suum uinum uendiderit et inuentum fuerit testimonio bonorum hominum, primo pectet *v* solidos et secundo *v* solidos. Et si in tercio ite- rum inuentum fuerit testimonio bonorum hominum ui- num efundatur. Et de uino de fora detur de unaquaque carga *i* almude, et uendatur aliud in relego. De pane hoc mando ut detis de illo *v*.^a Et de qua rumperint dent octauam usque ad tres anos. Et de uino octauam in torculari. Et de lino octauam in tendal. Et habitatores de circa libere tendas fornos panis sed et oliuarum et fornis de telia dent decimam. Qui hominem extra cau- tum ociderit pectet *LX* solidos. Et qui uulnerauerint ex- tra cautum pectet triginta solidos. Qui in platea aliquem uulnerauerit pectet medietatem homicidii. Qui arma per iram denudauerit, uel a domo extraxerit per iram et non percuserit pectet *v* solidos. Et homines de circa habeant suas hereditates populatas. Et illi qui in eis habitau- rint pectent homicidium et rousum et merda in buca *LX* solidos dominis cirie, et nullum aliud faciant. Et ho- mines qui habitauerint hereditatibus cirie, si furtum fe- cerint ut supradictum est componitur domino cirie. Et almotacaria sit de concilio. Et mitatur almotace per al- cayde et per consilium uille. Et dent de foro de uaca *i* denarium et de zeuro *i* denarium. Et de ceruo *i* dena- rium. Et de bestia de pescado *i* denarium et de iudicato similiter. Et de alcauala tres denarios. De ceruo et de zeuro et de uaca et de porco et de carneyro *i* denarium. Piscatores dent decimam. De equo uel de mula uel de muló quem uendiderint uel emerint homines de fora a decem morabitanos et supra dent *i* morabitanum. Et a decem morabitanos et infra dent medium morabitanum. De equa uendita uel comparata dent duos solidos. Et de boue duos solidos, et de uaca *i* solidum, et de asi- no *i* solidum, et de asina *i* solidum. Et de mauro et de maura medium morabitanum. Et de porco et de car- neyro duos denarios. Et de caprom et capra *i* denario. De carga de azeite uel de coriis bouum uel zeurorum uel ceruorum dent medium morabitanum. De carga de cera medium morabitanum. De carga de anil, uel de pa- nis, uel de pellis conileorum, uel de coriis uermeliis uel albis, uel de pipere, uel de grana, *i* morabitanum. De bracale *ii* denarios. De uestitu de pellibus tres de- narios. De lino, uel de aliis, uel cepis, decimam. Et pro hiis cargis quas uendiderint homines de fora et porta- giom dederint, si alias proprias emerint, non dent por- tagium ex eis. De carga panis uel salis quam uendide- rint, uel emerint homines de fora, de bestia caualar uel mular dent *iii* denarios : De asnar tres mealias. Mercato- res uille qui soldatam dare uoluerint recipiatur ab eis. Si autem soldatam dare noluerint dent portagium. De carga de piscato quam inde leuauerint homines de fora dent

fruylli ermiget, e no relego uender o seu uinho e lhi for achado por testemunhos de boos homens, peite por a primeira uez cinco soldos. Item por a segunda uez *v* soldos. Item por a terceira uez se lhi for prouado por testemunhos de boos homens lancelhi o uinho pelo chãao. Item do uinho de fóra dem de cada huma car- rega ao senhorio *i* almude, e o outro uendasse no rele- go. Item do pam que dem o quinto e do uinho o oytauo no lagar, e do linho o oytauo no tendal. Item o oytauo da azeitona na tulha. Item que todos os moradores de xira dem liuremente a dezima das telhas. Item que dem a dizima dos fornos do pam. Item que dem dizima dos for- nos da louça. Item todo aquel que matar homem que for preso fóra, peite *LX* soldos. Item o que ferir homem que fóra for preso, peite *xxx* soldos. Item o que en praça ferir outro com armas peite ameatada do omicidio. Item aquel que tirar arma nua per sanha ou atirar de casa fóra per sanha e nom ferir, peite *v* soldos. Item os mo- radores de xira tenham suas herdades pobradas e aque- les que em elas morarem peitem por o omicidio e rrou- samento e merda en boca sãseenta soldos. Item os ho- mens que morarem nas herdades de xira e fezerem furto, componhamno ao senhor de xira asi como en cima dito he. Item a almotacaria seia do concelho e seia metudo o almotace pelo alcaide e pelo concelho da ui- la. Item dem de foro da uaca *i* dinheiro. Item do zeuro, *i* dinheiro. Item do ceruo, *i* dinheiro. Item da besta do pescado, *i* dinheiro. Item da cousa iulgada semelhauil- mente. Item da alcauala, *iii* dinheiros. Item do ceruo e do zeuro e da uaca e do carneyro e do porco, *i* dinhei- ro. Item os pescadores de uila franca dem dizima. Item do caualo ou do muu ou da mua que uenderem ou con- prarem os homens de fóra de dez marauidiis acima dem ao senhorio *i* marauidi. Item de dez marauidis a fundo dem ao senhorio meio marauidi. Item da egoa uenduda ou conprada dem ao senhorio *x* soldos. Item do boy, dez soldos. Item da uaca hum soldo. Item do asno, *i* soldo. Item da asna, *i* soldo. Item o que conprar mou- ro ou moura, pague ao senhorio *i* marauidi. Item o que conprar porco ou carneiro, pague ao senhorio *ii* dinhei- ros. Item do cabrom e da cabra, *i* dinheiro. Item da carrega do azeite ou de coyros de bois ou de zeuros ou de ceruos dem ao senhorio *i* marauidi. Item da carrega da cera dem ao senhorio meio marauidi. Item de carrega de mel, *i* marauidi. Item da carrega de panos, *i* marauidi. Item de carrega de peles de coelhos, *i* marauidi. Item de carrega de coiros uermelhos ou brancos, pague *i* mara- uidi. Item de carrega de pimenta, *i* marauidi. Item de carrega de graan, *i* marauidi. Item de bragal, *ii* dinhei- ros. Item de uestido de peles, *iii* dinheiros. Item de li- nho ou dalhos ou de cebolas paguem a dizima. Item por estas carregas que assi uenderem os homens de fóra e derem portaiem e conprarem outras nom paguem de- las portaiem. Item da carga do pam ou do sal que uen- derem ou conprarem os homens de fóra, da besta ca- ualar ou muar dem *iii* dinheiros. Item da asnal, *iii* mea-

In dei nomine. Ego Alfonsus dei gratia Port.¹ Rex una cum uxore mea Regina domna Vrraca et filiis meis infantibus domno Sancio et domno Alfonso, et domna Alionor, facimus cartam de foro vobis sex populatoribus de uilla chana², Mar.³ petri, Suario⁴ petri, Mar.⁵ martini⁶, Fernando torneiro, Menendo petri, et Menendo iohannis. In primis damus uobis pro foro quod detis nobis de ipsa hereditate pro iugada in unoquoque anno octo modios de pane, terciam partem de centeno, et⁷ terciam⁷ de⁷ ordeo⁷, et terciam de milio. Et istam iugadam detis ad uicarium regis a die sancti Michaelis usque ad festum sancti Martini. Et si pro ipsa iugada non uenerit⁸ usque ad illum diem, non respondeatis de illa. Damus etiam uobis pro foro quod non pectetis nisi tres calumpnias⁹, furtum, homicidium, et rausum. Pro homicidio, xv morabitanos. Pro rauso¹⁰, xv morabitanos. Qui furtum fecerit, quale illud¹¹ fecerit¹¹ tale pectet et duplet ipsum habere domino suo. Si feceritis istas tres calumpnias¹² in termino de Panoias respondeatis de illis per uestram cartam et per inquisitionem bonorum hominum. De¹³ istis¹³ tribus¹³ calumpniis¹⁴ respondeatis¹⁵, et¹⁵ non¹⁵ de¹⁵ magis¹⁵. Et¹⁵ si occideritis uenatum¹⁶, de¹⁷ ursa¹⁷ detis¹⁷ manus. De¹⁸ ceruo¹⁸ et de porca¹⁹ lombo¹⁹. De¹⁹ porco²⁰, corazil²⁰. Detis etiam pro uoto singulos sestarios²¹. Maiordomus et²² portarius et²³ vicarius²³, et²³ alius²³ homo²³ non²³ sit²⁴ ausus²⁴ intrare in²⁵ uestram uillam per rixam²⁶ neque²⁶ in²⁶ toto²⁶ suo termino. Et si ibi²⁷ intrauerit ut²⁸ uobis male²⁹ faciat pectet mihi d solidos. Et mando³⁰

N.º 1

2 chaa
3 Martino
4 Suerio
5 Martino
6 martiniz
7 desunt
8 uenerint
11 fecerit illud
13-15 Fiaduria una cera.
16 ursum in uestro termino
17 detis de illo
18 et de ceruo lumbum
19 desunt
20 porco de monte quarazil.
21 sesteyros.
22 nec
23 neque prestamarius
25 deest
26 guerram nec quod faciat ibi malum neque in
27 forte
28 quod
29 malum
30 desunt

N.º 2

9 calupnias
10 rouso
12 calupnias
14 calupniis
17 detis de ursa
24 sint ausi

N.º 3

1 Portugalensis
2 Chaa
3 Martino
4 Suerio
5 Martino
8 uenerint
9 calupnias
11 fecerit illud
12 calupnias
13-15 Fiaduria una cera.
16 ursum in uestro termino
17 detis de illo
18 et de ceruo lumbum
19 desunt
20 porco de monte, quarazil.
21 sestiros
22 nec
23 neque prestamarius
26 guerram nec quod faciat ibi malum neque in
27 forte
28 quod
29 malum
30 desunt

ut³⁰ non detis portagium in termino de panoias. Et ponatis uicarium inter uos per quem uos³¹ et nos³² habeamus directum et non uadatis³³ in carreira³⁴, neque³⁵ in apelido nisi ubi fuerit dominus Rex. Et³⁵ uestri³⁵ ganati³⁵ pascant³⁵ per³⁵ ubi³⁵ noluerit³⁶ et³⁷ non³⁷ faciant³⁷ dampnum³⁷. Et³⁷ si³⁷ illud³⁷ fecerint³⁷ sanent³⁷ illud³⁷ quomodo³⁷ uicinus³⁷ ad³⁷ uicinum³⁷. Et detis nobis pro collecta³⁸ unum carnarium³⁹ cum xii panibus de tribus almudis⁴⁰. Et istam collectam⁴¹ ducatis ad uillam sancti Laurentii. Et detis iugadam⁴² ad nostrum uicarium in⁴³ uestra⁴³ uilla⁴³ per teigam de constantim⁴⁴ que hodie ibi est⁴⁵. Isti sunt termini de uestra⁴⁶ uilla⁴⁶ quomodo⁴⁶ diuidit⁴⁶ cum⁴⁶ uillar⁴⁶ de⁴⁶ macada⁴⁶, et⁴⁶ cum⁴⁶ sancto⁴⁶ felice⁴⁶, et⁴⁶ deinde⁴⁶ cum⁴⁶ ligoo⁴⁶ et⁴⁶ alia⁴⁶ parte⁴⁶ cum⁴⁶ noua⁴⁶ et⁴⁶ cum⁴⁶ muza⁴⁶ et⁴⁶ catiuelos⁴⁶. Et⁴⁶ si⁴⁶ forte⁴⁶ aliquis ex uobis habuerit bestiam in qua uadat pro suo⁴⁷ sale, uel pro⁴⁸ aliqua causa⁴⁹ que sibi⁵⁰ fuerit necessaria nullus sit ausus accipere illam⁵¹. Concedimus etiam uobis ut⁵² nunquam detis luctuosam⁵³. Istud forum et⁵⁴ istam⁵⁴ collectam⁵⁴ detis⁵⁵ et non magis⁵⁶. Habeatis igitur ipsam hereditatem uos et omnis posteritas uestra in perpetuum. Et si aliquis hoc nostrum factum infringere⁵⁷ atentaue- rit iram dei omnipotentis incurrat⁵⁸. Qui uero uobis illud⁵⁹ integrum obseruauerit sit benedictus⁶⁰ a⁶⁰ deo⁶⁰ amen⁶⁰. Facta carta mense Octobris⁶¹. Era m.^a cc.^a l.^a v.^a Nos supranominati Reges⁶² qui hanc cartam facere iussimus, co- ram subscriptis eam roborauimus, et in ea hec⁶³ signa⁶³ fecimus ++++++. Qui⁶⁴ affuerunt⁶⁴, Domnus Step- hanus Bracarensis⁶⁵ Archiepiscopus conf. Domnus Mar.⁶⁶ Port. episcopus conf. Domnus Petrus Colimbriensis episco- pus conf. Domnus Suarius⁶⁷ Vlixbonensis episcopus conf. Domnus Suarius⁶⁸ Elborensis episcopus conf. Domnus Pelagius Lamecensis episcopus conf. Domnus Bartholomeus Visensis episcopus conf. Domnus Martinus Egitanien- sis episcopus⁶⁹ conf⁶⁹. Domnus Martinus iohannis signifer domini regis conf. Domnus Petrus iohannis maiordomus curie conf. Domnus Laurentius suarii⁷⁰ conf. Domnus Gomecius suarii⁷¹ conf. Domnus Gil⁷² ualasciz⁷² conf. Domnus Johannes fernandiz⁷³ conf. Domnus Fernandus fernandiz⁷⁴ conf. Domnus Rodericus menendiz⁷⁵ conf. Domnus Poncius alfonsi conf. Domnus Lopus alfonsi conf. Vincencius menendiz⁷⁶ test. Pe.⁷⁷ petri⁷⁷ test. Mar.⁷⁸ pe- tri⁷⁸ test.⁷⁹ Gonsaluus⁸⁰ menendiz⁸¹ Cancellarius domini⁸² regis⁸². Fernandus⁸³ suarii⁸³ scripsit⁸³.

N.º 1

N.º 2

N.º 3

31 nos
32 uos
33 eatis
34 fossaria nec
35-37 et montetis et pascatis cum ipsis cum qui- bus uester terminus diuiditur :
38 colleyta
41 colleytam
42 ipsam iugadam nominatam in uestra uilla
43 *desunt*
44 Constantin
45 est. Et de isto foro nominato respondeatis et non de plus.
46 Villa Chaa, cum diuidit cum Muça per petram de cauallo, et cum Noura per armatam de ualle de Seita, et cum Ligioo per cabeçam de enculca, et cum sancto felice per reuoredom de Caneyro et inde per aquam de Pinozel a sopee cum uilar per montem de haa et cum Catiuelos per cima de monte de frauxeno, et quomodo torna ad petram de Cauallo, superius nominato. Si
47 *deest*
48 *deest*
49 coua
51 illam sine gratu domini sui et
52 quod
53 luitosam.
54 *desunt*
55 faciatis
56 plus.
58 incurrat : et insuper pectet Regi quingentos solidos :
59 illum
60 a domino benedictus amen : et habeat gratiam sui Regis.
62 *desunt*
63 hoc signum
64 *desunt*
66 Martinus
68 Suerius
69 episcopus. Magister pelagius cantor Port. Pe- trus garsie. Suerius stephani, conf.
70 suerii
71 suerii
72 Egidius ualasci
73 fernandi
74 fernandi
75 menendi
76 menendi
77 Petrus petri
78 Martinus petri
79 conferunt.
80 Gonsaluus
81 menendi
82 curie.
83 Matheus petri scripsit.

31 nos
32 uos
34 careira
36 uoluerint
38 colleita
53 lutoosam.
58 incurat.
61 Octubris.
66 Martinus
74 fernandi
80 Gonsaluus

31 nos
32 uos
33 eatis
34 fossaria nec
35-37 et montetis, et pascatis cum ipsis cum qui- bus uester terminus diuiditur.
39 carneirum
40 almudes.
42 ipsam iugadam nominatam in uestra uilla
43 *desunt*
44 Costantim
45 est. Et de isto foro nominato respondeatis, et non de plus.
46 Villa Chaa, cum diuidit cum Muça per petram de Cauallo, et cum Noura per armatam de ualle de Seita et cum Ligioo per cabezam da enculca, et cum sancto felice per reuoredom de caneiro, et inde per aquam de pinionzel a ssopee et cum villar per montem de Chaa, et cum catiuelos, per cima de monte de frauxeno, et quomodo torna ad petram de Cauallo, su- perius nominato. Si
47 *deest*
50 ibi
51 illam sine gratu domini sui. Et
52 quod
53 luctosam.
54 *desunt*
55 faciatis
56 plus.
57 infringere
58 incurrat, et insuper pectet Regi quingentos so- lidos.
59 illum
60 a deo benedictus, amen. Et habeat gratiam sui Regis.
62 *deest*
63 hoc signum
65 Blacarensis
66 Martinus
67 Suerius
68 Suerius
69 episcopus conf. Martinus pelagius cantor Port. Petrus garsie. Suerius stephaniz, test.
72 Gil ualasciz
73 fernandi
74 fernandi
77 Petrus petriz
78 Martinus petriz
81 menendi
82 curie.
83 Matheus petri scripsit.
Et ista carta erat sigillata de ehumbo.

VILLA VIRIDI

VILLA-VERDE

1218

Municipalia statuta (rectius mores et consuetudines forte dicerentur) francorum in Villa-verde habitantibus non ab Alphonso II concessa, sed a fundatione oppidi stabilita et anno 1218 tandem a rege sancita fuisse ex ipsa charta, quam hic edimus, clare patet. Cum vero ignoretur cui anno tribuendum sit, forale sub hoc quo confirmatum est posuimus. Textum ex Lib. Foral. Antiquor. S. Crucis Comimbric. descripsimus. Lectiones varias Lib. Regestor. Alphonsi II nobis suppeditavit.

Hoc est forum quod habent homines de uilla uiridi inter se. In primo de homine occiso, mille solidos, dimidium pretori, et dimidium propinquis mortui. De oculo¹ uel de manu uel de pede, D solidos, medium pretori. Et qui hominem interfecerit et denarios predictos dare non potuerit² suspendatur. De rixo³, mille solidos, dimidium pretori : si dare non potuerit⁴ suspendatur. De pollice absciso, CC solidos, dimidium pretori. De alio digito, C solidos, dimidium pretori. De dente, III morabitanos, dimidium pretori. De omni ferro muluto quod homo per iram traxerit, ferrum illud erit pretori, et V solidos, et alios V illi contra quem traxerit. Si homo alium uulnerit⁵ mecietur uulnus prout uoluerit uulneratus siue de longo siue de alto et dabit de unaquaque pollicata VI solidos, dimidium pretori : quandiu iacuerit uulneratus de uulnere dabit ei cotidie I solidum : et quandiu ambulauerit et non poterit facere seruicium cotidie VI denarios : et quicquid dederit medico soluat⁶ ei. Si homo alium dismentiuerit⁷ uel inonestum ei dixerit quod uideant⁸ boni homines quod inonestum⁹ sit, VI solidos, dimidium pretori. Si homo alium percusserit et percussus ceciderit uel si eum per capillos ceperit et in terram proiecerit, XII solidos, dimidium pretori : et hec omnia debent probari per testes cocienscunque homo alium percusserit, siue palma siue pugno siue pede, de I ictu VI solidos, dimidium pretori. Si aliquis deprehensus fuerit cum furto eliget dominus furti aut VI solidos, aut pro I unum et III solidos, et de hoc dimidium pretori. Et si latro fuerit iustificandus iustificetur. Si aliqua bestia interfecerit hominem erit pretoris. Filius qui non est legitimus non recipit hereditatem patris. Homo qui est cum uxore sua si unus ex eis moritur si semen remanet inter eos habebit bona mortui. Sin autem parentes mortui habeant¹⁰ et si semen illud moritur pater non habebit bona eius sed parentes mortui ex alia parte ubicunque pretor presens fuerit. Et aliquis fecerit calumpniam coram eo dabit eam duplicatam. Si aliquis ex quo habuerit roboram et uiderit hereditatem suam laborare alteri, et tacuerit per I annum et I diem non ualeat amplius querere eam. Si unus alium percusserit et percussus se postea per se uindicare uoluerit totum ius suum amittet et sanabit alteri quicquid sibi fecerit. De domo dirupta¹¹ LX solidos, dimidium pretori, et dimidium domino domus. Si aliquis habuerit inimiciam contra uicinum suum pretor debet eum constringere quod det directum et recipiat si tortum habet, si de oculo, uel de manu, uel de pede, uel de dente, uel de digito, uel de pollice absciso, Pretor non poterit hominem ducere ad amiciciam non amittet proinde ius suum : si de aliis calumpniis hominem amicare non fecerit nichil inde habeat. Si tamen postea inter extra uillam amicauerint dent ei totum ius suum. De falsa mensura et de alia falsitate, V solidos pretori. Et totum portagium est pretoris. Et si quis homo est qui non uult facere directum secundum forum uille debemus decretari et eici extra uillam et quotquot diebus fuerit extra uillam tot III solidos debet pectare pretori. Et si aliquis in uilla moritur qui non habuerit parentes omnia bona sua tam mobilia quam immobilia debent esse pretoris. Nullus comparabit hereditatem in uilla uiridi nisi fuerit francos. Si franca casauerit cum franco ipsa habebit forum per omnia sicut franca¹².

Ego Alfonsus II.^{us} dei gratia Port. Rex una cum uxore mea Regina domna Vrraca, et filiis nostris infantibus domno S. et domno A. et domno F. et domna Alionor concedo et confirmo uobis populatoribus de uilla uiridi francis tam presentibus quam futuris illam cartam et illud forum quod domnus Alardus uobis dedit et concessit. Et ut concessio et confirmatio mea maius robur obtineant¹³ precepi fieri istam cartam et eam feci meo sigillo plumbeo communiri. Que fuit facta apud Sanctaren mense Marcio, sub Era M.^a CC.^a L.^a VI.^a Nos supranominati qui hanc cartam fieri iussimus coram subscriptis illam roborauimus et in ea hec signa fecimus +++++. Qui af-

1 oculo
2 poterit
3 roxo
4 poterit
5 uulnerauerit
6 soluet
7 dismentiret

8 uideat
9 inhonestum
10 habebunt
11 dirrupta
12 fraca.
13 optineant

fuert, Domnus M. iohannis signifer domini regis conf. Domnus P. iohannis maiordomus curie conf. Domnus L. suarii conf¹⁴. Domnus Jo.¹⁵ fernandi conf. Domnus Fernandus fernandi conf. Domnus Gomecius suarii conf. Domnus Rodericus menendiz conf. Domnus Poncius alfonsi conf. Domnus Lopus alfonsi conf. Domnus Stephanus Bracarensis Archiépiscopus conf. Domnus Mar. Port. episcopus conf. Domnus P. Colimbriensis episcopus conf. Domnus S. Vlixbonensis episcopus conf. Domnus S. Elborensis episcopus conf. Domnus Pe.¹⁶ Lamecensis episcopus conf. Domnus Bar. Visensis episcopus conf. Domnus Mar. Egitaniensis episcopus conf. Magister Pelagius Cantor Port. test. Petrus garsie test. Johanninus test. Vincentius menendiz¹⁷ test. Mar. petri test. Pe. petri¹⁸ test. Gonsaluus menendiz¹⁹ Cancellarius¹⁹. L. martini notauit.

14 Domnus Gil ualasquix.
15 Johannes
16 Pelagius

17 menendi
18 petriz
19 menendi Cancellarius Regis.

PROHENCIA

PROENÇA VELHA

1218

Unicum nobis foralis de Proença Velha manet exemplar. Hoc, non autographum, sed apographum, in formam libelli redactum videtur ejusdem temporis quo forale datum. Ad usum fortè curiæ municipalis libellus ille conflatus fuit. In Publico Archivo ab antiquo seruatur.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritu sancti amen. Ego fraire domnus Petrus aluitiz per gratia dei magister de caualaria de templo una cum fratribus nostris uolumus restaurare atque populare uilla de prohencia. Et damus uobis populatores foros et custumes de egitania noua tam presentibus quam futuris: ut due partes militum uadant in fossado regis, et tercia pars remaneat in uilla cum omnibus peditibus et una uice faciant fossado in ano. Et caualeiro qui non fuerit in fossado cum rege pectet pro fossadeira x solidos. Et pro homicidio, pectet homicida xxx^a morabitanos rancuroso et ipse det inde vii.^a palatio. Et si pro iustitia fuerit occisus, nichil pectet. Et pro casa derota que passet liminare cum armis scutos, et spadas, cuitelos, et porras, uel pedras, pectet d solidos rancuroso et vii.^a palatio. Et qui furtar, pectet pro uno nouem, et intentor recipiat suum integrum, et cetera diuidat cum iudice per medium. Et qui mulier aforciauerit et illa clamando dixerit quod ab illa est aforcia da et ille negauerit iuret cum xii^m, et salia de ipsa calumpnia et si non potuerit iurare pectet ad illa ccc solidos et vii.^a palatio. Testimonia mentirosa, et fiel mentiroso pectet lx^a solidos, et numquam sit in alium portellum, et vii.^a palacio. Et qui non fuerit a apilido caualeiros et pedones exceptis his qui sunt in seruicio alieno, miles pectet x solidos, -et pedon v solidos ad suis uicinis. Qvi habuerit aldeciam, et uno iugo bouum, et xxxx^a oues, et uno asino, et duos leitos emat caballum. Mulier qui dimiserit uirum suum de benedictione, pectet marito suo ccc solidos, vii.^a palatio. Qui inuenerit uxorem suam in adulterium cognitum relinquet eam, et habeat omnia bona sua et pectet iudicem i denarium. Et si alguno homine uel parentem demonstraret illi maliquerenca, pectet d solidos ad concilio, et exeat pro traditor da uila, et vii.^a palacio. Qvicunque caballum alienum sine mandato domini sui equitauerit, pro uno die pectet i carneiro. Et si plus equitauerit, pro 1^o die vi denarios, et pro nocte i solidum. Qvi percusserit cum lancea, aut com spada, por la entrada uel cum cuctelo, pectet xx solidos. Et si transierit ad aliam partem, et magister posuerit super se, pectet xii^m morabitanos rancuroso, et vii.^a palacio. Qvicunque fregerit oculum, aut brachium aut dentem, pro unoquoque membro, et lisiauerit cara, pectet xii morabitanos ad rancuroso, vii.^a palacio. Qvi mulierem alienam de recabedos percusserit, pectet lx^a solidos, et si non habuerit recabedos, pectet xxx^a solidos, et sedeat inimico de suis parentibus, et vii.^a palacio. Qvi marcum mutauerit in aliena hereditate, pectet v solidos et vii.^a palacio. Qvi limidem alienum fregerit pectet v solidos et vii.^a palacio. Qvi conductarium alienum occiderit, dominus eius accipiat inde homicidium, vii.^a palacio. Similiter de ortolano, et de suo quartario, et de suo molendinario et de suo solarengo. Qvi habuerit uasalos in suo solar aut in sua hereditate non seruiant altero homini de tota facienda nisi domino suo. Qvicunque in toto regno portugalis habuerit hereditatem atque possessiones qualescunque non seruiant neque persoluant aliquod ius aliqui, nisi dominis suis per forum prohencie. Et si calumpnia fecerit non pectet nisi dominus suus per forum prohencie. Vicinos prohencie qui habuerint hereditates fora de termino prohencie non sit ausus nullus homo accipere eam per tortum. Et si prendiderit per tortum, pectet ad fratribus d solidos, et duplet hereditatem domino suo. Tendas et molinos et fornos de prohencia sint liberi de toto foro. Milites prohencie sint in iudicio pro podestades et infanzones de portu-

gal. Clerici de prohencia sint liberi ab omni fisco laicali : et habeant honorem atque hereditates sicut milites : et non respondeant nisi per archidiaconum, et horam primam usque ad terciam. Nullus homo prohencie non respondeant sine rancuroso. Ecclesias de prohencia accipiant primicias de panibus singulas fanigas de omni pane : Et decima de omni peccora. Decime diuidantur in tribus partibus, una episcopo, alia clericis ecclesie, altera parochiani ecclesie : et expendatur per manus episcopi, et clerici ecclesie ubi rectum fuerit. Clerici ecclesie pro suas primicias dent incensum. Omnis parrochianus qui se uoluerit expedire expediat se in festum natalis domini, in concilio suo et clericis et in eodem instanti comendet se ecclesie ubicunque uoluerit coram testibus nisi fecerit non potestatem in illo anno alibi decimam dare. Morador de prohencia non sit seruicialis neque maiordomus absque propria uoluntate. Alcaldes et iudice mittantur de placito et uoluntate concilii. Pedones sint in iudicio pro caualeiros uilanos de altera terra. Qvi uenerit uozeiro suo uicino pro homine alterius terre, pectet x solidos, vii.^a palacio. Vicinos de prohencia non dent pausadam extra suam uoluntatem. Morador de prohencia si inimicus eius super eum uenerit sine tregua occidat eum sine calumpnia. Montes et fontes et flumina sint concilii. Domos prohencie habeant unum forum exceptis domus fratribus, aut episcopo. Morador de prohencia qui in ea per unum annum suum forum impleuerit, et faciat de suas hereditates qui ibi habuerit quicquid uoluerit usque in perpetuum. Ganado prohencie non sit montado in ulla terra. Homines prohencie non dent portadigo in toto portugalie. Homo de prohencia qui perdiderit suum caballum, sit excusatus usque unum annum. Mancipo de homine de prohencia qui calumpniam fecerit uel homicidium, non pectet dominus suus pro illo. Pro totas querelas de palatio iudex sit uozeiro. Qvi tulerit pignus iudici, pectet 1^o solido. Qvi percusserit in ecclesia aut in concilio aut in mercado, pectet lx^a solidos rancuroso, vii.^a palacio. Si homines prohencie habuerint iuditium cum homines alie terre, non currat inter eos firma sed currat inter illos exquisita aut roto qualem uoluerint moradores prohencie. Qvi milites prohencie exhornauerint de suos caballos per forciam, pectet d solidos ad fratribus, et duplet caballum domino suo. Homines qui uoluerint pausare in terminis prohencie cum suis ganatis dent montadigum : De grege ouium, et de grege porcorum, iiii carneiros, uel iiii porcos : De busto de uacas 1^a uaca. Istud montadigum est concilii. Omnes milites qui fuerint in fossado uel in garda omnes caballos qui se perdiderint in algara uel in lide primum erectis eos sine quinta, et postea delis nobis quintam directam. Omnis homo prohencie qui inuenerit homines alienarum terrarum in suis terminis scindendo, aut leuando madeira de montibus prenda totum quod inuenerit sine calumpnia. Iudice prohencie de omnis calumpniis uel de quintas que sacar, septimam partem habeat : et si forte preso ei fugierit unde suspectus fuerit, saluet se cum uno uicino. De azarias et de guardas quintam partem nobis date sine ulla offrectione. Siquis ad uestras uillas per uim cibos aut aliquam rem accipere, et ibi mortuus fuerit, uel percussus, non pectent pro eo nichil neque suis parentibus sint homicide : et si fuerint ad regem cum querimoniam illius, uel ad dominum terre, pectet c morabitos, et fratribus habeant medietatem, et concilium medietatem. De omnes armas non dent quinta usque x morabitos, nec de pannos uel corios que scissus fuerint. Mandamus et concedimus quod si aliquis fuerit latro et si iam per unum annum, uel duos furari uel rapere dimiserit, si pro aliqua re reppetitus fuerit saluet se tamquam latro : et si latro est et latro fuit subeat penas latro. Si aliquis homo filiam alienam rapuerit donet eam suis parentibus et pectet suis parentibus ccc morabitos, vii.^a palacio, et insuper sit homicida. Caseiro de freires et boues et ganado habeant forum quomodo uicinus. Homines de prohencia qual fiadoria fiauerit tal pectet si suum intemptorem non habuerit : et si habuerit eum paret in concilio et sit liber. Homine de prohencia qui fecerit manda cum uxore sua usque medietatem stet : et qui fregerit eam, pectet c morabitos, vii.^a palacio. Et si habuerit subitanam mortem, dent quinta de suo abere, uel de hereditate pro anima eius. Toto homine de prohencia qui prendiderit suo uicino uel alius homo de alia terra in suo furto uel in suo dampno paret eum ante alcaldes et pro ipsum non pectet calumpnia. Et qui habuerit filios uel parentes qui calumpnias faciant non respondeant pro eis si noluerint. Junior uel seruus qui unum annum in prohencia habitauerit, nullus habeat potestatem super eos neque in semine eorum. Toto homine qui prendiderit homine de prohencia, pectet d solidos, medios ad fratribus et medios ad rancuroso. De tota compara que uenerit ad prohencia de comer uel de beuer quando la uila fuerit minguada nullos homines non comparent sine mandato de alcaldes nin senior nin alcaide : et qui hoc fecerit, pectet lx^a solidos ad alcaldes, et concilio, vii.^a palacio. De portagines, et de passagines, et de decimas, de mouros, et de christianos tercia parte detur suo hospite, et duas partes ad fraires. Si ferir alcaide pro iusticia faciendo, pectet l^a morabitos, uel perdat manu. Toto homine que manferent pro alcaide, et non quesierit sedere, pectet v morabitos ad concilio. Homines de prohencia non respondeant ad alias calumpnias nisi ad eas quas scripta sunt in carta ista. Foro de portagines de trousel de caballo, uel mulo, uel mula, 1^o solido, de burel, uel de lino. De carrega de fustanes, v solidos. De carrega de pannos de color, v solidos. De carrega de piscato, 1^o solido. De carrega de asino, vi denarios. De carrega de christianos de conilios, v solidos. De carrega de conilios de pelles de mauros, i morabitinum : et quantum uendiderint uel comparauerint dent decimam, et 1^o corio uermelio ad alcaide. De portagen de caballo qui uendiderint in mercato, 1^o solido. De mauro qui se redimerit, decima. De mauro qui cum suo domino pepigerit, x.^a De porco, ii denarios. De foron, ii denarios. De corio de uacca uel de zeura, ii denarios. De corio de ceruo uel de gamo, iiii

medalias. De carrega de azeite, v solidos. De carrega de pane uel de uino, iii medalias. De boue, vi denarios. De asino, vi denarios. De mulo, uel de mula, i solidum. De carrega de peon, i denarium. De morabitos cambiar, ii denarios. Omnes que leurent peissotas uel corios in alio regno da carrega v solidos, et de azeite, v solidos. De sardinas, iii solidos, et de sal, i solidum. De carrega de asino de peissotas uel congros, ii solidos et medio. De carrega de azeite de asino, v solidos. Ista portagine dent homines christianos siue mauros que non morant in prohencia nec in terminis suis. Fraires habeant duas partes, et hospes terciam partem. Homines de prohencia non sint datos in aprestamo. De carrega de cera de christianos, v solidos. Homines de prohencia qui habuerint iudicium cum homines de alias terras, non dent directum neque prendant nisi in termino prohencie. Collecta de rege de cada casa iii medalias et non sit data extra uilla. Et cum omnes custumes qui in hac carta sonant non se erigant nisi ad forum prohencie. Era m.^a cc.^a l.^a vi.^a Facta carta mense aprilis. Iudice qui manferent concilio, uel sesmo uel alcaldes et non quesierit sedere, pectet v morabitos. Ego Donnus Alfonsus per dei gratia portugalem (sic) rex, et domna regina orracha, una cum filiis et filiabus meis placet nobis et concedimus hanc cartam.

Ego fraire Donnus Petrus aluitiz per gratia dei magister milicie templi una cum fratribus nostris scilicet fraire donnus Menendus gunsalui comendatore de tomar : Et fraire Fernando martini comendatore egittanie que populauit prohencia : et habeat benedictionem dei et obitum suum in pace requiescat. Amen.

Comendator colimbriensis Petrus nuniz. — Fraire Donnus simeon menendi. — Fraire Fernam gil comendator castelli candidi.

Ego magister Donnus Petrus aluitiz, una cum fratribus nostris qui hanc cartam iussimus facere cum manibus nostris roboramus. Et insuper qui hanc cartam irrumpere quesierit, sit maledictus et excommunicatus et cum iuda traditore in inferno collocatus.

Archiepiscopus bracara Stephanus suerii test. — Martim episcopus egittanie test. — Bartholomeus episcopus uisensis test. — Petrus episcopus colimbriensis test. — Pelagius episcopus lamecensis test. — Ponzo alfonso qui tenebat cuuiliana test. — Laurencius suerii test. — Gil uelasquiz test. — Gomez suariz test. — Rodericus menendi test. — Johannes fernandi test. — Fernandus fernandi test. — Martinus petri test. — Donno Abril petri filius Petri alfonsi test. — Petro iohannis maiordomus de casa de rege. — Alcaide heborensis, Gunsaluus godini. — Alcaide colimbriensis, Martinus gonsalui test. — Alcaide cuuilliana, Johannes egee test. — Alcaide de penamocor, Johannes martini test. — Alcaide de monte sancto, Stephanus iohannis test. — Gunsaluus menendi chanceler de casa regis test.

AVIS

AVIS

1218

Foralis de Avis primitus ab Alphonso II concessi duo supersunt exemplaria autographa eodem anno data, sed in subscriptione inter se dissimilia. In Publicum Archivum nuper ex cartophylacio conventus Avisiensis delata, ibi servantur. Ex uno exemplari textum sumpsimus, ex alio subscriptionem alteram adiecimus.

A. dei gratia Portugalis¹ Rex. Vniuersis de regno suo ad quos littere iste peruenerint, salutem. Sciatis quia ego concedo populatoribus de Avis illud primum forum quod auus meus Rex domnus Alfonsus dedit et concessit populatoribus de Elhora quando primo eis illud dedit. Vnde mando uobis firmiter, ut uos teneatis eos per ipsum forum. Et mando firmiter omnibus Pretoribus, et Aluazilis, et Judicibus de regno meo, ut per istum meum portarium teneant eos in isto foro. Et quicumque contra istud forum eis malefecerit, pectabit mihi mille solidos, et eis emendabit ad plenum, dampnum quod illis fecerit : et insuper habebitur pro meo inimico. Et ut uideam qualiter facitis pro meo mandato, precepi fieri istam meam cartam apertam², que fuit facta apud Vimaranes³, per³ mandatum³ meum³, x.^a die³ Julii³ Era³ m.^a cc.^a l.^a vi.^a

¹ Port.
² apertam meo sigillo plumbeo munitam

³ Colimbriam, mense Augusto, per mandatum meum. In era m.^a cc.^a l.^a vi.^a

ALCAZAR

ALCACER

1218

Textum hujus foralis descripsimus ex Lib. Foral. Antiquor. S. Crucis. Adjecimus lectiones varias ex Lib. Regestor. Alph. II et ex exemplari apographo saeculi XIV in Archivo Publico servato.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti. Amen. Hec est carta de foro quam iussi fieri Ego Alfonsus dei gratia Port. Rex, una cum uxore mea Regina domna Vrraca, et filiis nostris infantibus domno Sancio, et domno Alfonso¹, et domno Fernando, et domna Alionor, vobis populatoribus de Alcazar², tam presentibus quam futuris. Damus siquidem uobis forum et custume de Monte maiori. Forum tale est : uidelicet ut due partes militum uadant in fossatum, et tercia pars remaneat in uilla : et una uice in anno faciant fossatum. Et ille qui non iuerit ad fossatum, pectet³ pro foro v solidos pro fossadeira. Et pro homicidio, c⁴ solidos ad palacium. Et pro casa disrupta cum armis, sculis, spatibus, pectet ccc solidos et vii.^a ad palacium. Et qui furtauerit⁵, pectet pro uno nouem, et intentor habeat duos quiniones, et vii^{em} partes ad palacium. Et qui mulierem aforciauerit, et illa clamando dixerit, quod ab illo est aforcia, et ille negauerit, det illa auctorgamentum⁶ de tribus hominibus qualis ille fuerit : et ille iuret cum xii^{im}. Et si non habuerit auctorgamentum⁷ iuret ipse solus. Et si non potuerit iurare, pectet ad illam ccc solidos et vii.^a ad palacium. Et testimonia mentirosa, et fiel mentirosus, pectet lx solidos et vii.^a ad palacium : et duplet ipsum habere. Et qui in concilio, aut in mercato, aut in ecclesia feruerit, pectet lx solidos, medietatem ad palacium, et medietatem ad concilium : et de medietate de concilio, vii.^a ad palacium. Et homo qui fuerit gentilis aut herdeiro, non sit meirinus. Et qui in uilla pignora inuenerit et fideiussorem et ad montem iuerit pignorare, duplet ipsa pignora, et pectet lx solidos et vii.^a ad palacium. Et qui non iuerit ad sinal de iudice, et pignora abstulerit ad saionem, pectet i solidum ad iudicem. Et qui non fuerit ad apolidum caballarii, et pedones, exceptis hiis qui sunt in seruicio alieno, miles pectet x solidos, et pedes v solidos ad uicinos. Et qui habuerit aldeiam et unum iugum bouum, et xxxv oves, et unum asinum, et duos lectos, compareret caballum. Et qui crebantauerit sinal cum sua muliere pectet i solidum ad iudicem. Et mulier qui⁸ laxauerit⁸ suum maritum de benedictione, pectet ccc solidos et vii.^a ad palacium. Et qui laxauerit⁹ suam¹⁰ mulierem¹⁰, pectet i denarium ad iudicem. Et qui caballum alienum caualgauerit, pro uno die pectet unum carnarium. Et si magis, pectet las angueiras¹¹, pro uno die vi denarios, et pro una nocte i solidum. Et qui percusserit de lancea aut de spata, pro intrada pectet x solidos. Et si transierit ad alteram partem, pectet xx solidos ad querelesum. Et qui crebantauerit oculum¹², aut brachium, aut dentem, pro unoquoque membro pectet c solidos a liasiado, et ille det vii¹³ ad palacium. Qui mulierem ante suum¹⁴ maritum¹⁴ percusserit, pectet xxx solidos et vii.^a ad palacium. Qui moion alienum in suo ero mutauerit, pectet v solidos et vii.^a ad palacium. Qui limde alienum crebantauerit, pectet v solidos et vii.^a ad palacium. Qui conducteiro alienum mactauerit, suus amicus colligat homicidium, et det vii.^a ad palacium. Similiter de suo ortolano¹⁵, et de-quarteiro, et de molneiro, et de suo solarengo. Qui habuerit uassallos in suo solar, aut in sua hereditate, non seruiant ad alterum hominem de tota sua facienda, nisi ad dominum de solar. Tendas, et molinos, et fornos de hominibus de Alcazar¹⁶, sint liberi de foro. Milites de Alcazar¹⁷ sint in iudicio pro podestades et infanzones¹⁸ de Port. Clerici uero habeant mores militum. Pedones sint in iudicio pro caballariis uillanis de altera terra. Qui uenerit uozeiro ad suum uicinum pro homine de foras uille, pectet x solidos et vii.^a ad palacium. Ganatum de Alcazar¹⁹ non sit montado in ulla²⁰ terra.

N.º 1

- 1 Fernando
- 4 pectet c
- 5 furatus fuerit
- 6 auctorgamentum
- 8 que laxauerit
- 9 laxauerit
- 12 oculum
- 13 vii.^a

N.º 2

- 2 Alcazar
- 3 peyret
- 4 peyret c
- 5 furatus fuerit
- 6 autorgamentum
- 7 autorgamentum
- 8 que leyxauerit
- 9 laxauerit
- 10 mulierem suam
- 11 angeyras
- 12 oculum
- 13 vii.^a
- 14 maritum suum.
- 15 ortalano
- 16 Alcazar
- 17 Alcazar
- 18 infanzones
- 19 Alcazar
- 20 nulla

Et homo cui se anafragauerit suus caballus quamuis habeat alium, sit excusatus usque ad capud anni. Mancipium qui mactauerit hominem foras uille et fugerit, suus amicus non pectet homicidium. Pro totis querelis de palacio, iudex sit uozeiro. Qui in uilla pignorauerit cum saione, et abstulerit²¹ ei pignora, auctorguet²² saion, et accipiat concilium de tribus collationibus et pignoret pro LX solidos, medios ad concilium et medios ad rancurosum. Barones de Alcazar²³ non sint in prestimonio dati. Et si homines de Alcazar²⁴ habuerint iudicium cum hominibus de alia terra, non currat²⁵ inter eos firma, nec reto, sed currat per exquisam. Et homines qui uoluerint pausare cum suo ganato in terminis de Alcazar²⁶, accipiant de illis montadigo, de grege de ouibus, iii carneiros, et de busto de uacas, unam uacam. Istum²⁷ montadigum est de concilio. Et omnes milites qui iuerint ad²⁸ fossatum uel in guardiam, omnes caballi qui se perdiderint in algara uel in bello, primo erectetis eos sine quinta, et postea detis nobis quintam directam. Et omnis homo de Alcazar²⁹ qui inuenerit homines de aliis ciuitatibus in suis terminis taliando aut leuando madeira de montibus, accipiant eis totum quod inuenerint sine calumpnia. De azarias et de guardias quintam partem nobis date sine ulla offrecione. Quicumque ganatum domesticum pignorare uel rapere fecerit, pectet LX solidos ad palacium, et duplet ganatum ad suum dominum. Testamus uero et perhenniter firmamus, ut quicumque pignorauerit mercatores uel uiatores christianos, iudeos, siue mauros, nisi fuerint fideiussores uel debitores, quicumque fecerit, pectet LX solidos ad palacium, et duplet ganatum ad suum dominum : et insuper pectet c morabitanos pro cauto quod fregit : Rex³⁰ habeat medietatem, et concilium medietatem. Siquis ad uillam uestram³¹ uenerit³¹ per uim cibos aut aliquas res accipere, et ibi mortuus uel percussus fuerit, non pectent pro eo aliquam calumpniam, nec suorum parentum homicide habeantur. Et si cum querimonia de ipso ad regem uel ad dominum terre uenerit, pectet c morabitanos, medietatem Regi, et medietatem concilio. Mandamus et concedimus uobis, quod si aliquis fuerit latro et si iam per unum annum uel per duos furari, uel rapere dimisit, si pro aliqua re repetitus fuerit quam comisit, saluet se tanquam latro. Et si latro est et latro fuit, omnino pereat et sububeat pena³² latronis. Et si aliquis repetitur³³ pro furto, et non est latro neque fuit, respondeat ad suos foros. Si aliquis homo rapuerit filiam alienam extra suam uoluntatem, donet eam ad suos parentes, et pectet illis ccc morabitanos et vii.^a ad palacium : et insuper sit homicida. De portagio forum : De trossel³⁴ de caballo³⁵ de pannis de lana uel de lino, i solidum. De trossel³⁶ de lana, i solidum. De trossel³⁷ de fustaes³⁸, v solidos. De trossel³⁹ de pannis de colore, v solidos. De carrega de piscato, i solidum. De carrega de asino, vi denarios. De⁴⁰ carrega⁴⁰ de⁴⁰ christianis⁴⁰ de⁴⁰ coniliis⁴⁰, v⁴⁰ solidos⁴⁰. De carrega de coniliis de sarracenis, i morabitanum. De caballo quem uendiderint in azougue, i solidum. De mulo, i solidum. De asino, vi denarios. De carneiro, iii mealias. De porco, ii denarios. De foron, ii denarios. De carrega de pane et de uino, iii mealias. De carrega de pedone, i denarium. De mauro quem uendiderint in mercado⁴¹, i solidum. De mauro qui se redimit, decimam. De mauro qui taliauerit cum suo domino, decimam. De corio de uaca et de zeura, ii denarios. De corio de ceruo, et de gamo, iii mealias. De carrega de cera, v solidos. De carrega de azeite, v solidos. Istud portagium de hominibus foras uille, tercia pars de suo hospite, et due partes de Rege. Nos supranominati qui hanc cartam fieri precepimus, coram subscriptis eam confirmauimus et roborauimus. Addentes quod quicumque illam uobis irrumpere uoluerit, sit maledictus et excommunicatus. Amen. Facta fuit hec carta apud Colimbriam mense Augusto⁴². In Era m.^a cc.^a l.^a vi.^a : quam Ego Rex donus⁴³ Alfonsus feci meo sigillo plumbeo communiri. Qui affuerunt, Domnus Stephanus Bracarensis Archiepiscopus conf. Domnus Mar. Port. episcopus conf. Domnus P. Colimbriensis episcopus conf. Domnus S. Vlixbonensis episcopus conf. Domnus S. Elborensis episcopus conf. Domnus P. Lamecensis episcopus conf. Domnus B. Visensis episcopus conf. Domnus M. Egitaniensis episcopus conf. Domnus Mar. iohannis signifer domini regis conf. Domnus Pe. iohannis maiordomus curie conf. Domnus Lau. suarii conf.

N.º 1

21 abstulerint
33 repetetur
38 fustael
43 domnus
" decet

N.º 2

21 abstulerint
22 auctorget
23 Alcaçar
24 Alcaçar
25 incurrat
26 Alcaçar
27 Istud
28 in
29 Alcaçar
30 et Rex
31 uenerit uestram
32 pene
33 repetetur
34 trossel
35 caballano
36 trossel
37 trossel
38 fustanes
39 trossel
40 desunt
41 mercato
42 Agusti.
43 domnus

** Qui affuerunt, Donnus Martinus iohannis signifer domini Regis confirmauit. — Donnus Petrus iohannis Maiordomus Curie conf. — Donnus Laurentius suarii conf. — etc.

Domnus Gil ualasquiz conf. Domnus Rodericus menendiz conf. Domnus Gar. menendiz conf. Domnus Go. suarii conf. Domnus Petrus garsie conf. Domnus Poncius alfonsi conf. Domnus Lopus alfonsi conf. Magister Pelagius Cantor Port. test. Vincencius menendiz test. Petrus petri test. Petrus garsie test. Martinus petri test. Iohanninus test. Gonsaluus menendi Cancellarius. Dominicus petri scripsit.

VILARINUM

VILLARINHO

1218

Ex Lib. II Donationum (ut dicunt) Alphonsi III hoc descripsimus forale. Lectiones varias decerpsimus ex codice Publici Archivi, qui titulum Foraes Velhos de Leitura Nova prae se fert.

Christus¹. In dei nomine. Ego enim Alfonsus, Rex Port. una pariter cum vxore mea Regina domna Orraca placuit nobis bona pace et uoluntas ut faceremus ad istos homines de vilarino cartula per scripture firmitatis ut habeant et possideant hanc uilarinum, cum suis terminis antiquis, per folialada : Et alia parte per cabeza de mauro : Et de alia parte per fontem de vide : de alia parte per ecclesia de manozes : et per seixo de codesaes : per pala das teeras : et per penafria : et per porto do sseira : et aa caruala uerina : et armada de fernandusmenendis : et per losa de bolfata : et per foz de lobazin : et deinde usque in farfon : pascant et montent homines dansianes et de uilarino simul : et unusquisque habeat se suam hereditatem. Damus uobis ad tali foro, sicut est de longobria². Idem m^{or}³ annos in antea, qui laborauerint cum boue tantum de i boue quantum de x iugos, detur i quartom : et de v modios de uino in antea i puzal et non amplius. Et qui occiderit demtus in villa homo⁴ det l^a modios, medios ad concilio, et medium a senior. Et de portadigo, medio ad concilio, et medio a senior. Et quis leuauerit manum contra alcaidem ville accipiat lxxxx⁵ fragellas⁵ : et si noluerit accipere fragellas⁶, det lx^a modios et exeat de villa. Hominem qui fuerit contumacem et noluerit obedire concilio dent illi xxx fragellas⁷, medietatem accipiat, et medietatem dimituntur ei pro domino ville et pro concilio. Et quicumque fecerit fiadoria, et exierit illam et noluerit auscultare iudicem Ville, detur i bracale. Hominem qui fuerit sine filiis ut detur post obitum eius sua substancia ad fratrem suum uel ad proximum qui adfuerit : et si non habet proximum fiat omnem substanciam suam de concilio et concilio⁸ distribuat⁸ eas amore dei. Qui occiderit uenatum in peia detur i lombo : et ille homo non det alia erecta, sed honorem habeat ut militem. Et de quinta de mauros detur integra ad dominum ville et de tota alia callunia⁹, medietatem ad concilio et medietatem ad dominum ville. Et quicumque habuerit caballum uel equa habentem armas, sicut militem, non dare iugatam : et si mortuus fuerit equum uel equa eius usque in v^o annos non det nichil : et post v annos si non habet cauallum¹⁰ det iugata. Ad Episcopum detur pro Ecclesia una cera. Et qui acceperit armas in villa contra uicinum suum perdat armas et detur illi lx^a fragellas¹¹ et si noluerit accipere fragellas¹², det lx^a modios, et exeat de villa. Et qui fecerit aleiue contra senior et dimiserit vxorem suam et aliam duxerit exeat de villa, et in nullo modo non intret ibi. Et si fuerit ibi rousum¹³ et puellam fecerit querellam ad concilio det uir ille l^a modios inter concilio¹⁴ et senioreme ville : et conquerant illo suos parentes. Et quicumque percuserit proximum suum in maxilla uel in alio membro ut intret illi in manus, sicut dicit lex moysi. Homicida et refuga et rousador si uenerit ad nos sit securus. Et qui occiderit ursum dare ambas manus de urso ad alcaide. Et alio alcaide non intret inter nos, nisi quale elegerit concilio : et unde est foro inde sit quarterio¹⁵ et nullus non recudat sine rancuroso¹⁶. Facta carta notum diem sancti Nicholay, mensis decembris, Era m.^a cc.^a l.^a vi.^a Ego Rex Alfonsus et vxor mea Regina domna Vrraca, in hac kartula manus nostras roboramus. Pro testes, Archiepiscopus bracare¹⁷ Stephanus test. Lupus alfonso test. Gonsaluus¹⁸ menendiz. Petrus garsie test. Sebastianus conscripsit. Si aliquis homo uenerit uel uenerimus tam filiis quam neptis uel propinquis et hunc factum nostrum irrumpere uoluerit sit a fide christi separatus, atque execra-

1 *deest*
2 longobria.
3 quatuor
4 hominem
5 sexaginta flagellas
6 flagellas
7 flagellas
8 concilium distribuat
9 calumpnia

10 caballum
11 flagellas
12 flagellas
13 rousum
14 concilium
15 quarteiro
16 rancuroso.
17 bracarensis
18 Gonsaluus

tus, partem habeat cum nenore, et cum iuda traditore, et degluciat eum terra sicut datam et abirom. Quod si recte egerit, quicumque fuerit de semine meo cum istos homines, benedictus sit a deo patre in secula seculorum, Amen.

Ista carta est de villarino qui iacet prope ansianis contra sanctam Crucem : et non tenebat sigillum.

SABADELI

SABADELHE

1220

Descriptus ex Lib. Foral. Antiquor. S. Crucis : lectiones varias ex Lib. Regestor. Alphonsi II hausimus.

In nomine domini. Hec est carta de foro quam Ego Alfonsus dei gratia Port. Rex, una cum uxore mea Regina domna Vrraca, et filiis nostris infantibus domno Sancio, et domno Alfonso, et domno Fernando, et domna Alionor, facio vobis populatoribus de Sabadeli tam presentibus quam futuris in perpetuum. Do itaque vobis pro foro quod homo qui habuerit unum bouem aut plures, det I quartarium, et sit inde I talegam de tritico, et III de secunda, per mensuram de concilio : et quando habuerit de sua uinea V quinales de uino, det inde I puzal et non plus. De lino, et de legumina nichil det. Et de monte a sancto Michaeli usque ad introitum det III dies et unum conilium. De sugeira nichil det. De introitu usque ad sanctum Michaeli nichil det. De peia det II costas de porco, et de alio uenato I lombum. De introitu usque ad pascha nichil det. De lancea et de fossa nichil det. Qui fecerit homicidium, pectet L modios, medietatem ad seniore, et aliam medietatem accipiat concilium : et dent illam ad parentes ipsius mortui. Et homo qui fecerit homicidium et fugierit, stet sua mulier cum sua medietate in saluo : Et aliam medietatem sui mariti : et ¹ accipiat concilium, et aprecient illam in ipsos L modios. Et in quali hora uenerit ipse qui homicidium fecerit et pectare uoluerit, dent ei totam suam medietatem, et compleat suum homicidium. Et de rauso similiter. De furto pectet pro I° VIII^{em} : III^{or} partes ad seniore de furto, et II ad seniore de uilla, et II ad concilium, et I ad iudicem. Qui contra uicinum suum uoluerit facere prouam, et uicerit illum, ille qui ceciderit, pectet I bragal. Et si iam in campo uenerit ² et eam non fecerint, pectet medium bragal. Pro membro hominis uel mulieris, pectet pro auricula XV modios. Pro naribus I modios : pro I oculo I modios : pro II° oculos ³ C modios : Pro una manu L modios : Pro duabus manibus C modios : pro I dente V modios : pro digito polegar X modios : et de aliis digitis pro unoquoque illorum V modios : et de pedibus similiter, medietatem ad palacium, et medietatem ad ipsum uulneratum, uel ad suos parentes. Qui acceperit arma aliqua cum ferro infra uillam contra suum uicinum, perdat illa. Si autem percusserit cum illis, pectet L modios, medietatem ad seniore, et medietatem ad uulneratum. De ganantia de fora parte, de mauro, de caballo, de latrone, senior habeat inde medietatem, et aliam medietatem habeat ille qui illum inuenerit. De mauro brauo, habeat senior quintam partem in toto loco : et de alia rauba ⁴ nichil habeat. Fiaduria de alia parte, senior habeat inde medietatem, et concilium aliam medietatem : Si autem defenderit iudex, et si non nichil. Si uicinus contra suum uicinum cum apelido ⁵ ad suam casam uenerit cum tribus et intus intrauerit per malam uoluntatem pectet LX modios, medietatem ad seniore, et aliam medietatem ad illum ad quem iuerit. Pro ecclesia derota, pectet CL modios : et quando fuerit sacrata, CC modios, medietatem ad ecclesiam, et medietatem ad seniore. Qui posuerit lutum aut ceciderit super faciem hominis, aut mulieris, aut super os, pectet LX modios, medietatem ad seniore, et medietatem ad illos iniustados. Mulier qui uirum habuerit ad benedictiones et fugiuerit cum alio, stet suus maritus cum toto suo habere in saluo. Et de medietate mulieris, accipiat maritus medietatem, et senior medietatem. Si autem benedictiones non habuerint et fugiuerit cum alio, similiter. Caballarius deffendat suum portaticum cum quo mercauerit. Caballarius qui comparauerit hereditatem de pedone habeat illam saluam. Et pedones qui comparauerint hereditatem de caballario misceant illam cum suis hereditatibus, et dent inde suam iugadam. Caballarius cui mortuus fuerit suus caballus aut illum perdiderit, sit excusatus usque ad tres annos. Caballarius qui mortuus fuerit, stet sua mulier honorata per forum de caballario quousque accipiat maritum, si illa non fuerit mal uezada. Homo qui habuerit equam cum armis de caballario, faciat quomodo caballarius. Et si unus ex uobis miserit alium hominem in suam casam, et dederit ei de sua hereditate ad laborandum defendat illum. Qui autem habuerit iumentum aut equam aut asinum, non accipiant ei illum sine suo grato ⁶, ut leuent illum ad nul-

¹ deest
² uenerint
³ duobus oculis

⁴ rouba
⁵ apilido
⁶ gratu

trum feceritis, detis nobis unam gallinam que sit pagada per heredes de casale. Deinde de uia de asinis inferius totam nostram portionem et totam nostram decimam leuetis ad palatium per uestram custam : et annuatim de omnibus uestris casalis detis nobis unam fugazam triticam de duabus duabus alqueires, et unum capom, et decem ouos : omnes heredes de casale hoc forum solum nobis faciant : et si unus remanserit in casale hoc forum nobis solum faciat. Pro eiradiga : si triticum laboraueritis, detis inde nobis ii alqueires, et de secunda similiter : et ista eiradiga sit pagada per heredes de casale : et pro eiradiga de uino, detis nobis i almude. Siquis ex uobis ire uoluerit habitare ad alteram terram uel ad alterum dominum, uendat et donet totam suam hereditatem ad hominem talem qui nobis faciat forum sicut unus ex uobis. Siquis arma saccauerit in rua per iram et cum eis fecerit aliquid malum, perdat ea, et sint domini terre. Pro rausso uel pro homicidio aut pro stercore in ore misso, LX solidos pectet. Siquis forciauerit maiordomum uel uicinum de suo censu, uel de sua hereditate, in duplum componat. Precò domini terre teneatur. Et decretum de uilla comendator (?) ponat cum concilio et teneatur. Siquis disrumperit domum de suo uicino, xxx solidos pectet. Siquis fecerit furtum pro uno nouem pectet. Si aliquis inuenit aliquid ganatum in suo dampno, prendat et ducat illud sine calumpnia. Vestrum uinum incipiat colligere pro S. cipriano. Siquis uendiderit uinum in relego, v solidos pectet : et si uendendo perseuerauerit usque ad duas uices frangant ei arcus ad ipsam cubam : et per tres menses relegum teneatur. Homo de foris qui uoluerit uendere aut comparare, de poldro pro portatico v solidos det : et de x morabitos superius det i morabito : et de egua ii solidos det : de boue uel de uacca, vi denarios : de coirio bouis uel uacce, vi denarios : de corio bezerruno, i denarium : et toto raixelo, ii denarios : et de pellis de totis raixelos singulas mealias : de carrega de pane et de uino et de frutas, iiii denarios : de colono de homine uel de muliere, i denarium : de cuba, uel de arca francisca, vi denarios : de leito aut de escano, ii denarios : de carrega de escudelas, iiii denarios : de colono, ii denarios : De carrega de piscato, i solidum : de colono, ii denarios : de panelas, decimam : de morabitinada de tegula, iiii denarios : et de quanta leuauerit, sic paguet : de manta, uel de pelle cordeira, vi denarios : De feltro, uel de pelle facta cabritina, uel de morabitinada de burello, aut de zudero, uel de bragale de panno lineo, ii denarios : de mascira, i denarium : de tota madeira preter de apeiro de bobus de carrega, iiii denarios : De carrega caualar de ferro, uel de ferramenta, i solidum : et de asino, vi denarios : De pannis coloris quos duxerint ad uendendum, de i morabito, iiii denarios : De par de zapatis, i denarium : de carrega caualar de sal, iiii denarios, et de asnar, ii denarios : de colono, ii denarios : De cabrito uel de agno, i denarium : De carrega caualar, de nozes uel de castaneis, i alqueire, et de asnar, i medium alqueire : Bofon qui aliquid uendiderit in uilla det cotidie i denarium : de morabitinada de lana, uel de lino, iiii denarios : Hoc portaticum sit datum de hominibus de homini (sic) foris secundum quomodo comparauerint, uel uendiderint, et istud portaticum sit in electione domini terre, de quibus in uilla comparauerint, uel uendiderint. Homo de foris qui comparauerit coelunum de morabitinada vi denarios det. Vicinus de ega qui uendiderit uincam, uel hereditatem aut domum, dominus terre habeat inde octauam partem precii. Siquis percusserit hominem uel mulierem cum aguilon uel cum esporis, LX solidos pectet. Sigillum de maiordomo teneatur : Et qui illud fregerit, pectet v solidos : Et si aliquis maiordomum percusserit, uel occiderit, v solidos pectet. Pro iudice directum faciendo si eum percusserint, uel occiderint, mille solidos pectent, et medietas sit inde de iudice, et altera medietas de comendatore. Similiter pro almotace faciendo iusticiam si eum percusserint, uel occiderint, comendatori c morabitos pectent. Omnes res qui non sunt scripta in carta ista iudicentur per bonos homines nostre uille : Et si per se non potuerint iudicare iudicent per comendatorem terre, uel per magistrum. Calumpnie que non sunt scripte in ista carta sint uenzudas per inquisam directam. Facta carta firmitudinis mense setembrius primo die, intus in domo fratrum templi terre thomaris. Sub Era m.^a cc.^a LX.^a viii.^a Ego magister stephanus de belmonte qui hanc cartam facere iussi una cum omnibus fratribus meis uobis habitantibus in ega et filiis et filiabus uestris et progeniis roborauit et confirmaui. Regnante domno Sanchio secundo portugalensium regi. Qui presentes fuerunt, Frater domnus simeon menendi tunc comendator thomaris et portugalensis : Et frater domnus petrus costam comendator palumbaris : Frater Gobert comendator saurii : Frater gonsaluus gonsalui comendator de ega.

Frater laurencius espinel comendator sanctaren. — Frater beltradus comendator de almoriol. — Frater fernandus pinaz ibi pretor. — Frater petrus uulneira ibi clauicularius.

Frater domnus M. otio comendator de dornis. — Frater domnus petrus iohanni comendator de faro. — Frater menendus moniz comendator de sauugal. — Frater domnus petrus nuni. — Frater iohannes dominici.

Frater Johannes iordani capellanus domini magistri. — Frater petrus iohanni marascalus. — Frater stephanus capellanus thomaris. — Frater petrus fernandi. — Frater martinus nuniz.

De laicis, gonsaluus menendi iudex thomaris — Johannes barata — Johannes de calazon.

Thomaz presbiter notuit.

ALTER

ALTER DO CHÃO

1252

Textum decerpimus ex autographo exemplari, quod in Publico Archivo servatur.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Ego dominus Vincentius Electus Egitanensis uolo Alter restaure (sic) atque populare : Et do uobis foro et custume de Ablantes tam presentibus quam futuris : ut duas partes dos caualeiros uadant en fossado, et tercia parte remaneat in castello et una uice faciant fossado in anno : Et qui non fuerit a flossado, pectet pro foro v solidos pro fossadeira. Et pro homicidio, pectet c solidos a palatio. Et pro casa derrota cum armas, scutos, et spadas, pectet ccc solidos et septima a palatio. Et qui furtaret, pectet pro uno nouem, et habet intentor duos quiniones et septem pars a palatio. Et qui mulier aforciaret et illa clamando dixerit quod ab illo est afforciada, et ille negaret, det illa auctorgamento de tres homines tales quales ille fuerit ille iuret cum duodecim : et si non habuerit auctorgamento, iuret ipse solus : et si non potuerit iurare, pectet ad illam ccc solidos et septima a palatio. Et testimonia mentirosa et fiel mentiroso, pecte lx solidos, et septima a palatio, et duplet el auer. Et qui in concilio, aut en mercado, uel in ecclesia feriret, pecte lx solidos, medios a palatio, et medios a concilio : Et de medios de concilio, septima a palacio. Et homo qui fuerit gentile, aut eredor, que non seat meirino. Et qui in uilla pignos afflando, et fiador, et ad montem fuerit pindrar, duplet la pendra, et pectet lx solidos, et septima a palatio. Et qui non fuerit a sinal de iudice, et pinos sacudiret a saion, pectet i solidum ad iudice. Et qui non fuerit ad apellido caualeiros et pedones, exceptis his qui sunt in seruicio alieno, miles pectet x solidos, et pedon v solidos ad uicinos. Et qui habuerit aldeia, et uno iugo de boues, et xxxx^a oues, et uno asino, et duos lectos, comparet caualo. Et qui crebantauerit sinal cum sua mulier, pectet i solidum ad iudice. Et mulier qui lexauerit maritum suum de benedictiones, pectet ccc solidos, et septima a palatio : Et qui lexauerit suam mulierem, pectet i denarium ad iudice. Et qui caualo alieno caualgaret pro uno die, pectet i carnarium, et si magis pectet las angueiras, pro uno die vi denarios, et pro nocte, i solidum. Et qui firiret de lanza, aut de spada, pola entrada pectet x solidos : et si trauciret del altera parte, pectet xx solidos ad quereloso. Et qui crebantauerit oculum, aut brachium, aut dente, pro unoquoque membro, pectet c solidos a lisiado, et ille det septima a palatio. Et qui mulier aliena ante suo marido ferir, pectet xxx solidos, et septima a palatio. Et qui moion alieno in suo ero mutaret, pectet v solidos, et septima a palatio. Qui limede alieno crebrantauerit, pectet v solidos, et septima a palatio. Qui conduiteiro alieno matauerit, suo amo colligat homicidio, et det septima a palatio : similiter de suo ortolano et de quarterio, et de suo monlerio, et de suo solarengo. Qvi habuerit uassalos in suo solar, aut in sua hereditate non seruant ad altero homine de tota sua facienda, nisi a domino suo de solar. Tendas et molinos et fornos de homines de Alter, sint liberi de foro. Miles de alter sint in iudicio pro podestades et infanciones de portugal : Clerici uero habeant mores militum : Pedones sint in iudicio pro caualeiros uillanos de altera terra. Qvi uenerit uozerio ad suo uicino pro homine de foras uille, pectet x solidos, et septima a palatio. Ganado de Alter non sit montado in nulla terra. Et homine a qui se anafragauerit suo adextrado quamuis habeat alium sedeat excusato usque ad caput anni. Mancebo qui mataret hominem foras uille et fugierit, suo amo non pectet homicidio. Por todas querelas de palatio el uozerio sedeat iudice. Qvi in uilla pendrar cum saion et sacuderint ei pignos octorget el saion et prenda concilio de tres collationes et pindret pro lx solidos, medios ad concilio, et medios al rancuroso. Barones de alter non sedeant en prestamo dados. Et si homines de Alter habuerint iudicium cum homines de alia terra non corrat inter illos firma, sed currat per esquisa aut per reto. Et homines qui quesierint pausar cum suo ganato in termino de alter prenda de illis montadigo : da grege das ouelias, m^{or} carnerios : Et de bosto das uacas, i uaca : Isto montadigo est de concilio. Et todos caualeiros qui fuerint in fossado uel in gardiam omnes caualos qui se ibi perdiderint in algara, uel in lide, primus erectis eos sine quinta et postea detis nobis quintam directam. Et toto homine de Alter qui inuenerint homines de aliis ciuitatibus in suis terminis tallando madeiro, aut leuando de montes, prenda totum quod inuenerint sine calumpnia. De azarias et de gardias quintam partem nobis date sine ulla offretione. Qvicunque ganatum domesticum pignorarere uel rapere fecerit, pectet lx solidos a palatio, et duplet ganatum a suo domino. Testamus uero et perheniter firmamus ut quicunque pignorauerit mercatores uel uiatores christianos iudeos siue mauros nisi fuerit fideiussor uel debitor, quicunque fecerit pectet lx solidos a palatio, et duplet ganatum quod prenderit a suo domino, et insuper pectet c morabitanos pro cauto quod fregit : Et Electus habeat medietatem et concilium medietatem. Siquis ad uestram uillam uenerit per uim cibos aut aliqua res acciperit et ibi mortuus uel percussus fuerit, non pectet pro eo aliqua calumpnia nec suorum parentum homicide habebantur : Et si cum querimonia de

ipso ad electus uel ad dominum terre uenerit, pectet c morabitanos medietatem electi, et medietatem concilii. Mandamus et concedimus quod si aliquis fuerit latro, et si iam per unum annum uel duos furari uel rapere dimisit, si pro aliqua re repetitus fuerit quam comisit saluet se tanquam latro : et si latro est, et latro fuit, omnino pereat, et sububeat pena latronis : Et si aliquis repetitur pro furto, et non est latro, neque fuit, respondeat ad suos foros. Siquis homo filiam alienam rapere extra sua uoluntate donet eam ad suos (*sic*) et pectet illis ccc morabitanos, et septima a palatio, et insuper sedeat homicida. De portagine : foro de trosel de caualo de panos de lana, uel de lino, i solidum : De trosel de lana, i solidum : De trosel de pano de color, v solidos : De carrega de pescado, i solidum : De carrega de asino, vi denarios : De carrega de christianos de conelios, v solidos : De carrega de mauros de conelios, i morabitanum : Portagem de caualo qui uendiderint in azauge, i solidum : De mulo, i solidum : De asino, vi denarios : De boi, vi denarios : De carnerios, iii medalias : De porco, ii denarios : De foron, ii denarios : De carrega de pane, et de uino, iii medalias : De carrega de peom, i denarium : De mercado de mauro qui uendiderint, i solidum : De mauro qui se redimeret, decima : De mauro que talia cum suo domino, decima : De corio de uaca, et de zenura, ii denarios : De corio de ceruuo, et de gamo, iii medalias : De carrega de cera, v solidos : De carrega de azeite, v solidos : Iste portagine est de homines foras uille, tercia de suo hospite, et duas partes de Electo. Ego predictus Electus egitaniensis hanc cartam roboro et confirmo. Facta carta apud Ablantes Mense Octubri. Era m.^a cc.^a lxx.^a Et insuper ego Electus Egitanensis pono et firmo cum concilio de alter quod ullus non recipiat pro uicino nec habeat nec in preciadam in uilla de alter sine meo mandato. Et aliquis miles non habeat ibi maladiam nec .. plazum neque Et homines qui morauerint in alter debent esse fideles et boni uasalli senper domino electo egitaniensi et successoribus suis. Ego Domnus Vincencius Electus Egitanensis factus postea episcopus per dei gratiam presentem kartam Roboro et confirmo : Et sigillo meo

Et erant in ipso tempore alcaldes P. iohannis (*sic*). Facta karta mense fe..... in Era m.^a cc.^a lxxx.^a (?) Regnante Domno Sancio

Testes qui uiderunt hoc et audierunt : In primo Petrus fernandi.
 Suerius fernandi. Gonsaluus roderici de felgosino. Fernandus petri
 petrus menendi

OCRATE

CRATO

1252

Hujus foralis autographum exemplar, ex quo textum descripsimus, in Publico Archivo ab antiquo seruatur.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti. Amen. Ego dom melendo gundisalui prior de portugal de la ordim do espital una cum conuentu nostro uolumus populare ocrate. Damus uobis populatoribus tam presentibus quam futuris foros et costumes de nisa : ut duas partes dos caualeros uadant in fossado, et tercia pars remaneat in ciuitate : et una uice faciant fossadam in anno : Et qui non fuerit ad fossadam pectet pro foro v solidos pro fossadeyra. Et pro homicidio pectet c solidos ad palacium. Et pro casa derrota, cum armis, scutis, et spatibus, pectet ccc solidos et vii.^a ad palacium. Et qui furtauerit, pectet pro uno nouem, et habeat intentor duos quiniones, et vii partes palacio. Et qui mulier aforciauerit et illa clamando dixit quod ab illo est aforciaua et ille negaret, det illa autorgamento de tres homines tales qualis ille fuerit, ille iuret cum xii : Et si non habuerit outorgamento iuret ipse solus : Et si non potuerit iurare, pectet ad illam ccc solidos et vii.^a ad palacium. Et testimonia mentirosa, et fidele mentiroso, pectet lx.^a solidos et vii.^a ad palacium, et duplet el auer. Et qui in concilio aut in mercado aut in ecclesia feriret pectet lx solidos, medios palacio, et medios concilio, et de medio de concilio vii.^a ad palacium. Et omo qui fuerit gentile aut heradoro qui non seat meirino. Et qui in uilla pignos afflando aut fiador et ad montem fuerit prendrar duplet la prendra, et pectet lx solidos et vii.^a ad palacium. Et qui non fuerit ad sinal de iudice et pignos sacudiret ad sayon, pectet i solidum ad iudicem. Et qui non fuerit ad apolidum caualeiros et peones exceptis hiis qui sunt in seruicio alieno, miles pectet x solidos, peon v solidos ad uicinos. Et qui habuerit aldeam et unum iugum de boues, et xxxx oues, et unum asinum, et duos lectos comparet cauallum. Et qui quebrantauerit sinal cum sua muliere, pectet i solidum ad iudicem. Et mulier que lexauerit suum maritum de benedictione, pectet ccc solidos et vii.^a ad palacium : Et qui lexauerit mulierem suam, pectet i denarium ad iudicem. Et qui cauallum alienum caualgauerit, pro uno die pectet unum carnarium,

et si magis pectet las angeyras, pro 1^o die vi dineyros, et pro una nocte i solidum. Et qui feriret de lancea aut de spada, por la entrada, pectet x solidos : Et si trociuerit ad aliam partem pectet xx solidos al quereloso. Et qui quebrantauerit oculum aut brachium aut dentem pro unoquoque membro pectet c solidos a lisiado, et ille det vii.^a ad palacium. Qui mulierem alienam ante suum maritum feriret, pectet xxx.^a solidos et vii.^a ad palacium. Qui conducteiro alienum mactaret, suo amo colligat homicidium et det vii.^a a palacio : similiter de suo ortolano et de quarteyro et de suo molneyro et de suo solarengo. Qui moion alieno in suo ero mudaret, pectet v solidos et vii.^a palacio. Qui linde alieno quebrantauerit, pectet v solidos et vii.^a palacio. Qui habuerit uassallos in suo solar, aut in sua hereditate non seruiant ad alium hominem de tota sua facienda nisi ad dominum de solar. Tendas, molinos et fornos de omnes de ocrate, sint liberi de foro. Milites de ocrate sint in iudicio pro podestades et infanzones de portugal : Clerici uero habeant mores militum : Pedones sint in iudicio pro caualeiros uilanos de alia terra. Qvi uenerit uozeyro ad suum uicinum pro homine de foras uilla, pectet x solidos et vii.^a ad palacium. Ganado de ocrate non sit montado in nulla terra. Et homo a qui se anafragaret suum adestrado, quamuis habeat alium, sedeat excusatum usque ad capud anni. Mancebo qui mactaret hominem foras uille et fugerit, suo amo non pectet homicidium. Pro totis querellis de palacio iudex sit uozeyro. Qvi in uilla pindrar cum sayone et sacudirent ei pinus autorguet el sayon et prenda concilio de tres colaciones, et prindet pro lx.^a solidos, medios al concilio, et medios ad rancuroso. Barones de ocrate non sint in prestamo dati. Et si omnes de ocrate habuerint iudicium cum hominibus de alia terra, non currat inter illos firma, sed currat per esquisia aut repto. Et omnes qui quesierint pousar cum suo ganato in termino de ocrate, prenda de illis montadigo, de grege de ouibus iii carnarios, et de busto das uacas una uaca : Istud montadigo est de concilio. Et omnes milites qui fuerint in fossado uel guardia omnes cauallus (*sic*) qui se perdiderint in algara uel in lide primo erectis eos sine quinta et postea detis nobis quintam directam. Et totus homo de ocrate qui inuenerint omnes de aliis ciuitatibus in suis terminis taliando aut leuando madeyram de montes prenda totum quod inuenerint sine calumpnia. De azarias et de guardas quintam partem nobis date sine ulla offrecione. Quicumque ganatum mistigo pignorare uel rapere fecerit, pectet lx.^a solidos ad palacium, et duplet ganatum suo domino. Testamus uero et perhenniter firmamus, quod quicumque pinnorauerit mercatores uel uiatores christianos, iudeos siue mauros, nisi fuerit fideiussor uel debitor quicumque fecerit pectet lx solidos palacio, et duplet ganatum quod prendiderit ad suum dominum : et insuper pectet c morabitanos pro cauto quod fregerit : prior et conuentus habeat medietatem, et concilium medietatem. Siquis ad uestram uillam uenerit per uim cibos aut aliqua res accipere, et ibi mortuus uel percussus fuerit, non pectet pro eo aliquam calumpniam, nec suorum parentum homicida habeatur : Et si cum querimonia de ipso ad priorem uel ad dominum terre uenerit, pectet c morabitanos, medietatem priori et conuentui, et medietatem concilio. Mandamus et concedimus, quod si aliquis fuerit latro, et si iam per unum annum uel duos furtari, uel rapere dimiserit, si pro aliqua re repetitus fuerit quam comisit, saluet se tanquam latro : Et si latro est et si latro fuit omnino pereat et subbeat penam latronis : Et si aliquis repetitur pro furto et non est latro neque fuit, respondeat ad suos foros. Si aliquis homo filiam alienam rapuerit extra suam uoluntatem, donet eam ad suos parentes, et pectet eis ccc morabitanos et vii.^a palacio, et insuper sit homicidi. De portagem : foro de troxel de cauallo de pannis de lana uel de lino, i solidum : De troxel de lana, i solidum : De troxel de fustanes, v solidos : De troxel de panos de color, v solidos : De carrega de pescado, i solidum : De carrega de asino, vi denarios : De carrega de christianis de coniliis, v solidos : De carrega de mauris de coniliis, i morabitanum : Portagem de cauallo qui uendiderint in azougue, i solidum : De mulo, i solidum : De asino, vi denarios : De boue, vi denarios : De carneyro, iii mealias : De porco, ii denarios : De foron, ii denarios : De carrega de pane et uino, iii mealias : De carrega de peon, i denarium : De mauro que uendiderint in mercato, i solidum : De mouro qui se redimerit, decimam : De mouro qui taliat cum suo domino, decimam : De coiro de uaca et de zeura, ii denarios : De corio de ceruo et de gamo, iii mealias : De carrega de cera, v solidos : De carrega dazeyte, v solidos : Istud portagem est de homines foras uille, tercia de suo hospite, et duas partes de priore et conuentu. Ego domnus melendus gundisalui prior de o espital una cum conuentu nostro, hanc cartam confirmauimus, et roborauimus. Et siquis hanc cartam irrupere uoluerit uel contradicere, sit maledictus, et excommunicatus. Amen. Facta carta idus octo dies decebrii (*sic*). Sub era m.^a cc.^a lxx.^a

Frater Johannes menendi comendator belueer conf. — Frater Martinus iohannis capellanus sartaginis conf. — Frater Menendus pelagii capellanus prioris conf. — Frater Johannes pelagii conf. — Frater Stephanus michaelis conf. — Frater J. ramiriz conf.

Frater M. petri budel — Frater Laurencius suerii — Frater Stephanus iohannis — Frater Dominicus petri — Frater Pelagius — Frater M. gonsalui — Frater P. saluati, test.

P. pelagii presbiter — P. gonsalui presbiter, test

Dominicus pelagii — Laurencius gomecii — Johannes martini — M. pelagii iudex, test.

VILLA-NOVA DE CANYA

CANHA

1235

Ex libro regestorum scrinii conventus equitum S. Jacobi oppidi de Palmella, qui titulum prae se fert Livro dos Copos, hoc descripsimus forale. Non aliud exemplar, nobis cognitum, manet.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris filii et spiritus sancti. Amen. Ego domnus pelagius petri commendator de alcazar cum conuentu eiusdemque (*sic*) castris, damus et concedimus concilio Vile noue de canya tam paruis quam magnis, tam presentibus quam futuris forum et costume de palmella : vt duas partes dos caualeiros vadant in fossado, et tercia pars remaneat in o castello : Et vna vice faciant fossado in anno : Et qui non fuerit in fossado, pectet pro foro v solidos pro fossadeira. Et pro homicidio pectet c solidos ad palacium. Et pro casa derrota cum armas, scudiis et spatas, pecte ccc solidos et septima a palacio. Et qui furtaret, pecte pro vno ix, et habeat intendor duos quiniones et septem partes ad palacium. Et qui mulier aforciaret et illa clamando dixerit quod ab illo est aforciaada, et ille negaret, det illa autorgamento de m^{es} homines tales qualis ille fuerit, et ille iuret cum xii : Et si non habuerit autorgamento, iuret ipse solus : et si non potuerit iurare pecte ad illam ccc solidos et septima ad palacium. Et testimonia mentirosa, et fidele mentirosa (*sic*), pecte lx solidos et septima ad palacium, et duplet ille auer. Et qui in concilio, aut in mercado, vel in ecclesia feriret, pecte lx solidos, medios ad palacium, et medios ad concilio, et de medio de concilio, septima ad palacio. Et homine qui fuerit gentile, aut herdador, que non seat meirino. Et qui in villa pignos aflanco (*sic*) et fiador, et ad montem fuerit pindrar, duplet la pindra, et pecte lx solidos et septima ad palacio. Et qui non fuerit a synal de iudice, et pignos sacudir a sayon pecte i solidum a iudice. Et qui non fuerit ad apelido caualeiros et pedones, exceptis hiis qui sunt in seruicio alieno, milites pectent x solidos, et pedon v solidos ad vizinos. Et qui habuerit aldea, et vno iugo de bois, et x (*sic*) oues, et vno asino, et duos lectos, compare caualo. Et qui crebrantauerit sinal cum sua mulier, peite i solidum a iudice. Et mulier que laxauerit maritum suum de benedictione, pecte ccc solidos et septima a palacio. Et qui laxauerit mulierem suam pecte i denarium a iudice. Et qui caualo alieno caualgaret, pro vno dia pecte vno carneyro, et si magis pectet las angeiras, polo dia vi denarios, et pola nocte i solidum. Et qui ferir de lancea, aut de spada, pola intrada pecte x solidos : Et si trousir ad altera parte pecte xx solidos al quereloso. Et qui crebrantauerit oculum, aut brachium, aut dente, pro vnoquoque membro, pecte c solidos al lisiador, et ille det septima ad palacio : qui mulier aliena ante suo marido ferir, pecte xxx solidos, et septima ad palacio : qui moiom alieno in suo hero mudaret, pecte v solidos et septima ad palacium : qui limide alieno crebrantar pecte v solidos et septima ad palacium : qui habuerit vassalos in suo solar, aut in sua hereditate, non seruiant ad altero homine de tota sua facienda, nisi a domino de solar : qui conducteiro alieno mactaret, suo amo colligat homicidio et det septima ad palacium : Similiter de suo ortolano, et de quarteiro, et de molneiro, et de solarengo. Tendas et molinos et fornos de homines de Villa noua sint liberi de foro. Milites de Villa noua sint in iudicio pro podestates et infanzones de portugal : Clerici Vile noue habeant custumes militum : pedones sint in iudicio pro milites vilanos de altera terra : qui venerit vozeiro a suo vicino pro homine de foras vile, pecte x solidos et septima ad palacium : ganado de Vila noua non sit montado in nulla terra. Et homine a qui se anafragar suo adestrado, quamuis habeat alium, sit excusato usque ad caput anni. Mancipium qui mactar homine foras vile et fugerit, suo amo non pectet homicidio : per totas querellas de palacio, el iudice sedeat ueceiro : qui in vila pindrar cum sayone et sacudirent ei pignos, outorget el sayon, et prendat concilio de tres collationes, et pindret pro lx solidos, medios a concilio, et medios ad rancuroso. Barones de Vila noua non sint en prestamo dados. Et si homines de villa noua habuerint iudicium cum homines de alia terra, non currant inter illos firma nec repto, sed currat per exquisita. Et homines qui quesierint cum suo ganato pousar in terminos de Vila noua prendant de illis montadigo : da grege das oues, quatuor arietes : et de busto das vacas, vna vaca : Isto montadigo est de concilio. Et homines milites qui fuerint in fossado, vel in guardia, omnes caualos qui se perdiderint in algara, uel in lide, primus erectis eos sine quinta, et postea detis nobis quintam directam. Et toto homine de Vila noua qui inuenerint homines de aliis ciuitatibus uel castellis in suis terminis taliando, uel leuando madeyram de montes aut de suis terminis, prendant totum quod inuenerint sine calumnia. De azarias et de guardias quintam partem nobis date sine nulla offrecione : quicumque ganatum domesticum pignorare vel rapere fecerit pectet lx solidos a palacio, et duplet illum ganatum a domino suo. Testamus uero et perhenniter firmamus, vt quicumque pignorauerit mercatores, aut viatores christianos, uel iudeos, siue mauros, nisi fuerit fideiussor, vel debitor, quicumque fecerit pecte

LX solidos a palacio et duplet ganatum quod prendidit a suo domino : Et insuper pectet c morabitanos pro couto que fregit : Commendator habeat medietatem et concilio medietatem. Siquis ad vestram villam venerit per vim cibos aut aliquas res accipere voluerit, et ibi mortuus, vel percussus fuerit, non pecte pro eo aliqua calumnia, nec suorum parentum homicide habeatur : Et si cum querimonia de ipso ad regem vel ad dominum terre venerit pectet c morabitanos, medietate commendatori, et medietate concilio. Mandamus et concedimus quod si aliquis fuerit latro, et si iam per vno anno vel duos furari uel rapere dimiserit, si pro aliqua re repetitus fuerit quam comisit saluet se tanquam latro : Et si latro est, et latro fuit, omnino pereat et subeat penas latronis : Et si aliquis repetitur pro furto et non est latro, neque fuit, respondeat ad suos foros. Si aliquis filiam alienam extra sua voluntate rapere fecerit, donet eam ad suos parentes, et petat (*sic*) illis ccc morabitanos et septima ad palacium, et insuper sedeat homicida. De portagem : foro de troxel de caualo de pannos de lana vel de lino, 1 solidum : de troxel de lana, 1 solidum : de troxel de fustanes, v solidos : de troxel de pannos de color, v solidos : de carega de pescadu, 1 solidum : de carega de asino, vi denarios : de carega de christianos de conelios, v solidos : de carga de mouros de conelios, 1 morabitanum : de portagem de cauallo que vendiderint in azouge, 1 solidum : de mulo, 1 solidum : de asyno, vi denarios : de boue, vi denarios : de ariete, iii^{es} mealias : de porco, ii denarios : de foron, ii denarios : de carga de pane aut de vino, iii^{es} mealias : de carega de peon, 1 denarium : de mauro que vendiderint in mercado, 1 solidum : de mauro qui se redimeret, decima : de mauro qui taliar cum suo domino, mercê, decima : de corio de vaca, aut de cerua, ii denarios : de corio de gama aut de ceruo, iii^{es} mealias : de carga de cera, v solidos : de carega dazeite, v solidos : Iste portagem est de homines foras ville, tercia de suo hospite et duas partes de commendatore. Ego domnus pelagius petri commendator de alcazar, pariter com conuentu eiusdem loci hanc cartam confirmamus et roboramus. Et siquis hanc cartam irrumpere voluerit sit maledictus de deo, et excommunicatus gracie dei amen. Ego domnus pelagius petri dei gratia commendator de alcazar et militum milicie sancti Jacobi de portugalia simul cum nostro conuentu scilicet de alcazar hanc cartam habitatoribus de Villa noua de canya roboramus et confirmamus per illud forum quod est palmelle : Et quicumque illud vobis obseruauerit, sit de deo benedictus : Et quicumque illud frangere voluerit sit a deo maledictus. Amen. Facta carta mense februaryi sub era m. cc. lxx. iiii. Et insuper istud forum debent facere de pane et de de vndecim modiis duo modia dare debent, et erit decimum solutum : et de aliis omnibus rebus quas deus vobis dederit, decimam ecclesie : qui presentes fuerunt videre et audire, Ego domnus P. petri commendator de alcazar confirmo. Rodericus gonsalui maiordomus de alcazar. Stephanus gonsalui commendator de sanctarem. Martinus douro commendator darruda. Vincentius pelagi commendator de sanctis. G. gonsalui commendator de almadana. G. petri commendator de palmella. L. petri pretor de setual. Rodericus egee commendator de cabrela. Lopus pacensis commendator de Villa noua de canya. Menendus fernandi commendator de monte maiore. Rodericus alfonsi sancti dominici pretor de alcazar. Fernandus suerii, Petrus roderici, Dominicus johannis presbiter, Sancius johannis presbiter, testes.

CITOFACIA

CEDOFEITA

1257

Rudimentum municipii hoc forale nobis praebebat. Ex autographa charta, in Publico Archivo servata, descripsimus.

Notum sit omnibus hominibus presentem paginam inspecturis quod Nos Nunus suarii prelati ecclesie sancti Martini de Citofacta, et eiusdem ecclesie conuentus, damus atque concedimus illam hereditatem ecclesie de Citofacta omnibus tam piscatoribus quam omnibus aliis domos uel quairelas ibidem facientibus, illis tales terminos assignando uidelicet quomodo incipit in aqua dorii in portum de Crastello et partit per carreriam et quomodo partit super domum Laurencii boy et quomodo partit per uineam Martini geruasii et quomodo partit per terminum domni Vincencii et per terminum Marchi garsie et ferit in carrazedelum, sub tali uidelicet foro, quod piscatores qui ibi populauerint de quocunque foco reddant annuatim singulos solidos portugalensis monete, et singulos sauas de quocunque barco si eos habuerint mediato Aprili predictae ecclesie de Citofacta et persoluant forum de primiciis lamprearum et de piscibus regalibus sicut actenus ecclesie persoluerunt : et faciant unusquisque illorum unam carreiram ad ripam de dorio per custam eiusdem ecclesie. Et alii homines qui non fuerint piscatores de quocunque foco persoluant annuatim singulos solidos, et singulos capones in festum uidelicet sancti Micahelis. Si uero ibi aliquis homo habitauerit qui bestiam habuerit qui possit carreiram facere, faciat cum ea

duas carreiras annuatim, ad hereditatem ipsius ecclesie per custam ecclesie. Preterea si aliquis ipsorum populatorum fecerit homicidium uel calumpniam pectet eam per forum ciuitatis portugalensis et portaticum similiter. Et si maiordomus cauti predictae ecclesie aliquem ipsorum uoluerit pignorare pignoret secundum forum ciuitatis Port. Et si aliquis homo extraneus uenerit ad portum illum cum nauigio qui ibi ancoram posuerit, det tres denarios Maiordomo ipsius cauti : et si ibi uendiderit piscatum det unum piscem de illo piscato quod uendiderit. Damus atque concedimus terminos supradictos ipsis populatoribus et eorum successoribus quantum ibi habemus iure perpetuo possidendos. Et si aliquis eorum populatorum partem suam ipsius hereditatis uendere uoluerit uendat uel det eam tali homini qui faciat istum forum, et de quo nullum dampnum ecclesie contingat. Et si aliquis tam ex parte ecclesie quam populatorum fuerit qui factum nostrum irrumpere uoluerit, pectet ipsos terminos alteri parti dupplatos et quantum fuerint meliorati, et insuper cc.^{os} aureos cui uocem suam dederit. Nos uero supradicti, scilicet, N. predictus prelati de Citofacta et eiusdem ecclesie conuentus, hanc cartam iussimus fieri coram ydoneis testibus propriis manibus eam roboramus. Et ut presens scriptum robur obtineat, presentem cartam sigillorum prelati et conuentus munimine duximus roborandam. Facta karta Mense Setembris Era m.^a cc.^a lxx.^a v.^a

CEPO

CEPO

1257

Autographa, quamquam authenticitatis indiciis non munita, charta in qua hoc forale inuenitur, saeculo XIII conscripta, in Publico Archivo ab antiquo seruetur. Ex ea textum descripsimus. Non aliud inuenimus exemplar.

In dei nomine et eius auxilio. Noscant omnes homines tam presentes quam futuri, quod nos P. fernandi prior et Conuentus monasterii sancti petri de arganil facimus kartam donationis et firmitudinis de foro uobis populatoribus de cepo de ipsa nostra hereditate quam ibi habemus. Damus et concedimus uobis totam ipsam hereditatem de cepo, et semini uestro cum totis suis terminis ruptis et non ruptis : In primo quomodo partit ipsa hereditas de cepo cum fagiam per uenam de rrio de seira et de alia parte cum termino celauise per uenam de adela et ex alia parte per cimalias de bagoinnos (?) quomodo . . . it strada per carualiar de uacas et partit monasterium de arganil cum domno episcopo colimbriensis usque ad aqua de rio de seira. Damus uobis et semini uestro ipsam hereditatem ut in ea plantetis, et hedificetis, et laboretis et faciatis in ea quicquid uolueritis facere sicut boni populatores : Tali uidelicet pacto concedimus uobis ipsam hereditatem ut detis de illa nostro monasterio de foro duas decimas de pane et de lino et leguminibus. Et qui habuerit uineam in cepo scilicet in ipsa nostra hereditate iam nominata det de ea decimam deo : Et posquam uinea habuerit quatuor annos quod fuit iantata det homo de ea unam quartam de uino per mensuram de arganil. Populator de cepo qui interfecit hominem uel fecerit rouso, uel posuerit merdam in boca, pectet x morabitanos. Qui fecerit plagam cum ferro muudo, pectet v morabitanos. De homine desiuigado, lx^a solidos. De sanguine de super oculos, lx^a solidos. De carreira tenuta cum armis, si non habuerit disfidatum suum inimicum, lx^a solidos. De casa britada uel entrada per forciam, lx^a solidos. Testazom britada lxv^a (?) solidos. Si populatores de cepo exierint post latronem uel post aliquem extraneum qui eis forciam facere uoluerit, si eum interfecerint, pectent v morabitanos : Populator de cepo qui exire noluerit cum suis uicinis post latronem uel post alium hominem qui forciam in uilla facere uoluerit, pectet x solidos. Populatores de cepo non pectent uocem nec calumnias alias nisi istas iam nominatas : Et istas debent esse probatas per bonos homines. Si aliquis qui morauerit in cepo fecerit furtum et manifestare illud uoluerit, det ipsum furtum cui furatus fuit, et pectet ad monasterium i morabitanum : Si uero negare uoluerit uel ipsum furtum inuentum ei fuerit in domo et testimoniatum fuerit per bonos homines, pectabit illud sicut est usum in aliis terris et in aliis uillis. Si populatores de cepo uoluerint se transferre ad alias partes uendant uel donent suum feitium tali homini qui istud forum faciat monasterio in pace : Et si posuerit tale precium quod non ualet ad illud quod uendere uoluerit, dent illi pro eo quantum uiderint boni homines de ipsa uilla pro bono. Et ut uos melius populetis ipsam hereditatem et ipsam nostram uillam de cepo, statuimus et firmamus inter nos et uos quod in quolibet mense cantetur uobis missa a fratre nostro uel a capellano. Et per totum annum fiat uobis misterium sancte ecclesie, scilicet, Insuflare, Babtisare paruulos, Visitare infirmos, Et mortuos sepelire. Nos prior et Conuentus monasterii de arganil qui hanc kartam iubsimus facere, uobis populatoribus de cepo et semini uestro nostris manibus roboramus, vt nemo de nostris uel de extraneis possit uenire contra istud nostrum factum : Et qui uolue-

rit uenire contra istam nostram kartam, sit maledictus et excommunicatus et cum iuda traditore in infernum dampnatus. Et qui uobis uel semini uestro benefecerit uel uos lucrauerit per istud forum et per istam kartam, in isto seculo uiuat in pace et in futuro possideat requiem senpitemnam. Facta karta mense octobris. In Era m.^a cc.^a lxx.^a v.^a Regnante donno rege sancio in portugalia. Qui hoc uiderunt et audierunt isti sunt : In primo Martino iohannis canonico sacerdote test. Menenendo (*sic*) cordano canonico sacerdote test. Domno Andrea canonico sacerdote test. Petrus menendi et Petrus petri Martinus alfonsi fratres conuersi testes : et alii multi clerici et laici quos non possumus numerare. Petrus menendi canonicus diaconus notuit.

SANCTA MARIA DE PORCO

VILLA DE PORCO

1258

Ex libro Tombo da Sé de Viseu dicto, nuper in Publicum Archivum delato, hoc forale descripsimus. Non aliud inuenimus exemplar.

In dei nomine amen. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod Ego domnus Egidius Visensis Episcopus facio cartam firmitudinis et perpetui fori uobis populatoribus de hereditate mea de porco quam modo im presenti habeo et comparauim pro meis marabitanis : do et concedo uobis ipsam predictam hereditatem iure hereditario possessorio (*sic*) tali uidelicet pacto ut faciatis ibi xl. casalia et non amplius ; et uos et suscessores uestri persoluatis prius primicias et decimas ecclesie sancte Marie de porco et mihi et suscessoribus meis persoluatis annuatim pro foro de omni pane et uino et lino et legaminibus (*sic*) fideliter aliam decimam partem sicut est consuetudo terre. Preterea mando quod habeatis ferragines uidelicet singulos sestarios in seminatura pro uestris caballis et uestris bouis et non faciatis de illis forum sed si forte ferragines uenerint ad fructum detis decimam et rationem sicut de alio pane : et uocetis meum maiordomum ad areas et ad lagares : et ponatis pedem lagaribus coram meo maiordomo fideliter tribus uicibus : Si uero meus maiordomus noluerit uenire ad areas uel ad lagares propter iram uel propter maluolentiam, tunc uocentur duo uel tres boni homines de concilio et coram eis omnia fideliter meciantur : et si ratio panis uel uini perdita fuerit per culpam maiordomi ipsemet respondet de illa domino suo. Maiordomus uero meus non faciat forciam hominibus de porco, nec ipsi homines ei. Et uos et suscessores uestri persoluatis mihi et suscessoribus meis singulis annis pro foro singulos almudes de tritico, et quinque quinque oua, et singulos frangaos : et qui franganum non habuerit soluat pro eo unum solidum : et in totis aliis causis concedo uobis quod habeatis forum de pinello et forum et carta teneatur similiter. Et si forte aliquis uestrum uoluerit uendere suam casam uel hereditatem uel suam facturam prius illam mihi quam alii homini uendat : Et si ego noluerim comparare tunc illam uendat suo uicino de porco cum isto foro, et non alii : et si comparare rem non inuenerit mittat in ea talem hominem qui ibi fructum faciat et compleat supradictum forum. Item omnes moratores uille iste sancte Marie de porco tam de totis suis intentionibus et calumpniis quam de aliis percussionibus per duos bonos homines uel tres quos erigant inter se sint inde sanatores mihi uel suscessori meo per forum de pinelo. Concedo itaque uobis et suscessoribus uestris predictam hereditatem cum isto foro quod uos et omnes posteritas uestra habeatis illam in perpetuum. Et si aliquis homo tam de meis quam de extraneis hoc factum frangere uoluerit sit maledictus et excommunicatus, et cum iuda traditore in inferno dampnatus : Et insuper pectet mille morabitanos et quantum quesierit tantum in dublo componat, facto in suo robore nichilominus permanente. Facta carta mense Dezembri sub Era m.^a cc.^a lxx.^a vi.^a Regnante domno S. secundo in port. : domino terre domno Aprili, pretore Johanne fernandi de aluelos, alcadibus, Egea pelagii, et Johanne menendi, cum sociis suis, domno Michaele iudice andatore, Martino pelagii suo socio. Ego E. supradictus nominatus qui hanc cartam fieri iussi coram idoneis testibus roboro et confirmo : et ad maiorem confirmationem hanc cartam sigilli mei munimine confirmaui. Qui presentes fuerunt et uiderunt, Donus munio presbiter et prior sancte Marie, Domnus F. pelagii canonicus visensis, Petrus martini uir de porco, Petrus Julianus Menendus Pelagius, M. pelagii et I. garsie, Petrus fernandi : et I. fernandi notauit per mandatum domini episcopi, presente G. pelagii cancellario.

MOOS**MÓ8****1241**

Ex autographo et unico exemplari, quod in Publico Archivo invenitur, textum hujus foralis decerpsimus.

In dei nomine. Ego domnus Sancius secundus Rex Port. una cum domno April quod tenet terra de me, scilicet, Parada, vobis Populatores de Moos Facio kartam firmitudinis ad forum : de quoque casali unum modium mediato de centeno, et medium milio. Et quem britar soar pectare d^{os} solidos. Et quem laborare cum bouem et cum uacam det media iugada. Maiordomo de Parada prenda talega de cabdal et uadat pro panem ad de iugada et metaa in cabdal cum iudici et cum concilio. Mando ad istis homines de Moos quod ueniant cum iudici, et clerico de ecclesia, et homines de Moos et faciant taliter casale quod de quanto compararem des aqua das Barazas quod de in sua uilla intrare in iugada : Maiordomo de Parada nec de mediana non ponat monicionem in ipsa uilla de Moos. Et detis pro Nathale domini singulos quaraziis de quoque casale : et si non habuerit porco det una gallina et una fugaza centena. Quando uenerit domino terre ad parada dent iii franganos, et singulas fornizas de panem de tota uilla de quoque casali una uice in anno, et plus nichil. Maiordomo de ipsa uilla de Moos et ambulare de Magii ad magii. Pro exida de maiordomadigo medium bracale. Ad nullam calumpniam non uadat domino terre sine uozeiro, et sine tres testimonias de bonis hominibus de uicinos de uilla, quod uideant et audiant : Tota calumpniam que ibi fuerit facta sanare cum medium bracale. Homicidium x morabitos, medios ad domino terre et medios ad concilio : Rausum, et merda in boeca, x modios. Homines de moos non dent trobisco a trobiscada. Hominem qui uenerit de fora, et quesierit male facere in ipsa villa de moos dent in illum multum ad palos, et dent unum uasum plenum de aqua ad Palacio : et sit per ipsum quite. Et diuidit ipsos terminos de Moos per aqua das barazas, et inde per presa uetera das barazas, et uadit ad Penedo de super villa, et alia parte cum termino de Eyriz. Habeatis uos firmiter et omnis posteritas uestra per istum forum usque in perpetuum. Siquis homo uenerit uel uenero qui hoc factum meum frangere uoluerit, pectet mihi d^{os} solidos. Facta carta Mense ianuarii : Svb Era m.^a cc.^a lxx.^a viii.^a Ego supradictus domnus Sancius secundus Rex Port. cum domno April meum uasallum, vobis Populatores de Moos qui hanc cartam iussi facere, meis Roboro (sic) et confirmo. Qui presentes fuerunt, Petrus test. Menendus test. Johannes test. Martinus notuit.

PROEMCIA NOVA**PROENÇA A NOVA****1244**

Ex charta autographa, quae ab antiquo in Publico Archivo seruat, forale hoc descripsimus.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Hec est karta fori, et firmissimi pacti, quam ego Domnus Rodericus egidii prior hospitalis in portugalia, una cum fratribus nostris, facio uobis hominibus de proemcia noua, presentibus et futuris, de illa terra de proemcia noua. Damus uobis ipsam terram ad possidendum et habendum tali pacto quod nos habeamus quartam partem de tota terra ipsa, tam de mala, quam de bona, et uos habeatis tres partes : et domus hospitalis habeat semper omnes ecclesias de ipsa terra integras et liberas, cum suis decimis, et primiciis, et morturiis, et cum omnibus suis pertinenciis : In omnibus aliis causis et rebus habeatis totum forum de Oleiros. Mandamus siquidem ut duas partes de cabalariis uadant in fossado hospitalis, et tertia pars remaneat in uilla cum peditibus : et una uice faciant fossadum in anno : Et qui non fuerit in fossadum, pectet pro foro v solidos pro fossadeira. Et pro homicidio, c solidos palatio. Et pro casa derota cum armis, scutos, et spadas, pectet ccc solidos, vii.^a palacio. Et qui furtaret pectet pro uno nouem, et habeat intencor duos quiniones, et vii.^a parte palacio. Et qui mulier aforcia et illa clamando dixerit quod ab illo est aforcia et ille negaret det illa in outorgamento tres homines tales qualis ille fuerit, et ille iuret cum xii^m quod non fecit : Et si

mulier non habuerit autorgamento, iuret ipse solus : Et si non potuerit iurare, pectet ad illam ccc solidos et vii.^a palatio. Et testimoniâ mentirosa, et fidele mentiroso, pectet lx.^a solidos, vii.^a palatio, et duplet habere. Et qui in concilio, aut in mercato, uel in ecclesia aliquem percusserit, pectet lx.^a solidos, medietas detur palatio, et medietas concilio : Et de medietate concilii, vii.^a detur palatio. Et homo qui fuerit gentilis, aut erdador, non sit maior-domus. Et qui in uilla pignus inuenerit, aut fideiussorem, et ad montem fuerit pignorare, duplet pignora, et pectet lx.^a solidos et vii.^a palatio. Et qui non fuerit ad signum iudicis, et pignus de manu sagionis acceperit, pectet iudici i^m solidum. Et qui non fuerit ad apolidum milites aut pedones exceptis his qui non sunt in alieno seruicio, miles pectet x^m solidos uicinis, Pedo uero v solidos. Et qui habuerit aldeyam, et unum iugum bouum, et xxx^a oues, et unum asinum, et n^os lectos emat caballum. Et qui fregerit signum cum sua muliere, pectet iudici i solidum. Et mulier de benedictionibus que maritum suum reliquerit, pectet ccc solidos et vii.^a palatio. Et qui dimiserit uxorem suam, pectet unum denarium iudici. Et qui caballum alienum equitauerit, pro uno die pectet unum arietem : Et si magis pectet pro uno die vi denarios, et pro una nocte i solidum. Et qui uulnerauerit cum lancea, aut cum gladio pola entrada pectet x solidos : Et si transierit ad aliam partem, pectet uulnerato xxⁱ solidos. Et qui fregerit ocellum, aut brachium, aut dentem, pro unoquoque membro pectet uulnerato c^m solidos, et ille det vii.^a palacio. Qvi mulierem alienam ante maritum suum percusserit, pectet xxx^a solidos, vii.^a palacio. Qvi marcum alienum in sua hereditate mutauerit, pectet v solidos, vii.^a palatio. Qvi limidem alienum fregerit, pectet v solidos, vii.^a palacio. Qvi conductarium alienum matauerit, pectet homicidium suo amo, et det vii.^a palacio : Similiter de suo ortolano, et de quartiere, et de suo molneiro, et de suo solarengo. Qvi habuerit uasallos in suo solar, aut in sua hereditate ubicumque in toto regno portugalis hereditates habuerint non pectent nec seruiant ad alterum hominem de tota sua facienda, nisi dominis hereditatum. Moratores de proemcia per totum regnum portugalis non pectent nullam calumpniam nisi per forum de Oleiros. Tendas, et molinos, et fornos, de hominibus de proemcia, sint liberi de foro. Milites de proemcia sint in iudicio pro puestades et infanzones de portugal : Clerici uero habeant forum militum : Pedones sint in iudicio pro caballariis uilanis de altera terra. Qvi uenerit uozeiro suo uicino pro homine foris uille pectet x^m solidos, vii.^a palacio. Ganatum de proemcia non sit montadu in nulla terra. Et miles qui perdiderit suum caballum quamuis habeat alium, sit excusatus per unum annum. Mancipium qui mactauerit hominem foras uille et fugerit suus amus pro eo non pectet homicidium. Pro totis querelis de palacio iudex sit uozeiro. Qvi in uilla pignorauerit cum sagione et sacudirent ei pignus, concedat sagion et prenda concilium de tribus collationibus, et pignoret pro lx.^a solidos, medios concilio, et medios rancuroso. Homines de proemcia non sint em prestamo dados. Et si homines de proemcia habuerint iudicium cum hominibus alie terre non currat inter illos firma, sed currat per inquisa, aut reto. Et homines qui uoluerint pausare cum suo ganato in terminis de proemcia accipiant de illis montadigo, scilicet, a grege ouium iii^{or} carnarios : Et de busto de uaccis, unam uacam : Iste montadigo est de concilio. Et omnes milites qui fuerint in fossado uel in gardia omnes caballos qui se perdiderint in alguara, uel in lite, primum erectetis eos sine quinta, et postea detur nobis quinta directa. Et omnis homo de proemcia qui inuenerit aliquem hominem alie uille in suis terminis tallando aut leuando madeira de montibus prenda totum quod ei inuenerit sine calumpnia. De azarias et de gardis quintam partem nobis date sine ulla offeccionem (*sic*). Qvicumque ganatum domesticum pignorare uel rapere fecerit pectet palatio lx.^a solidos, et duplet ganatum suo domino. Testamus uero et perhenniter firmamus, ut quicumque pignorauerit mercatores, uel uiatores, christianos, iudeos, siue mauros, nisi fuerit fideiussor uel debitor quicumque hoc fecerit pectet palatio lx.^a solidos, et duplet ganatum quod prendiderit domino suo : et insuper pectet c^m morabitos pro cauto quod fregit, dominus habeat medietatem, et concilium medietatem. Siquis ad uestram uillam per uim uenerit cibos aut aliquam rem accipere et ibi mortuus, uel percussus fuerit, non pectet pro eo aliquam calumpniam nec suorum parentum habeat homicidium : Et si rancura de ipso ad regem uel dominum terre uenerit, pectet c^m morabitos, medietas palatio et medietas detur concilio. Mandamus et concedimus quod si aliquis fuerit latro, et si iam per unum annum uel duos furari uel rapere reliquerit, et postea si pro aliqua re repetitus fuerit quodcumque commiserit saluet se tanquam latro : Et si latro est et latro fuit, omnino pereat, et subeat penam latronibus : Et si aliquis repetitur pro furto, et non est latro neque fuit, respondeat per suum forum. Si aliquis homo filiam alienam habuerit ui donet eam suis parentibus et pectet illis ccc^{os} morabitos, et vii.^a palatio, et insuper sit homicida. De portagem : foro de trossel de caballo de pannis de lana, uel de lino, i solidum : De trossel de fustanes, v solidos : De trossel de pannis de color, v solidos : De carrega de pescado, i solidum : De carrega de asino, vi denarios : De carrega de pellibus christianorum conilios, v solidos : De carrega de mauris de conilios, i morabitinum : Portagem de caballo qui uendiderint in mercado, i solidum : De mulo, i solidum : De asino, vi denarios : De boue, vi denarios : De carnario, iii medalias. : De porco, ii denarios : De furon, ii denarios : De carrega de pane, uel de uino, iii medalias : De carrega de peon, i denarium : De mauro qui uendiderint in mercado, i solidum : De mauro qui se redimeret, decimam : De mauro qui talia cum suo domino, decimam : De corio de uaca, uel de zeura, ii denarios : De corio de ceruo uel de gamo, iii medalias : De carrega de cera, v solidos : De carrega de azeite, v solidos : Iste portagem est de hominibus foris uille, tercia

pars de isto portagine detur suo hospiti, et duas partes domino terre. Moratores de proemia non dent portagem. Et concedimus ut omnis christianus quamuis sit seruus ex quo in proemia habitauerit per unum annum, sit liber, et ingenuus, tam ipse quam omnis progenies eius. Et homines de proemia habeant concilium circa terminos de proemia. Nos etiam frater Rodericus egidii prior hospitalis uolumus et confirmamus omnia supradicta que continentur in presenti karta et si aliquid deest in presenti karta omne forum et consuetudines que habentur in oleirios que sunt scripta in presenti karta uel non sunt scripta, uolumus et confirmamus quod tam per fratres nostros quam per concilium de proemia in omnibus adimpleantur, exceptis quod ecclesiis decimis, primitiis, et omnibus ad ecclesiam pertinentiis, que omnia libere et pacifice debet precipere domus hospitalis : et dictum concilium de proemia tenetur obedire per omnia eidem domui hospitalis, et eius fratribus et fidelitate et bonam fidem eis in omnibus obseruare. Et siquis hanc kartam uel hoc pactum et conuentionem in aliquo infringere uoluerit, aut forte temptauerit tam de fratribus quam de concilio, et monitus a dictis fratribus semel uel bis uel a concilio emendare noluerit, sit maledictus a summo deo, et excommunicatus, et cum datam et abiram in perpetuum deleatur. Hanc uero presentem cartam nos dictus Frater Rodericus egidii Prior hospitalis et assensu concilio fratrum nostrorum nostra propria manu confirmamus, et meo sigillo munimus. Facta karta fori et consuetudinis, Mense Marci. Era m.^a cc.^a lxxx.^a ii.^a Damus etiam et confirmamus uobis terminos assignatos scilicet per cima de cabeza de porca, et inde ad cimalia de meigion friu, et quomodo uadit aqua de meigion friu et intrat in paracana, et quomodo exit de paracana et uadit ad uallem de suerio menendi, et inde ad cimam de serra ad directum o ataliadoiro de mouru, et inde ad taliada de guilelme, et inde ad giinbral, quomodo uadit directum ad ucresa, et quomodo uadit per uenam de ucresa ad infestum, et per aquam de cerzedinam ad infestum, et inde per a azamugeira ad infestum, et inde ad cimariam de serra de pelagio martini, et quomodo nait ysna a sopee aa foz du bregum, et inde quomodo intrat aqua de bregum in a ysna.

Et de omnibus ganatis de hospitali non sint montados in proemia nec in suis terminis. Ego frater R. egidii prioris cum proprias manus roboro. Frater Johannes menendi confirmat. Frater Martinus gomecii conf. Frater Johannes garsie conf. Frater Pelagius monioniz conf. Frater Petrus petri de mugia conf. Frater Martinus de amendoa conf. Frater Alfonsus farine conf. Frater Sugerius egee conf. Frater Sugerius barcarius conf. Frater Stephanus petri capellanus conf. Laurentius petri alcalde et sesmeiro test. Laurentius iohannis test. et alcalde et sesmeiro test. Martinus gomecii test. Dominicus iohannis iudex test.

MORARIA

MOREIRA DE CASTEL-MENDO

1229—1248

Descriptum manet hoc forale in libro regestorum Tombo da Sé de Viseu, sic dicto, nuper ex scrinio sedis viseensis in Publicum Archivum delato. Exinde textum hausimus. Annus quo datum ommittitur in charta; sed cum a magistro Vincentio electo egitaniensi sit concessum, inter annos 1229—1248 posuimus.

In dei nomine amen. Hec est carta quam ego Magister uincencius Egitanensis Electus feci de illa mea propria hereditate de Moraria in termino de Castello menendo quam mihi dedit ipsum concilium pro cancellaria de curia domini Regis uobis meis hominibus populatoribus de illo loco de quo quilibet debet mihi dare in quolibet anno de labore suo octauam, et unam bonam gallinam, et x oua, et in area una octaua de tritico, et unam de ceuada : et debeo habere meas callumpnias et uocem et meum iudicem et meos alcaldes, et maiordomum : et recurramus ad forum de castello menendo et non habebitis alium dominum et post annum si ego nolero comparare quilibet uendat suam hereditatem alii moratori qui compleat totum forum. Sitis mihi obedientes et fideles, et emparati per predictum forum. Ego Electus qui hanc iussi facere cartam, illam coram testibus roborauit : et ego Rodericus fernandi cantor Egitanensis cuius est hereditas ista, ita intelligo et concedo cartam istam. Quicumque fecerit uineam usque ad quatuor annos nichil det de illa, et deinde in antea det octauam suam sicut debet. Item in colligendo panem si operarium miserit debet illum pagare de pane comuni ita tamen quod ipse et omnes de sua casa laborant fideliter et nichil recipiant de comuni : et ponatis pedem fideliter tribus uicibus : et qui istam cartam frangere uoluerit, pectet c morabitanos et exeat de torteiro (?). Johannes caluus, Martinus menendi, Vincencius petri.

ERVEDAL

ERUEDAL

1249

In charta apographa, authentica tamen, saeculi XIV hoc invenimus forale. Ex incerto scripto cujusdam monasterii colimbriensis diocesis, nuper inter alia diplomata delata, in Publico Archivo haec charta servatur.

In dei nomine. Amen. Notom (*sic*) sit omnibus presenten paginam inspecturis quod Ego Regina domna Tharasia do et concedo illud forum quod mater mea Regina domna Aldoncia dedit populatoribus de Eruedal, tale uidelicet (*sic*) quod de omnibus terris cultis dent octauam partem tam de pane quam de vino quam de lino et de leguminibus et de omni fructu quod seminauerint ad albergariam de Poyares cui mater mea dedit ipsam villam. Et de terris de nouo cultis dent nonam partem et pro fogacia dent unam taegam de tritico et aliam de centeno et aliam de millio. Iten dent vnum almuden de tritico et alium de centeno et vnan tegeam (*sic*) de millio pro eyradiga Et si forte nichil habuerint de hiis que seminauerint non dent eiradigam : et istud debet dari per menssuram dEruedal. Et pro eiradiga de lino dent medium manipulum. Item dent vnum caponem, et dez oua in die sancti Martini. Et de casa cabaneyra vna galina, et cinco oua similiter in die sancti Martini. Et si matauerint porcom a die sancti Martini usque ad introitum dent vnum quarazilem. Et si uendiderint porcum pro casamento de suis filiis uel dederit porcum in precium bouis uel in precio mante propter defectum quod habeat ad casandum filium suum uel filia non dent quarazilem. Et si non habuerit quarazilem dent duos solidos. Et quando debuerint metiri panem in area precium debet exire de communi. Si montarius de Eruedal matauerit ceruum uel ceruam uel corciam det vnum lonbum de quolibet : Et si matauerit porcum dent condado de duobus costis. Iten si aliquis percuserit aliquem cum cultello pectet dez morabitanos : Et qui occiderit aliquem pectet viginti morabitanos. Et quicumque fecerit rousum pectet viginti morabitanos. Et quicumque posuerit stercus in ore alicuius pectet viginti morabitanos. Iten si aliquis extraneus comparauerit bouem uel uacam et uoluerit eam vendere ibi uel alibi det inde seis denarios pro portagio : Et si comprauerit eum ad laborandum cum ilo det vnum solido et de porco quatuor denarios et de reixelo singulos denarios et de bufone vnum denarium. Et si aliquis mercator ibi uenerit et comprauerit ibi dez uel viginti morabitanadas de aliqua causa, uel populatores (?) uel pretores det pro portagio de qualibet morabitano seis denarios. Iten quilibet istorum populatorum debet facere semel in ano carreira vnus diei comendatori de albergaria uel illi qui tenuerit eam. Iten ponat quilibet pedem illaquetarium siue uarum vsque ad v^e vices. Iten ecclesia ipsius ville habeat hereditatem unius iugi boum et non det de ipsam hereditatem forum dicte albergarie, nisi quod facere debet seruicium comendatoris de ipsa albergaria. Et si prelatus ipsius ecclesie uoluerit facere vineam in ipsa hereditate de qua forum dare non debet faciat in nomine domini et non det de ipsa uineam forum. Iten si quis occiderit iudicem uel maiordomum aut seruiciale pectet x^m marabitanos : Et si uulnerauerit uel percusserit vnum ex illis pectet viginti marabitanos. Item si quis percuserit aliquem et extraxerit sanguinem uel fecerit nigrum pectet vnum marabitanum. Iten nullus habeat hereditatem in ipsa uilla de Eruedal uel comparet nisi qui fuerit vasallus ipsius albergarie et uicinus sit unus ex aliis qui ibi morantur. Iten si aliquis de populatoribus de Eruedal uoluerit uendere hereditatem suam pro aliquam necessitate uel uoluntate sua vendat eam cum suo foro tali homini qui sit uassallus supradicte albergarie, et non sit caballarius neque scutarius : et qui hereditatem vendiderit det octauam partem denariorum uendite hereditatis ipsi albergarie. Iten in quolibet ano quando uenerit comendator ipsius albergarie ad ipsam villam debet sibi omnes facere seruicium uel cui tenuerit ipsam albergariam. Insuper omnes populatores de Eruedal habeant et possideant ssuas hereditates iure hereditario per istud forum supradictum et filii eorum et omnes de generatione sua descendentes in secula seculorum. Amen. Et ut forum istud et carta ista robur optineant uel abeant firmitatis ego supradicta Regina domna Tharasia hanc carta sigillo meo roboro et confirmo. Datum apud Monasterium de Celis, Mensse Januario, sub Era m.^a cc.^a lxxx.^a vii.^a

SETUVAL

SETUBAL

1249

Hoc forale descripsimus ex codice, olim in scrinio conventus equitum S. Jacobi oppidi de Palmella, et nunc in Publico Archivo servato, qui titulum Livro dos Copos prae se fert. Non aliud nobis cognitum manet exemplar.

In dei nomine. Notum sit omnibus qui has literas viderint, quod nos domnus P. petri magister milicie sancti Jacobi et G. petri commendator mertole, vna cum conuento eiusdem loci damus et concedimus populatoribus de Setuual cartam et forum de palmella : Excepto quod damus eis pro benefactoria quod non vadant in exercitu nec in caualgada nec per terram nec per mare, nisi in juuando vicinos suos in apelido, sicut et ipsi juuabant illos quando forte opus fuerit. Et nos debemus habere omnes furnos et alfundegas et tendas et aljazarias et balnea in Setuual : et omnes vendas extraneorum debent vendi in nostris domibus et non in aliis. Et nos debemus habere de foro decimas de omnibus illis que venerint per mare vel que acquisierint per illud, exceptis istis, scilicet, de madeira quam duxerint ad domos suas faciendum, et de lenha quam duxerint ad cremandum, et de pinnas quas duxerint pera comedere. Preterea de piscatoribus qui piscauerint cum rethibus de pede, scilicet, de illis qui ambulat piscando per gargantas in mare, et piscibus de scanis qui inueniuntur mortui, debent facere forum de vlixbona. Et de omnibus aliis rebus vt dictum est persoluant de foro decimas. Et vt aliquis contra hanc cartam venire non possit, eam nostris sigillis fecimus sigilari : que fuit facta et concessa apud alcaacer mense marcio sub era m.^a cc. lxxx. vii.

TURRES VETERES

TORRES VEDRAS

1250

Ex codice Livro II dos Proprios das Rainhas dicto, in Publico Archivo ab antiquo servato, ubi tantum descriptum invenimus, textum hausimus.

Ego alfonssus dey gracia Rex portugalie et Comes boloniensis notum facio presentibus et futuris quod presenty animo et spontanea voluntate placuit michi dare et concedere uobis meis hominibus et vassalis de turibus ueteribus cum terminis et pertinencis ssuis, jure hereditario perpetuo posidendum et placuit michi dare et concedere uobis forum ulixbonensis ciuitatis pro decem milibus libris portugalensis monete quas a uobis recepi in pecuniam numerata pro hereditate que vocatur coutada que est in termino de turibus ueteribus per quod forum regalia jura inferius plenarie escripta michi et genere meo a uobis et a uestris sucessoribus persoluantur. Do itaque uobis pro foro ut quy publice coram bonis hominibus cassam violenter cum armis rruperit pectet cc solidos et hoc sit sine vozeiro : et sy infra domum rruptor occisus fuerit occisor uel dominus domus pectet unum morabitinum, et sy iby uulneratus fuerit pectet pro eo medium marabitinum : similiter pro homicidio et rausso pubrice fauto pectet cc solidos : pro merda in buca lx solidos peitet testimonium bonorum hominum. Furtum cognitum testimonium bonorum hominum nouiees conponatur. Quy rrelegum vini rregis rrunperit et in rrelegum ssum vinum vendiderit et inuentum fuerit testimonium bonorum hominum, primo et secundo pectet v solidos : Et si tercio iterum inuentum fuerit testimonium bonorum hominum vinum totum efundatur et archi cuparum incenduntur. De vino de fora dent de unaquaque carega unum almude et uendatur aliud in relegum. De iugata uero hoc mando ut usque ad natale dominy trahatur : et de unoquoque iugo boum dent unum modium millii uel tritici qualem laborauerint : Et sy de utroque laborauerit de utroque dent per alqueire directum ville : Et sit quartarius de quatuordecim alqueires, et meciatur syne brachio curuato et tabula supraposita. Et parceiro de caualeiro quy boues non habuerit non dent jugatam. Et habitatores de turibus ueteribus habeant libere tendas fornos panis, scilicet que ollarum : et de fornis de tellia dent decimam. Quy hominem extra cautum occiderit pectet lx solidos. Et quy uulnerauit hominem extra cautum pectet xxx solidos : quy in platea aliquem armis uulnerauit pectet medietatem homicidii : qui arma per vim denudauerit uel a domo ea extraxerit per iram et non per-

cuserit pectet **LX** solidos. Et homines de turibus ueteribus habeant hereditates suas populatas : et illi qui in eis habitauerint pectent pro homicidio, rrausso noto merda in boca, **LX** (*sic*), medietatem, scilicet, regi et medietatem domino hereditatis, eant in apolidum regis et nullum aliud forum faciant regi. Et almocrauaria sit de concilio et mittatur almotace per alcaide et per concilium ville. Et dent de foro de uaca unum denarium et de zeuro unum denarium et de ceruo unum denarium et de bestia de piscato unum denarium, et de barca de pescado unum denarium et de iudicato similiter : marabatinum (*sic*) et supra dent unum marabatinum, et a decem marabatinis infra dent medium marabatinum : de equa uendita uel comperata dent **ii** solidos : et de boue duos solidos et de uaca unum solidum : Et de asino uel de asyna unum solidum : de mauro et de maura medium morabatinum : de porco uel de carnario **ii** denarios : de caprone uel de capra unum denarium : de carega de azeite uel de coriis bouum uel zeurorum dent medium morabatinum : de carega de cera medium morabatinum : de carega de anil uel de panis uel de pelibus collinios (*sic*) : de bragale duos denarios : de vestitu de pelibus duos denarios : de lino uel de aliis uel cepis decimam : de piscato de fora decimam : de concas uel uasis lineis decimam : Et pro omnibus his caregis quas uendiderint homines de fora et portagium dederint sy alias proprias emerint non dent portagium ex eis : et de carega panis et salis quam uendiderint uel emerint homines de fora, de bestia caualari uel mulari dent tres denarios, de asinali tres medaculas. Mercatores naturales ville qui soldatam dare uoluerint recipiantur ab eis : sy autem soldatam dare noluerint dent portagium. De carega de pescado quam inde leuauerint homines de fora dent **vi** denarios. Cauom sy laborauerit triticum det unam teigam et sy laborauerit milium similiter : Et de geiras de bouis unum quarterium uel de milio (*sic*) unde laborauerint. Pedites dent octauam uini et lini. Balastarii habeant forum militum. Mulier militis que uidauerit habeat honorem militis usque nubat : et sy nupserit pediti habeat honorem peditis. Milles qui senuerit uel ita debilitauerit quod exercitum facere non possit stet in honore suo : sy autem mulier militis uiduata talem filium habuerit qui cum ea in domo contineatur et caualariam facere potuerit faciat eam pro matre : almocreue qui per almocrauariam uixerit faciat forum suum semel in anno. Milles uero qui equum suum aut bestias suas ad almocrauariam miserit nullum forum de almocrauaria faciat. Conellarius qui ad sueyram (*sic*) et illuc manserit det follem uny conelli : et qui illuc moratus fuerit octo diebus uel amplius det unum conelium cum pelle sua. Et conilarius de fora det decimam quociens uenerit. Moratores de turibus ueteribus qui panem suum uel uinum uel ficus uel oleum in santarem habuerint uel in aliis locis et ad turreo uetere illud ad opus suum duxerint et non ad reuendendum non dent inde portagium. Qui cum aliquo rrixauerit et post rrixam domum suam intrauerit ubi (*sic*) inito consilio acceperit fustem uel porinam et eum percuserit pectet **xxx** solidos : Si autem inconsulte et cassu accidente percuserit nichil pectet. Inimicus de fora non intret in uillam super inimicum suum nisi per treguas aut pro directo illi dare. Sy equus alicuius aliquem occiderit dominus equi pectet aut equum aut homicidium quod horum domino equi placuerit. Et clericus habeat forum militis per totum : Et sy cum mulier inuentus turpiter fuerit, mayordomus non mitat manum in eum nec aliquo modo eum capiat, sed muliere capiat sy uoluerit. De madeira que uenerit per aquam, unde dabant octauam dent decimam. De atalaya de uilla debet tenere Rex medietatem et milites medietatem suis corporibus. Militem de turibus ueteribus cui meus diues homo benefecerit de terra sua uel de habere suo per quod eum bene habeat ego eum recipiam meo diuity hominy in numero suorum militum. Maiordomus uel sagio eius non eant ad domum militis sine portario pretoris. Et meus nobilis homo qui tures ueteres de me tenuerit non mittat ibi alium alcaidem nisi de turibus ueteribus. De casis quas mei nobiles homines aut freires aut hospitalaria aut monestaria (*sic*) in turibus ueteribus habuerint habeant forum ville sicut ceteri milites de turibus ueteribus. Ganatum perditum quod maiordomus inuenerit teneat illud usque ad tres menses et per singulos menses faciat de eo preconem dari, ut sy dominus eius uenerit detur ei : Sy autem dominus eius preconem dato usque ad tres menses non uenerit tunc maiordomus faciat de eo comodum suum. De caualgada de alcaide nichil accipiat inde alcaide per vim nisi quod ei milites amore suo dare uoluerint. De caualgata **LX** militum et supra diuidant mecum in campo. Faber aut çapatarius aut pilitarius qui in turibus ueteribus cassam habuerit et in ea laborauerit non det de ea ullum forum. Et qui maurum fabrum uel çapatarium habuerit et in domo sua laborauerit non det pro ea forum. Qui autem ministeriales ferrarii uel çapatarii fuerint et per officium istud uixerint et cassas non habuerint ueniant ad tendas meas et faciant michi meum forum. Qui equum uenderit aut comparauerit uel maurum extra turres ueteres ubi eum comparauerit uel uendiderit ibi det portagium. Et pedites quibus suum habere dare debuerint dent inde decimam maiordomo, et maiordomus det eis directum pro decima : et sy pro decima eis directum dare noluerint, tunc pretor faciat eis directum dari per portarium suum. Et homines qui habitauerint in hereditatibus de turibus ueteribus sy furtum fecerint ut supra dictum est componat medietatem Regi et medietatem domino hereditatis. Moratores de turibus ueteribus non dent luitossam : portalia (*sic*) uero et forum et quinte ssarracenorum et aliorum ita persoluantur sicut consuetudo est, exceptis his que superius scripta sunt et uobis relinquo : Et pro alcaydaria de una bestia que uenerit de fora cum piscato dent duos denarios : Et de barca de piscato minuto, duos denarios : Et de toto alio piscato dent suum forum. Adaliles de turibus ueteribus non dent quintam de quinonibus suorum corporum. Milles de turibus ueteribus non teneant çagam in exercitu re-

gis. Panatarie dent pro foro de xxx panibus unum. Qvy etiam aliquem calcaribus percuserit et testimonium bonorum hominum convictus fuerit peitet duos solidos. De nauigio uero mando ut alcaide et duo espadalarii et duo pronarii et unus pintental habeant forum militum. Milites de turibus veteribus testificentur cum infancionibus de portugali. Hec itaque omnia prescripta uobis pro foro do et concedo et ad hec eat maiordomus testimonium bonorum hominum et nom ad alia. Siquis igitur hoc meum factum uobis firmiter seruauerit benedicionibus dey et mey rrepleatur : Qvy uero illud frangere uoluerit maledicionem dey et mey consecatur. Facta carta apud erboram (*sic*) mense agusty in die assumcionis beate virginis. Ego alfonsus Rex portugalie et cōmes bolonensis quy hanc cartam jusy fieri propriis manibus rroboro et confirmo et eandem mey sigilly municione feci comuniri. Era m.^a cc. lxxxviii. Domnus Johannes archiepiscopus bracharensis : domnus Johannes portugalensis, Domnus E. colimbriensis, Donus A. ulixbonensis, Domnus M. erboensis, Donus R. egitaniensis, Donus P. visensis, Domnus E. lamacensis : Domnus J. alfonsy signifer dominy Regis : Domnus A. teliz, Domnus M. garsie, Domnus Jo. garsie, Domnus G. garsie, Domnus F. garsie, Domnus E. martini, Domnus F. lupy, riqui homines : Domnus A. lupi, Domnus S. pellagii, Domnus E. martim de beredo, riquy homines quy presentes fuerunt : Domnus S. johanis chancelarius curie : Johanes de auoyno subsignifer : M. ssugerii de melino, Johanes sugerii coello, Egeas laurencii capelanus, domnus Matheus superiudices Curie : V. didaci et B. petri despino clerici dominy Regis : Durandus pelagii canonicus bracharensis : M. petri, M. mundy canonicus Egitaniensis : S. martim, Jo. sugerii, S. martiny : Martinus petri scriptor curie notauit.

ALIUSTREL

ALJUSTREL

1252

Ex Libro dos Copos, sic dicto, in scrinio conventus equitum S. Jacobi olim servato, decerpimus. Perperam exscriptor aeram MCCLX pro aera MCCLXXX posuit. Non aliud exemplar inuenimus.

Hec est carta de foro quam iussimus fieri ego dominus pellagius petri dei gratia magister ordinis milicie sancti jacobi vna cum domino gonsalluo petri comendatore de mertola cum conuentu eiusdem loci, vobis populatoribus dalliustrel tam presentibus quam futuris : damus siquidem vobis forum et costume de allecace, forum talle est, videlicet, ut due partes millitum vadant in fossatum, et tertia pars remaneat in villa : vna vice in anno faciant fossatum : et ille qui non venerit ad fossatum peitet pro v solidos (*sic*) pro fossadeira : et pro homicido peitet c solidos ad pallatium. Et pro casa disrupta cum armis sculis spatibus peitet ccc solidos et vii.^a (?) ad pallatium. Et qui furatus fuerit peitet pro vno nove et intemtor habeat duos quiniones et setem partes ad pallacium. Et qui virginem forciauerit et illa clamando dixerit quod ab illo est afforciata et ille negauerit et octorgamentum (*sic*) de tribus hominibus quallis ille fuerit et ille iuret cum xii^m et si non habuerit auctorgamentum iuret ipse sollus : Et si non volluerit iurare peitet ad illam ccc solidos et septima ad pallacium : et testimonia mentirosa et fiell mentirosus peitet lx solidos et setem ad pallacium et duplet habere : et qui in concilio aut in mercato aut in ecclesia feryuerit peitet lx solidos, medietatem ad pallatium et medietatem ad concillium et de medietate de concillio setem ad pallatium. Et homo qui fuerit gentillis aut herdeiro non sit meirinus. Et qui in villa pignora inuenerit et fideiussorem et ad montem fuerit pignorare duplet ipsa pignora et peitet lx solidos et setem ad pallatium : et qui non iuerit ad sinall de iudice et pignora abstullerit ad saionem peitet vnum solidum ad iudicem : et qui non fuerit ad apellidum caballari et pedones exceptis his qui sunt seruitio alieno milles peitet x solidos et pedes quinque solidos ad vicinos. Et qui habuerit alldeam et vnum iugum bouum et decem oues et vnum asinum et duos lectos comparet caballum : et qui crebantauerit sinal cum sua muliere peitet vnum solidum ad iudicem. Et mulier que lexauerit suum maritum de beneditione peitet ccc solidos et setem ad palatium : et qui lexauerit mulierem suam peitet i denarium ad iudicem : et qui caballum alienum cavallgauerit pro vno die peitet vnum carnarium et si magis peitet las amgarias pro vna die vi denarios et pro vna nocte i solidum : et qui percuserit de lancea aut de spata pro intrada peitet x solidos : et si transierit ad alteram partem peitet xx solidos ad querelossum : et si quebrantauerit oculum aut brachium aut dentem pro vnoquoque membrum peitet c solidos ad alisiado et ille det setima ad pallatium : qui mulierem ante suum maritum percusserit peitet xxx solidos et setem ad pallatium : moion alienum (*sic*) in suo hero mutauerit peitet v solidos et v (*sic*) ad palatium : qui limide alienum quebrantauerit peitet v solidos et setem ad palatium : qui conducteiro alienum matauerit

suus amos colligat homicidium et det setem ad palatium. Similiter et de hortolano et de grateiro (*sic*) et de molnciro et de ssolarenguo : qui habuerit vasalos in suo solar aut in sua hereditate non seruiant ad alium hominem de tota sua facienda nisi ad dominum de solar : tendas molinos et fornos de hominibus de aljustrell sint liberi de foro : milites de aljustrell sint in iudicio pro podestades et infanzones de portuall : Clerici vero habeant mores militum : pedones sint in iudicio pro cabalariis de altera terra : qui venerit vozeiro ad suum vicinum pro homine de foras ville pectet x solidos et septem ad palatium : guanatum de aljustrell non sit montado in vlla terra : et homo cui se anaufragauerit suus cabalus quamuis habeat alium sit excusatus vsque ad caput annii. Mancipium qui mactauerit hominem foras ville et fugerit suus amos non pectet homicidium : pro totis querellis de palacio index sit vozeiro : qui in vila pignorauerit cum saione et abstulerit ei pignora auctorget saion et accipiat concilium de tribus colationibus et pignoret pro sesaginta solidos, medios ad concilium et medios ad rancurosum. Barones de aliustrell non sint in prestimonis (*sic*) dati : et si homines de aljustrell cum hominibus (*sic*) de alia terra non comuniter (*sic*) eos firma nec pena sed currat per esquisam : et homines qui voluerint pastare cum ganato in terminis de aljustrell accipiant de montadigo, de grege de ouibus m^{or} carneiros et busto de vacce vnam vacam : istum montadigo

Et omnes milites qui iuerint in fossatum vel gardiam omnes cabali qui se perdiderint in algara uel in bello primo erectetis eos sine quinta et postea detis nobis quintam directam. Et omnis homo de aljustrell qui inuenerit homines de aliis ciuitatibus in suis terminis taliando aut leuando madeyra de montibus accipiant eis totum quod inuenerint sine calumpnia : de azarias et de gardias quintam partem nobis date sine vlla offretione. Quicumque ganatum domesticum pignorare vel rapere fecerit pectet lx solidos ad palacium et duplet ganatum ad suum dominum : testamus vero et perheniter firmamus vt quicumque pignorauerit mercatores vel viatores christianos judeos siue mauros nisi fuerint fideiussores vel debitores quicumque fecerit pectet lx solidos ad palacium et duplet ganatum ad suum dominum : Et insuper pectet c morabitanos pro capto quod fregit, ordo habeat medietatem et concilium medietatem. Siquis ad villam venerit per vim cibos aut aliquas res accipere et ibi mortuus vel percussus fuerit non pectet pro eo aliquid nec suorum parentum homicide habeantur : Et si cum querimonia de ipso ad regem vel ad dominum terre venerit, pectet c morabitanos medietatem ordini medietatem concilio. Mandamus et concedimus vobis ut si aliquis fuerit latro et si jam per vnum annum vel per duos furari vel rapere dimiserit si pro aliqua re repititus fuerit quam comisit saluet se tanquam latro, et si latro est et latro fuit omnino percat et subsubeat pena latronis : Et si aliquis repetitur pro furto et non est latro nec fuit respondeat ad suos foros. Si aliquis homo rapuerit filliam alienam extra suam voluntatem donet eam ad suos parentes et pectet illis ccc morabitanos et setem ad palacium et insuper (*sic*). De portagio : foro de troxell de caballo de pannis de lana vel de lino, i solidum : de troxell de lana, i solidum : de troxell de fustaes, de trouxel de pannos de colore, v solidos : de carega de piscato, i solidum : de carega de asino, vi denarios : de carega de conilis de christianis, v solidos : de carega de saracenis, i morabitanum : de cabalo quem vendiderint in azouge, i solidum : de mulo, i solidum : de asino, vi denarios : de carneiro, iii meallas : de porquo, ii denarios : de furom, ii denarios : de caregua de pam et de vino, iii meallas : De caregua de pedone, i denarium : de mauro quem vendiderint in mercato, i solidum : de mauro qui se redimeret, decimam : De mauro qui taliauerit cum suo domino, decimam : de corio de vaca et de zeura, ii denarios : de corio de ceruo et de gamo, iii meallas : de carega de cera, v solidos : de carega dazeite, v solidos : istum portagium de hominibus foras vile m^a pars de suo hospite et due partes de ordine. Nos supranominati qui hanc cartam fieri precepimus meis segillis pendentibus eam confirmauimus et roborauimus addentes quod quicumque ilam irrumpere voluerit sit maledictus et excumunicatus. Amen. Facta carta xvi^o kalendas januarii. Sub era m. cc. lx.^a

CATIVELOS

CATIVELOS

1257

Hoc forale in Lib. I Donationum, sive Regestorum, Alphonsi III invenitur. Lectiones varias ex Lib. II ipsius regis descripsimus.

In dei nomine amen¹. Ego A. dei gratia Rex Port. et Comes Bolon. do et concedo vobis sex populatoribus de Catiuelos ipsam meam² hereditatem² de Catiuelos cuius sunt³ termini³ quomodo diuidit per vilar per pouasa-

¹ deest² hereditatem meam³ termini sunt isti

torio⁴ de cima de Couro⁵ et inde per lagenam de filiis de⁶ Pelagii eytaz et per crux⁷ de portela de fenales⁸ de susanos⁹ et inde cum villar e¹⁰ sae¹⁰ aa¹⁰ cabeza¹⁰ dos¹⁰ Lobatenos¹⁰ et inde ad Carualiam de Crux¹¹ et intrat aqua ad fontem de¹² Comaraes¹² et inde per comeiram¹³ aqua uertente cum sauto dascarom¹⁴ et inde ad sursum¹⁵ ad Carualiam soa¹⁶, et inde tornat per carreiram de jales¹⁷ ad fontem de Cardo, et inde ad Lageeda¹⁸, et inde ad Petram de aquila et inde per cimam de¹⁹ mamooas aqua uertente cum Muza et per cimam de valle de equa, et inde ad cabezam muradam²⁰ de cima de ripa longa, et inde ubi intrat aqua dos²¹ freyxnos in ripa dozcar²² et inde ad geya²³ et inde ad pausadeyro²¹ : et omnes²⁵ successores²⁵ uestri²⁵ detis²⁶ mihi et omnibus meis²⁷ successoribus²⁷ anuatim²⁷ pro iugada sex modios de pane terciam partem milii, et terciam partem centeni, et terciam²⁸ ordeii : et istam iugadam detis meo mordomo²⁹ a die sancte Marie de Augusto usque ad sanctum Michaelem³⁰ et³⁰ si³⁰ pro³⁰ ipsa³⁰ iugada³⁰ ipse³⁰ non³⁰ uenerit³⁰ ad³⁰ ipsum³⁰ tempus³⁰ non respondeatis de illa³¹ et non pectetis nisi tres calumpnias³² scilicet furtum homicidium et rausum et detis³³ pro homicidio quinque morabitanos et pro rauso quinque³⁴ morabitanos³⁴, et³⁵ qui furtum fecerit quale illud³⁶ fecerit³⁶ tale pectet et duplet ipsam³⁷ domino³⁷ terre³⁷. Si³⁷ feceritis istas tres calumpnias³⁸ in termino de Panonias³⁹ respondeatis de illis per uestram cartam et sint inquisite per bonos homines, et non respondeatis de aliis calumpniis⁴⁰ nisi de tribus⁴¹ supradictis⁴¹. Si occideritis⁴² venatum detis⁴³ de urso manus, et de porco montes et de porca lumbum. Maiordomus et portarius qui⁴⁴ filiet⁴⁴ portagium⁴⁴ et vicarius⁴⁵ non sint ausi intrare in uestram villam per rixam nec in totum uestrum⁴⁶ terminum, et si ibi intrauerit uel⁴⁷ uobis⁴⁷ male⁴⁷ fecerit⁴⁷ pectet mille solidos : et non detis portagium in toto termino de pannoniis⁴⁸ et ponatis vicarium inter uos per quem ego et uos habeamus nostrum directum : et non uadatis in carreiram⁴⁹ neque⁴⁹ in apelido, nisi ubi⁵⁰ ego⁵⁰ iuero⁵⁰. Et detis mihi pro collecta unum arietem de⁵¹ uno⁵¹ anno⁵¹ et sex tacygas⁵² de pane⁵³ in⁵³ ecuada, in nouo et singulas pelles de coneliis a⁵⁴ festo⁵⁴ Natalis⁵⁴ usque⁵⁴ ad⁵⁴ Entruido⁵⁴ et⁵⁴ detis⁵⁴ istum⁵⁴ panem⁵⁴ per⁵⁴ tacygam⁵⁴ de Costantim : et⁵⁵ non respondeatis de apostilia nisi per inquisitionem bonorum hominum et non detis luitosam⁵⁶ : fiaduria⁵⁶ inter uos sit⁵⁷ una cera : et sitis⁵⁸ vicarii⁵⁸ per singulos annos per capita : et de supradictis⁵⁹ tribus collectis⁶⁰ detis mihi medietatem et uobis⁶¹ aliam medietatem : et si ibi⁶² aliquis ex uobis habuerit bestiam in qua uadat pro sale uel pro aliqua⁶³ causa et⁶⁴ si⁶⁴ ibi⁶⁴ necessaria⁶⁴ fuerit nullus sit ausus accipere ipsam⁶⁵ : et⁶⁵ uos⁶⁵ populatores⁶⁵ collatis⁶⁵ uobiscum⁶⁵ omnes⁶⁵ quantos⁶⁵ uobis⁶⁵ placuerit⁶⁵ et non detis nisi istud forum de sex⁶⁶ quairelis. Habeatis uos et omnis uestra posteritas supradictam hereditatem cum terminis⁶⁷ supradictis⁶⁷ et detis⁶⁸ inde⁶⁸ mihi⁶⁸ annuatim⁶⁸ et omnibus meis successoribus supradictum forum et non magis⁶⁹ : et⁶⁹ faciatis⁶⁹ de⁶⁹ ipsa⁶⁹ hereditate⁶⁹ quicquid⁶⁹ uestre⁶⁹ placuerit⁶⁹ uoluntati⁶⁹ pro⁶⁹ ad⁶⁹ semper⁶⁹ tamen⁶⁹ non⁶⁹ possitis⁶⁹ eam⁶⁹ mandare⁶⁹ Ecclesie⁶⁹; nec⁶⁹ uendere⁶⁹ nec⁶⁹ donare⁶⁹ neque⁶⁹ apignorarere⁶⁹ militi⁶⁹ nec⁶⁹ homini⁶⁹ de⁶⁹ Ordine⁶⁹ nec⁶⁹ alicui⁶⁹ alii⁶⁹ nisi⁶⁹ villanis⁶⁹ qui⁶⁹ mihi⁶⁹ inde⁶⁹ et⁶⁹ omnibus⁶⁹ meis⁶⁹ successoribus⁶⁹ faciant⁶⁹ supradictum⁶⁹ forum⁶⁹. In⁶⁹ cuius⁶⁹ rei⁶⁹ testimonium⁶⁹ do⁶⁹ uobis istam meam cartam apertam meo sigillo sigillatam. Datam in Muza kalendas Maii per⁷⁰ donum⁷⁰ E.⁷⁰ martini⁷⁰ maiordomum⁷⁰ curie⁷⁰ et⁷⁰ per Cancellarium et per V. didaci et R. petri superiudices et per Julianum gonsaluiz⁷¹ iudicem de pannoniis⁷² qui supradictum forum posuit cum hominibus⁷³ supradictis. Era⁷⁴ m.^a cc.^a lxxxx.^a 1.^a prima⁷⁴.

4 pousadarium

5 Couto

6 deest

7 cruce

8 feanes

9 susanis

10 et exit ad cabezam de lobatenos,

11 cruce

12 dos camoraes

13 cumeyram

14 de astaron,

15 infestum

16 solam

17 gales

18 lageedam

19 das

20 muratam

21 de

22 do azcar

23 geyra

24 pausadorium

25 desunt

26 detis inde

27 successoribus meis anuatim de ipsa hereditate

28 terciam partem

29 vicario

30 Michaelem septembris, et si ad ipsum tempus non demandauerint uobis

ipsam iugadam

31 ea

32 calupnias

33 pectetis

34 aliud tantum

35 deest

36 fecerit ipsum

37 illud mihi : et si

38 calupnias

39 Panoyas

40 calupniis

41 istis tribus :

42 mactaueritis

43 detis inde forum scilicet

44 desunt

45 uicarius et alius homo

46 suum

47 ad faciendum ibi malum

48 panoyas

49 carrariam nec

50 mecum

51 unius anni

52 falegas

53 desunt

54 de natali usque introydo : istud forum detis mihi per falega

55 deest

56 luytosam et sit fideiussoria

57 de

58 mittatis uicarium inter uos

59 iamdictis

60 calupniis

61 uos filietis

62 deest

63 alia

64 que ibi necesse

65 ipsam bestiam et sitis magis populatores quantas uolueritis in ipsis vi⁶⁵ cayrelis

66 supradictis sex

67 supradictis terminis

68 possideatis eam et faciatis de ea quicquid uolueritis pro ad semper, et

faciatis inde mihi

69 plus. Et ut hoc factum meum sit stabile et firmum dedi

70 desunt

71 gonsalui

72 panonii

73 omnibus

74 Era m.^a cc.^a lxxxx.^a 1.^a Et mando quod iamdictam hereditatem non possitis mandare Ecclesie nec donare nec uendere eam alicui nisi uillanis qui mihi et omnibus meis successoribus faciant forum supradictum.

ORIO

O RIO?

1255

Forale hoc parvi loci, ultra Dorium siti, rudimenti municipii, potius quam veri municipii, exemplum nobis praebet. Hausimus ex libro inquisitionum, qui Lib. II Donationum Alphonsi III titulum prae se fert.

In dei nomine. Ego A. dei gratia Rex Port. et Comes Bolon. do et concedo uobis populatoribus de Orio ipsam meam hereditatem de Orio cum suis terminis, scilicet, quomodo diuidit cum Paacoo per portelam de ventoselo, et ferit in coutum de Oural, et uadit ad penedum de romeu, et uadit ad infestum et partitur cum Cerual, et inde partitur cum aluano et quomodo diuidit cum sancta Marta, et inde partitur cum parada et ferit in aqua de Tomegam et uadit per uenam ad jusum et tornat ubi prius incepti. Do uobis quantum ego habeo infra supradictos terminos cum rupto et inrupto. Et detis inde mihi et omnibus meis successoribus anuatim pro foro v modios de pane, scilicet, medietatem centeni et medietatem milii per mensuram directam et sit ateygatum et non sit abrazatum et detis eum in uestra villa usque ad festum-sancti Michaelis septembris : et si uobis recipere noluerit maiordomus de terra, ponatis illum in campo cum testimoniis bonorum hominum et amplius non respondeatis de eo et detis anuatim pro festo natalis domini v libras de cera pro directis in uestra villa et non respondeatis nisi de tribus calupniis, scilicet, rasmus homicidium et furtum : pro rauso pectetis x morabitanos et pro homicidio aliud tantum, medietatem ad palacium et medietatem ad concilium : Furtum quale fuerit factum tale pectetur : et iste tres calupnie sint inquisite per bonos homines : et si ibi aliquis ex uobis decesserit detis pro luctosa medium morabitanum : non eatis in apilido : et nullus princeps terre non pauset in uestra villa : et nullus homo sit ausus intrare in uestram villam per forciam. Habeatis uos et omnis posteritas uestra supradictam hereditatem cum terminis supradictis cunctis temporibus seculorum : et faciatis inde mihi et omnibus successoribus meis supradictum forum et non plus : et faciatis de ea quicquid placuerit uestre uoluntati, tamen non possitis eam uendere nec mandare eam Ecclesie nec donare nec apignorare eam alicui nisi villanis qui faciant inde mihi et meis successoribus supradictum forum. In cuius rei testimonium do eisdem populatoribus de Orio istam meam cartam apertam quod istud factum meum sit stabile et firmum pro ad semper. Datum in Lamis de Orelam, 11^a die Maii, per donum E. martini maiordomum curie, et per S. iohannis cancellarium, et per V. didaci et R. petri superiudices, et per Julianum gonsaluiz iudicem de Panoniis qui posuit cum supradictis populatoribus supradictum forum. Era m.^a cc.^a lxxxx.^a prima.

VINAES

VINHAES

1253

Charta autographa hujus foralis in Publico Archivo invenitur. Ex ea textum descripsimus.

In dei nomine, et eius gratia. Nouerint vniuersi presentem cartam inspecturi, Quod Ego Alfonsus dei gratia Rex Port. et Comes Bolon. una cum uxore mea Regina dona Beatrice, pono, concedo, et statuo in perpetuum cum omnibus hominibus de Vinaes, et de suis terminis, quod ipsi et omnes successores sui dent michi et successoribus meis annualim sexcentos morabitanos in saluo quales currerint in ipsa terra pro omnibus directis et foris meis que debeo habere de terra de Vinaes. Et quingentos de istis morabitanis debent mihi dare pro renda de ipsa terra, et centum pro tenencia de ipso Castello. Et debent eos mihi dare ad tres tercias anni, scilicet ducentos morabitanos pro kalendis Marcii, et ducentos pro kalendis Iulii, et ducentos pro kalendis Nouembris. Et iusticia debet fieri in terminis de Vinaes per iudices de Vinaes : et si non fecerint iusticiam, Ego debeo me proinde ad eos tornare, et tunc iusticia debet fieri per me, uel per illum cui Ego eam comendauero faciendam. Et ut hoc factum meum sit stabile atque firmum, dedi dictis hominibus istam meam cartam apertam meo sigillo sigillatam, ne alius possit contra eos super hoc in posterum in contrarium deuenire. Nos uero supranominati qui hanc

cartam precepimus fieri, nostris propriis manibus roboramus, et in ea signa ista apponi fecimus +++++. Facta carta apud sanctum Stephanum de Chaues, vicesima die Madii. Era m.^a cc.^a lxxxv^a prima.

Qui presentes fuerunt, Donnus Johannes alfonsi signifer domni Regis conf. — Donnus Egidius martini Maior-domus Curie conf. — Donnus Fernandus lupi tenens Braganciam conf. — Donnus Didacus lupi conf. — Donnus Menendus garsie conf. — Donnus Gonsaluus garsie conf. — Donnus Petrus poncii conf. — Donnus Menendus roderici de Briteyros conf. — Donnus Menendus suarii de Merloo — Donnus Johannes suarii conelius — testes.

Donnus Johanres egee Archiepiscopus Bracarensis conf. — Donnus Julianus fernandi Episcopus Portugallensis conf. — Donnus Egeas falsie Episcopus Colimbriensis conf. — Donnus Arias ualasci Episcopus Vlixbonensis conf. — Donnus Martinus petri Episcopus Elborensis conf. — Donnus Rodericus fernandi Episcopus Egitanensis conf. — Donnus Egeas Episcopus Lamecensis conf. — Donnus Petrus gonsalui Episcopus Visensis conf. Donnus Matheus Capellanus domini Regis — Martinus petri Notarius domini Regis — testes.

Stephanus iohannis Cancellarius.

Andreas simconis scripsit.

BEGIA

BEJA

1234

Ex Lib. I Donationum (Regestorum potius dicendum) Regis Dionisii descripsimus. Translationem in linguam vernaculam ex antiquo codice in Publico Archivo servato adjecimus.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Ego Affonssus dei gratia Rex Port. et Comes Bolonie una com vxore mea Regina dona Beatrice illustris Regis Castelle et Legionis fillia motus inspiracione diuina, Villam de Begia populaui, et eam reddidi cultui christiano et retentis in ea mihi meis regalenguis eam vobis meis hominibus et uassallis et alumpnis ad habitandum iure hereditario tribui cum omnibus suis terminis et pertinentiis, secundum quod eam melius habuerunt mauri et christiani quandocunque extitit populata. Et ideo placuit mihi libenti animo et spontanea uoluptate dare et concedere vobis tam presentibus quam futuris forum de Santarena quod ad me petistis ibidem permanens per quod forum regalia iura inferius plenare scripta mihi et generi meo a vobis et uestris successoribus persoluantur. De quibus iuribus et foris de Santarena vobis quito jugadas et quito vobis illud forum quod faciunt mihi in Santarena de vino carretato de foris in relego quod nichil inde detis. Et eciam mando et quito quod vicinus de Begia non det portagium in Regno meo. Mando eciam quod almocreues de Begia non faciant mihi carrariam quam consueuerunt mihi facere almocreues de Santarena. Et istas quatuor cousas de mea gratia in perpetuum quito vobis et successoribus uestris, quod uos et ipsi nichil detis inde nec faciatis mihi nec meis successoribus. Do itaque vobis pro foro ut qui publice coram bonis ominibus casam uiolenter cum armis ruperit pectet quingentos solidos : Et hoc sit sine uozeyro : Et si infra domum ruptor occisus fuerit, oucisor uel dominus domus pectet unum morabitinum : Et si ibi uulneratus fuerit pectent pro eo medium morabitinum. Similiter pro homicidio et rausso publice fa-

En no nome do padre e do filho e do spiritu sancto. Eu dom afonssso pela graça de deus Rey de Port. e conde de bolonha en sembra com mha molher raynha dona Beatrix filba do muy nobre rey de Castela e de leon mouudo pela spiraçom de deos pobreis a uila de beja e tor..... de christandade. E retidos pera mim os meus regeengos e eu a dey aa pobrar a meus homens e a meus uassalos e a meus criados de dereito que a aiam por sua herdade propria com todolos seus termos e pertenças assy como a melhor podessem auer. E segundo como a melhor ouuerom mouros e christãos quando quer que per elles fosse pobrada. E por ende prouue a mim de boom coraçom e de booa uontade dar e outorgar a eles assy aos presentes como aos que am de uir o foro de Santarem o qual a mim pediro. Pelo qual foro os que hy morarem paguem os dereitos reaes a mim e aos que depos mim ueerem compridamente assy e como em fundo som scritos a mim e aos que depos mim ueerem paguem uos e os uossos soccessores. Dos quaes dereitos e foros de Santarem uos quito as iugadas. E uos quito aquel foro que a mim fazem em santarem do uynho de carega de fóra no relego que nom dem nemigalha. E outrossy mando e quito que todo uezino de beia nom dê portagen per todo meu reyno. E outrossy mando e quito que os almocreues de beia nom façam a mim caraira a qual costumam a mim a fazer os almocreues de santarem. E estas quatro cousas de mha graça pera todo sempre quito a uos a todos aqueles que depos uos ueerem que uos nem eles nom dedes a mim nem aos que depos mim ueerem nemigalha nem façades delas foro nenhuum. E outrosy dou a uos por foro quem publicamente perante homens boons

tis, et de rubeis, et de pargos. Item mando quod maiordomus habeat medietatem de lardo de tunia, et de dulfino, et quartam partem de euo, et de yrz, et de solio. Item mando quod qui habuerit trasmalium det maiordomo vnum saual in principio, et alium in fine. Item mando quod piscatores de mea villa de Gaya pesquent in meis uarguis de furada et de Arinio et de quanto piscauerint in mea uarga de farada dent maiordomo quintam partem et de quanto piscauerint in narga de arino dent maiordomo sextam partem. Item si piscatores iuerint ad Gallegiam ad piscandum et exiuerint de mari et fecerint pousadas et salgauerint piscatum quando uenerint mando quod dent maiordomo decem pissotas et de vnaquaque carauela siue nauigio, et si de illa pousada inuiauerint piscatum ad domos suas dent Maiordomo de unaquaque enuiada decem pissotas. Item carnifex det Maiordomo de porco unum denarium, et de uaca duos denarios : et si aliquis homo qui non fuerit uester uicinus uenerit cum barca de uino ad ipsam villam de Gaya, det Maiordomo duas quartas de uino : et si uenerit ad villam Episcopi det similiter maiordomo unam quartam de uino : et quicumque tabernarius fecerit in sua barca et in villa de Gaya et in terminis super forciam quam sibi fecerint pro suo habere mando quod sit sine columpnia (*sic*) preter mortem hominis : et carauela extranea que intrauerit per focem de Porti cum mercaturis, mando quod det maiordomo unum solidum de intrada, et si uenerit ad Gayam de quanto uendiderit aut comparauerit duos denarios det maiordomo de marabitino : et de barca sceyra que non fuerit de vicino det maiordomo vnum marabatinum de intrada, et de quanto uendiderit siue comparauerit det duos denarios de marabitino : et si burcardus trincatus qui non fuerit de vicino intrauerit per focem cum mercatura det maiordomo unum marabatinum de intrada : et de quanto uendiderit siue comparauerit duos denarios det de marabitino de illo habere quod non fuerit decimatum : et Burcia que uenerit cum pannis mando quod det maiordomo quatuor marabitanos de intrada : et de colonio de pannis det maiordomo unum denarium : et de carrega caualar de pane uel de uino uel de piscato siue de pomis det Maiordomo quatuor denarios : et de carrega de asino tres denarios : et de pelle de golpina unum denarium, et si fuerit una duzena duos denarios maiordomo : et de duzena de gatos duos denarios : et de panela de manteyga det unum denarium maiordomo : et paal de cera unum denarium : et de bragale unum denarium : de corio de vacca, uel de boue, unum denarium maiordomo : de porco unum denarium. Et si mercator qui non fuerit uester uicinus cambiauerit corios aut conelium siue alia mercatura mando quod det maiordomo de qualibet corda tres denarios, et debet esse corda duodecim cubitorum : et si uendiderit pro marabitanis mando quod det maiordomo de quolibet marabatinum duos denarios : et de duzena de bestigoos, aut de pilitaria det maiordomo duos denarios. De carrega de conelio uel de cera aut de coriis que per ipsum portum passauerint, det maiordomo unum solidum : et de colonio tres denarios, et de asino vi denarios, et de mauro i solidum, et de moura sex denarios, et de bestia duos denarios, et de carrega de alliis quatuor denarios maiordomo. Item de bestiis brauis tale est portagium, scilicet de poldro i solidum maiordomo et de poldra vi denarios, de reyselo unum denarium : De uaca duos denarios, et de boue duos denarios, preter illum qui mamat : de lancea unum denarium, de adcuna unam meaculam, de homine mortuo i solidum : et omnia portagia et passagia et intradas maiordomus de Gaya diuidat per medium cum maiordomo de villa Episcopi. Et similiter mando quod maiordomus de villa Episcopi diuidat per medium cum maiordomo de Gaya omnia portagia et passagia et intradas. Et mando et concedo quod uicinus de Gaya non det portaginem et non habeatis militem pro vicino contra uoluntatem uestram et pretor de Gaya non habeat super uos potestatem nisi prout habebat quando morabamini in meo burgo ueteri de portu : concedo uobis eciam et do, non uadatis in exercitum nisi cum corpore meo : et ipsa terra nunquam detur rico homini nec prestamario : et ego per meas custas debeo facere uobis uenire aquam ad ipsam villam de Gaya : et faciam uobis uenire ad villam de Gaya uendas de nomam usque ad focem dorii : et caminos do uobis inquam et concedo, quod omnes naues et barce et nauigia que fuerint maiora quam pinatia que intrauerint per focem dorii quod medietas eorum stet in portu de Gaya, et alia medietas in portu de villa Episcopi : et omnes naues que portauerint in ipso Portu de Gaya, mando et concedo quod carreguent et descarreguent in villa de Gaya. Mando eciam quod in Gaya deciment mei decimarii et custodiant mihi ibi omnes meas decimas : et portus et pasagium, mando et confirmo quod sit semper in ipsa mea villa de Gaya : et istos foros supradictos debetis mihi facere et non alios. Et si forte quod deus auertat aliquis de successoribus meis uel aliquis alius uoluerit ire contra hoc factum meum, non sit ei licitum et sit maledictus et cum iuda traditore in inferno condempnatus, et crematus, et incurrat maledicionem omnipotentis dei et beate uirginis Marie, et meam, et omnium progenitorum meorum : facto isto in suo robore nichilominus perdurante. Et ut hoc factum meum sit magis stabile atque firmum omne per eum presentem cartam apertam mei sigilli munimine communiri uobis feci. Actum apud Colimbriam mense Septembris. Era m.^a cc.^a lxxx.^a iii.^a Dominus Gonsaluus garsie signifer Curie, dominus Egidius martini maiordomus Curie, dominus Fernandus lupiz tenens braganciam, dominus Alfonsus lupiz tenens Sausam, dominus Didacus lupi tenens lamecum, dominus Petrus poncii tenens traserram, dominus Johannes Archiepiscopus Bracharensis, dominus Arias Episcopus Vlixbonensis, dominus E. Episcopus Colimbrie, dominus R. Episcopus Egitaniensis, dominus Ju. Episcopus portugalensis, dominus E. Episcopus Lamecensis, dominus M. Electus Visensis, conf. : dominus S. iohannis Cancellarius, dominus Johannes de auyno, dominus

Johannes suarii, domnus J. suarii archidiaconus Kalagurritanus, Lupus roderici, Martinus petri clericus, test. :
Dominicus petri fecit : domnus Martinus episcopus Elborensis conf.

VDIMIRA

ODEMIRA

1255

Ex Lib. I Donationum, sic dicto, Alphonsi III desumpsimus. Non aliud invenimus exemplar.

In christi nomine et eius gratia. Ego Alfonsus dei gratia Rex portugalie et Comes Bolon. motus inspiratione diuina villam de Vdymira populani : et do uobis omnibus Populatoribus de Vdimira presentibus et futuris ipsam meam villam de Vdimira cum omnibus terminis suis, scilicet per Cimalias de Amexeanes quomodo uertunt aque ad Vdimiram, et ex alia parte pro ad Garuam et deinde per uiam de Saboya, et deinde per Benafatima quomodo uadit ad Cerrum de Arela, et deinde ad rostrum de ipsa dicta Arela, et deinde per uenam de aqua de Vdisseyxa, ita quomodo intrat in mare, et ex parte de Cazem quomodo diuidunt cum fratribus ordinis sancti Jacobi. Et do uobis et concedo forum de Begia quod tale est. In primo quito uobis jugadas. Et quito uobis illud forum quod faciunt mihi in Sanctarenam de uino carretato in relego de foris, quod nichil detis inde. Et eciam mando et quito quod vicinus de Vdimira non det portagium in regno meo. Martdo et quito quod almocreues de Vdymira non faciant mihi carrariam quam consueuerunt mihi facere almocreues de Sanctarena : et istas quatuor causas de mea gratia uobis quito in perpetuum et successoribus uestris quod uos et ipsi nichil inde detis nec faciatis mihi neque meis successoribus. Do itaque uobis pro foro ut qui publice coram bonis (*sic*) casam uolenter cum armis ruperit, pectet quingentos solidos, et hoc sit sine uozeyro. Et si infra domum ruptor occisus fuerit, occisor uel dominus domus pectet unum morabitinum : Et si ibi uulneratus fuerit pectet pro eo medium morabitinum. Similiter pro homicidio et rauso publice facto pectet quingentos solidos : pro merda in boca, sexaginta solidos pectet testimonio bonorum hominum. Furtum cognitum testimonio bonorum hominum nouies componatur. Qui relegum uini regis ruperit et in relego suum uinum uendiderit et inuentum fuerit testimonio bonorum hominum, primo pectet quinque solidos, et secundo quinque solidos : Et si tercio inuentum fuerit iterum testimonio bonorum hominum uinum totum effundatur, et arcus cuparum incidantur. Et relegum accipiatur anuatim prima die Januarii. Et habitatores de Vdimira habeant libere tendas, fornos panis scilicet et ollarum : Et de fornos de tegula dent decimam. Qui extra cautum hominem occiderit pectet sexaginta solidos : Et qui uulnerauerit hominem extra cautum, pectet xxx solidos. Qui in platea aliquem armis uulnerauerit, pectet medietatem homicidii. Qui per iram arma denudauerit uel a domo ea extraxerit per iram et non percusserit pectet sexaginta solidos. Et homines de Vdimira habeant hereditates suas populatas : et illi qui in eis habitauerint pectent pro homicidio et rauso noto et merda in boca sexaginta solidos, medietatem scilicet regi et medietatem domino hereditatis : Et cant in apeliudum regis et nullum aliud forum faciant regi. Et almotaxaria sit de Concilio et mittantur almotaxees per pretozem et Concilium ville : et dent de foro de vaca unum denarium : et de zeuro, i denarium : Et de bestia de piscato, i denarium : Et de barca de piscato, i denarium : et de iudicato similiter : et de alcauala, iii denarios : De ceruo, de zeuro, et de vaca, et de porco, i denarium : et de carneyro, i denarium. Piscatores dent decimam. De equo, de mula, uel de mulo quem uendiderint uel emerint homines de foris a decem morabitinis et supra, dent unum morabitinum : Et a decem morabitinis et infra, dent medium morabitinum. De equa uendita uel comparata dent duos solidos : Et de boue, duos solidos : Et de vaca unum solidum : Et de asino et de asina unum solidum : De mauro et de maura medium morabitinum : De porco uel de carneyro, ii solidos : De caprone uel de capra, i denarium. De carrega de azeyte uel de coriis bouum uel zeurorum uel ceruorum dent medium morabitinum : De carrega de cera medium morabitinum : De carrega de anil uel de pannis uel de pellibus coniliorum uel de coriis uermeliis uel albis uel de pipere uel de grana unum morabitinum : De bragale, ii denarios : De uestitu de pellibus, iii denarios : De lino uel de alliis uel cepis, decimam : De piscato de foris decimam : De conquas uel de uasis ligneis decimam. Et pro omnibus hiis carregas quas uendiderint homines de fora et portagium dederint si alias proprias emerint, non dent portagium ex eis. De carrega panis uel salis quam uendiderint uel emerint homines de fora de bestia caualari uel mulari dent iii denarios : De asinari tres medalias. De carrega de piscato quam inde leauerint homines de fora dent vi denarios. Balistarii habeant forum militum. Mulier militis que uidauerit habeat honorem militis usque nubat : Et si nupserit pediti faciat forum peditis. Miles qui senuerit uel debilitauerit

quod exercitum facere non possit stet in honore suo. Si autem mulier militis uiduata talem filium habuerit qui cum ea in domo contineatur et cauallariam facere potuerit, faciat eam pro matre. Miles uero qui equum suum aut bestias suas ad almocrauariam miserit nullum forum de almocrauaria faciat. Coniliarius qui fuerit ad sugeyram et illuc manserit, det unum follem conilii : Et qui illuc moratus fuerit octo diebus uel amplius, det unum conilium cum pelle sua : Et coniliarius de fora det decimam quociens uenerit. Moratores de Vdimira qui panem suum uel uinum uel ficus uel oleum in Elbora uel in Monte maiori habuerint uel in aliis locis et ad Vdimiram illud ad opus sui duxerint, non dent portagium inde. Qui cum aliquo rixauerit et post rixam domum suam intrauerit et ibi inuito consilio acceperit fustem uel porrinam et eum percusserit pectet triginta solidos : Si autem inconsulte et casu accidente percusserit, nichil pectet. Inimicus de fora non intret in villam super inimicum suum nisi per treigas aut pro directo illi dare. Si equus alicuius aliquem occiderit, dominus equi pectet aut equum aut homicidium, quod horum domino equi magis placuerit. Clericus habeat forum militis per totum : et si cum muliere turpiter inuentus fuerit, maiordomus non mitat manum in eum, nec aliquo modo eum capiat, sed mulierem capiat si uoluerit. De madeyra que uenerit per flumen unde dabant octauam dent decimam : de talaya de villa debet Rex tenere medietatem et milites medietatem suis corporibus. Militem de Vdymira cui meus diues homo benefecerit de terra sua uel habere suo per quod eum habeat ego recipiam eum meo diuiti homini in numero suorum militum. Maiordomus uel sagio eius non eant ad domum militis sine portario pretoris : et meus nobilis homo qui Vdymiram de me tenuerit, non mitat ibi alium pretorem nisi de Vdimira. De casis quas meus nobilis homo aut freyres aut hospitalarii aut monasteria in Vdymiram habuerint faciant forum ville sicut ceteri milites de Vdymira. Ganatum perdidicium quod maiordomus inuenerit, teneat illud usque ad tres menses, et per singulos menses faciat de eo preconem dari, ut si dominus eius uenerit detur ei : Si autem dominus eius preconem dato usque ad tres menses non uenerit, tunc maiordomus faciat de eo comodum suum. De caualgada pretoris nichil accipiat pretor per uim, nisi quod ei milites amore suo dare uoluerint. De caualgada sexaginta militum et supra diuidant mecum in campo. Faber aut zapatarius aut pilitarius qui Vdymiram (*sic*) casam habuerit et in domo sua laborauerit non det de ea ullum forum. Et qui maurum fabrum uel zapatarium habuerit et in domo sua laborauerit non det pro eo ullum (*sic*). Qui autem ministeriales ferrarii uel zapatarii fuerint et per officium istud uixerint et casas non habuerint ueniant ad tendas meas et faciant mihi meum forum. Et pedites qui suum habere dare debuerint dent inde decimam maiordomo, et maiordomus det eis directum pro decima : Et si pro decima eis directum dare noluerit tunc pretor faciat eis directum habere per portarium suum. Et homines qui habitauerint in hereditatibus de Vdymira si furtum fecerint ut supradictum est componatur medietatem regi et medietatem domino hereditatis. Moratores de Vdymiram non dent luytosam. Adaliles de Vdymira non dent quintam de quinionibus suorum corporum. Milites de Vdymira non teneant çagam et teneant deanteqram in exercitu Regis. Panetarie dent pro foro de triginta panibus unum. Portagia uero et forum et quintos sarracenorum et aliorum ita persoluantur sicut consuetudo est, exceptis hiis que superius scripta sunt et uobis relinquo. Et pro alcaydaria de una bestia que uenerit de fora cum piscato dent duos denarios : Et de toto alio piscato dent suum forum. Hec itaque omnia prescripta uobis pro foro do et concedo, et ad hoc eat maiordomus testimonio bonorum hominum, et non ad alia. Milites de Vdymira testificentur cum infancionibus de Portugali. Qui etiam aliquem calcaribus percusserit et testimonio bonorum (*sic*) conuictus fuerit, pectet quingentos solidos. De nauigio uero mando ut pretor et duo spadelarii et duo pronarii et unus pitintal habeant forum militum. Preterea do uobis et concedo ut uestram almozatariam habeatis et eam pro uoluntate uestra disponatis. Mando etiam ut nec meus pretor ville nec maiordomus nec aluaziles nec aliquis alius audeant forciare ullum hominem de Vdimira uel de fora de suo pane nec de suo piscato neque de suo uino neque de suis carnibus neque de aliis rebus suis. Adhuc mando ut mei maiordomi non uadant extra villam apprehendere homines nec roubare neque aforciare, sed si fecerint calumpnias faciant eos nocari per portarium pretoris coram pretore et aluazilibus et sanent eis sicut pretor et aluaziles mandauerint. Et concilium cambiet suos aluaziles annuatim. Preterea mando ut pater non pectet calumpniam pro filio suo, set filius pectet eam si illam fecerit : et si non habuerit per quod sanet eam, per corpus suum sanet illam. Mando eciam de mauris et de judeis percussis ut ueniant se conqueri pretori et aluazilibus sicut fuit consuetudo tempore patris mei. Adhuc mando ut maiordomi non pignorent ullum hominem de Vdymira donec uocent eum ad Concilium coram pretore et aluazilibus. Addo adhuc amore uestro ut si aliquis pignorauerit sine meo maiordomo aut sine sagione suo aut sine portario pretoris pectet tantum pro quanto pignorauerit. Addo eciam et mando quod vicinus de Vdimira non det montadigum. Siquis igitur hoc factum meum uobis firmiter seruauerit benedictionibus dei et mei repleatur : Qui uero illud frangere uoluerit maledicionem dei et mei consequatur. Ego Alfonsus rex predictus presentem cartam quam iussi fieri roboro et confirmo. Facta carta apud Vlixbonam, v.º kalendas Aprilis. Era m.º cc.º lxxxx.º iiii.º Domnus Gunsaluus garsie signifer curie, domnus Egidius martini, domnus Alfonsus teliz tenens terram de ripa Minii, domnus Martinus alfonsi tenens terram sancte Marie, domnus Fernandus lupi tenens Braganciam, domnus Alfonsus lupi tenens terram de sausa, domnus Didacus lupi tenens terram de Lameco, domnus Martinus egidii tenens terram de trasserra, domnus Martinus geraldii Electus Bra-

carensis, domnus Arias episcopus Vlixbonensis, domnus Egeas Colimbriensis episcopus, domnus Martinus Elbo-
rensis episcopus, domnus Rodericus Egitanensis episcopus, domnus Julianus episcopus Portugalensis, domnus
Egeas episcopus Lameccensis, domnus Matheus electus Visensis, conf. : Johannes de auoyno, Menendus suerii de
merloo, Egeas laurencii de Cuyna, Fernandus fernandi cogomino, Vicencius didaci superiudex, Martinus petri
clericus, test. Stephanus iohannis Cancellarius curie. Dominicus petri curie notarius notuit.

TRASEYRA, PARADELA, GOUVYAS, ORDONIO ET AGROCOVO

TRASEIRA, PARADELA, GOUVINHAS, ORDOXHO E AGROCOVO

1256

*Ex Lib. I Donationum, seu potiùs Regestorum, Alphonsi III cum lectionibus variis ex
Lib. II ejusdem regis.*

In christi nomine. Notum sit omnibus presentem cartam inspecturis quod ego A.¹ dei gratia Rex Port.² et
Comes Bolon. do et concedo vobis terdecim meis populatoribus qui populatis in Traseyra omnes hereditates
meas quas habeo in Traseyra, et in paradela, et in Gouuyas et in Ordonio et in agrocovo cum omnibus suis ter-
minis nouis et antiquis et cum omnibus ingressibus et egressibus suis³ quod vos et omnes successores uestri
detis inde mihi et omnibus successoribus meis pro foro in quolibet anno triginta quinque modios medietatem
panis et medietatem vini per mensuram de Galafura, que modo ibi est, et singulos almudes de vino, et singulos
almudes de pane cocto⁴, et singulos almudes de ceuada. Et istum panem supradictum debetis mihi dare anuatim
a kalendis augusti usque ad festum sancti Michaelis de Septembro⁵ : Et quarta ipsius pannis debet esse de tri-
tico, et quartam⁶ de ordeo, et quarta de centeno, et quarta milii⁷. Et similiter debetis mihi dare vinum in la-
gari. Et istum panem et istud vinum debetis⁸ mihi dare⁹ annuatim in Guyanes. Et debetis mihi dare annuatim
mense¹⁰ Januario terdecim pelles de coneliis. Et Riquis homo neque prestamarius neque suus maiordomus non
pauset neque intrent in uestris villis qui vobis faciant iniuriam¹¹. Et vos inter vos mittatis unum hominem iu-
ratum qui det mihi meam iugadam annuatim in Guyaez¹², sine aliquo impedimento. Non pectetis nisi tres ca-
lumpnias scilicet raussum furtum et¹³ homicidium¹³. Et detis pro homicidio quindecim morabitanos, medietatem
mihi et medietatem Concilio : Et similiter pro rauso si illud feceritis : Et furtum quale fuerit factum tale sit pe-
ctatum. Et iste tres calumpnie¹⁴ debent inquiri per bonos homines, et emendari sicut fuerit de directo. Et debe-
tis mihi ire in uia et in apelido taliter quod possitis¹⁵ ipsa¹⁵ die¹⁵ redire¹⁵ ad uestros¹⁶ domos¹⁶. Habeatis vos et
omnes successores uestri supradictas hereditates in perpetuum iure hereditario possidendas, et faciatis inde mihi
et omnibus successoribus meis¹⁷ supradictum forum. Et non uendatis eas nec cambietis¹⁸ nisi talibus hominibus
qui mihi de eis faciant supradictum forum. In cuius rei testimonium presentem vobis dedi cartam mei sigilli mu-
nimine communitam. Datum pinello¹⁹, iii.^a die Octobris, Rege mandante per Cancellarium. Dominicus petri fe-
cit. Era m.^a cc.^a lxxxx.^a iii.^a

1 Alfonsus
2 Portugalen.
3 suis et
4 copto
5 Septebrio
6 quarta
7 de milio
8 detis
9 deest
10 in mense

11 iniuriant.
12 Gouuiannes
13 deest
14 calupnia
15 ipsa die possitis reddere
16 domos uestras.
17 meis annuatim
18 donetis
19 in Penello

PENA-GARCIA

PENAGARCIA

1256

In hac charta conceduntur incolis de Penagarcia forale, usus, consuetudinesque de Penamacor. Forale illud jam alibi juris publici fecimus (p. 539). Textum chartae de Penagarcia desumpsimus ex Lib. I Donationum, seu potius Regestorum, Alphonsi III.

In christi nomine et eius gratia. Notum sit omnibus presentem cartam inspecturis quod ego Alfonsus dei gratia Rex Port. et Comes Bolon. una cum vxore mea Regina dona Beatrice illustris Regis Castelle et Legionis filia do et concedo uobis omnibus populatoribus de Penagarcia presentibus et futuris, forum usus et consuetudines de Penamacor quod uos habeatis tale forum et tales usus et tales consuetudines quales habet Concilium de Penamacor : et hoc facio uobis quod detis mihi et omnibus successoribus meis omnes uicini qui habitaueritis in Penagarcia et omnes illi qui ibi habuerint hereditates et in terminis uestris annuatim pro festo sancti Martini quilibet uicinus decem decem solidos pro foro. Et portagines et montadigum de penagarcia et de suis terminis remaneant mihi et omnibus successoribus meis libere pacifice et quiete. Et pectetis uocem et calumpniam per forum de Penamacor. Et in omnibus aliis rebus habeatis forum et consuetudines et usus de Penamacor. Do etiam uobis et concedo terminos uestros quos habuistis et possedistis usque modo per illas diuisiones per ubi eos habuistis et possedistis in pace. Quicumque uobis hoc factum meum integre obseruauerit sit benedictus a deo amen : Et quicumque illud uobis infringere atemptauerit, non sit ei licitum, et iram dei omnipotentis habeat in eternum. Facta carta in proencia, pridie kalendas Nouembris, Rege mandante. Era m.^a cc.^a lxxx.^a iiii.^a domnus Gonsaluus garsie signifer Curie, domnus Egidius martini maiordomus curie, domnus Alfonsus lupi tenens Sausam, domnus Alfonsus teliz tenens Braganciam, domnus Martinus alfonsi tenens terram sancte Marie, Martinus egidii tenens Trasserram, Gonsaluus menendi tenens panoyas, domnus Andreas fernandiz tenens ripam Minii, domnus Martinus Archiepiscopus Bracarensis, domnus Julianus Episcopus Portugalensis, domnus Egeas Episcopus Colimbriensis, domnus Arias episcopus Vlixbonensis, domnus Martinus Episcopus Elborensis, domnus Rodericus episcopus Egitanensis, domnus Egeas Episcopus Lamecensis, domnus Matheus electus visensis, conf. : Johannes durandiz subsignifer Curie, Menendus suarii de merloo, Petrus martini petarinus, Stephanus spinel, Simeon petri de spino, Lupus roderici uice maiordomus, Stephanus iohannis Cancellarius Curie, Dominicus petri notharius Cancellarie, test.

BARVADAENS

BARUADĀES

1257

Cum in charta de Barvadāes ne de concilio quidem mentio fiat, sed tantum de quodam jure, omnibus incolis communi, communiter utendo agatur, dubitare licet an diploma hoc forale sit, an potius charta emphyteutica variis colonis concessa, absque municipalis nexus institutione. Nos, verò, exemplum imperfectissimi illius municipii generis, cui foralia de Bornes, de Eiriz, aliorumque locorum pertinent, chartam ipsam arbitramur. Ex Lib. II Donationum, ut aiunt, Alphonsi III descripsimus. Lectiones varias hausimus ex codice Livro de Foraes Velhos de Leitura Nova, sic dicto.

In dei nomine. Notum sit omnibus presentibus et futuris quod Ego A.¹ dei gratia Rex Port. et Comes Bolon. do et concedo uobis populatoribus de baruadaens presentibus et futuris totam meam hereditatem quantam² habeo in ipso loco de baruadanibus³ : tali uidelicet pacto quod uos et omnes uestri successores detis michi et meis successoribus annuatim nouem foros de nouem casalibus, scilicet, vnusquisque uestrum detis michi et meis su-

¹ Alfonsus
² quantum

³ baruadaens

cesoribus¹ annuatim sex sex quartarios de pane mediato medietatem centeno, et medietatem de milio, et de ordio et sit atceygatus et stante. Et date michi annuatim singulas spatulas cum singulis gallinis, et cum duobus duobus panibus quales eos feceritis in domibus uestris : et date michi annuatim x x ova ad festum natalis domini. Et detis michi annuatim inter omnes in maio duos arietes de singulis annis. Istum panem detis meo homini uel cui ego mandauero per teygam de jugali que modo ibi est : Et detis eum in ipso loco de Baruadanibus a kalendis Augusti usque ad festum sancti Michaelis de Septembrio⁵ : Et si meus homo non iuerit pro eo usque ad dictum festum perdat eum in ipso anno. Et date spatulas in jugali. Et date michi singulos medios morabitanos annuatim ad tercias partes anni secundum consuetudinem terre. Et si aliquis uestrum obierit det unum morabitanum pro luctosa, uel suum ualorem. Et date singulos steyros de uoto. Habeatis uos et omnes uestri successores⁶ ipsam hereditatem iure hereditario in perpetuum possidendum pro ipsis foris et directis superius nominatis cum omnibus terminis suis nouis et antiquis quomodo eos melius potueritis inuenire. Qui terminum diuiduntur per pousadorium de portela de Valoyra quomodo uadit aqua uertente et diuidit cum ferramenta et uadit ad portelam de Magosteyros, et inde quomodo diuidit uiam que uadit ad soueroso, et inde ferit ad ualem de Carualio, et inde uadit ad capud de Queyris de medio, et inde uadit ad cabezam de Teyxoqueyra de fundo de panasicali, et inde aqua uertente per lumbum de azineyra et ferit in sayna et cum terneno de freyxeneyro⁷, et inde quomodo diuidit cum Eyriz per Lameyrum chousum et quomodo diuidit cum sancta maria de verea per caupum⁸ et uadit per ualem de Luce ad penedos aluos cum suo parte de Lacuna, et inde quomodo diuidit cum Baruadanibus de susanis : et do uobis sesmum de sauto de plano de Valoyra cum istis terminis superius nominatis. Non pectetis nisi m^{or} calupnias⁹, scilicet, homicidium, rausum, furtum, et stercus in ore : de uno istorum pectetis x morabitanos, medietatem michi et medietatem populatoribus de Baruadanibus : furtum si feceritis pectetis illud secundum consuetudinem ipsius terre : de istis calupniis¹⁰ non respondeatis nisi per inquisitionem bonorum hominum : de aliis calupniis¹¹ et de apostilia non respondeatis. Non uadatis in hostem nisi cum Rege quando iuerit a flumine Dorii usque ad Minium. Non uadatis ad castellum nec ad toruiscadam. Istud forum faciatis semel in anno et non amplius. Maiordomus nec prestamarius nec Riquis¹² homo¹² non intrent in uestram villam qui uobis iniuriam faciant. Et quicumque contra istam cartam uenerit, non sit ei licitum et maleditionem habeat in eternum, et mille solidos michi pectet. Datum apud Sanctarenam¹³, vi.º kalendas aprilis, Rege mandante per donum E. martini maiordomum et per Cancellarium : R. petri fecit. Era m.ª cc.ª LXXX.ª v.ª

4 successoribus
5 Setembro.
6 successores
7 freyxeiro
8 caupum

9 calumnias
10 calumniis
11 calumniis
12 Ricus homo
13 Sanctarem

GOUVIANIS

GOUVIÃES

1257

Quod nuper de forali de Barvadães diximus, de hoc et de illo de Lago-mau, quod sequitur, dicendum est. Ex libro inquisitionum, qui titulum Lib. II Donationum Alphonsi III præ se fert, descripsimus : lectiones varias ex codice qui inscribitur Foraes Velhos de Leitura Nova.

In dei nomine. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego A.¹ dei gratia Rex Port. et Comes Bolon. do et concedo uobis populatoribus de Gouuianis totam hereditatem meam quantam habeo in ipso loco de Gouuianis et in suo termino quomodo diuidit cum pendoradeyro, et inde quomodo diuidit cum sancta Marta aqua uertente, et inde uadit per portum de mestaz et uadit ad penedum guordum² et inde ad teyxugueyram et uadit ad penedum de portis, et uadit ad anta de Saugueyro et uadit ad locum ubi prius incepimus diuidere terminos : do inquam et concedo uobis et omnibus uestris successoribus ipsam hereditatem iure hereditario in perpetuum possidendam, tali uidelicet pacto quod faciatis inde michi et omnibus meis successoribus³ annuatim septem homines qui debetis ibi esse moratores septem foros, scilicet, quod unusquisque uestrum uel aliorum uestrum successorum det michi annuatim et omnibus meis successoribus⁴ vii quartarios de pane, medietatem, scilicet, de centeno, et aliam medietatem de milio, per mensuram de aquilari que modo ibi est et date ipsum panem in

1 Alfonsus
2 gordum

3 successoribus
4 successoribus

area in ipso loco de Gouuanis⁵ a kalendis Augusti usque ad festum sancti Michaelis mensis septembris : Et si non uenerit aliquis ex parte mea pro eo non respondeatis de illo in ipso anno : et date michi et meis successoribus in festo natalis domini vii spatulas porcinas cum vii gallinis et cum x x ouis et cum ii ii panibus centenis quales eos feceritis in domibus uestris, deinde detis michi annuatim iii morabitanos et dimidium ad tercias partes anni secundum consuetudinem terre : et date michi ii arietes de singulis annis pro collecta in madio. Et si aliquis homo de istis vii obierit in ipso loco de Gouuanis det michi uel mei sucesori⁶ i^m morabitanum pro luctosa⁷ : non pectetis nisi iii calupnias⁸, scilicet, furtum, rausum, homicidium, et stercus in ore : pro homicidio x morabitanos, medietatem michi, et medietatem populatoribus ipsius loci, et similiter de rauso : furtum si fecerit, pectet illud secundum consuetudinem terre, et similiter de stercore in ore posto. Iste calupnie⁹ iudicentur per inquisitionem bonorum hominum. Dominus terre nec prestamarius eius non faciat pausam in ipso loco de Gouuanis. Et maiordomus non intret ibi qui uobis iniuriam faciat. Et istud forum faciatis semel in anno et non magis. Habeatis uos et uestri sucesores¹⁰ istam hereditatem per ipsum forum quod superius est expresum¹¹. Non uendatis eam neque pignoretis militi nec¹² generoso homini nec homini alicuius ordinis, nisi laboratori qui michi compleat dictum forum. Siquis uero hanc cartam uiolare temptauerit maledictionem¹³ habeat in eternum, et michi pectet mille solidos : carta ista nichilominus in suo robore permanente. Datum apud Sanctarenam¹⁴, vi.º kalendas aprillis, Rege mandante per donum E. martini maiordomum Curie, et per Cancellarium. R. petri scripsit. Era m.ª cc. ʳLXXX.ª quinta.

5 Gouuanes
6 sucesori
7 luctosa.
8 calupnias
9 calupnie

10 sucesores
11 expresum.
12 neque
13 maledictionem
14 Sanctarem

LACU MALO

LAGO-MAU

1257

Ex Lib. ii Donationum, sic dicto, Alphonsi III desumpsimus : lectiones varias ex Libro de Foraes Velhos de Leitura Nova.

In dei nomine. Notum sit omnibus presentibus et futuris, Quod Ego A.¹ dei gratia Rex Port. et Comes Bolon. do et concedo uobis populatoribus de Lacu malo quantam hereditatem habeo in ipso loco de Lacu malo quomodo diuidit per uenan aque de Cauumqueyra, et inde quomodo diuidit cum pentalius per penedum de aquila, et uadit directe ad Muchom, et quomodo diuidit cum Renoredo plano : et do ibi uobis sautum de porto : do etiam uobis et omnibus uestris sucesoribus² ipsam hereditatem cum omnibus terminis suis nouis et antiquis, sicut diuiduntur in ista carta, et secundum quod melius potueritis inuenire, tali uidelicet pacto quod uos et uestri sucesores detis michi et omnibus meis sucesoribus³ sex foros de vi casalibus annuatim, scilicet unusquisque uestrum det michi annuatim vi quartarios de pane ateygato medietatem de centeno et medietatem de milio et de ordio per teeygam de jugali que modo ibi est : Et singulas spatulas cum singulis gallinis et cum x x ouis, et cum ii ii panibus quales eos feceritis in domibus uestris, ad festum natalis domini, et unum arietem de uno anno pro madio, et singulos medios morabitanos annuatim ad tercias partes anni secundum consuetudinem terre. Et si aliquis uestrum obierit det i morabitanum pro luctosa, et non magis. Istum panem detis in ipso loco de lacu malo a kalendis Augusti usque ad festum sancti Michaelis de septembrio⁴. Et si meus homo non iuerit pro eo non respondeatis de illo in ipso anno : istud forum faciatis et non magis : non pectetis nisi iii⁵ calupnias⁵, scilicet, homicidium, rausum, furtum et stercus in ore : pro uno istorum pectetis x morabitanos, medietatem michi, et medietatem populatoribus de ipso loco de lacu malo : furtum si feceritis pectetis illum secundum consuetudinem ipsius terre : de istis iii⁶ calupniis⁶ non respondeatis nisi per inquisitionem bonorum hominum : Et de aliis calupniis⁷ et de apostilia non respondeatis : non uadatis in ostem⁸ nisi cum domino Rege quando fuerit de flumine dorii usque ad minium : non uadatis ad castellum, nec ad toruiscadam. Detis michi pro uodo singulos steyros panis : istud forum faciatis semel in anno, et non magis. Maiordomus nec prestamarius nec Riquis⁹ ho-

1 Alfonsus
2 sucesoribus
3 sucesoribus
4 setembro.

5 quatuor calupnias
6 quatuor calupniis
7 calupniis
8 hostem

mo⁹ non intrent uobis in ipsum locum de Lacu malo qui uobis iniuriam faciant. Et si aliquis homo contra istam cartam meam uenerit non sit ei licitum, et maledicionem.¹⁰ habeat in eternum, et michi pectet mille solidos. Datum¹¹ apud Sanctarenam vi.^o kalendas Aprillis, Rege mandante per donum E. martini meum maiordomum Curie et per Cancellarium. R. petri fecit. Era m.^a cc.^a lxxxx.^a v.^a

⁹ Ricus homo
¹⁰ maledicionem

¹¹ Datis

MONTE FORTI

MOXFORTE

1257

Ex Lib. 1 Donationum, sic dicto, Alphonsi III descripsimus. Non aliud exemplar inuenimus.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Ego Alfonsus dei gratia Rex port. et Comes Bolon., una cum vxore mea Regina domna Beatrice illustris Regis Castelle et Legionis filia motus inspiratione diuina villam de Monte forti populauit, et retentis in ea mihi meis regalenguis uobis eam meis hominibus et uasallis et alumpnis ad habitandum iure hereditario tribui cum omnibus suis terminis et pertinenciis. Et ideo placuit mihi libenti animo et spontanea uoluntate dare et concedere uobis tam presentibus quam futuris forum de Begia quod a me peciistis ibidem permansuris, per quod forum regalia iura inferius plenarie scripta mihi et generi meo a uobis et uestris successoribus persoluantur. Et facio uobis illas gracias quas feci Concilio de Begia : In primo quito uobis jugadas : et quito uobis quod de uino de foris carretato in relego nichil mihi detis. Et eciam mando et quito quod vicinus de monte forti non det portagium in meo regno. Mando eciam et quito quod almocreues de Monte forti non faciant mihi carrariam : et istas quatuor causas de mea gracia in perpetuum quito uobis et successoribus nestris quod uos et ipsi nichil inde detis nec faciatis mihi neque meis successoribus. Do itaque pro foro uobis ut qui publice coram bonis hominibus casam uiolenter cum armis ruperit pectet quingentos solidos, et hoc sit sine uozeyro : Et si infra domum ruptor occisus fuerit occisor uel dominus domus pectet i morabitinum : Et si ibi uulneratus fuerit pectet pro eo medium morabitinum. Similiter pro homicidio et rauso publice facto pectet quingentos solidos : pro merda in boca sexaginta solidos pectet testimonio honorum hominum. Furtum cognitum testimonio honorum hominum nouies componatur. Qui relegum uini regis ruperit et in relego suum uinum uendiderit et inuentum fuerit testimonio bonorum hominum primo pectet quinque solidos, secundo quinque solidos : Et si tercio inuentum fuerit iterum testimonio bonorum hominum uinum totum effundatur, et arcus cuparum incidantur : et relegum accipiatur annualim prima die Januarii. Et habitatores de Monte forti habeant libere tendas, fornos panis, scilicet et ollarum : et de furnis de tegula dent decimam. Qui extra cautum hominem occiderit pectet sexaginta solidos : Et qui uulnerauerit hominem extra cautum pectet xxx solidos. Qui in platea aliquem armis uulnerauerit pectet medietatem homicidii. Qui arma per iram denudauerit uel a domo ea extraxerit per iram et non percusserit pectet sexaginta solidos. Et homines de monte forti habeant hereditates suas populatas : et illi qui in eis habitauerint pectent pro homicidio et rauso noto et merda in boca sexaginta solidos, medietatem scilicet regi et medietatem domino hereditatis : et eant in apellitum regis et nullum aliud forum faciant regi : et almotazaria sit de Concilio, et mittantur almotacees per pretorem et Concilium ville : et dent de foro de uaca unum denarium, et de zeuro unum denarium, et de ceruo unum denarium, et de bestia de piscato unum denarium, et de barca de piscato unum denarium : Et de iudicato similiter, et de alcauala iii denarios : de ceruo, de zeuro, et de uaca, et de porco, unum denarium, et de carneyro unum denarium. Piscatores dent decimam : De equo uel de mula uel de mulo quem uendiderint uel emerint homines de fora, a decem morabitinis et supra, dent unum morabitinum : et a decem morabitinis et infra, dent medium morabitinum. De equa uendita uel comparata dent duos solidos : et de boue duos solidos et de uaca unum solidum, et de asino et de asina nnum solidum : De mauro et de maura medium morabitinum : et de porco uel de carneyro, duos denarios : De caprone uel de capra unum denarium, de carrega de azeyte, uel de coriis boum uel zeurorum uel ceruorum dent medium morabitinum : De carrega de cera, medium morabitinum : De carrega de anil uel de pannis uel de pellibus coniliorum uel de coriis uermeliis uel albis uel de pipere uel de grana unum morabitinum : de bragale duos denarios : De uestitu de pellibus tres denarios : De lino uel de alliis uel cepis decimam : De piscato de fora decimam : de conguas uel de uasis ligneis decimam. Et pro omnibus hiis carrigis quas uendiderint homines de fora et portagium dederint si

alias proprias emerint non dent portagium ex eis : de carrega panis nel salis quam uendiderint nel emerint homines de fora, de bestia caualari uel mulari dent tres denarios, de asinari tres medalias : De carrega de piscato quam inde leuauerint homines de fora dent sex denarios. Balistarii habeant forum militum. Mulier militis que uidnauerit habeat honorem militis usque nubat : Et si nupserit pediti faciat forum peditis. Miles qui senuerit uel debilitauerit qui exercitum facere non possit, stet in honore suo : si autem mulier militis uidnata talem filium habuerit qui cum ea in domo contineatur et caualariam facere potuerit, faciat eam pro matre. Miles uero qui equum suum aut bestias suas ad almocrauariam miserit, nullum forum de almocrauaria faciat. Coniliarius qui fuerit ad sogeyram et illuc manserit det unum follem conilli : Et qui illuc moratus fuerit viii^{to} diebus uel amplius, det unum conilium cum pelle sua : Et coniliarius de fora det decimam quociens uenerit. Moratores de Monte forti qui panem suum uel uinum uel ficus uel oleum habuerint in Elbora uel in monte maiori uel in aliis locis et ad Montem fortem illud ad opus suum duxerint non dent portagium inde. Qui cum aliquo rixauerit et post rixam domum suam intrauerit et ibi inuito consilio acceperit fustem uel porrinam et eum percusserit pectet triginta solidos : Si inconsulte et casu accidente percusserit pectet nichil. Inimicus de fora non intret in villam super inimicum suum nisi per treugas uel pro directo illi dare. Si equus alicuius aliquem occiderit dominus equi pectet aut equum aut homicidium, quod horum domino equi placuerit. Et clericus habeat forum militis per totum : Et si cum muliere inuentus turpiter fuerit, maiordomus non mitat manum in eum nec aliquo modo eum capiat, sed mulierem capiat si uoluerit. De madeyra que uenerit per flumen unde dabant octauam dent decimam. De atalaya de villa debet Rex tenere medietatem, et milites medietatem suis corporibus. Militem de Monte forti cui meus dines homo benefecerit de terra sua uel habere suo per quod eum habeat ego recipiam eum meo diuiti homini in numerum suorum militum. Maiordomus uel sagio eius non eant ad domum militis sine portario pretoris. Et meus nobilis homo qui villam de Monte forti de me tennerit non mitat ibi alium pretorem nisi de monte forti. De casis quas mei nobiles homines aut freyres aut hospitalarii aut monasteria in Monte forti habuerint faciant forum ville sicut ceteri milites de Monte forti. Ganatum perditicium quod maiordomus inuenerit teneat illud usque tres menses, et per singulos menses faciat de eo preconem dari, ut si dominus eius uenerit detur ei : Si autem dominus eius preconem dato usque ad tres menses non uenerit faciat tunc maiordomus de eo comodum suum. De caualgada pretoris nichil accipiat pretor per uim nisi quod ei milites amore suo dare uoluerint. De caualgada sexaginta militum et supra diuidant mecum in campo. Faber aut zapatarius aut pelitarius qui in Monte forti casam habuerit et in domo sua laborauerit non det de ea ullum forum. Et qui maorum fabrum uel zapatarium habuerit et in domo sua laborauerit non det pro eo forum. Qui autem ministeriales ferrarii uel zapatarii fuerint et per officium istud uixerint et casas non habuerint, ueniant ad tendas meas et faciant mihi meum forum. Et pedites quibus suum habere dare debuerint dent inde decimam maiordomo, et maiordomus det eis directum pro decima : et si pro decima eis dare directum noluerit tunc pretor faciat eis directum dari per portarium suum : et homines qui habitauerint in hereditatibus de Monte forti si furtum fecerint ut supradictum est componatur medietatem regi et medietatem domino hereditatis. Moratores de Monte forti non dent luytosam. Adaliles de Monte forti non dent quintam de quinionibus suorum corporum. Milites de Monte forti non teneant zagam et teneant deanteyram in exercitum regis. Panetarie dent pro foro de triginta panibus unum. Portagia uero et forum et quinte sarracenorum et aliorum ita persoluantur sicut consuetudo est exceptis hiis que superius scrijta sunt, et uobis relinquo. Et pro alcaydaria de una bestia que uenerit de fora cum piscato dent duos denarios, et de barca de piscato minuto, duos denarios, et de toto alio piscato dent suum forum. Hec itaque omnia prescrijta uobis pro foro do et concedo, et ad hec eat maiordomus testimonio bonorum hominum et non ad alia. Milites de Monte forti testificentur cum infanzionibus de Portugali. Qui etiam aliquem calcaribus percusserit et testimonio bonorum hominum conuictus fuerit pectet quingentos solidos. De nauigio uero mando quod pretor et duo spadalarii et duo pronarii et unus petintal habeant forum militum. Preterea do uobis et concedo ut uestram almotazariam habeatis et eam pro uoluntate uestra disponatis. Mando eciam ut nec meus pretor uille nec maiordomus nec aluaziles nec aliquis alius audeant afforciare ullum hominem de Monte forti uel de fora de suo pane nec de suo piscato neque de suo uino neque de suis carnibus, neque de aliis rebus suis. Adhuc mando ut mei maiordomi non uadant extra villam aprehendere homines neque raubare nec afforciare, sed si fecerint calumpnias faciant eos uocari per portarium pretoris coram pretore et aluazilibus et sanent eis sicut pretor et aluaziles mandauerint : et Concilium cambiet suos aluaziles annuatim. Preterea mando ut pater non pectet calumpniam pro filio suo sed filius pectet eam si illam fecerit : Et si non habuerit per quod sanet eam, per corpus suum sanet illam. Mando eciam de mauris et de judeis percussis ut ueniant se conqueri pretori et aluazilibus sicut fuit consuetudo tempore patris mei. Adhuc mando ut maiordomi non pignorent ullum hominem de Monte forti donec uocent eum ad Concilium coram pretore et aluazilibus. Addo adhuc amore uestro ut si aliquis pignorauerit sine meo maiordomo aut sine sagione suo aut sine portario pretoris pectet tantum pro quanto pignorauerit, et non plus. Siquis igitur hoc factum meum uobis firmiter seruauerit benedictionibus dei et mei repleatur : Qui uero illud frangere uoluerit maledicionem dei et mei consequatur. Ego Alfonsus predictus Rex una cum uxore mea re-

gina domna Beatrice presentem cartam quam iussi fieri roboro et confirmo. Facta carta mense Maii, apud Vlixbonam, Rege mandante. Era m.^a cc.^a lxxx.^a v.^a Domnus Gonsaluus garsie alferaz, Domnus Egidius martini maiordomus Curie, domnus Alfonsus teliz tenens terram de Bragancia, domnus Andreas fernandi tenens ripam Minii, domnus Alfonsus lupi tenens Sausam, domnus Didacus lupi tenens Viscum, Gonsaluus menendi tenens Panoyas, Martinus egidii tenens trasserram : domnus Martinus archiepiscopus bracarensis, domnus Arias Episcopus Vlixbonensis, domnus Egeas Episcopus Colimbriensis, domnus Rodericus Episcopus Egitanensis, domnus Julianus Episcopus Portugalensis, domnus Egeas Lamecensis Episcopus, domnus Matheus Electus Visensis, domnus Martinus Episcopus Elborensis, confirmant : domnus Johannes de Auoyno test. domnus Menendus suarii, domnus Johannes durandi, domnus Egeas laurencii, Johannes suarii conilius, Rodericus petri superiudex, Martinus petri clericus domini Regis, test. Adde eciam et mando quod vicinus de Monte forti non det montadigo. Domnus Stephanus iohannis Cancellarius Curie. Dominicus petri notarius Curie scripsit.

PAREDES

PAREDES

1257

Simile est hoc forale illi de Bornes, de Eiriz, aliisque ejusdem generis. In Lib. II Donationum, ut aiunt, Alphonsi III invenimus : lectiones varias ex codice Foraes Velhos de Leitura Nova hausimus.

In dei nomine. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod Ego A.¹ dei gratia Rex Port. et Comes Bolon. simul cum vxore mea Regina dona Beatrice facio cartam perpetue firmitudinis vobis populatoribus de Paredes. Do vobis ipsam meam hereditatem cum suis terminis nouis et antiquis quomodo diuidit cum soute-lo, et inde cum jugal, et quomodo cum fonsim, et inde cum trandearas², et quomodo diuidit cum carrazedo, et inde vadit ubi prius incepimus. Do vobis ipsam meam hereditatem, quod scitis quantos uos uolueritis : et detis inde michi annuatim et meis successoribus viii homines viii foros scilicet ii ii modios de pane, stante et ateygatus, medietatem de centeno et medietatem de milio per mensuram de aguilar que³ modo³ ibi est et detis illi in area de kalendis Augusti usque ad festum sancti michaelis de Septembrio⁴ et si non uenerit⁵ pro illo ex parte mea faciatis testimoniis per tribus uicibus de bonis hominibus et non respondeatis de illo pro ipso anno et detis michi annuatim et meis successoribus viii morabitanos per tercias partes anni, secundum consuetudinem terre, et singulas spatulas porcinas cum singulis gallinis et cum decem decem ouis et cum duobus duobus panibus centenis quales eos feceritis in domibus uestris in festo natalis domini in jugal : et detis in madio in colibet⁶ anno iii arictes de singulis annis : et si ibi obieritis detis singulos morabitanos pro luitosa. Habeatis uos istam hereditatem et omnis posteritas uestra in perpetuum pro isto foro superius nominato. Non uendatis nec inpignoretis nisi villano qui suppleat michi dictum forum cum obediencia : non sit generosus nec iunior nec alicuius ordinis. Non pectetis nisi iii callumnias, furtum rausum et homicidium et stercus in ore : et detis pro homicidio x morabitanos medietatem michi et medietatem concilio et similiter de rausso : Et furtum quale fuerit factum tale sit pectatum, et sint per inquircionem bonorum hominum de tribus villis de uestra friuguizia. Non eatis in hostem nisi cum domino Rege quando fuerit de flumine dorii usque ad Minio. Meus riqus⁷ homo⁷ nec suus prestamarius nec suus maiordomus non intret in uestra villa qui uobis iniuriam faciat : istud forum faciatis in colibet⁸ anno et non magis. Et quicumque contra hoc factum nostrum ire temptauerit sit maledictus et cum juda in inferno missus et quantum quesierit tantum duplet et insuper cui uocem suam dederit pectet d solidos : Carta nisi⁹ hominibus⁹ in suo robore permanente. Facta carta mense Junii. Sub Era m.^a cc.^a lxxx.^a v.^a Regnante Rege alfonso in port. Archiepiscopo bracarensis domno M. giraldi, tenente terram de Aguilar Martinus correya et Suerius correya iudice fernam¹⁰ dominici¹⁰. Ego Rex Alfonsus qui hanc cartam iussi facere cum propriis manibus roboro et confirmo. Qui presentes fuerunt, Petrus testis, Johannes¹¹ testis¹¹, Martinus testis. Gomecius notuit.

Et carta¹² fecit Ermigius stephani, et non tenebat sigillum.

1 Alfonsus
2 trandearas
3 quomodo
4 Setember
5 uenerint
6 quolibet

7 ricus homo
8 quolibet
9 nichilominus
10 Fernando dominici.
11 deest
12 cartam

S. MARTINO

S. MARTINHO

1257

Autographa charta, ex cartophylacio monasterii Alcobaciae in Archivum Publicum delata, textum hujus foralis nobis suppeditavit.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti amen. Quoniam cum dies hominum breues sint et afflatum eorum breuis aura consummat, eorum gesta nisi redigantur in scriptis de facili a memoria elabuntur et obliuio sepe impedit ne ad noticiam perueniant posterorum : ICCIRO Nos Frater Stephanus dictus abbas et Conuentus alcobacie notum fieri uolumus omnibus presentem paginam inspecturis quod de communi consensu et beneplacito nostro damus et concedimus hereditatem nostram quam habemus in cauto nostro in loco qui dicitur de sancto Martino sicut diuiditur per focem de selir ex una parte, et ex altera parte quomodo incipit per bicum de longara, et uenit per uallem et tendit ad bregium, Dominico gonsalui, petro mauro, petro maza, Dominico fatorro, Juliano iuliani, Johanni de hisgeiro, et omnibus aliis usque ad numerum sexagenarium, qui eam colere populare uel morare uoluerint, et eorum successoribus iure hereditario in perpetuum possidendam, tali uidelicet conditione quod ipsi et omnes eorum successores persoluant nobis et successoribus nostris quintam partem uini, tritici, ordeï, siliginis, milii, olei, ac leguminum, et omnium aliorum fructuum quos perceperint ex eadem. De fructibus uero ortorum quos coluerint uel habuerint si contigerit eos de ipsis fructibus aliquid uendere uel donare, persoluant nobis quintam partem : similiter de pomis si uendiderint, persoluant nobis et successoribus nostris quintam partem. Piscatores habeant ad opus sue piscationis suum linum, et si forte de illo uendiderint uel donauerint, persoluant nobis et nostris successoribus quintam partem : similiter de omni piscato quod habuerint, persoluant nobis et nostris successoribus decimam, excepto de morena. Laboratores uero de omnibus fructibus quos habuerint, persoluant nobis et successoribus nostris quintam partem, et annuatim in die sancti Johannis bapliste fogazam de uno alqueyre, et unam gallinam. Mandamus etiam et concedimus eis relegum et calumpnias sanctarenenses : omnia alia fora sint ad usum et forum de petrenaria : usque ad tertium annum habeant ipsi ipsam hereditatem uendicatam : de hereditate etiam rupta persoluant quintam partem, et de non rupta eo anno quo rupta fuerit, nichil persoluant : a quatuor annis et supra habeant relegum sanctarenense. Nec sit eis licitum ipsam hereditatem emplazare, uendere uel donare alicui clerico siue religioso aut militi seculari siue alicui alii uel etiam quocunque alio modo alienare, aut in ea successorem aliquem constituere uel heredem siue dominium in alium transferre per quem nostri supradicti redditus possint minui aut aliquatenus impediri. Et ut hoc maioris roboris obtineat firmitatem et nullo modo possit in posterum reuocari, precepimus exinde fieri duas cartas unius et eiusdem tenoris per alfabetum diuisas quarum unam nos retinuimus ipsis populatoribus altera remanente, et eas sigilli nostri fecimus munimine roborari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc cartam nostre donationis et concessionis infringere uel ei ausu temerario contraire : Siquis autem hoc attemptare presumpserit, maledictionem omnipotentis dei et sanctorum eius se nouerit incursum. Actum Alcobacie, Mense Junii : Sub Era m.^a cc.^a xc.^a v.^a : presentibus,

Domno S. abbate — Domno pelagio petri — Domno petro notario — Domno Laurentio—, test.

Domno Menendo petri — Martino petri cantore — Fratre Benedicto — Fratre Johanne pelagii—, test.

Dominicus petri Cellarius medius Notauit.

MIDONES

MIDÕES

1257

An vere municipium verbum concilium in hac charta significet dubitari potest. Non ex alia sententia, nec quidem ab alio singulo verbo in hoc diplomate foralis indolem deducimus. Cùm, vero, dubitarem, rationabilius duximus monumentum hoc in publicum expromere. Apographum authenticum, ex cartophylacio Lawrbunensi in Publicum Archivum delatum, nobis textum praebeuit.

In dei nomine. Sciant omnes homines presentes quam futury quod Ego dona Marina gomeci per gratia dei abbatisa de lorbanano insimul cum consilio conuentui nostro, facio carta vobis concilio de midones pro tali foro quod uos rendatis nobis anuatim anno de ipsam uillam predictam octauam partem de panem et uinum et linum et leguminis : et pro eradiga v alqueires de centeno uel de alium panem qualem abueritis et quatuor alqueires de tritico de fogaza : qui abuerit uinea et casa uel almuyna de sub aqua uel qui abuerit casa siue uinea det una gallina et decem oua uel uinea siue casa et qui laborauerit milii det v alqueires uel una quarta de uino si abuerint uinea qualem uoluerit talem det : et qui abuerit porcum det corazil et si uendiderit ipsum porcum det vna gallina : Ergo si dat ipsos denarios pro bouem uel pro manta non det nullum forum : et si occiderit porcum que ualla x solidos det corazili, et si uenderit eum det vna gallina : de porcu que comparauerit non det nullum forum, et si comederit ibi renouo ipsum porcum det corazil. Maiordomum quando fuerit panem totum in monte accipiat rodum ad montem panis et congreget eum quam melior potuerit, et non com uasoriam laborent omnes de midones et alimpien panem et post hoc clament maiordomum qui accipiet suam porcionem ubicunque desfularen in termino de lorbanano : Et ante que parta maiordomum ipsum panem dent suum directum ad operarios, et quantos fogus tantos foros. Et qui uoluerit uendere ipsam hereditatem uendat ad quid faciat istum forum et de nobis outauam partem de denariis : et non uendant ad milites nec ad omnes dordine nec a donas. Ista sunt caonias, pro omicidio xx morabitos et pro estercore in ore pro roxu uiginti uiginti morabitos; et qui jagar cum feru moudu x morabitos et sanguine super oculos x morabitos : et qui tolerit pignoram ad maiordomum det ipsam pinoram duplatam ad maiordomum : et qui britar testeom de maiordomum, pecte ii solidos : de casa derota sesaginta solidos : Qui meazar maiordomum pecte xx morabitos : qui tirar cuttellu pro ira pecte ii solidos uel perdat eum ipsum cuttellu. Ad istas caonias uadat maiordomum per enquisas de homines bonos et alios non. Bofom det i denariom, de portagem de bestia caregada de pescadu det i solidum, si uenderit eum totum, et si toto non uendiderit auenase com maiordomum, et carega de asino vi denarios, de carega de uino i quarta, de carega de sal de bestia cauallar vno almude, de asino vno alqer, de portagem de bonem pro a labore i solidum, et pro bouem que uoluerint occidere vi denarios uel uaca aliut tantum et pro corium aliut tantum et pro pelle v denarios cordeira facta, pro pelle cabritina facta iii denarios, et allia comparra qualquer de morabito iii denarios, et de porcum ii denarios et de alia resellos singulos denarios, et de bestiam cauallar ii solidos et de asino i solidum et pro penorar maiordomum de morabito iii denarios, et ipsum qui fuerit rebelis persoluat ipsos denarios : todos homines de midones faciant vna careira ad lorbanum uel ad alium locum que posat in ipsum diem uenire ad sua casa com uerbo in ore (?) et cum literas in mano : et de portu, et de barcum i fogaza et vna galina : pro fornos de tegulla singulos singulos i fogaza i galina. Et qui contra istam cartam nostram uenerit sit maledictus et cum iuda traditore inferno damnatus pectet parte auerse d morabitos. Facta carta mense iulii : Sub Era m.^a cc.^a nonagesima quinta. Qui presentes fuerunt, Frater mateus procurator monasterii et dono menendo et dono Egidio et monachis alcobacie, et Johannes petri et Johannes uel capelanis monasterii et iudici de midones dono paaz et Johannes sugerii et petro sugerii et isti sunt testes.

VALLE FLORIDO

VALLE-DE-FLORES

1257

An autographum diploma quod hic edimus (nuper a scrinio sedis Conimbricensis in Publicum Archivum delatum) concessio latifundii sit, pluribus colonis insimul facta; an municipalis instituti parvi cujusdam pagi intra terminos municipii de Belmonte siti non clare patet. Cum vero nobis illud inferioris municipii forale esse plausibilior videatur opinio, juris publici hic facimus.

In dei nomine. Notum sit omnibus presentem cartam inspecturis, quod Nos E. dei gratia Colimbriensis episcopus, Damas et concedimus tale forum, et talem cartam, ut sint xvi populatoribus, et xvi casales, in valle florido, videlicet quod dent celario nostro nomine terratici decimam integre de pane, vino, de leguminibus, et lino : et de ortis cum ad locum uenerimus debent nobis facere honestum seruicium. De vineis autem quas plantauerint in primis tribus annis nichil debent dare, nec de hereditibus de nouo arruptis in primo anno. Et cum debuerint colligere panem, uel vinum, debent uocare Maiordomum nostrum. Et debent ponere pedem cum fecerint vinum bene et fideliter tribus vicibus : et data nobis integre decima debet eisdem residuum remanere. Pro foro autem uniuscuiusque casalis debent dare annuatim in festo sancti Michaelis unum almudem de tritico, unam gallinam, et v^o oua : et pro istud foro debent esse exempti et excusati ab omni fazendeyra et fossadeyra, excepto tamen quod debent nobis facere cum ad locum uenerimus honestum seruicium. In voce, et calumpnia, et in omnibus aliis debent facere secundum forum, et cartam, et consuetudinem de Belmonte. Et si forte aliquis in predicto loco uoluerit uendere suam hereditatem, non uendat militi, nec ordini, sed uendat eam nobis pro tanto pretio, si eam uoluerimus comparare, uel uendat eam vicino, et tali qui faciat dictum forum. Vt autem hoc factum robur obtineat perpetue firmitatis duas cartas per alfabetum diuisas sigillo nostro munitas iussimus inde fieri, quarum una remanet penes nos, et alia penes ipsos populos. Isti sunt termini populancie de valle florido : quomodo partitur per riulum de Lauacolizinos ad infestum, et deinde cum Johanne petri, et Gometio petri, et deinde cum Johanne carneyro, et deinde cum Martinus suerii per petras diuisadas, et deinde per cume de serre de crastadinos aqua uertente, et per diuisiones quod sunt inter Belmonte et villa Colos, et deinde per uenam de Lauacolizinos. Ista populatione est in termino de Belmonte in rippa de Lauacolizinos. Facta carta u^o nonas Julii. Era m.^a cc.^a lxxx.^a v.^a

CODESAES

CODEÇAES

1257

Ex Lib. II Donationum, seu potius Inquisitionum, Alphonsi III textum desumpsimus : lectiones varias ex codice Foraes Velhos de Leitura Nova.

In christi nomine. Ego iudicem¹ Martino martini per mandatum et auctoritatem domini Regis A.² et Comes bolon. facio kartam³ vobis omnibus pernominatos⁴, scilicet Michaeli petri uxori sue Marie petri, Petri martini uxori sue Eluira martini, Dominici petri uxori tue Serra iohanni, Vitali petri uxori eius Goyua⁵ petri : Do uobis omnibus predictos cum uxores uestras hereditatem domini Regis quod habet in termino de uillarino, et habet iacencia ubi uocatur Codesaes quomodo diuidit cum termino de Maagoyra, per quam debidoyro quomodo intrat in orribile corrago, et uadit ad molendinum de Martino gonsalui, et inde per capud de refagio et uadit ad premaculum quot⁶ uocatur de uasco et uadit in directo ad iuso ex alia parte quomodo diuidit dos uillares ex alia parte et quomodo diuidit cum termino de Samardaa et reuertit ubi prius incepimus. Do uobis quantum habent⁷ do-

1 iudice
2 Alfonsi
3 kartam
4 prenominatos

5 Godina
6 quod
7 habet dominus Rex

mini⁷ Reges⁷ infra istius⁸ terminis tali uidelicet pactum⁹ quod faciatis inde forum annuatim, scilicet iii modii et ii quartarii panem medietatem centeni, et aliam medietatem milio, per talicam de villarino ex diem¹⁰ sancti Michaeli de Septembris usque ad festum sancti Martini : et debetis dare iii almudes ceuada cum iii gallinas et cum sex panibus coptos¹¹ quales feceritis in domibus uestris : Item primo die Magii¹² debetis dare ii arietes de singulos annos : panem predictum ducatis per uestram custam ad villa de villarinum in superdictos temporis, et sint stante : et sit (*sic*) maiordomo de prestamario uel suo hominem¹³ noluerit pettere et recipere predictos foros in superdictos temporis, faciatis testimonium bonorum hominum et panem in campum ponatis, et non respondeatis de illum¹⁴ in hoc anno : nen¹⁵ dedes luctosa nec portaginem in terra panoyas : et non uades in apilido¹⁶ nisi cum domino Rege. De totis calupniis¹⁷ non respondeatis nisi tribus si eas feceritis, scilicet, homicidium, rausum, stercoris in ore : de istis tribus calupniis¹⁸ non respondeatis nisi per inquisitionem bonorum hominum : Et sint¹⁹ infiate per uestrum uicinum ipsum quot²⁰ inter uos fuerit uestro²¹ uicario : et postquam fuerit infiate ad iii die ueniant implere directum coram iudicem²², et si noluerint facere directum ad tercia die pectent i libra cera : et pro unius de istis calupniis²³ pectis²³ x^m morabitanos, medietatem ad domino terre, et aliam remanet uobis ad ipsos populatoribus. Habeatis uobis predictas hereditas et omnis posteritas uestra in finem mundi et impleant predictum forum : non habeat hereditatem predictam nisi populatorem hominum : rumpatis fluctificetis non alienetis eam non testetis, non inplazetis : hoc²⁴ foros predictos faciatis sicut supradictos sunt et non plus. Siquis uero uenerit homo qui uobis fecerit iniuriam sit maledictus²⁵ amen. Facta kartam²⁶ mense septembris : sub Era Millena cc.^a xc.^a v.^a Ego predicto iudicem²⁷ hanc cartam quam iussi facere eam roboro : test. Johannes, Petrus, Martinus, testes.

Et ista carta non erat sigillata nec tenebat signa.

8 istis
9 pacto
10 die
11 coctos
12 Maii
13 homine
14 illo
15 Non
16 apelido
17 calumpniis

18 calumpniis
19 sunt
20 quod
21 in vestro
22 iudice
23 calumpniis pectetis
24 hos
25 maledictus
26 carta
27 iudice

TINELA

TIXHELA

1257

Ad genus illorum de Bornes, Eiriz et aliorum pertinet forale de Tinhela illudque de Nuzedo quod hic sequitur. Ex Lib. ii Donationum, ut aiunt, Alphonsi III textum sumpsimus : ex codice Foraes Velhos de Leitura Nova lectiones varias hausimus.

In dei nomine. Notum sit tam presentibus quam futuris, quod Ego A.¹ dei gratia Rex Port. et Comes Bolon. facio cartam perpetue firmitudinis uobis populatoribus de Tinela : do uobis quantam hereditatem habeo in ipsa villa et in suo termino quomodo diuidit cum Tinela de jusana, et deinde cum reuel, et inde cum conas, et quomodo diuidit cum trasmiris, et inde cum tasindi per passionem, et quomodo diuidit cum termino de tinela cum na lagoa, et inde cum baruadanibus de susaes, et inde cum baruadanibus de jusanes, et quomodo diuidit cum Eyriz, et inde cum bornes, et inde uadit ubi prius incepimus. Do uobis ipsam meam² hereditatem² quod faciatis inde michi annuatim et successoribus meis xv homines xv foros : Et satis magis si uolueritis, scilicet, quod detis inde michi annuatim, et meis successoribus, ii ii modios de pane duas tercias de centeno et i tercia de milio per mensuram de soutilo que modo ibi est. Et detis istum panem ateygados, et non manu positus : et detis eum de kalendis agusti³ usque ad festum sancti Michaelis de septembrio⁴, et detis eum in area in uestra villa : et si non uenerit pro eo ex parte mea faciatis testimoniis de tribus uicinibus⁵ de bonis hominibus de uestra villa : et non respondeatis de illo pro ipso anno. Et detis in festo natalis domini xv spatulas porcinas in jugali cum singulis gallinis et cum x^{em} x^{em} oua et cum ii ii panes centenos quales eos feceritis in domibus uestris. Et detis michi annuatim singulos morabitanos, et istos morabitanos detis per cias⁶ partes anni, secundum consuetudinem terre : et detis michi viii arietes

1 Alfonsus
2 hereditatem meam
3 augusti

4 setembro
5 vicinis
6 tercias

de singulis annis pro collecta in Madio : et si aliquis homo de istis xv obierit in uestra villa dent i morabatinum pro luctosa : si occideritis uenatum in uestro termino detis de vrso manus, et de ceruo, et de curzo lunbo⁷, et de porco quarazil⁸ : non pectetis nisi iii calupnias⁹, furtum, rausum, homicidium, stercus in ore : et detis pro homicidio x morabitanos, medietatem michi et medietatem uestro concilio, et similiter de rauso : furtum quale fecerit tale petet¹⁰ secundum consuetudinem terre : et iste calupnie¹¹ iudicentur per inquisitionem bonorum hominum de uestra villa : non respondeatis de apostilia : non eatis in oste¹² nisi cum domino Rege quando fuerit de flumine Dorii usque ad minium : meus Riqus homo nec suus prestamarius nec suus maiordomus non intrent in uestra villa qui uobis iniuriam facit : et detis pro uodo x quartarios de pane : istud forum que resonat in ista carta faciatis semel in anno et non magis. Habeatis uos istam hereditatem et omnis posteritas uestra im perpetuum pro isto foro superius nominato. Quicumque igitur contra hoc factum meum ire temptauerit sit maledictus et cum iuda in inferno misus¹³, et quantum quesierit tantum duplet, et insuper cui nocem suam dederit, pectet c morabitanos : carta nichilominus in suo robore permanente. Facta carta in mense decembris : sub Era m.^a cc.^a lxxx.^a v.^a Regnante rege A.¹⁴ in Port. Archiepiscopus Bracarenensis domno Martino geraldiz, tenente terram de Aguiar Martinus correya et Suerius¹⁵ correya, iudex F.¹⁶ dominici. Ego Rex A.¹⁷ qui hanc cartam iussi facere eam propriis manibus roboro et confirmo : pro rebora i arietem. Qui presentes fuerunt, Petrus testis, Johannes testis, Martinus testis, Gomecius notuit.

Et ista carta non erat sigillata nec tenebat signa.

7 lumbo
8 corazil.
9 calumpnias
10 pectet
11 calumpnie
12 hoste

13 missus
14 Alfonsus
15 Stephanus
16 deest
17 Alfonsus

NUZEDO

NUZEDO

1257

Ex Lib. i Donationum, seu Regestorum, Alphonsi III textum descripsimus. Accedunt lectiones variae ex Lib. ii Donationum, sic dicto, ejusdem regis.

In dei nomine Amen¹. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, Quod ego Alfonsus dei gratia Rex Port. et Comes Bolon. vna cum vxore mea Regina domna Beatrice illustris Regis Castelle et Legionis filia, facio cartam de foro vobis populatoribus de Nuzedo. In primo mando uobis quod sitis in ipsa villa de Nuzedo viginti quatuor² populatores uel plures si uolueritis : et detis mihi et omnibus successoribus meis annuatim viginti quatuor³ foros, et detis pro foro quilibet uestrum duos duos modios de pane stante et atteygato annuatim medietatem centeni et medietatem milii per mensuram de Aquilari que ibi modo est : et detis istum panem in area a kalendis augusti usque ad festum sancti Michaelis de Septembro⁴ : et si non uenerint⁵ pro eo faciatis testificari tribus uicibus cum bonis hominibus et non respondeatis de eo pro⁶ ipso anno. Et detis quolibet anno viginti quatuor morabitanos ad tercias anni secundum consuetudinem terre : et detis quolibet anno viginti quatuor⁷ spatulas porcinas in festo Natalis domini in jugal cum duobus duobus panibus centenibus quales eos feceritis in domibus uestris, et singulas gallinas cum decem decem ouis. Et detis annuatim in mense Maii⁸ duodecim arietes de singulis annis. Do uobis istam hereditatem quomodo⁹ diuidit cum Ciudadeylia¹⁰, et quomodo diuidit cum Caluos, et inde cum Guyllado et quomodo diuidit cum Tinela de iusana, et quomodo diuidit cum villa mediana, et inde cum Cabanis, et inde uadit ubi prius incepimus. Do uobis totam hereditatem meam quam habeo infra istos terminos pro isto foro superius nominato. Habeatis uos et omnes successores uestri supradictam hereditatem in perpetuum, et soluatis mihi et omnibus successoribus meis supradictum forum annuatim. Et si ibi obieritis¹¹ detis singulos morabitanos per¹² luytosa. Istud forum faciatis semel in anno, et non magis. Non pectetis nisi quatuor calumpnias scilicet furtum, rausum, homicidium, et stercus in ore : et detis pro homicidio et rauso et stercore in ore pro quolibet eorum decem morabitanos, medietatem mihi et medietatem Concilio : furtum si factum fuerit nouies conponatur. Non respondeatis de apostilia nisi de istis quatuor calumpniis : et sint in-

1 deest
2 et quatuor
3 et quatuor
4 Septembrio
5 uenerit
6 de

7 et quatuor
8 Madii
9 comodo
10 Ciudadela
11 habueritis
12 pro

quisite per bonos homines de ipsa villa ubi facta fuerit calumpnia. Non eatis ad castellum nisi duodecim de uobis quales index uester uiderit pro bono, quando necesse fuerit. Meus Riquus homo neque suus prestamarius neque¹³ suus¹³ maiordomus¹³ non pausent¹⁴ neque¹⁴ intrent in uestram villam qui uobis iniuriam faciant. Non uendatis nec donetis nec impignoretis supradictam hereditatem nisi talibus hominibus qui mihi¹⁵ faciant¹⁵ de ea¹⁶ supradictum forum. Facta carta Mense Decembris, apud Colimbriam, Rege mandante per domnum Egidium martini maiordomum Curie, et per Cancellarium. Dominicus petri fecit. Era. m.^a cc.^a lxxxx.^a v.^a

13 desunt
14 pausent nec

15 faciant mihi
16 eas

FERREIROS .

FERREIROS

1258

In Lib. I Donationum (sic dicto) Alphonsi III forale hoc inuenimus. Ex Lib. II ejusdem regis lectiones varias hausimus.

In christi nomine et eius gratia. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego A.¹ dei gratia Rex Port. et Comes Bolon. facio cartam de foro uobis meis populatoribus de ferreiros nomine Dominico pelagii et uxori eius Sancie martini, et Martino petri et vxori eius Eluire martini, et Geraldo iohannis et uxori uestre Marie geraldii, et Johanni menendi et uxori uestre Maiori fernandi, et Geraldo gonsalui² et uxori uestre Orrace pelagii, et Petro gonsalui et vxori uestre Eluire petri, et Martino iohannis et uxori uestre Maiori petri, et Fernando fernandi et uxori uestre Tarasie iohannis, et Stephano pelagii et uxori uestre Marie gomecii, et Johanni petri et uxori uestre Maiori menendi, et Vivaci petri, de tota ipsa mea hereditate regalenga quam habeo in ipso loco³ de ferreiros tali uidelicet pacto quod uos et omnes uestri successores detis inde mihi et omnibus meis successoribus annuatim xi modios de pane mediato, medietatem⁴ de centeno et aliam medietatem de milio : et a quinque annis primo transactis ad supra xi modios de uino in torculari : et pro parata⁵ v^o talegas inter panem et uinum omnes insimul. Et debetis mihi dare annuatim pro sauto quod ibi est xi morabitanos : et istum panem debetis mihi dare a festo sancte Marie de Augusto usque ad⁶ festum sancti Michaelis de Septembro⁷. Et debetis mihi dare ipsos morabitanos de sauto annuatim in festo sancti Martini : et omnes insimul debetis mihi dare annuatim quinque carneyros⁸ prima die Madii⁹ de singulis annis. Et Maiordomus uel ille qui loco mei steterit debet recipere ipsos foros in supradictis temporibus annuatim : et si noluerit eos recipere sicut dictum est supra tunc faciatis testimonium de bonis hominibus de hoc, et non respondeatis inde pro ipso anno. Et si mactaueritis ursum detis inde mihi manus : et si mactaueritis porcum siluestrem aut ceruum, aut corçum, de quolibet illorum date¹⁰ mihi unum lumbum¹¹ : et si non dederitis mihi istos condatos, debetis pro quolibet illorum pectare unam libram de cera : et post tres annos primo transactos uendatis et donetis ipsam hereditatem si uolueritis talibus hominibus qui compleant mihi supradictum forum sine aliqua contradictione : et istud faciatis et non magis de foro, sicut superius est expressum : et mando quod non detis portaginem in terra de pannoniis, nec debetis dare luctosam, nec debetis ire in fossatum¹² nisi cum¹³ corpore meo. Et dominus terre nec prestamarius nec maiordomus non pausent uobis in ipsa villa de ferreyros. Et debetis mihi dare ipsum panem et ipsum uinum per mensuram de canedo¹⁴, que modo ibi est : et ponatis super uos maiordomum de uestra villa, et ipse maiordomus petat a uobis ipsos foros sicut superius est expressum, et persoluat eos mihi uel cui ego mandauero : non pectetis nisi tres callumpnias¹⁵ si eas feceritis scilicet rausum, homicidium, et¹⁶ sterco¹⁷ in ore : et pro qualibet earum decem morabitanos, et de istis decem morabitanis detis septimam partem palatio, et alias sex partes debetis retinere pro ad uos. Et iste calumpnie¹⁸ debent probari testimonio bonorum hominum : furtum nouies componatur : et fideiussoria de uestra villa non sit nisi de una libra de cera : et ad terciam diem ueniat facere directum ipse que fuerit emfiatus¹⁹ perante iudicem de terra : et si non uenerit complere directum pectet unam li-

1 Alfonsus
2 gonsalui
3 loquo
4 et medietatem
5 parada
6 ad a
7 Septembrio.
8 carnarios
9 maii
10 detis

11 lumbum
12 fossadum
13 con
14 caendo
15 calupnias
16 deest
17 stercus
18 callupnie
19 infatus

bram de cera : de apostilia non respondeatis. Do et concedo uobis ipsam hereditatem ad ipsum forum superius nominatum, cum suis terminis : primo quomodo diuidit per portum de ripa forana et uadit ad cotum, et inde ad puteum de porta, et inde quomodo diuidit cum termino de villa seca, et uadit ad portum de piiscaes et descendit per uenam de corrego, et inde quomodo diuidit Seesmires cum Moncezelos²⁰, et ferit in uenam de cabrili, et inde quomodo descendit per ipsam uenam et ferit in fozem de machados, et uadit superius per uenam usque ad molendinum de fabro, quomodo diuidit cum termino de refonteyra²¹ et de villa marim : et debetis habere totum ipsum meum regalengum de Lordelo²² quantum ibi fuerit cognitum, et si ibi fuerit regalengum absconsum debet esse meum : et inde quomodo diuidit cum boruela, et uenit directe ad ipsum portum ubi prius incepimus : et uos persoluatis annuatim ipsos foros superius nominatos in ipsa villa de ferreiros : et mando et concedo quod uos et omnis²³ uestra posteritas habeatis ipsam hereditatem cum suis terminis iure hereditario in perpetuum possidendam, quod uos et omnes uestri successores faciatis mihi et omnibus meis successoribus supradictum forum. Datum apud Colimbriam, III^o die Januarii, Rege mandante per Cancellarium, et per Rodericum petri superiudicem. Ro.²⁴ petri fecit. Era M.^a CC.^a LXXX.^a VI.^a

²⁰ Montezelos
²¹ refentoyra
²² Loordelo

²³ omnes
²⁴ Rodericus

STREMOZ

ESTREMOZ

1258

Ex Lib. I Donationum, seu potius Regestorum, Alphonsi III descripsimus. Adjecimus translationem (coaetaneam forte) in linguam vernaculam, quae ab antiquo in Publico seruat Archivo.

In christi nomine et eius gratia. Notum sit omnibus presentibus et futuris, Quod ego Alfonsus dei gratia Rex Port. et Comes Bolon. una cum uxore mea Regina domina Beatrice illustris regis Castelle et Legionis filia, do et concedo uobis omnibus populatoribus de Stremoz presentibus et futuris pro foro uestro forum de Sanctarena, excepta iugada quam uobis et successoribus uestris in perpetuum quito : et reseruo mihi et omnibus successoribus meis montadigum, et medietatem de omnibus molendinis azeniis pisonibus constructos et construendis in toto termino de Stremoz : et reseruo mihi meos regalengos de agria loura, et de Sousel et de Azougues, et de Ameyxeal per ubi eos tenebant fratres pro ad se : et reseruo mihi vineam, et almuyam, et azougues, et illas casas quas fratres tenere solebant pro ad se, et ochauas si eas ibi fecerint. Et isti sunt termini de Stremoz quos do et concedo eidem ville de Stremoz : uidelicet sicut intrat aqua de Zafardela in Teram, et eundo per ipsam aquam usque ad directum de capitibus de zafardela, et inde ad ipsa capita de Zafardela, et de ipsis capitibus eundo directe ad serram de ossa directe per cumen magis altum, et de ipsa serra uertentibus aquis ad Teram : Et de ipsa serra quomodo descendit ad Semedeyrum de Elbora qui uadit pro ad Jurumeniam, et quomodo intrat ipsum semedeyrum in aquam de vdy de aluiciuez et inde ad caput de mathos, et inde quomodo diuidit Stremoz cum Jurumenia, et inde quomodo diuidit Borua cum Jurumenia, et cum

En nome de deus e da sua graça. Conhoscam todos os presentes e os que am de uiir, Que Eu Dom Afonso pela graça de deus Rey de Port. e Conde de Bolonha en senbra com mha molher Dona Beatriz, filha do muy nobre Rey de Castella e de leom, Dou e outorgo a uoz e a todolos pobradores destremoz presentes e auidoiros por uosso foro o foro de Santarem saluo a jugada que a uoz e a todollos uossos suçessores pera senpre quito. E quero pera mym e pera todos os meus sucesores o montadigo, e ameiedade de todolos moynhos e azenhas e pisões feitos e por fazer en todo o termho de Stremoz. E quero pera mym os meus ragaengos da anhaloura, e de sousel, e dos açougues, e do ameixcal, per u os os freires tiinham pera sy. E quero pera mym a uinha e a almoinha, e os açougues, e aquelas cassas que os freires soiam a teer pera ssy, e as oytuas se as y fezerem.

Estes som os termhos destremoz que dou e outorgo a esa meesma uila de Stremoz : Conuem a saber, assy como entra a aqua da çafargella en thera, e indo per essa aqua até o dereyto das cabeças da çafargella : Emde a essa cabeça da çafargella, e dessas cabeças hir dereitamente aa sserra da Ossa, directamente pelo cumen mais alto dessa sserra aguas uertentes escontra thera : E des essa serra asy como decende ao Semedeyro deuora que uay pera jurumenha, e como entra esse semedeiro em na aqua doliceuce : E ende aa cabeça de machos : E ende commo parte Stremoz com Jurome-

Eluis, et inde per ubi diuidit Stremoz per matham de Alcarauiza cum Eluis, aquis uertentibus contra Stremoz, et de ipsa matha quomodo uadit directe ad marcum desuper veyros per ubi diuidit veyros cum Stremoz, et deinde directe per marcos qui fuerunt positi inter me et fratres de Auys eundo directe ad serram de Stremoz ubi sedet unus marcus, et deinde directe ad alium marcum qui sedet in Almadafe, et de ipso marco quomodo uadit directe ad marcum qui sedet in Teram sub ubi intrat aqua de zafardela ubi prius incepti diuisiones istorum terminorum. Et forum de Sanctarena quod uobis populatoribus de Stremoz do et concedo, tale est : In primo do uobis itaque pro foro ut qui publice coram bonis hominibus casam uiolenter cum armis ruperit pectet D solidos, et hoc sit sine uozeiro : Et si infra domum ruptor occisus fuerit, occisor uel dominus domus pectet I morabatinum, et si ibi uulneratus fuerit, pectet pro eo medium morabatinum. Similiter pro homicidio et rouso publice facto pectet D solidos : pro merda in buca LX solidos pectet testimonio bonorum hominum. Furtum cognitum testimonio bonorum hominum nouies componatur. Qui relegum uini regis ruperit, et in relego suum uinum uendiderit testimonio bonorum hominum si inuentum fuerit, primo pectet V solidos, et secundo V solidos : et si tercio iterum inuentum fuerit testimonio bonorum hominum, uinum totum effundatur, et arcus cuparum incidantur. De uino de fora dent de unaquaque carrega I almude, et uendatur aliud in relegum. Et habitatores de Stremoz habeant libere tendas, fornos panis scilicet et ollarum : Et de fornos de tegula dent decimam. Qui extra cautum hominem occiderit pectet LX solidos : Et qui uulnerauerit hominem extra cautum pectet XXX solidos. Qui in platea aliquem armis uulnerauerit pectet medietatem homicidii. Qui arma per iram denudauerit uel a domo ea extraxerit per iram et non percusserit pectet LX solidos. Et homines de Stremoz habeant hereditates suas populatas, et illi qui in eis habitauerint pectent pro homicidio et rouso noto et merda in buca LX solidos, medietatem scilicet regi et medietatem domino hereditatis, et eant in apellitum regis et nullum aliud forum faciant regi. Et almozaria sit de Concilio, et mittatur almozace per alcaide et per Concilium ville : et dent de foro de uaca I denarium : Et de zeuro, I denarium, et de ceruo, I denarium, et de bestia de piscato, I denarium, et de barca de piscato, I denarium : Et de iudicato, similiter : Et de alcauala, III denarios : de ceruo, et de zeuro, et de uaca, et de porco, I denarium, et de carneyro I denarium : Piscatores dent decimam : De equo uel de mulo uel de mula, quem uendiderint uel emerint homines de fora a decem morabatinis et supra dent unum morabatinum, et a decem morabatinis et infra dent medium morabatinum : De equa uendita uel comparata dent duos solidos : De boue duos solidos, et de uaca, I solidum, et de asino et de asina, I solidum, et de mauro et de maura, medium morabatinum : de porco uel de carnario, II de-

nha : E ende commo parte Borua com Juromenha, e cum Eluas : Ende per u parte stremoz pela mata de alcarauiça cum Eluas aguas uertentes contra Stremoz : E dessa matha commo uay dereytamente ao marco de sobre ueiros, per u parte ueiros cum stremoz : E desse dereytamente pelos marcos que foram postos antre mym e os freires dauis, indo dereitamente aa serra destremoz hu see huum marco e dess y dereitamente ao outro marco que ssee no almadafe : E desse marco commo uay dereitamente ao outro marco que see en thera, so u entra a agua da çafargela hu primeiro comeci as diuisões destes thermos.

E o foro de santarem que a uoz pobradores destremoz dou e outorgo é tal : Primeiramente uos dou por foro que aquel que publicamente perante homens boons cassa corronper com armas peite D solidos, e esto seia sem uozeiro : E sse o rronpedor dentro en na cassa for morto o matador ou o senhor da cassa peite huum marauedi, e se hi chagado for peite meio marauedi. Semelhauilmente por homizio e rrouso publicamente feito peite D solidos. Por merda en boca peite LX solidos per testemunho domeens boons. Furto conhecido per testemoyno domeens boons componhasse per nouenas. Todo homem que o relego do uinho delRey rronper e em no rrelego seu uinho uender per testemoyno domeens boons e for achado a primeira uez peite V solidos, e a segunda V solidos : e da terçeyra se er for achado per testemunho domeens boons talkenlhy os arcos aa cuba e uertanlhy o uinho per terra. Do uinho que ueer de fóra dem de cada huma carrega huum almude e o outro se uenda em no relego. E os moradores destremoz aiam liurementemente tendas e fornos de pam e dollas : E dos fornos da telha dem dezima. Quem fóra do couito homem matar peite LX solidos e aquel que o chagar aalem do couito peite XXX solidos. E aquel que en praça alguem com armas chagar peite ameiadade do homezio. Todo aquel que armas per sanha tirar ou as da cassa sacar per sanha e com elas nom chagar peite LX solidos. E os homens destremoz aiam as sas herdades pobradas, e aqueles que em elas morarem peitem por homezio e rrouso conhecido e por merda en boca LX solidos, ameiadade a elRey, e ameiadade ao senhor da herdade : e uaam em apelido delRey, e nom façam outro foro nenhuum a elRey. E a almozaria seia do Conçelho, e metase o almozace pelo alcaide, e pelo Conçelho da uila : e dem de foro da uaca I dinheiro, e do zeuro I dinheiro, e do çeruo I dinheiro, e de besta de pescado I dinheiro, e de barca de pescado I dinheiro, e do almozado semelhauilmente I dinheiro, e da alcauala III dinheiros : De çeruo e de zeuro e de uaca e de porco e de carneyro I dinheiro : Pescadores dem dezima : De caualo ou de muu ou de mua que uenderem ou comprarem homens de fóra des dez marauedis a iusso dem huum marauedi, e des X marauedis a iusso dem meio marauedi : De egua uendada ou comprada dem II solidos : e de boy II solidos : e de uaca huum

narios : de caprone uel de capra, i denarium : de carrega de azeyte, uel de coriis boum uel zeurorum uel ceruorum dent medium morabatinum : de carrega de cera, medium morabatinum : De carrega de anyl, uel de panis, uel de pellibus coneliorum uel de coriis uermeliis uel albis uel de pipere uel de grana unum morabatinum : De bragali, ii denarios : De uestitu de pellibus, iii denarios : De lino uel de alliis, uel cepis, decimam : de piscato de fora, decimam : de concas, uel de vasis lineis decimam : et pro omnibus hiis carregis quas uendiderint homines de fora, et portagium dederint si alias proprias emerint non dent portagium ex eis : De carrega panis uel salis quam uendiderint uel emerint homines de fora, de bestia caualari uel mulari dent iii denarios, de asinari iii medalias. Mercatores naturales ville qui soldadam dare uoluerint recipiatur ab eis : si autem soldadam dare noluerint dent portagium : De carrega de piscato quam inde leuauerint homines de fora, dent sex denarios. Balestarii habeant forum militum. Mulier militis que uiduauerit habeat honorem militis usque nubat : Et si nubserit pediti, faciat forum peditis. Miles qui senuerit uel qui ita debilitauerit quod exercitum facere non possit, stet in honore suo : Si autem mulier militis uiduata talem filium habuerit qui cum ea in domo contineatur et caualariam facere potuerit faciat eam pro matre. Almocreue qui per almocreueriam uixerit faciat forum suum semel in anno. Miles uero qui equm suum aut bestias suas ad almocreueriam miserit nullum forum de almocrauaria faciat. Coneliarius qui fuerit ad sugeyram et illuc manserit det follem vnus conelii : et qui ibi moratus fuerit octo diebus uel amplius det conelium unum cum pelle sua : Et coneliarius de fora det decimam quociens uenerit. Moratores de Stremoz qui panem suum uel uinum uel ficus uel oleum in vlixbona habuerit uel in aliis locis et ad Stremoz illud ad opus sui duxerint et non ad reuendendum non dent inde portagium. Qui cum aliquo rixauerit et post rixam domum suam intrauerit et ibi inuito consilio acceperit fustem uel porrinam et cum percusserit pectet xxx solidos : Si autem inconsulte, et casu accidente percusserit, nichil pectet : inimicus de fora non intret in villam super inimicum suum nisi per treugas, aut pro directo illi dare. Si equus alicuius aliquem occiderit dominus equi pectet aut equm aut homicidium quod horum domino equi placuerit : et clericus habeat forum militis per totum, et si cum muliere turpiter inuentus fuerit, maior-domus non mittat manum in eum nec aliquo modo eum capiat, sed mulierem si uoluerit capiat testimonio bonorum hominum. De madeyra que uenerit per fluuium unde dabant octauam dent decimam. De atalaya de villa debet tenere Rex medietatem, et milites medietatem suis corporibus. Militem de Stremoz cui meus diues homo benefecerit de terra sua uel de habere suo per quod eum habeat, ego recipiam eum meo diuiti homini in numerum suorum militum. Maiordomus uel sagio eius non eant ad domum militis sine portario pre-

M. L. Tom. I.

soldo : e dasno ou dasna, huum soldo : e de mouro ou de moura, meio marauedi : e de porco ou de carneyro, ii dinheiros : e de cabra ou de cabram, huum dinheiro : e de carrega dazeite ou de coiros de bois, ou de zeuros ou de çeruos, dem meio marauedi : e de carrega de çera, meio marauedi : e de carrega danil ou de panos ou de pelles de coelhos, ou de coiros uermelhos ou aluos, ou de pimenta, ou de graa dem huum marauedi : e de bragal, ii dinheiros : e de uestido de peles, iii dinheiros : e de linho ou dalhos ou de çebolas dem dezima : e de pescado de fóra dem dezima : E de cuncas ou de uassos de madeiro dem dezima. E por todas estas carregas que uenderem homens de fóra e portaiem derem, e outras suas conprarem nom dem delas portaiem. E de carrega de pam ou de sal que uenderem ou conprarem homens de fóra, da besta caualar ou muar dem iii dinheiros, e da besta asnal, iii mealhas. Mercadores naturaacs da uilla que soldada dar quiserem filhena delles, e se a soldada dar nom quiserem dem portaiem. Da carrega do pescado que ende leuarem homeens de fóra dem vi dinheiros. Besteiros aiam foro de caualeiros. A molher do caualeiro que uiuar aia honrra de caualeiro até que casse : e se se casar com peom faça foro de peom. O caualeiro que enuelheçer, ou en tal maneira enfraquezer e que oste nom possa fazer estè en ssa honrra. E sse per uentura molher de caualeiro uiuua tal filho ou uer que con ela mantenha cassa e caualaria possa fazer, façaa pola madre. Almocreue que per almocreuaria uiuer faça seu foro huma uegada em no ano. Todo caualeiro que seu caualo ou sas bestas a almocrauaria meter nom faça ninhuum foro dalmocreue. Coelho que for aa soicira e lá manser dê huma pele de coelho, e sse aló morar viii dias ou mays dê huum coelho con ssa pelle. E o coelho de fóra dê dezima quando ueer. Mercadores destremoz que seu pam ou seu vinho ou figos ou azeite en lixbõoa ou en outros logares ounerem e a stremoz pera ssa prol os trouxerem e nom pera uender, nom dê ende portaiem. Todo aquel que con outro baralhar e depois da barralha sa casa entrar e hy auudo conselho filhar páo ou porra e o ferir peite xxx soldos : E se o per uentuyra ferir nom conselheiramente nom peite nada. O emiigo de fóra nom entre na villa sobre o seu emiigo senom per tregua ou por lhe fazer dereito. Se o caualo algum daguem (*sic*) matar o senhor do caualo peite o cauallo ou o homezio qual daquestes ao senhor do caualo prouguer. E todo clerigo aia honrra de caualeiro per todo : e se com molher torpemente for achado, o moordomo nom meta em el mão, nem per nenhuma maneira nom o filhe, mays a molher se quiser filhea per testemunho domeens boons. De madeira que ueer per rrio onde dauam oytaua dem decima. Da athalaia da uilla deue ElRey teer ameiedade per seus corpos. Caualeyro destremoz a que o meu Rico homem bemfezer de ssa terra ou de seu auer per que o aya, Eu o rrecebo ao meu Rico homem en conto de seus caualeiros. O moordomo ou o seu ssayon

171

toris : et meus nobilis homo qui Stremoz de me tenuerit, non mittat ibi alium alcaide nisi de villa de Estremoz. De casis quas mei nobiles homines aut freyres aut hospitalarii aut monasteria in Stremoz habitauerint, faciant forum ville sicut ceteri milites de Stremoz. Gatum perditicium quod maiordomus inuenerit teneat illud usque tres menses, et per singulos menses faciat preconem de eo dari, ut si dominus eius uenerit detur ei : si autem dominus eius preconem dato usque ad tres menses non uenerit tunc maiordomus faciat de eo commodum suum. De caualgada de alcaide nichil accipiat alcaide per uim, nisi quod ei milites amore suo dare uoluerint. De caualgada LX militum et supra diuidant mecum in campo. Faber aut zapatarius aut pilitarius qui in Stremoz casam habuerit et in domo sua laborauerit non det de ea ullum forum. Et qui maurum fabrum aut zapatarium habuerit et in domo sua laborauerit non det pro eo forum. Qui autem ministeriales ferrarii uel zapatarii fuerint, et per officium istud uixerint, et casas non habuerint, ueniant ad tendas meas, et faciant mihi forum. Qui equum uendiderit uel comparauerit uel maurum extra Stremoz ubi cum comparauerit uel uendiderit ibi det portagium : et pedites quibus suum habere dare debuerint, dent inde decimam maiordomo, et maiordomus det eis pro decima directum : Et si pro decima eis dare directum noluerit, tunc pretor faciat eis directum dari per suum portarium. Et homines qui habitauerint in hereditatibus de Stremoz si furtum fecerint ut supradictum est, componatur medietatem regi, et medietatem domino hereditatis. Moratores de Stremoz non dent luytosam. Adaliles de Stremoz non dent quintam de quinionibus suorum corporum. Milites de Stremoz non teneant zagan, et deanteqram teneant in exercitum regis. Panetarie dent pro foro de triginta panibus unum. Portagia uero et forum et quinte sarracenorum et aliorum ita persoluantur sicut consuetudo est, exceptis hiis que superius scripta sunt, et uobis relinquo. Pro alcaidaria de una bestia que uenerit de fora cum piscato dent duos denarios, et de barca de piscato minuto duos denarios, et de toto alio piscato dent suum forum. Hec itaque omnia prescripta uobis do pro foro et concedo et ad hec eat maiordomus testimonio bonorum hominum, et non ad alia. Milites de Stremoz testificentur cum infanzonibus de Portugali. Siquis igitur hoc meum factum uobis firmiter seruaerit benedictionibus dei et mei repleatur : Qui uero illud frangere uoluerit maledicionem dei et mei consequatur. Qui eciam aliquem calcaribus percusserit testimonio bonorum hominum conuictus fuerit pectet D solidos. De nauigio uero mando ut alcaide, et duo spadalarrii, et duo pronarii, et unus pitintal habeant forum militum. Do uobis eciam et concedo ut uestram almotazariam habeatis, et eam pro uoluntate uestra disponatis. Mando eciam ut nec meus pretor ville nec maiordomus nec aluaziles nec aliquis alius audeat afforciare ullum hominem de Stremoz uel de fora de suo pane nec de

nom uam a cassa do caualeyro sem porteyro do Alcaide. E o meu nobre homem que Stremoz de mym tener nom meta y outro homem por alcaide senom destremoz. Das cassas que os meus nobres homeens, ou freires, ou espitaleiros ou moesteyros en stremoz morarem façam foro da uilla assy como todolos outros caualeiros. Gaado perdudo que o moordomo achar tenha o até tres messes, e per cada mes o faça apregoar, e se seu dono ueer denlho : e se per uentuyra seu dono o pregom dado até os tres messes nom ueer, entom o moordomo faça del sa prol. De caualgada dalcayde o alcaide nom filhe ende nenhuma coussa per força senon aquilo que lhy os caualeyros por seu amor quiserem dar. Da caualgada de LX caualeiros a susso partam começo en canpo. Ferreiro, ou çapateiro, ou peliteyro que en stremoz cassa ouuer, e en ssa cassa trabalhar, nom faça dela foro. E todo aquel que mouro ferreyro ou çapateyro ouuer e en sa cassa trabalhar nom faça del foro. E todos aqueles que meesteiraes ferreiros ou çapateyros forem, e per este ofizio uiueren e cassas de seu nom ouuerem, uenham aas mhas tendas e façam a mym meu foro. E todo aquel que uender ou comprar caualo ou mouro fóra destremoz, hu o comprar ou o uender hy dê portaiem. E todollos peões a que auer seu deuerem a dar den ende dezima ao moordomo, e o moordomo dê a eles pola dezima o seu dereito : E se lhis pola dizima nom quiser dar dereito entom façalhis o alcaide auer deryto pelo seu porteyro. E os homens que morarem en as herdades destremoz se fezerem furto asi como dito he conponham ameiedade a elRey, e ameiedade ao senhor da erdade. Os moradores destremoz nom dem luytossa. Os adaliles destremoz nom dem dizima quinta de quinhões de seus corpos. Caualeiros destremoz nom tenham çaga, e tenham a deanteira na hoste delRey. Paadeiras dem por foro de trinta pães hum. Portagem, e o foro, e as quintas dos mouros e dos outros asi sse pague commo custume he, tiradas aquellas coussas que som de suso escritas que uos leixou (*sic*). E por alcaidaria dhuma besta que ueer de fóra con pescado dem II dinheiros : E de barca de pescado meudo dem II dinheiros : E de todo outro pescado dem seu foro. E todas estas coussas escritas uoz dou e outorgo por foro : e a estas coussas uaa o moordomo e nom outras per testemunho domeens boons. Caualeiros destremoz seiam testemoynados con infanções de portugal. E quen a uos este meu feito firmemente aguardar, aya a beencõem de deus e a minha : e aquel que o britar quiser aiá a maldiçom de deus e a minha. E quem outro con sporas ferir e lhe for prouado per homens boons peite D soldos. E mando que do nauio o alcaide e dous espadaleiros e dous proeiros e hum petintal aiam foro de caualeiros. E dou a uos e outorgo que aiades uossa almotazaria e que façades dela o que for uossa uontade. Mando mays que nem meu alcaide da uilla nem moordomo nem aluaziis nem nenhuum outro ouusse forçar ninhuum homem destremoz ou de fóra de sseu pam

suo vino, neque de s^{to} piscato nec de suis carnibus, neque de aliis rebus suis. Adhuc mando ut mei maiordomi non uadant extra villam apprehendere homines nec raubare neque aforciare, sed si fecerint calumpnias, faciant eos uocari per portarium pretoris coram pretore et aluazilibus, et sanent eis quod fecerint sicut mandauerint pretor et aluaziles : et Concilium cambiet suos aluaziles annuatim. Preterea mando ut pater non pectet calumpniam pro suo filio, sed filius pectet eam si illam fecerit : et si non habuerit per quod sanet eam, per corpus suum sanet illam. Mando eciam de mauris, et de judeis percussis ut ueniant se conqueri pretori et aluazilibus sicut fuit consuetudo tempore patris mei. Adhuc mando ut maiordomi non pignorent ullum hominem de Stremoz donec uocent eum ad Concilium coram pretore et aluazilibus. Addo adhuc amore uestro ut si aliquis pignorauerit sine meo maiordomo aut sine sagione suo, aut sine portario pretoris, pectet tantum pro quanto pignorauerit et non plus. Facta carta apud Leyrenam xi.^o kalendas Ianuarii, Rege mandante per donnum Johannem de Auoyno. Era m.^a cc.^a lxxxx.^a vi.^a Domnus Gunsaluus garsie alferaz Curie, domnus Egidius martini maiordomus Curie, domnus Martinus alfonsi tenens braganciam, Domnus Alfonsus lupiz tenens Sausam, Domnus Didacus lupi tenens Lamecum, Domnus Andreas fernandi tenens ripam Minii, Martinus egidii tenens trasserram, Gunsaluus menendi tenens panoyas, confirmant.

Domnus Martinus Archiepiscopus Bracarensis, Domnus Julianus Episcopus portugalensis, Domnus Egeas Episcopus Colimbriensis, Domnus Martinus Episcopus Elborensis, Domnus Rodericus Episcopus Egitanensis, Domnus Matheus Electus Visensis, Domnus Petrus Electus Lamecensis, Magister Matheus Electus Vlixbonensis, confirmant : testes, Johannes suarii conelius test. Alfonsus martini superiudex test. Lupus roderici vice maiordomus test. Martinus petri clericus domini Regis test. Jo. suarii clericus domini regis test. Jo. fernandi uice Cancellarius test. : Domnus Stephanus iohannis Cancellarius Curie confirmat. Dominicus petri notarius curie fecit.

nem de seu vinho nem de seu pescado nem de sas carnes nem doutras ssas coussas. Ainda mando que os meus moordomos nom uaam fóra da uilla prehender homens nem roubar nem forçar, mais se fezerem coomhas façamnos chamar pelo porteyro do alcaide perante o alcaide e os aluaziis, e corregalhis o que fezerem asy como mandar o alcayde e os aluaziis. E o conçelho canbhe cada anno seus aluaziis. Demays mando que o padre nom peite polo filho coomha, mays o filho a peyte se a fezer : e se nom ouuer per que a correga, correga o pelo corpo. Mando mays dos mouros e dos judeus feridos que sse uenham queixar ao alcayde e aos aluaziis assy commo ffoy custume de meu padre. Ainda mando que os moordomos nom penhorem a algum homem destremoz atra que chamem ao Conçelho perante o alcayde e perante os aluaziis. Ado ainda mays por uosso amor, que se algum penhorar sem meu moordomo, ou ssem sseu sayom, ou ssem porteyro do alcayde, peite tanto por quanto penhorar e nom mays. Feita a carta en Leirena, xi.^o kalendas de Janeyro. ElRey o mandou per Dom Joham dauoym. Era de mil e duzentos e nouenta e sex anos.

Testemunhas que presentes foram, Dom Gonçalo garcia afferez da corte — Dom Gil martiz moordomo da corte — Dom affonso teente bragança — Dom afonso lopez teente soussa — Dom diego lopez teente lamego — Dom andres fernandes teente Riba de minho — Martin gil teente tralaserra — Gonçalo meendiz teente panoyas — Dom Martinho arcebisso de Bragaa — Dom Juyão Bispo do porto — Dom Egas Bispo de Coimbra — Dom Martinho Bispo dEuora — Dom Rodrigo Bispo da guarda — Dom Mateus Eleito de nisseu — Dom pedro eleyto de lamego — Mestres mateus Eleyto de lixboa — Dom Steue anes chançeler da corte — Joham soarez coelho — Affonso martiz sobrejuiz — Lopo Rodriguet teente as uezes do moordomo — Martym perez clerigo delRey — Jhoam soarez clerigo delRey — Joham fernandez teente as uezes do chançeler.

Domingos perez notairo da corte a ffez.

CHARNECA DE SANCTO JULIANO

S. JULIÃO DO TOJAL

1258

Autographum exemplar, ex scrinio monasterii S. Vincentii olisiponensis in Publicum Archivum delatum, textum hujus foralis nobis suppeditavit.

Quoniam uirorum facta nobilium scriptis publicis prudentum industria comendantur, ne rebus gestis obliuio uideatur aliquatenus nouercari : Iocirco Nos S. diuina religione Prior et Conuentus Monasterii sancti Vincentii Vlixbon. notum facimus presentibus et futuris has litteras inspecturis quod damus charnecam nostram de sancto Juliano que est circa azenias nostras de mari Gueyhilin Johannis, Petro saluati, Martino garduyo, Pelagio

mentira, Tome petri carpentario, Johanni uincentii, Domno fernando, Micaheli ihanela, et aliis populatoribus qui in ipsa charnecca quoyrelas acceperunt, et omnibus successoribus eorum iure hereditario in perpetuum possidendam, tali uidelicet conditione, quod plantent ibi uineas que sint bene plantate usque ad quintum annum : et in hiis quinque annis et in futuris bene eas debent plantare et colere annuatim. Supradicti autem cultores et eorum successores ratione nostre hereditatis sunt et erunt nostri homines, et nostrorum omnium successorum, qui in vigilia Natalis domini proximo uenientis debent nobis singuli singulos capones optimos persoluere, et cum capone quolibet decem oua. Et a kalendis Januarii usque ad mediatum martium quilibet illorum debet nobis in hereditate nostra sancti Juliano per se uel per alium bonum operarium in putare aut in cauare, uel in alio opere necessario annuatim in perpetuum persoluere duas geyras, ita tamen quod significant eis antea per tres dies : et dum in eisdem geyris nobis seruerint, debemus eis in uictualibus prouidere. In vigilia autem assumptionis beate uirginis quilibet illorum debet nobis dare duos alqueyres de bono mundo tritico ad chuyeyram. In primis autem quatuor annis de omnibus fructibus quos ibi deus dederit, debent nobis decimam tamen dare, exceptis foris superius nominatis. A quarto uero anno et deinceps in perpetuum cum foris supradictis suisbus assignatis, debent nobis persoluere quartam partem de omnibus fructibus quos receperint de ipsa hereditate, et hoc territorii ratione. Decimam autem de omnibus que habuerint ex eadem hereditate et aliunde, debent soluere Ecclesie nostre de sancto Juliano de toihal cuius sunt et erunt parrochiani. De uino autem et oleo predictarum uinearum debent nobis persoluere partem nostram superius assignatam in lagaribus nostris qui sunt ibi in termino nostro sicut soluunt alii nostri populatores de sancto Juliano : et cum uindemiauerint re uoluerint, nobis debent significare antea per tres dies. Nulli autem illorum in nostro termino furnum facere aut torcular in aliquo tempore indulgemus. Preterea nulli liceat uendere hereditatem uel partem ipsius de qua nobis debet facere forum uel cambire (*sic*) uel aliquo modo alienare, nisi de nostro consilio et mandato. Et quicumque contra hoc statutum (*sic*) nostrum uenerit, perdat ipsam possessionem, et integre ad monasterium deoluatur. Quicumque autem predictorum hominum usque ad quintum annum proximo uenturum quoyrelam suam plantare noluerit aut non potuerit prout debet, nos predictas quoyrelas nondum plantatas debemus accipere sine aliqua questione, uel aliis populatoribus assignare, qui nobis supradictos foros faciant annuatim. Et ut supradicti nostri homines supradictas hereditates possideant magis pacifice et quiete et labores suos absque dampno seruare ualeant et iactura, et sanius possint uiuere, et aque copiam habere, assignamus eis omnibus et singulis montem qui est supra uillam nostram de sancto Juliano, ubi suas faciant casarias, cui monti nomen imponimus monfloriz. Charneccam autem predictam quam eis dedimus, diuisimus in LX^a v^o quoyrelas, quas LX^a v^o cultoribus distribuimus possidendas, pro quibus singuli singulariter et eorum nichilominus sussesores supradictos foros nobis debent et nostris successoribus persoluere in perpetuum annuatim. Cum autem aliquem illorum mori contigerit, et in sua quoyrela plures reliquerit successores, unum forum faciant pro quoyrela, qualem et quantum predessor illorum facere consueuit. Item reservamus nobis potestatem et iurisdictionem dandi eis iudicem quem uiderimus expedire, qui unicuique seruet et tribuat suum ius. Et si aliquis uel aliqui ab illo fuerint aggrauati, ad nos possint libere appellare. Et ut hoc in dubium non uertatur, fecimus inde fieri duo strumenta per alphabetum diuisa, sigilli abbatis alchobatie, et nostrorum sigillorum munimine roborata, quorum unum supradictis populatoribus dedimus conseruandum, et aliud penes nos retinemus in testimonium huius rei. Et nos supradicti et suscripti populatores supradicta omnia per appositionem supradictorum sigillorum approbamus et concedimus liberaliter et benigne. Actum apud monasterium sancti Vincentii Mense Januarii. Era m.^a cc.^a xc.^a vi.^a In die sancti Ildefonsi.

MELGAZO

MELGAÇO

1258

Ex Lib. I Donationum Alphonsi III textum desumpsimus. Non aliud nobis cognitum antiquum manet exemplar.

In christi nomine et eius gratia. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, Quod ego Alfonsus dei gratia Rex Port. et Comes Bolon. una cum vxore mea Regina domna Beatrice illustris Regis Castelle et Legionis filia facio cartam de foro vobis populatoribus de Melgazo presentibus et futuris. Et do et concedo uobis ipsam meam uillam de Melgazo ad populandum ad forum : et mando quod sitis in ipsa uilla trescenti et quinquaginta populatores : et uos et omnes successores uestri detis mihi et omnibus successoribus meis annuatim trescentos

et quinquaginta morabitinos ueteres ad tercias anni pro omnibus iuribus, foris, et calumpniis que inferius sunt scripta : et recipiatis in ipsa villa meum Riquum hominem qui tenuerit ipsam terram, et expendat ibi suos denarios, et nullum malum nec forciam uobis faciat in uestra villa, nec filiet uobis aliquid contra uestram uoluntatem : et ego debeo mittere Pretorem qui faciat mihi menagium de ipso meo Castello : et ipse pretor debet custodire ipsum Castellum, et non facere uobis malum, neque forciam, nec habeat uobiscum aliquid ad uidendum in uestra villa, nec in uestro Concilio, nisi ad ea que ipsum uolueritis uocare : et habeatis ipsam villam de Melgaço cum omnibus suis terminis, et diuisionibus nouis et antiquis, per ubi eos melius potueritis inuenire de iure. Et in omnibus aliis rebus preterea que superius sunt scripta, do uobis forum de Monçon, quod tale est : In primis concedo uobis ut non detis pro homicidio nisi trescentos solidos in apreciatura, et de illis trescentis solidis detis inde septimam ad palatium per manum iudicis : et in aliquo preyto uel in aliqua calumpnia non intret meus Meyrinus nisi iudex de uestro Concilio : et tertia pars de uestro Concilio faciat fossatum, et alie due partes stent in uestra villa : et de illa tertia que debuerit facere fossatum ille qui ibi non fuerit pectet pro fossadaria quinque solidos in apreciatura : et non faciatis fossatum nisi cum domino uestro una uice in anno nisi fuerit per beneplacitum uestrum : et clerici et pedones non faciant fossatum : et non intrent ibi nuncium neque manaria de aliquo homine de Melgaço. Et qui in termino de Melgaço filiam alienam rapuerit contra suam uoluntatem pectet ad palatium trescentos solidos, et exeat pro homicida. Et si aliquis inter uos in mercato aut in Ecclesia aut in Concilio preconato percusserit suum uicinum, pectet sexaginta solidos ad Concilium, et sit inde septima de palatio per manum iudicis : et de quolibet furto dominus furti recipiat suum cabum, et alias octo partes diuidat cum iudice per medium. Et ille qui domum fecerit aut uincam aut hereditatem suam honorauerit, et uno anno in illa sederit, si postea in alia terra habitare uoluerit, seruiat ei sua hereditas ubicunque habitauerit : et si illam uendere uoluerit, uendat eam per forum ville uestre cui uoluerit. Et homines de melgazo qui debuerint facere iudicium aut ayuntam cum omnibus de aliis terris, habeant illud in capite suorum terminorum. Do uobis pro foro quod miles de Melgaço stet pro infanzone de toto meo regno in iudicio et in iuramento, et uincat ipsum cum duobus iuratoribus : et pedes stet pro milite uillano de totis terris meis in iudicio et in iuramento, et uincat cum duobus iuratoribus. Et homines qui de suis terris exiuerint cum homicidio aut cum muliere rozada uel cum alia qualibet calumpnia excepto quod non ducat mulierem alienam de benedictionibus, et fecerit se uassallum de aliquo homine de Melgazo, sit liber et defensus per forum de Melgazo. Et si homo de qualibet alia terra uenerit cum inimicia aut cum pignora postquam in termino de Melgazo intrauerit, si inimicus eius post ipsum introierit, et ei pignus abstulerit, aut aliquid malum ei fecerit, pectet domino qui tenuerit Melgazo quingentos solidos, et duplet pignus ei cui abstulerit et liuores quos fecerit. Et qui hominem de Melgazo pignorauerit, et ante non peccerit eum in Concilio uestro, pectet ad palatium sexaginta solidos, et duplet pignoram illi cui abstulerit : et homo de alia terra qui militem de Melgazo descaualgauerit pectet sexaginta solidos. Et homo de Melgazo qui militem de alia terra descaualgauerit pectet quinque solidos. Et si homo de alia terra aprehenderit hominem de Melgazo et eum in prisonem miserit, pectet trescentos solidos : et si homo de Melgazo aprehenderit hominem de alia terra pectet quinque solidos. Et si homo de Melgazo pro aliqua fiadoria non fuerit requisitus per medium annum, sit liber de illa : et si mortuus fuerit, vxor et filii sui sint liberi de illa. Et homines de Melgazo non soluant pignora pro domino de Melgazo neque pro meyrino neque sint pignorati pro suo uicino. Et milites de Melgazo neque mulieres uidue non dent pausadam per forum de Melgazo, nisi pedones per manum iudicis usque ad tercium diem : et homines de uestris terminis uel de aliis terris qui sederint in uestras hereditates, aut in uestros solares, et domini eorum non fuerint ibi, ueniant ad signum de iudice, et dent fideiussores quod stent, et respondeant ad directum quando uenerint domini sui : Et si fecerint calumpniam pectent eam dominis suis et septimam ad palatium : Et non seruiant nisi ad dominos suos in quorum solares sedent. Et senare et uinee domini Regis habeant tale forum, quale senare et uinee uestre habuerint. Qui uicinum suum occiderit et in domo sua fugerit, qui post ipsum intrauerit et ibi cum mactauerit, pectet trescentos solidos. Et qui mulierem forciauerit, et ipsa uoces mittendo uenerit si ipse cum duodecim non potuerit se saluare, pectet trescentos solidos. Et qui mulierem alienam percusserit, pectet ad suum maritum triginta solidos et septimam ad palatium. Et homo de Melgazo qui fideiussores dare uoluerit pro intentione de qua eum inquietauerit, et dederit duos homines fideiussores, et ipse tercius, si ille qui eum inquietauerit noluerit recipere fideiussores, et postea eum mactauerit, totum Concilium pectet homicidium suis parentibus. Et palatium domini Regis et palatium domini Episcopi habeant calumpniam : Et tota villa habeat unum forum. Et homo de Melgazo qui fideiussorem intrauerit, si contemptor eum non liberauerit qualem fideiussoriam fecerit talem pectet : Et si habuerit illum suum intentorem, mictat illum pro se, et exeat ipse de fideiussoria. Et de suspecta de decem solidis at minus, iuret cum vno uicino qualem habuerit et de decem solidis et supra iuret cum duobus uicinis. Et homo de Melgazo qui se tornare uoluerit ad alium dominum ut ei beneficiat, sua casa et sua hereditas et uxor sua et filii sui sint liberi et soluti per forum de melgazo. Do eciam uobis pro foro ut non habeatis alium dominum nisi me regem et uxorem meam et filios nostros. Et homo de Melgazo qui habuerit mulierem ad benedictiones si eam leyxauerit pectet unum denarium ad iudicem : et si mulier leyxauerit suum maritum quem habuerit

ad benedictiones pectet trecentos solidos, medietatem ad suum maritum et medietatem ad palatium. Et qui diruperit casam cum lanceis et scutis, de la porta a dentro, pectet trecentos solidos, medietatem ad dominum de ipsa casa, et medietatem ad palatium. Et qui percusserit suum uicinum cum spata, pectet quadraginta solidos et septimam ad palatium. Et qui percusserit suum uicinum cum lancea et exierit de una parte ad aliam, pectet uiginti solidos et septimam ad palatium : et si non exierit ad aliam partem, pectet decem solidos. Et de plaga unde ossa exierint, pro unoquoque osso pectet decem solidos et septimam ad palatium, et de alia plaga quinque solidos et septimam ad palatium : et pro tota pignora siue sit de palatio siue de concilio, recipiant fideiussorem pro ad forum. Et concedo uobis quod non habeat defensam neque montem neque pelagum nisi de toto concilio : et nullus accipiat montaticum de ganatis de Melgazo. Et homines de Melgazo non dent portaticum in toto meo regno. Et mando quod accipiant portaticum in Melgazo scilicet de carrega de peon tres medalias, et de caballo unum solidum, et de mulo vnum solidum, et de boue sex denarios : et de toto portatico quod uenerit ad Melgazum, hospes ubi pausauerit habeat terciam partem et portarius accipiat duas partes. Et uicinus de Melgazo non respondeat sine rancoroso. Totas istas intentiones iudices (*sic*) alcaldes de uestra uilla per suam cartam, et alias intenciones iudicent per arbitrium bonorum hominum. Et ego supradictus Rex portugalie, et comes Bolon. una cum vxore mea Regina domna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia do et concedo uobis supradictis populatoribus de Melgazo quod pro portatico, calumpniis, foris, et pro omnibus meis rendis et directuris supradictis de predicta uilla de Melgazo detis uos et omnes successores uestri mihi et omnibus successoribus meis quolibet anno prefatos trecentos et quinquaginta morabitanos ueteres ad tercias anni, et detis eos extra uillam de Melgazo. Et recipiatis riqum hominem meum qui tenuerit ipsam terram in uestra uilla sicut superius dictum est : et nec riqus homo nec pretor qui de me tenuerit ipsum castellum de Melgazo non faciant uobis in uestra uilla nec in uestris terminis malum neque forciam neque tortum, nec capiant ibi aliquid de uestro contra uestram uoluntatem, sed expendant ibi suos denarios quando ibi fuerint. In cuius rei testimonium do uobis istam meam cartam apertam. Datum Brachare, iii.º kalendas Madii, Rege mandante. Era m.ª cc.ª lxxx.ª vi.ª Domnus Gonsaluuus garsie alferaz curie, domnus Egidius martini maiordomus curie, Domnus Martinus alfonsi tenens Braganciam, Domnus Andreas fernandi tenens ripam Minii, domnus Alfonsus lupi tenens Sausam, domnus Didacus lupi tenens lamecum, domnus Petrus poncii tenens Bayam, Martinus egidii tenens transserram, Gonsaluuus menendi tenens panoyas, confirmant. Domnus Martinus archiepiscopus Bracharensis, Domnus Arias Vlixbonensis Episcopus, Domnus Egeas Episcopus Colimbriensis, Domnus Julianus Portugalensis Episcopus, Domnus Rodericus Episcopus Egitaniensis, Domnus Martinus Elborensis Episcopus, Domnus Matheus Electus Visensis, Ecclesia Lamecensis uacabat tunc temporis, confirmant. Stephanus iohannis Cancellarius Curie conf. : testes, Domnus Menendus suarii, Johannes conelius, Petrus martini petarinus, Rodericus petri superiudex, Lupus roderici vice maiordomus, Johannes fernandi vice cancellarius, testes. Dominicus petri notarius Curie scripsit.

SANCTUS STEPHANUS DE CHAVIAS

CHAVES

1258

Hujus foralis autographum, in Publico Archivo ab antiquo seruato, textum nobis praeiuit.

In christi nomine et eius gratia. Quoniam consuetudine que pro lege suscipitur, et legis auctoritate didiscimus, quod acta regum et principum scripto comendari debeant ut comendata ab hominum memoria non decendant, et omnibus preterita presencialiter consistant : Iccirco Ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Comes Bolonie una cum vxore mea Regina domna Beatrice illustris Regis Castelle et legionis filia, do et concedo omnibus populatoribus sancti Stephani de Chauias pro foro, quod habeant tale forum quale est forum de Zamora : Excepto quod omnis homo qui populauerit in ipsa mea uilla de sancto Stephano de Chauias et in suo termino, et habuerit ualorem de uiginti morabitanis det michi et omnibus successoribus meis annuatim pro festo sancti Martini unum morabitanum, de octo solidis legionensibus pro morabitano. Et omnis homo qui non fuerit uicinus debet michi dare portaticum. Et concilium de uilla Sancti Stephani de Chauias debet michi dare annuatim, et omnibus successoribus meis, centum morabitanos legionenses pro collecta scilicet de octo solidis legionensibus pro morabitano pro kalendis Marcii. Et sciendum est quod Ego do eidem Concilio de Chauias pro termino terminos sancti Stephani de Chauias, et de Gouuea cum regalengis que ibi habeo et cum directuris quas ibi habeo. Et omnes alias causas habeant per forum de Zamora. Et ego debeo tenere alcizouam de ipsa uilla per meum pretorem qui

sit uicinus de villa. In cuius rei testimonium dedi eis istam meam cartam apertam de mei sigilli munimine communitam. Datum apud Vimarans, xv die Maii, Rege mandante. Era Millesima Ducentesima Nonagesima Sexta.

Domnus Gonsaluus garsie alferaz Curie conf. — Domnus Egidius martini Maiordomus Curie conf. — Domnus Martinus alfonsi tenens Braganciam conf. — Domnus Alfonsus lupi tenens Sausam conf. — Domnus Didacus lupi tenens Lamecum conf. — Martinus egidii tenens trasserram conf. — Gonsaluus menendi tenens Panoyas conf. — Domnus Andreas fernandi tenens ripam Minii conf.

Domnus Martinus Archiepiscopus braçarensis conf. — Domnus Egeas Episcopus Colimbriensis conf. — Domnus Arias Episcopus Vlixbonensis conf. — Domnus Julianus Episcopus Portugalensis conf. — Domnus Rodericus Episcopus Egitanensis conf. — Domnus Martinus Episcopus Elborensis conf. — Domnus Matheus Electus Visensis conf. — Domnus Petrus Electus Lamecensis conf.

Domnus Johannes de auoyno — Domnus Menendus suerii — Domnus Egeas laurencii — Nunio martini de Chacim, test.

Fernandus fernandi cogominus — Petrus martini petarinus — Rodericus petri superiudex — Lupus roderici uice maiordomus, test.

Domnus P. iuliani Decanus Vlixbonensis test. — Domnus Durandus pelagii test. — Ermigius stephani test. — Johannes suerii clericus test. — Johannes fernandi uice cancellarius test.

Domnus Stephanus iohannis Cancellarius Curie conf. — Dominicus Petri Notarius Curie scripsit.

AQUILARI DE BEYRA

AGUIAR DA BEIRA

1258

Foralis hujus autographum in Publico Archivo ab antiquo servatur. Ex eo textum sumpsimus.

In christi nomine et eius gratia. Quoniam labilis est hominum memoria inuentum fuit scripture remedium ut facta mortalium firma fierent et ad posteros eorum testimonio seruarentur. Hinc est quod Ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalie et Comes Bolon. una cum vxore mea Regina domna Beatrice illustris Regis Castelle et Legionis filia do et concedo vobis omnibus populatoribus de Aquilari de Beyra presentibus et futuris ipsam meam villam de Aquilari cum omnibus terminis suis nouis et antiquis per ubicumque eos melius potueritis inuenire pro uestro hereditamento : Qui termini sunt isti : primo sicut incipit in Capite de Mouzaes : et inde quomodo uadit ad portelam de viso uertentibus aquis ad Riuum de Arados quomodo diuidit cum Caria et cum Cernonçeli : Deinde quomodo uadit ad fontem de Paos : Et inde quomodo diuidit per aquam de Azores ubi ipsa aqua intrat in Tauaram : et inde quomodo diuidit per venam de aqua de Tauara eundo superius per ipsam aquam ubi intrat Riuulus qui uenit prope fogium in ipsam aquam de Tauara quomodo diuidit cum Trancoso : Deinde quomodo uadit ad Lagenam de Garsia piuida aquis uertentibus ad terminum de Carapito : et inde quomodo uadit ad oculum de mola : deinde quomodo uadit ad nidum de Coruo : et inde quomodo uadit ad aquam de Aon quomodo diuidit cum Pena uerde : Deinde quomodo diuidit per venam de Aqua de Aon eumdo directe ad Portum de Aquilari : Et quomodo uadit de portu de Aquilari ad caput de Togial : et inde quomodo diuidit per Baraceyrum : Deinde quomodo uadit ad petram furadam quomodo diuidit cum Gulfar : et inde quomodo uadit ad aquam de portu de asinis : deinde quomodo intrat ipsa aqua in Vouzela : Deinde quomodo diuidit per çimam de portela que stat supra aldeolam de Pigneyro uertentibus aquis ad Vaugam : et inde quomodo uadit ad petram frieyram quomodo diuidit cum ferreyra : deinde quomodo uadit ad aquam de Vauga : et inde quomodo diuidit per venam de ipsa aqua de Vauga eundo superius ad fontem ubi nascitur ipsa aqua de Vauga, quomodo diuidit cum Caria : Deinde quomodo uadit ad Caput de Mouzaes ubi primo termini incipiunt. Hos terminos supradictos uobis concedo et eis utamini per forum de Trancoso. Et mando et defendo quod nec milites nec ordines de Hospitali et de Templo, et de Veles, et de Calatraua, nec Monasteria habeant in termino de Aquilari hereditates nec aliquas possessiones, preter illud quod ibi habet de directo Monasterium sancti Johannis de Tarauca. Et do et concedo vobis populatoribus de Aquilari presentibus et futuris pro foro forum de Trancoso, quod tale est : In primis concedo uobis quod non detis mihi neque ad progenie mee, nec ad nullo homine pro homicidio nisi septima ad palacium de ccc solidis apreciadura per Concilio et per manu de iudice : et nullo pecto, nec ulla calumpnia non intret ibi nullo Meyrino, nisi iudice de Concilio. Et faciant fossado la tercia de los caualeyros, et las duas partes

stent in Aquilari : et de illa una pars qui habuerit a andar in fossado et non fuerit, det in fossadeyra v^{mo} solidos in apreciadura : Et non faciant fossado nisi cum seu senior una vice in anno, aut uestra uoluntas fuerit : Et peones non faciant fossado nec clericis. Et non intret ibi nunçio nec manaria de nulloquoque homine per foro de Aquilari. Et qui in termino de Aquilari filia aliena roussar extra sua uoluntate, pectet a palacio ccc solidos et exeat homizeyro de suos parentes. Siquis aliquis inter uos in mercato aut in Ecclesia, aut in Concilio plecato a precon ferida fecerit a suo vicino, pectet lx^a solidos a concilio et septima a palacio per manu de iudice. Et de furto qualibet sedeat que colligat suo dono suo cabdal, et de illa calumpnia partat cum iudice per medio. Et qui domum hedificauerit aut vineas, aut sua hereditate honorauerit et uno anno in illa sederit, et postea ad alia terra fuerit, quomodo seruiat illi tota sua hereditate ubi illi habitantes fuerit : et si quesierit illas uendere uendat ad quem uoluerit per foro de Aquilari. Et homines de Aquilari qui habuerint iudicio uel aiunta cum homines de alias terras habeant illos in cabos de suos terminos. Et dono uobis foro que stet cabaleyro de Aquilari pro infançion de totas alias terras, siue in iuramento, quomodo in iudicio, et passent super illos cum duos iuratores. Et homines qui de suas terras exierint cum homicidio aut cum muliere roussada uel cum alia calumpnia qualibet sedeat, nisi qui non adducat mulier aliena de benedictione, et tornet se a senior de Aquilari et sedeat solto et defeso per foro de Aquilari. Et siquis homines de quacumque terra cum inimicite aut cum pignora uenerit et in termino de Aquilari intratum fuerit, et nullus inimicus post illum intraret, et pignora tollerit aut male illi fecerit, pectet a senior de Aquilari quingentos solidos, et duplet illa pignora aut illos liuores. Et qui homines de Aquilari pignorauerit et in Concilio non pecierit directo, pectet a senior de Aquilari lx^a solidos, et duplet illa pignora a suo dono. Et homine de alias terras qui caualeyro de Aquilari descaualgar, pectet illi lx^a solidos. Et homines de Aquilari qui los prisiere et in prision illos miserit pectet illi ccc solidos. Et si homines de Aquilari pro qualibet fiadoria a medio anno illo non requisierit, que sedeat solto : et si migratum fuerit, sint filii et vxor sua liberi. Et non soluant homines de Aquilari pignora pro senior nin pro meyrino nisi pro suo vicino. Et donent (*sic*) pousada per foro de Aquilari in casa de caualeiro, nin de vibdas, nin de clericos, nisi per manu de iudice in casa de peones. Et homines de Aquilari qui homines tenuerint in suas hereditates aut in suos solares et non fuerit ibi suo senior, ueniat ad sinal de iudice et det fiador a uenida de suo senior, et faciat quod mandarent : et calumpnia qualibet fecerit, sedeat de suo senior, et septima a palacio : et non seruiat a nullo homine nisi a suo senior in cuius solar seuer. Et sua senara aut suas vineas de Elrey tal couto habeant quomodo de vicino de Aquilari. Et qui uicinum occiderit et in sua casa fugierit, qui post illum intrare et in sua casa lo matare pectet ccc solidos ad parentes del morto. Et qui mulier afforciauierit et illa uoces mittendo uenerit, et ille cum duodecim non potuerit se saluare, pectet ccc solidos a la mulier et a suos parentes. Et qui mulier aliena ferire, pectet a suo marido xxx^a solidos et vii^a a palacio. Et homines de Aquilari qui fiadores parat pro calumpnia ille pecierint ed el fiador outorgar cum duos uicinos et ille non quesierit colligere fiador et super ipsum occiderit, nos totum Concilium pectabimus ipsum homicidium. Et palacio Regis uel de Episcopo habeant calumpnia, et tota alia villa habeat uno foro : et alio palacio non habeat calumpnia. Et homines de Aquilari qui fiador intrar et contendor non habuerit, quale fiadoria fiar tal pectet : Et si contendor habuerit, mittat illum in manus et exeat de illa fiadoria. Et de suspeyta de x solidos a rriba cognomet duodecim uicinos in redor de sua casa et iuret cum los dous et exeat de calumpnia : Et de x solidos a iuso iure siue et outro quales aflar quod uicinos sedeant. Et toto homine de Aquilari qui se tornar ad alium seniore qui benefecit suas casas et suas hereditates, et vxor sua et filii sui sint liberi et soluti per foro de Aquilari. Et do uobis foro qui non habeatis alium seniore nisi ad Regem aut a suo filio aut qui uos Concilio a nobis quesieritis. Et toto homine de Aquilari qui descredado fuerit et per sua manu non lo pectare, quomodo se torne ad sua hereditate ubi illa fuerit sine calumpnia. Et toto homine de Aquilari qui hereditate habuerit in alia terra, non faciat fossado nisi per forum de Aquilari. Et toto homine de Aquilari qui habuerit mulier ad benedictionem et leixauerit illam pectet ad iudice unum denarium. Et si mulier ad suum maridum lexauerit qui habuerit ad benedictionem pectet ccc solidos, medios a palacio et medios a suo marido. Et de casa derrota cum scudos et cum lanzas qui la derrumpere pectet ccc solidos, medios a dono de la casa et medios a palacio. Et qui dederit a suo vicino cum spada pectet xl^a solidos et vii^a ad palacio. Et qui dederit cum lanza ad suo vicino et exierit de una pars ad alia, pectet xxⁱ solidos et septima a palacio : et si non exierit, pectet x solidos et septima a palacio. Et de plaga unde osso exierit, cada osso x solidos et septima a palacio : et de alia plaga v solidos et septima a palacio. Et pro tota pignora siue de Concilio uel de palacio colligat fiador super illa pignora pro a foro. Et dono uobis quod non habeat nulla defensa nec nullo monte nec nullo pelago nisi de toto Concilio. Et illo montadigo de uicinis de Aquilari monteno caualeyros cum suo senior et prendant inde la terciã. Et nullo ganado de Aquilari non sedeat montado. Et de portadigo de pan et de uino de la carrega iii mealias : Et de caualo et de mulo qui lo uendiderit, i solidum : Et de boue et de asino, vi denarios : De carneyro aut de cabra aut de porco, iii mealias. Et de toto portadigo qui ad Aquilar uenerit aprendat suo hospite la terciã. Et ego supradictus Alfonsus dei gratia Rex Port. et Comes Bolon. una cum vxore mea Regina domna Beatrice do et concedo uobis populatoribus de Aquilari quod pro portatico et pro uoce et pro calumpniis et pro collecta et pro omnibus meis rendis supradictis

de ipsa villa de Aquilari et de suis terminis uos et omnes successores uestri detis mihi et omnibus meis successoribus quolibet anno trescentas libras ad tercias anni : et primam terciam detis prima die Septembris, et secundam terciam prima die Ianuarii, et aliam terciam prima die Madii. Facta carta apud Vimaraniis XII.º die Julii. Era M.º CC.º LXXX.º VI.º

Donnus Gunsaluus garsie alferaz Curie conf. —Donnus Egidius martini Maiordomus Curie conf. —Donnus Martinus alfonsi tenens Braganciam conf. —Donnus Andreas fernandi tenens Ripam minii conf. —Donnus Alfonsus lupi tenens Sausam conf. —Donnus Didacus lupi tenens Lamecum conf. —Donnus Petrus poncii tenens Bayam conf. —Martinus egidii tenens transserram conf. —Gunsaluus menendi tenens Panoyas conf.

Donnus Martinus Archiepiscopus Bracarensis conf. —Donnus Arias Vlixbonensis Episcopus conf. —Donnus Egeas Colimbriensis Episcopus conf. —Donnus Julianus Portugalensis Episcopus conf. —Donnus Rodericus Egitanensis Episcopus conf. —Donnus Martinus Elborensis Episcopus conf. —Donnus Matheus Visensis Electus conf. —Donnus Petrus Lamecensis Electus conf.

Donnus Menendus suarii de Merloo test. —Donnus Johannes petri de Avoyno test. —Donnus Egeas laurenzii de Coyna test. —Johannes suarii conilio test. —Fernandus fernandi cogomino test. —Rodericus petri superiudex test. —Pelagius pelagii superiudex test. —Lupus roderici vicemaordomus test. —Magister Petrus Decanus Vlixbonensis test. —Rodericus iohannis Magister scholarum Tudensis test. —Johannes fernandi vicecancellarius test.

Donnus Stephanus iohannis Cancellarius conf. —Michael fernandi Notarius Curie scripsit.

SANCTA MARIA DAS ALCAZOVAS

ALCAÇOVAS

1258

Apographum hujus foralis, valde mutilum, in Publico Archivo invenitur. Quae decrant ex ejusdem aetatis apographo, quod in ipso Archivo servatur, adjecimus.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti. Amen. Nos M. dei miseratione Episcopus Decanus ac Capitulum Elborensis damus hominibus tam presentibus quam futuris de Sancta Maria das Alcaceuas terram nostram ad populandum ad forum et custumes de Elhora : et pro foro dent nobis decimas integre de omnibus que seminauerint, et plantauerint, et que adquisierint, et creauerint. Et duas partes dos caualeyros uadant in fossado, et tertia pars remaneat in villa : et una uice faciant fossado in anno : Et qui non fuerit ad fossado, pecte pro foro v solidos pro fossadeyra. Et pro homicidio pecte c solidos a palatio. Et pro casa derrota cum armas, scutos, et spadas, pectet ccc solidos et septima ad Episcopo. Et qui furtaret, pectet pro uno ix, et habeat intentor duos quiniones, et vii partes ad episcopo. Et qui mulier afforciaret, et illa clamando dixerit, quod ab illo est afforciada, et ille negaret, det illa autorgamento de tres homines tales qualis ille fuerit, ille iuret cum xii : et si non habuerit autorgamento iuret ipse solus, et si non potuerit iurare pectet ad illa ccc solidos et a palatio episcopi (*sic*). Et testimonia mentirosa, et fidele mentiroso, pecte lx.º solidos et vii.º a palatio episcopi, et duplet el auer. Et qui in concilio aut in mercado aut in ecclesia feriret, pecte lx.º solidos, a palatio episcopi medios, et medios a concilio : et de medios de concilio vii.º a palatio episcopi. Et homine qui fuerit gentile aut eredeiro que non seat meirino. Et qui in villa pignos afflando et fiador, et ad montem fuerit pindrar, duplet la pendra, et pecte lx.º solidos, et vii.º a palatio episcopi. Et qui non fuerit ad sinal de iudice et pignos sacudiret ad sayon, pecte i solidum ad iudice. Et qui non fuerit ad apellido caualeyros et pedones exceptis hiis qui sunt in seruitio alieno, miles pecte x solidos, pedones v solidos ad uicinos. Et qui habuerit aldea et uno iugo de boues, et xxx.º oues, et uno asino, et duos leitos, comparet caballo. Et qui crebantauerit sinal cum sua muliere pecte i solidum ad iudice. Et mulier qui leyxauerit maritum suum de benedictione, pecte ccc solidos et vii.º a palatio episcopi : et qui lexauerit mulierem suam pecte i denarium ad iudicem. Et qui caualo alieno caualgaret, pro uno die pecte unum carnarium, et si magis peite las angueyras, pro uno die vi denarios et pro una nocte i solidum. Et qui feriret de lancea aut de spada polantrada peite x solidos : et si trouciret ad altera parte peite xx solidos ad quereloso. Et qui crebrantauerit oculum aut brachium aut dente pro unoquoque membro pecte c solidos a lisiado, et ille det vii.º a palatio episcopi. Qui mulier aliena ante suo marito feriret, pecte xxx solidos et vii.º a palatio episcopi. Qui moion alieno in suo ero mutauerit peite v solidos et vii.º a palatio episcopi. Qui limde alieno crebantauerit pecte v solidos et vii.º a palatio episcopi. Qui conducteyro alieno mactaret, suo

amo colligat homicidio et det vii.^a a palatio episcopi : similiter de suo ortulano, et de quarteyro, et de suo molneyro, et de suo solarengo. Qui habuerit uassallos in suo solar aut in sua hereditate non seruiat ad alterum dominum de tota sua facienda, nisi a domino de solar. Tendas et molinos et fornos de homines das alcazeuas sint liberi de foro. Milites de alcazouas sint in iudicio pro podestades et infanzones de Portugal : Clerici uero habeant mores militum. Pedones sint in iudicio pro caualeyros uillanos de altera terra. Qui uenerit uozeiro ad suo uicino pro homine de foras villa pectet x solidos et vii.^a a palatio episcopi. Ganado das Alcazeuas non sit montado in nulla terra. Et homine a qui se anafragaret suo adextrado, quamuis habeat alium, sedeat excusatum usque ad capud anni. Mancebo qui mactaret hominem foras ville et fugerit, suo amo non peitet homicidium. Por todas querelas de palatio el iudice sedeat uozeyro. Qui in villa pindrar cum saione, et sacudirent ei pignos, outorguet el saion, et prenda concilio de tres collationes, et pindret pro lx^a solidos, medios ad Concilio, et medios ad rancuroso. Barones de Alcazouas non scant in prestamo dados. Et si homines das Alcazouas habuerint iudicium cum homines de alia terra, non currat inter illos firma, sed currat per squisa, aut repto. Et omnes qui quesierint pausar cum suo ganado in termino de sancta Maria das Alcazouas prenda de illis montadigo, da grege das oues iii carnarios, et de busto das uacas una uaca. Isto montadigo est de concilio. Et omnes milites qui fuerint in fossado uel in guardia omnes caualos qui se perdiderint in algara uel in lide primus erectis eos sine quinta et postea detis nobis quintam directam. Et toto homine de Alcazouas qui inuenerint homines de aliis ciuitatibus in suis terminis tallando aut leuando madeyra de montes, prenda totum quod inuenerint sine calumpnia. De azarias et guardias quintam partem nobis date sine ulla offretione. Et quicumque ganatum domesticum pignorare uel rapere fecerit, pectet lx solidos a palatio episcopi, et duplet ganatum a suo domino. Testamus uero et perenniter firmamus ut quicumque pignorauerit mercatores, uel uiatores christianos iudeos siue mauros nisi fuerit fideiussor uel debitor, quicumque fecerit pectet lx^a solidos palatio episcopi, et duplet ganatum quod prendiderit a suo domino : et insuper pectet c morabitanos pro cauto quod fregit, Episcopus habeat medietatem, et concilium medietatem. Siquis ad uestram villam uenerit per uim cibos aut aliqua res accipere et ibi mortuus uel percussus fuerit, non pectet pro eo aliqua calumpnia nec suorum parentum homicide habeantur : et si cum querimonia de ipso ad episcopum uel ad dominum terre uenerit, pectet c morabitanos, medietatem episcopo, et medietatem concilio. Mandamus et concedimus quod si aliqui latro fuerit, et si iam per unum annum uel duos rapere dimiserit, si pro aliqua re repetitus fuerit quam comisit, saluet se tanquam latro : Et si latro est et latro fuit, omnino pereat et sububeat penam latronis. Et si aliquis repetitur pro furto et non est latro neque fuit respondeat ad suos foros. Si aliquis homo filiam alienam rapere extra sua uoluntate, donet eam ad suos parentes, et pectet illis ccc morabitanos et vii.^a a palatio episcopi, et insuper sedeat homicida. De portagen : foro de trosel de caualo de pannos de lana uel de lino, i solidum : De trosel de lana, i solidum : De trosel de fustaes, v solidos : De trosel de pannos de color, v solidos : De carrega de pescado, i solidum : De carrega de asino, vi denarios : De carrega de christiano de conelio, v solidos : De carregas de mauros de conelio, i morabitanum. Portagen de caualo que uendiderint in azougue, i solidum : De mulo, i solidum : De asino, vi denarios : De boue, vi denarios : De carneiro, iii mealias : De porco, ii denarios : De foron, ii denarios : De carrega de pane et de uino, iii mealias : De carrega de pedon, i : De mauro que uendiderint in mercado, i solidum : De mauro que se redimeret, decima : De mauro que talia cum suo domino, decima : De coyro de uaca, et de zeura, ii denarios : De coyro de ceruo et gamo, iii mealias : De carrega de cera, v solidos : De carrega de azeyte, v solidos. Iste portagen est de hominibus foras ville, tercia pars de suo hospite, et duas partes de episcopo. Et ut nostra donatio in perpetuum firmiter roboretur, presentem paginam fecimus sigillis nostris munimine roborari. Datum Elbore x.^o vi.^o kalendarum Septembris. Era m.^a cc.^a lxxx.^a vi.^a

VIANA

VIANNA

1258—1262

Hujus foralis in Lib. i Donationum Alphonsi III exemplaria duo inveniuntur. Datum anno 1258, id iterare iuuisse anno 1262 uidetur. Non, enim, ambo (aliis lectionibus variis praetermissis), ab iisdem magnatibus subscripta sunt.

In christi nomine et eius gratia : quoniam labilis est hominum memoria inuentum fuit scripture remedium ut facta mortalium firma fierent et ad posteros eorum testimonio seruarentur. Hinc est quod ego Alfonsus dei

gratia Rex Port. et¹ Comes¹ Bolon.¹ una cum vxore mea Regina domna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia² uolo facere populam in loco qui dicitur atrium in foce Limie cui popule de nouo inpono nomen Viana. Et do et concedo uobis omnibus populatoribus de Viana presentibus et futuris pro uestro hereditamento³, uidelicet a riuulo vuyturino usque ad terminum per quem diuidit uilla de Meydela⁴ cum Meyaldi et quantum habeo et de iure habere⁵ debeo⁵ in ipsa uilla de Meyadela et in suo termino : et do uobis et concedo pro uestro cauto et pro uestro termino, uidelicet sicut diuidit per riuum putridum quomodo ipse riuus intrat in limiam et inde per⁶ limia⁷ sicut⁷ intrat in mare et⁸ inde⁸ per⁸ mare⁸ usque ad focem de ancora et inde per riuum de ancora⁹, eundo superius sicut diuidit terra sancti Martini cum Camya¹⁰ et inde per ubi diuidit Montaria cum arga et inde sicut uenit directe ad riuum putridum et sicut intrat riuus putridus in limiam : quicquid infra istos terminos ego habeo et de iure habere¹¹ debeo¹¹, do et concedo uobis omnibus populatoribus presentibus et futuris de Viana iure hereditario in perpetuum, saluo mihi et omnibus successoribus meis omni iure patronatus omnium ecclesiarum de uestra uilla et de uestris terminis que ibi modo sunt facte et de cetero fient quas ecclesias mihi retineo et omnibus successoribus¹² meis¹². Et mando et concedo quod populatores de Viana utantur monte de Arga in pascuis et in madeyra sicut alii vicini qui morantur iuxta ipsum montem. Et do et concedo uobis populatoribus de Viana presentibus et futuris pro foro forum de Valencia quod tale est : In primis concedo uobis quod non detis pro omicidio nisi ccc sodos in apreciadura, et de illis ccc solidis detis inde septimam ad palatium per manum iudicis : et in aliquo preyto uel in aliqua calumpnia non intret meus meyrinus nisi iudex de uestro Concilio : et tertia pars de uestro¹³ Concilio faciat fossatum et alie due partes stent in uestra uilla : et de illa tertia que debuerit facere fossatum ille qui ibi non fuerit pectet pro fossadeyra¹⁴ v¹⁴ solidos in apreciadura : et non faciatis fossatum nisi cum domino uestro una uice in anno nisi fuerit per beneplacitum uestrum : et clerici et pedones non faciant fossatum : et non intrent ibi nuncium neque manariam¹⁵ de aliquo homine de Viana : et qui in termino de Viana filiam alienam rapuerit contra suam uoluntatem pectet ad palatium ccc solidos et exeat pro omicida¹⁶ : et¹⁶ si aliquis inter uos in mercato aut in ecclesia aut in Concilio preconato percusserit suum uicinum pectet sexaginta solidos ad Concilium et sit inde septima de palatio per manum iudicis : et de quolibet furto dominus furti recipiat suum cabum et alias partes viii^o diuidat cum iudice per medium : et ille qui domum fecerit aut uineam aut hereditatem suam honorauerit et uno anno in illa sederit si postea in alia terra habitare uoluerit seruiat ei sua hereditas ubicunque uoluerit¹⁷ : et si illam uoluerit uendere uendat cui uoluerit per forum de uestra uilla : et homines de Viana qui debuerint facere iudicium aut iuntam¹⁸ cum hominibus de aliis terris habeant illud in cabo suorum terminorum. Do uobis pro foro quod miles de Viana stet pro infanzone¹⁹ de toto meo regno in iudicio et in²⁰ iuramento et uincat ipsum cum duobus iuratoribus : et pedes stet pro milite uillano de totis terris meis in iudicio et in²¹ iuramento et uincat cum duobus iuratoribus : et homines qui de suis terris exierint cum omicidio²² aut cum muliere rausada²³ uel cum alia qualibet calumpnia excepto quod non ducat mulierem alienam de benedicionibus et fecerit se uassalum de aliquo homine de Viana sit liber et defensus per forum de Viana : et si homo de qualibet alia terra uenerit cum inimicia aut cum pignora postquam in termino de Viana intrauerit si inimicus eius post ipsum introierit et ei pignus abstulerit aut aliquod malum ei fecerit pectet domino qui tenuerit Vianam quingentos solidos, et duplet pignus ei cui abstulerit, et lioues quos fecerit. Et qui hominem de Viana pignorauerit et ante non pecierit eum in concilio uestro pectet ad palatium sexaginta solidos, et duplet pignoram illi cui abstulerit. Et homo de alia terra qui militem de Viana descaualgauerit pectet sexaginta solidos : Et homo de Viana qui militem de alia terra descaualgauerit pectet quinque solidos : et si homo de alia terra apprehenderit hominem de Viana et eum in prisone²⁴ miserit pectet trescentos solidos : et si homo de Viana apprehenderit hominem de alia terra pectet quinque solidos. Et si homo de Viana pro aliqua fideiusso-ria per medium annum non fuerit requisitus sit liber de illa : et si mortuus fuerit, mulier et filii eius sint liberi de illa : et homines de Viana non soluant pignora pro domino de Viana neque pro meyrino neque²⁵ sint pignorati pro suo vicino. Et milites de Viana neque²⁶ mulieres uidue non dent pausatam per forum de Viana nisi pedones per manum iudicis usque ad tercium diem. Et homines de uestris terminis uel de aliis terris qui sederint in uestras hereditates aut in uestros solares et domini eorum non fuerint ibi ueniant ad signum de iudice et dent fide-

1 *deest*

2 filia, et filio nostro infante domno Dionisio, et filia nostra Infantissa domna Blanca,

3 herdamento

4 Meyadela

5 debeo habere

6 *deest*

7 sicut limia

8 *desunt*

9 Anchora

10 Cana

11 debeo habere

12 successoribus meis : et excepta uilla de affii cum medietate iuris patronatus ecclesie de affii cum omnibus iuribus et pertinenciis suis, et quarta parte de uilla meya et quarta parte uille de baltassares cum pertinenciis suis quas dedi Episcopo et Capitulo Tudensis in Concambium pro

ecclesia et uilla de uinea cum pertinenciis suis quam uillam de uinea cum suis terminis do uobis populatoribus de Viana pro uestro herdamento.

13 *deest*

14 fossadaria quinque

15 manaria

16 homicida. Et

17 habitare uoluerit

18 ayuntam

19 infanzone

20 *deest*21 *deest*

22 homicidio

23 rausada

24 prisionem

25 nec

26 et

iussores quod respondeant ad directum quando uenerint domini sui : et si fecerint calumpniam pectent eam dominis suis et septimam ad palacium : et non seruiant ad alium hominem nisi ad dominos suos in quorum solares sederint. Et senara et vinee domini Regis si eas ibi habuerit habeant tale forum quale senare uestre et uinee uestre habuerint. Et qui uicinum suum occiderit et in domo sua fugerit qui post ipsum intrauerit et ibi eum mactauerit pectet trescentos solidos. Et qui mulierem forciauerit et ipsa uoces mittendo uenerit si ipse cum duodecim non potuerit se saluare pectet trescentos solidos. Et qui mulierem alienam percusserit pectet ad suum maritum xxx solidos et septimam ad palatium. Et homo de Viana qui fideiussores dare uoluerit pro intentione de qua eum inquietauerint²⁷ et dederit duos homines fideiussores et ipse tercius, si ille qui eum inquietauerit noluerit recipere fideiussores et postea eum mactauerit totum Concilium pectet homicidium suis parentibus : et palatium domini Regis et palatium episcopi habeant calumpniam et tota villa habeat unum forum. Et homo de Viana qui fideiussor intrauerit si contemptor eum non liberauerit qualem fideiussorem²⁸ fecerit talem pectet : Et si habuerit illum suum intemptorem mittat illum pro se et exeat ipse de fideiussoria. Et de suspecta de x soldis ad minus iuret cum uno uicino qualem habuerit : et de x soldis ad²⁹ supra iuret cum duobus uicinis. Et homo de Viana qui se tornare uoluerit ad alium dominum ut ei benefaciat sua casa et sua hereditas et uxor sua et filii sui sint liberi et soluti per forum de Viana. Do etiam uobis pro foro ut non habeatis alium dominum nisi me regem et uxorem meam et filios nostros. Et homo de Viana qui habuerit mulierem ad benedictiones si eam lexauerit pectet unum denarium ad iudicem : et si mulier lexauerit suum maritum quem habuerit ad benedictiones pectet trescentos solidos, medietatem ad palatium et medietatem ad suum maritum. Et qui diruperit casam cum lanceis et cum scutis de la porta a dentro pectet ccc solidos, medietatem ad dominum de ipsa casa et medietatem ad palatium. Et qui percusserit suum uicinum cum spata, pectet xl solidos et septimam ad palatium. Et qui percusserit suum uicinum cum lancea et exierit de una parte ad aliam pectet xx solidos et septimam ad palatium : Et si non exierit ad aliam partem pectet x solidos. Et plaga unde ossa exiuerit³⁰ pro unoquoque osso pectet x solidos et septimam ad palatium : et de alia plaga, v solidos et septimam ad palatium. Et pro tota pignora siue sit de palatio siue de Concilio recipiant fideiussorem pro ad forum : et concedo uobis quod non habeat defensam nec montem neque³¹ pelagum nisi de toto Concilio. Et nullus accipiat montaticum de ganatis de Viana. Et homines de Viana non dent portaticum in toto meo Regno : et mando quod capiant portaticum in Viana, scilicet de carrega de peon, iii medalias : et de caballo, i solidum : Et de mulo, i solidum : Et de boue, vi denarios : et de toto portatico quod uenerit ad Vianam hospes ubi pausauerit accipiat terciam partem et portarius accipiat duas partes. Et uicinus de Viana non respondeat sine rancuroso : totas istas intentiones iudicent alcaldes de villa³² uestra³² per suam cartam : Et alias intentiones iudicent secundum arbitrium honorum hominum. Et ego supradictus Alfonsus dei gratia Rex Port. et³³ Comes³³ Bolon.³³ una cum uxore mea Regina³⁴ domina³⁴ Beatrice³⁴ do et concedo uobis populatoribus de Viana ut melius ipsa villa populetur quod meus Riquis homo nunquam pauset in uestra villa nec in uestro cauto : et quod pro portatico et pro calumpniis et pro omnibus meis rendis et foris et directis supradictis de ipsa villa et de suis terminis uos et omnes successores uestri detis mihi et omnibus successoribus meis quolibet anno mille et c morabitanos ueteres ad tercias anni in cabo de uestro cauto : et primam terciam detis pro festo sancti Johannis baptiste³⁵ et aliam terciam detis viii^o kalendas Nouembris, et aliam terciam detis viii^o kalendas Marcii. Et preter hec³⁶ retineo mihi et omnibus successoribus meis³⁷ ius patronatus omnium ecclesiarum de uestra villa et³⁸ de uestris terminis que ibi facte sunt et de cetero fient. Et retineo mihi et omnibus successoribus meis totam decimam de omnibus rebus que intrauerint per focem limie quod soluant eam mihi : et similiter retineo mihi et successoribus³⁹ meis portaginem de rebus que intrauerint et exiuerint⁴⁰ per focem limie : et piscatores qui non fuerint uicini de Viana dent mihi et successoribus⁴¹ meis nauaon⁴² prout dare consueuerunt in ipsa marina. Et uicini de Viana non dent decimam regi nisi de rebus que uenerint de partibus francie et de terra sarracenorū. Et piscatores uicini de Viana non dent mihi decimam de piscato nec nauaon⁴³. Et uicini de Viana non dent portaginem ibi nec in toto meo regno. Et do et concedo quod Concilium de Viana habeat passaginem de ipso portu de Viana de Riūo limie de una parte et de alia. Facta carta Vimarānis⁴⁴ xviii.^o⁴⁵ die⁴⁵ Junii⁴⁵, Rege mandante. Era⁴⁶ m.^a⁴⁶ cc.^a⁴⁶ lxxx.^a⁴⁶ vi.^a⁴⁶ Domnus⁴⁷ Gonsaluus⁴⁷ garsie alferaz Curie, Domnus Egidius martini maiordomus Curie, domnus⁴⁸ Martinus⁴⁸ alfonsi⁴⁸ tenens⁴⁸ Braganciam⁴⁸, domnus⁴⁸ Andreas⁴⁸ fernandi⁴⁸ tenens⁴⁸ ripam⁴⁸ Minii⁴⁸, domnus⁴⁸ Alfonsus⁴⁸ lupi⁴⁸ tenens⁴⁸ Sausam⁴⁸, domnus Didacus lupi tenens Lamecum, domnus⁴⁹

27 inquietauerit
28 fideiussoriam
29 et
30 exierint
31 nec
32 uestra uilla
33 deest
34 et filiis nostris predictis,
35 baptiste
36 hoc
37 deest
38 deest

39 omnibus successoribus
40 exierint
41 omnibus successoribus
42 nonam
43 nauao.
44 in Vimarānis
45 deest
46 Era m.^a cc.^a
47 donnus Gonsaluus
48 desunt
49 desunt

Petrus ⁴⁹ poncii ⁴⁹ tenens ⁴⁹ Bayam ⁴⁹, Martinus ⁵⁰ egidii tenens transserram ⁵¹, Gonsaluus ⁵² menendi tenens panoyas ⁵³, confirmant ⁵³. Domnus Martinus archiepiscopus Bracarensis, domnus Arias ⁵⁴ Episcopus Vlixbonensis, domnus Egeas episcopus Colimbriensis, domnus Julianus ⁵⁵ episcopus portugalensis, domnus Rodericus episcopus Egitanensis, domnus Martinus episcopus Elborensis, domnus Matheus Electus ⁵⁶ Visensis, domnus Petrus electus ⁵⁷ Lamecensis, confirmant : domnus Stephanus iohannis Cancellarius Curie conf. : testes, Domnus Johannes de Auoyno, Domnus Menendus suorii, domnus Egeas laurencii, Rodericus petri superiudex, Petrus martini petarinus, Fernandus fernandi cogominus, Magister Petrus Decanus Vlixbon. Magister Matheus Magister scolarem Vlixbon. Rodericus iohannis Magister scolarem Tudensis, Lupus roderici vice maiordomus, Johannes fernandi vice cancellarius, testes : Dominicus petri notarius Curie fecit.

50 Domnus Martinus

51 transserram et sausam.

52 domnus Gonsaluus

53 ripam Minii conf. — Nunus petri tenens Elboram conf. — Menendus roderici tenens Mayam conf. — Domnus Johannes de Auoyno test. Domnus Menendus suorii de Merloo test. Petrus martini petarinus test. — Lupus roderici vice maiordomus test. Petrus martini superiudex test. Fernan-

54 Matheus

55 Vincentius

56 Episcopus

57 Episcopus

haec desunt

PRADO

PRADO

1260

Ex Lib. I Donationum Alphonsi III descripsimus. Non aliud antiquum invenimus exemplar.

In dei nomine et eius gratia. Amen. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego A. dei gratia Rex Port. vna cum vxore mea Regina donna Beatrice illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filia nostra Infanta domna Blanca, facio cartam de foro vobis populatoribus de mea popula de Prado tam presentibus quam futuris. Et do vobis et concedo terminos de iudicatu de prado, per quomodo partit per focem de Pontelias, et deinde per pontem de arcozelo, et per pontem de Bezeyros, et deinde quomodo vadit ad pontem de Pontelias, et deinde ad fontem qui vadit prope stratam de Quiraz, et deinde ad Mamoam de cima de Rooriz, et per Ribeiro de Rial, et deinde ad Sanctum Laurentium, et deinde per palatium quod fuit de Stephano gomecii de Soegilli, et deinde ad portelam de Alerra, et deinde ad pontem de Adeel, et deinde ad portelam que partit cum ecclesia noua, et cum Alcariz, et vadit ad portam sancti Mametis de Ascariz, et deinde vadit ad portelam de Marranchos, et uenit ad pontem de Toyandi, et partit per cantum de feueros, et partit cum cauto de Moury, quod stat supra Sarrelam, et deinde per Mamoam de supra palmeyroo, et per molendinos de vilar et per focem de fontaelo, et deinde per venam de Cadauo, sicut vadit ad focem de palaciolo de Pontelas. Et quicquid ego habeo uel de iure habere debeo infra terminos suprascriptos, do et concedo vobis et successoribus uestris in perpetuum : Saluis mihi ecclesiis meis de prado cum iure patronatus ecclesie uel ecclesiarum si quam uel quas ibi feceritis. Et si aliquem mee ecclesie ibi debent mihi facere censoriam aliquam do vobis eam in adiutorium pro ad pagandum mihi et successoribus meis rendam de ipsa terra. Et salua mihi et successoribus meis ipsa mea pausa cum meis casis de Prado, exceptis casalibus si qua sunt circa ipsam meam pausam, que casalia do vobis quod vobis remaneant cum aliis casalibus et hereditatibus meis de ipso iudicatu de Prato tali uidelicet pacto quod uos et omnes successores uestri detis mihi et omnibus successoribus meis sexcentos ueteres morabitanos annuatim uel tales morabitanas pro eis quales ego uel successores mei receperimus de rendis nostris in terra de ultra dorium in Vimarane : et detis eas mihi uel successoribus meis annuatim ad tercias anni, scilicet : primam terciam prima die Iulii proximo uentura de Era LXXX.ª VIII.ª, et secundam terciam prima die Nouembris sequentis et aliam terciam prima die Marci sequentis : et in aliis rebus do et concedo vobis forum de Viana quod tale est : In primis concedo vobis quod non detis pro omicidio nisi trecentos solidos in apreciadura, et de illis trecentis solidis detis inde septimam ad palatium per manum iudicis : et in aliquo preito uel in aliqua calumpnia non intret meus meirinus, nisi iudex de uestro concilio : et tertia pars de uestro concilio faciat fossatum et alie due partes stent in uestra villa : et de illa tertia que debuerit facere fossatum, ille qui ibi non fuerit pectet pro fossadeyra v solidos in apreciadura : et non faciatis fossatum nisi cum domino uestro una vice in anno, nisi fuerit per beneplacitum uestrum : et clerici et pedones non faciant fossatum : et non intrent ibi nuncium neque manariam de aliquo homine de popula de prado : et qui in termino de prado filiam alienam rapuerit contra suam uoluntatem pectet ad

M. L. Tom. I.

174

palatium ccc solidos, et exeat pro omicida : et si aliquis inter uos in mercato aut in ecclesia aut in Concilio preconizato percusserit suum vicinum pectet lx solidos ad Concilium et sit inde septima de palatio per manum iudicis : et de quolibet furto dominus furti recipiat suum cabum et alias partes viii diuidat cum iudice per medium : et ille qui domum fecerit aut vineam aut hereditatem suam honorauerit, et in illa uno anno sederit si postea in alia terra habitare uoluerit seruiat ei sua hereditas ubicunque habitauerit et si eam uendere uoluerit uendat eam cui uoluerit per forum de uestra villa : et homines de villa de prado qui debuerint facere iudicium aut iuramentum cum aliis hominibus de aliis terris habeant illud in cabo suorum terminorum. Et do uobis pro foro quod miles de villa de prado stet pro infanzone de toto meo regno in iudicio et in iuramento, et uincat ipsum cum duobus iuratoribus : et pedes stet pro milite villano de totis terris meis in iudicio et in iuramento, et uincat cum duobus iuratoribus : et homines qui de suis terris exierint cum omicidio aut cum muliere rausada uel cum alia qualibet calumpnia excepto quod non ducat mulierem alienam de benedictionibus et fecerit se vassallum de aliquo homine de villa de prado sit liber et defensus per forum de villa de prado : et si homo de qualibet alia terra uenerit cum inimicia aut cum pignora postquam in terminum de villa de prado intrauerit, si inimicus eius post ipsum introierit et ei pignus abstulerit aut aliquod malum ei fecerit pectet domino qui tenuerit ipsam villam de prado d solidos, et duplet pignus ei cui abstulerit et liuores quos fecerit : et qui hominem de villa de prado pignorauerit et ante non peccerit eum in Concilio uestro pectet ad palatium lx solidos, et duplet pignoram illi cui abstulerit : et homo de alia terra qui militem de villa de prado descaualgauerit pectet lx solidos : et homo de villa de prado qui militem de alia terra descaualgauerit pectet v solidos : et si homo de alia terra aprehenderit hominem de villa de prado et eum in prisione miserit pectet ccc solidos : et si homo de villa de prado aprehenderit hominem de alia terra pectet v solidos : et si homo de villa de prado pro aliqua fideiussoria per medium annum non fuerit requisitus sit liber de illa : et si mortuus fuerit mulier et filii eius sint liberi de illa : et homines de villa de prado non soluant pignora pro domino de villa de prado, neque pro meyrino neque sint pignorati pro suo vicino. Milites de villa de prado neque mulieres uidue non dent pausadam per forum de villa de prado, nisi pedones per manum iudicis usque ad tercium diem. Et homines de uestris terminis uel de aliis terris qui sederint in uestras hereditates aut in uestros solares et domini eorum non fuerint ibi ueniant ad signum de iudice et dent fideiussores quod respondeant ad directum quando uenerint domini sui : et si fecerint calumpniam pectent eam dominis suis et septimam ad palatium : et non seruiant ad alium hominem nisi ad dominos suos in quorum solares sederint : et senara et vinee domini Regis si eas ibi habuerit habeant tale forum quale senare uestre et vinee uestre habuerint : et qui uicinum suum occiderit et in domo sua fugerit qui post ipsum intrauerit et ibi eum mactauerit pectet ccc solidos : et qui mulierem forciauerit et ipsa uoces mittendo uenerit, si ipse cum duodecim non poterit se saluare pectet ccc solidos : et qui mulierem alienam percusserit pectet ad suum maritum xxx solidos et septimam ad palatium : et homo de villa de prado qui fideiussores dare uoluerit pro intencione de qua eum inquietauerit, et dederit duos homines fideiussores et ipse tercius si ille qui eum inquietauerit noluerit recipere fideiussores et postea eum mactauerit totum Concilium pectet homicidium suis parentibus : et palatium domini Regis et palatium Episcopi habeant calumpniam, et tota villa habeat unum forum. Et homo de villa de prado qui fideiussor intrauerit si contentor eum non liberauerit qualem fideiussorem fecerit talem pectet, et si habuerit illum suum intentorem mittat illum pro se et exeat ipse de fideiussoria : et de suspecta de x solidis ad minus iuret cum uno vicino qualem habuerit, et de x solidis ad supra iuret cum duobus uicinis. Et homo de villa de prado qui se tornare uoluerit ad alium dominum ut ei benefaciat, sua casa et sua hereditas et uxor sua et filii sui sint liberi et soluti per forum de villa de prado. Do eciam uobis pro foro quod non habeatis alium dominum nisi me regem, et uxorem meam et filios meos : et homo de villa de prado qui habuerit mulierem ad benedictiones si eam lexauerit pectet unum denarium ad iudicem : et si mulier lexauerit suum maritum quem habuerit ad benedictiones pectet ccc solidos, medietatem ad palatium et medietatem ad suum maritum : et qui dirruperit casam cum lanceis et cum scutis de la porta a dentro pectet ccc solidos, medietatem ad dominum de ipsa casa, et medietatem ad palatium : et qui percuserit suum vicinum cum spata pectet xxx^a solidos et septimam ad palatium : Et qui percusserit vicinum suum cum lancea et exierit de vna parte ad aliam pectet xx solidos et septimam ad palatium, et si non exierit ad aliam partem pectet x solidos : et plaga unde ossa exierint pro unoquoque osso pectet x solidos et septimam ad palatium, et de alia plaga v solidos et septimam ad palatium : et pro tota pignora siue sit de palatio siue de Concilio recipiant fideiussorem pro ad forum. Et concedo uobis quod non habeat defensam nec montem nec pelagum, nisi de toto Concilio. Et nullus accipiat montaticum de ganatis de villa de prado. Et homines de villa de prado non dent portaticum in toto meo regno. Et mando quod capiant portaticum in villa de prado, scilicet de carrega de pedone iii mealias, et de caballo i solidum, et de mula i solidum, et de boue vi denarios, et de toto portatico quod uenerit ad villam de prado hospes ubi pausauerit accipiat terciam partem et portarius accipiat duas partes : et vicinus de villa de prado non respondant sine rancoroso : totas istas intentiones iudicent alcaldes de villa uestra per suam cartam, et alias intentiones iudicent secundum arbitrium bonorum hominum. Et ego supradictus Rex Alfonsus dei gratia Rex Port. vna cum vxore mea Regina donna

Beatrice et filia nostra Infanta domna Blanca do et concedo uobis populatoribus de predicta Popula de Prado omnia iura predicta que in ista carta continentur pro predictis de morabitanis, quos mihi et successoribus meis dare debetis annuatim pro meis iuribus et rendis meis de iudicatu de Prado, quos uos et Concilium de Popula de Prado mihi et omnibus successoribus meis annuatim ad supradictas tercias anni soluere obligastis. In cuius rei testimonium dedi uobis Populatoribus de Prado istam meam Cartam apertam sigilli mei munimine comunitam. Datum apud Sanctarenam, XIII die februarii, Rege mandante. Era m.^a cc.^a LXXX.^a VIII.^a Donnus Gonsaluus garsie alferaz Curie conf. Donnus Egidius martini maiordomus Curie conf. Donnus Martinus alfonsi tenens braganciam conf. Donnus Andreas fernandi tenens ripam Minii, donnus Alfonsus lupi tenens Sausam conf. Donnus Didacus lupi tenens Lamecum conf. Martinus egidii tenens trasserram conf. Gonsaluus menendi tenens Panoyas conf. Donnus Martinus Archiepiscopus Bracarensis conf. Donnus Egeas Episcopus Colimbriensis conf. Donnus Julianus Port. Episcopus conf. Donnus Rodericus Egitanensis Episcopus conf. Donnus Martinus Elborensis Episcopus, Donnus Matheus Visensis Episcopus conf. Donnus Petrus Lamecensis episcopus conf. Donnus Matheus Vlixbonensis Electus conf. donnus Johannes de Auoyno test. donnus Menendus suarii de Merloo test. Egeas laurenccii test. Alfonsus martini superiudex test. Rodericus iohannis Magister scolaram Tudensis test. Lupus roderici uicemaiordomus test. Martinus petri clericus domini Regis test. Johannes fernandi uice cancellarius test. Stephanus iohannis Cancellarius domini Regis conf. Erucus notarius curie fecit.

COGIA

COJA

1260

Ex apographo authentico saeculi XIV in Publico Archivo ab antiquo seruato textum hauesimus. Accedunt lectiones variae ex alio apographo ejusdem saeculi in scrinio sedis conimbricensis invento.

In dei nomine. Notum sit omnibus presentibus et futuris, Quod cum Castellum seu villa de Cogia ad tantam deuenisset depopulationem quod paucissimi iam ibi habitores¹ remansissent : Nos Egeas² dei gratia Colimbriensis Episcopus, una cum Capitulo nostro ac de consensu ipsorum habitatorum Castri seu ville de Cogia qui ibi remanserunt populamus ipsum supradictum locum de Cogia de focuo³ mortuo et omnibus qui ibi habitant et habitauerint populauerint et laborauerint : damus et concedimus talem⁴ forum, uidelicet : Quod de hiis rebus que habuerint dent decimam deo integre, quam soluant ecclesie nostre sancti Petri de Cogia : et pro dominio de quolibet casali annuatim i teiga de tritico limpio, et unam gallinam in festo Natalis domini, et ducant ea ad cellarium nostrum : et debent nobis dare unam geyram in anno ad podandum vineas nostras, et ducere sigulos arcos : et non debent recipere aliquem de Cautis nostris neque de aldeis nostris ad istam depopulationem. Montarius qui iuerit ad querendum mel uel pelles bestiarum, det dimidiam libram cere. De uenando⁵ quadrupedum de ceruo et de corcio det unum lumbum costalem : de porco tres costas cum chachacia⁶ sua : de vrsu manus : de cuniculis de apeiro dabit unum cuniculum cum pelle sua. Qui uendiderit carnes de porco dabit lumbos interiores : de vaca, ii denarios : de reyxello, i denarium. Qui fecerit calumpniam pectet eam nobis uidelicet : de homicidio, x morabitanos : de stercore in ore, x morabitanos : De furto, pro uno nouem : de raptu mulieris, x morabitanos : de uulnere cum ferro mollito, v^o morabitanos : de sanguine super oculis, LX solidos : de homine⁷ de iudicato uel muliere, LX solidos, si habuerit accusatorem uel reclamatorem. Qui rem alienam forciauerit, pectet eam duplatam. De casa rupta, LX solidos. Qui iurauerit dabit vi^{ex} denarios. Qui fregerit sigillum Maiorini⁸ nostri in castello predicto, pectabit v^o solidos : In uillis, ii solidos. Qui dederit fideiussorem maiordomo, et ad diem assignatam sibi non uenerit pectabit v^o solidos. Qui forciauerit maiordomum nostrum duplicabit quod acceperit ei. Qui per forciam acceperit ganatum quod fecerit dampnum et non dederit fideiussorem ad emendandum duplicabit estimacionem. Qui extraxerit arma contra vicinum per iram, pectabit arma aut v^o solidos. Qui percusserit maiordomum uel minatus fuerit ei uel eum occiderit pectabit x morabitanos. Qui non exierit ad preconium iudicis uel Maiordomi uel Concilii pectabit v^o solidos. Si maiordomus pignouerit⁹ aliquem et noluerit accipere fideiussorem super pignore,

1 habitores
2 Egeas
3 foco
4 tale
5 uenacione

6 chachacia
7 homo
8 maiordomi
9 pignoraerit

cuius fuerit pignus accipiat ei sine calumpnia. Qui fregerit cautum iudicis, pectabit LX solidos : et omnia ista que maiordomus demandauerit, debet probare per bonos homines. Qui uendiderit hereditatem uel vineam, det decimam de pecunia : et non uendat nec donet nec tradat ad laborandum¹⁰ militi nec ordini nec alii, nisi laboratori qui moretur ibi et faciat dictum forum. Et quilibet faciat carregram semel in anno sic quod in eadem die redeat in domum¹¹ suam¹¹. Carpentarius det unam diem in opere nostro, et in aliis diebus laboret pro precio suo. Quicumque morator in Cogia uel in terminis suis nominauerit alium dominum uel militem uel armigerum uel alium potentem¹² extraneum duxerit ad Cautum in adiutorium suum contra nos uel contra vicinos suos uel filium alicuius ipsorum nutrierit¹³ uel de foris per se uel cum aliis malum fecerit in Cauto, perdat quicquid habuerit et exciatur¹⁴ a Cauto. Omnes habitatores Cauti sint liberi ab omni portagine, sed qui uenerint aliunde et comparauerit ibi uel uendiderit, det portaginem, uidelicet : de boue ad aratrum, 1 solidum : de boue uel vaca¹⁵ ad occidendum, vi denarios : de porco, ii denarios : de raxillo¹⁶, 1 denarium : de pelle de cordariis, uel de cabritis ad uestiendum, vi denarios : de cupa, vi denarios : de corio crudo bouis uel vace, ii denarios : de cortido, vi denarios : de pullo equi capistrario, ii solidos : de bestia de albarda, ii solidos : de caballo de sella, dimidium morabatinum : de carrega sallis de bestia caballaria, 1 alqueire salis : de carrega asini, de sale dimidium alqueire : de carrega sardinis¹⁷, iii denarios. Qui comparauerit uel uendiderit panem uel ceram uel pannos, dabit de morabitino vi denarios. De manta vi denarios. Qui emerit vinum uel uendiderit de morabitinata viii denarios. Bufonus qui preconizauerit in villa et uendiderit, dabit 1 denarium. Si duxerit asinum, dabit ii denarios. Quicumque baraliauerit et fecerit iniuriam vicino suo, faciat emendam per iudicem et per vicinos bonos homines : Quod si facere noluerit expellatur a Cauto et pectet nobis LX solidos : et qui receperit iniuriam det treugam et recipiat emendam per iudicem : et vicinos suos nec amicos uel parentes de foris introducat in Cautum nisi per treugam et ad pacem faciendam : Quod si non fecerit, pectabit LX solidos, et expellatur¹⁸ a Cauto. Quicumque contra hanc cartam uenerit, maledictionem dei omnipotentis incurrat : Quicumque uero eam bene seruauerit, benedictionem dei patris omnipotentis habeat, et sit in secula benedictus. Et ut hoc factum robur obtineat in perpetuum firmitudinis maioris presentem cartam sigillo nostro, et sigillo Capituli nostri fecimus communiri. Actum apud Colimbriam pridie idus Septembris¹⁹. Era M.^a CC.^a LXXXX.^a Octaua.

10 laborandum
11 domo sua.
12 potentem
13 nutrierit
14 eiciatur

15 de vaca
16 reyxello
17 de sardinis
18 expelliatur
19 Seutenbris

MONZON

MONÇON

1261

Ex autographo, quod in Publico Archivo seruat, hoc descripsimus forale.

In christi nomine et eius gratia. Notum sit omnibus presentes litteras inspecturis, Quod ego Alfonsus dei gratia Rex Port. una cum vxore mea Regina domna Beatrice illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filia nostra Infanta domna Blanca, facio quandam populationem in Cauto de Maazedo et impono ei de nouo nomen Monzon. Et do hominibus populatoribus presentibus et futuris eiusdem loci de Monçon quantum habeo in Cauto de Maazedo quomodo diuidit per focem de Guedayna : Et deinde per pontem de torperit : et deinde per portum de lamas, et quomodo uadit directe ad portum de Jogo, et deinde per portum de senra, et deinde ad figueyram de frade, et deinde quomodo diuidit cum cautis de sancto Johanne de longouares, et de Reerit, quomodo uadit ad Minium. Do eciam eis quatuor casalia que habeo in cauto sancti Johannis de Longouares pro sua hereditate propria, et pro suis terminis. Et do eis et concedo forum et cartam qualem habent homines de Valencia de ripa de Minio que talis est : In primis, Concedo uobis ut non detis pro homicidio nisi trecentos solidos in apreciadura, et de illis trecentis solidis detis inde septimam ad palacium per manum iudicis. Et in aliquo preyto uel in aliqua calumpnia non intret meus Meirinus nisi iudex de uestro Concilio. Et tertia pars de uestro Concilio faciat fossatum, et alie due partes stent in uestra villa : et de illa tertia que debuerit facere fossatum, ille qui ibi non fuerit pectet pro fossadaria quinque solidos in apreciadura : et non faciatis fossatum nisi cum domino uestro, una uice in anno, nisi fuerit per beneplacitum uestrum : Et clerici et pedones non faciant fossatum. Et non intrent ibi nuncium neque maneria de aliquo homine de Monçon. Et qui in termino de Monçon filiam alienam ra-

puerit contra suam uoluntatem, pectet ad palatium trecentos solidos, et exeat pro homicida. Et si aliquis inter uos in mercato aut in Ecclesia aut in Concilio preconato percusserit suum uicinum, pectet LX^a solidos ad concilium, et sit inde septima de palatio per manum iudicis. Et de quolibet furto dominus furti recipiat suum cabum, et alias octo partes diuidat cum iudice per medium. Et ille qui domum fecerit aut vineam aut hereditatem suam honorauerit, et uno anno in illa sederit, si postea in alia terra habitare uoluerit, seruiat ei sua hereditas ubicunque habitauerit : Et si illam uoluerit uendere uendat cui uoluerit per forum de uilla uestra. Et homines de Monçon qui debuerint facere iudicium aut aiunctam cum hominibus de aliis terris, habeant illud in capite suorum terminorum. Do uobis pro foro quod miles de Monçon stet pro infancione de toto meo regno in iudicio et in iuramento, et uincat ipsum cum duobus iuratoribus : et pedes stet pro milite villano de totis terris meis in iudicio et iuramento, et uincat cum duobus iuratoribus. Et homines qui de suis terris exierint cum homicidio aut cum muliere rousada uel cum alia qualibet calumpnia, excepto quod non ducat mulierem alienam de benedictionibus, et fecerit se uasallum de aliquo homine de Monçon, sit liber et defensus per forum de Monzon. Et si homo de qualibet alia terra uenerit cum inimicicia aut cum pignora postquam in termino de Monçon intrauerit, si inimicus eius post ipsum introierit, et ei pignus abstulerit, aut aliquod malum ei fecerit, pectet domino qui tenuerit Monzon quingentos solidos, et duplet pignus ei cui abstulerit et lioures quos fecerit. Et qui hominem de Monçon pignorauerit, et ante non petierit directum in Concilio uestro, pectet ad palatium LX^a solidos, et duplet pignoram illi cui abstulerit. Et homo de alia terra qui militem de Monçon descaualgauerit, pectet LX^a solidos. Et homo de Monçon qui militem de alia terra descaualgauerit, pectet v^o solidos. Et si homo de alia terra apprehenderit hominem de Monçon et eum in prisonem miserit, pectet trecentos solidos : Et si homo de Monçon apprehenderit hominem de alia terra, pectet quinque solidos. Et si homo de Monçon pro aliqua fideiussoria per medium annum non fuerit requisitus, sit liber de illa : Et si mortuus fuerit, mulier et filii eius sint liberi de illa. Et homines de Monzon non soluant pignora pro domino de Monzon, neque pro meyrino, neque sint pignorati pro suo uicino. Et milites de Monçon, neque mulieres uidue, non dent pousatam per forum de Monzon, nisi pedones per manum iudicis, usque ad tercium diem. Et homines de uestris terminis uel de aliis terris qui sederint in uestras hereditates aut in uestros solares, et domini eorum non fuerint ibi, ueniant ad signum de iudice, et dent fideiussores quod respondeant ad directum, quando uenerint domini sui. Et si fecerint calumpniam, pectent eam dominis suis et septimam ad palatium : et non seruiant ad alium hominem, nisi ad dominos suos in quorum solares sederint. Et senara et vinee domini Regis habeant tale forum quale senare et vinee uestre habuerint. Et qui uicinum suum occiderit, et in domo sua fugerit, qui post ipsum intrauerit et ibi eum mactauerit, pectet trecentos solidos. Et qui mulierem forciauerit et ipsa uoces mittendo uenerit, si ipse cum duodecim non potuerit se saluare, pectet trecentos solidos. Et qui mulierem alienam percusserit, pectet ad suum maritum triginta solidos et septimam ad palatium. Et homo de Monzon qui fideiussores dare uoluerint pro intentione de qua eum inquietauerint, et dederint duos homines fideiussores et ipse tercius, si ille qui eum inquietauerit noluerit recipere fideiussores, et postea eum mactauerit, totum Concilium pectet homicidium suis parentibus. Et palatium domini Regis, et palatium Episcopi, habeant calumpniam, et tota uilla habeat unum forum. Et homo de Monzon qui fideiussor intrauerit si contemptor eum non liberauerit, qualem fideiussoriam fecerit, talem pectet : Et si habuerit illum suum intemptorem mittat illum pro se, et exeat ipse de fideiussoria : et de suspecta de decem solidis ad minus iuret cum uno uicino qualem habuerit, et de decem solidis et supra iuret cum duobus uicinis. Et homo de monzon qui se tornare uoluerit ad alium dominum ut ei beneficiat, sua casa et sua hereditas, et uxor sua, et filii sui sint liberi et soluti per forum de monzon. Do eciam uobis pro foro, ut non habeatis alium dominum, nisi me Regem, et uxorem meam, et filios nostros. Et homo de monzon qui habuerit mulierem ad benedictiones, si eam lexauerit, pectet unum denarium ad iudicem. Et si mulier lexauerit suum maritum quem habuerit ad benedictiones pectet trecentos solidos, medietatem ad palatium et medietatem ad suum maritum. Et qui dirumperit casam cum lanceis et cum scutis de la porta a dentro, pectet trecentos solidos, medietatem ad dominum de ipsa casa et medietatem ad palatium. Et qui percusserit suum uicinum cum spata, pectet quadraginta solidos et septimam ad palatium. Et qui percusserit suum uicinum cum lancea et exierit de una parte ad aliam, pectet viginti solidos et septimam ad palatium, et si non exierit ad aliam partem, pectet decem solidos. Et plaga unde ossa exierint pro unoquoque osso, pectet decem solidos et septimam ad palatium : et de alia plaga, quinque solidos et septimam ad palatium. Et pro tota pignora siue sit de palatio siue sit de Concilio recipiant fideiussorem pro ad forum. Et concedo uobis quod non habeant defensam, neque montem, neque pelagum, nisi de toto concilio. Et nullus accipiat montadigum de ganatis de monzon. Et homines de monzon non dent portadigum in toto meo Regno. Et mando quod capiant portadigum in monzon, scilicet, de carrega de pedone tres mealas, et de caballo unum solidum, et de mulo unum solidum, et de boue vi denarios : Et de toto portadigo que uenerit ad monzon hospes ubi pausauerit terciam partem habeat, et portarius accipiat duas partes. Et uicinus de monzon non respondeat sine rancuroso. Totas istas intentiones iudicent alcaldes de uilla uestra per suam cartam : Et alias intenciones iudicent secundum arbitrium bonorum hominum. Ego Alfonsus dei gratia supradictus Rex Port. una cum uxore mea Regina domna Beatrice

filia Illustris Regis Castelle et Legionis, et filia nostra Infanta domna Blanca, do et concedo ipsis populatoribus de monzon de gratia ut melius ipsa villa de monzon populetur quod meus Riquus homo nunquam pauset in ipsa villa de Monzon, nec in suo cauto : et quod pro portatico, et pro calumpniis, et pro omnibus meis rendis et foris et directuris supradictis de predicta villa de Monzon dent quolibet anno mihi et meis successoribus trecentos morabitanos ueteres ad tercias anni, et non magis : et dent eos mihi extra uillam de Monzon. In cuius rei testimonium dedi et do dictis populatoribus de Monzon istam meam cartam apertam, mei sigilli munimine roboratam. Que fuit facta apud Vimaranes XII.^a die Marcii. Era M.^a CC.^a LXXX.^a VIII.^a

Domnus Gonsaluus garsie signifer Curie — Domnus Egidius martini maiordomus Curie, conf. — Domnus Andreas fernandi tenens ripam de minio — Domnus Martinus alfonsi tenens Braganciam — Domnus Didacus lupi tenens Lamecum, conf. — Domnus Martinus egidii tenens transserram — Domnus Gonsaluus menendi tenens ultra tagum, conf.

Domnus Martinus Archiepiscopus Bracharensis — Domnus Vincencius Electus Portugalensis — Domnus Egeas Episcopus Coliembriensis, conf. — Domnus Petrus Episcopus Lamecensis — Domnus Rodericus Episcopus Egitaniensis — Domnus Matheus Episcopus Visensis, conf. — Domnus Martinus Episcopus Elborensis conf.

Domnus Menendus suerii de Merloo test. — Domnus Johannes de auoyno test. — Fernandus fernandi cogominus test. — Petrus martini petarinus test. — Petrus martini quondam superiudex test. — Domnus Rodericus martini comendator test. — Rodericus (?) iohannis Magister scholarum tudensis test.

Johannes suerii conelius test. — Petrus iohannis repositarius — Petrus fernandi coparijs, test. — Johannes fernandi vicecancellarius test. — Dominicus petri Notarius Curie test.

Domnus Stephanus iohannis Cancellarius curie.

..... notarius curie Notuit.

TERENA

TERENA

1262

Hoc forale, a Brandano jam edito (MONARCH. LUSIT., vol. VI, Append.) in codice Publici Archivi, titulo Foracs Velhos de Leitura Nova insignito, ex quo descripsimus, tantum inuenitur.

In dei nomine et eius gracia. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego donus egidius martini vna cum vxore mea dona Maria joannis et cum nostris filiis et filiabus facimus cartam de foro uobis populatoribus de nostra hereditate de sancta maria de Terena tam presentibus quam futuris. Et damus et concedimus uobis predictam hereditatem nostram de sancta maria de Terena per terminos diuisatam, videlicet : quomodo incipit vbi intrat carraria de machos in vdialuiciuez : Et deinde per ipsam aquam de vdialuiciuez descendendo et intrat in vdianam et per ipsam aquam de vdiana ubi intrat aqua de azouel in vdianam et deinde surssum per ipsam aquam de azouel quomodo vadit ad athalayam de azouel : Et de ipsa atalaya de azouel quomodo vadit per cumen de alfauagom : Et de ipso cume de alfauagom quomodo vadit ad carrariam de machos. Et damus et concedimus vobis populatoribus de predicta nostra hereditate de Sancta maria de terena forum et costumes de Elbora quod forum tale est : Primo concedimus vobis quod due partes de caballariis uadant in fossado, et tertia pars remaneat in uilla : Et vna uice faciant fossado in anno : Et qui non fuerit ad fossado pectet quinque solidos pro foro pro fossadaria. Et pro homicidio pectet centum solidos ad palacium. Et pro casa derota cum armis scutis et spadis pectet trecentos solidos et septima ad palacium. Et qui furtauerit pectet pro vno nouem : Et habeat intendor duos quiniones, et septem partes ad palacium. Et qui mulierem afforciauert et illa clamando dixerit quod ab illo est afforciada et ille negauerit det illa outorgamentum de tres homines tales quales ille fuerit : ille iuret cum duodecim : Et si non habuerit outorgamento iuret ipse solus : Et si non potuerit iurare pectet ad illam trecentos solidos et septima ad palacium. Et testimonia mentirosa et fiel mentiroso pectet LX.^a solidos et septima ad palacium, et duplet o auer. Et qui in concilio aut in mercato aut in ecclesia feriret pectet LX.^a solidos medios ad palacium et medios ad concilium : Et de medio de concilio septima ad palacium. Et homine qui fuerit gentile aut herdeiro non sit meyrino. Et qui in uilla pignores achar et fiadur et ad montem fuerit pignorar duplet a pignora et pectet LX.^a solidos et septima ad palacium. Et qui non fuerit ad sinal de iudice et pignus sacudiuerit ad sayom pectet vnum solidum ad iudicem. Et qui non fuerit ad apelido caualeyros et pedones exceptis hiis qui sunt in seruicio alieno miles pectet decem solidos et pedo quinque solidos ad uicinos. Et qui habuerit al-

deyam et vnum jugum de boues et decem oues et vnum asinum et duos leyos comparet caballum. Et qui quebrantauerit sinal cum sua muliere pectet vnum solidum ad iudicem. Et mulier que lexauerit suum maritum de benedictione pectet trecentos solidos et setima ad palacium. Et ille qui lexauerit mulierem suam pectet vnum denarium ad iudicem. Et qui caualo alieno caualgauerit pro vno die pectet i carnarium et si magis pectet las amgueyras, pro vno die sex denarios, et pro vna nocte vnum solidum. Et qui ferierit de lancea aut de spada pro intrada pectet decem solidos : Et si passauerit ad alteram partem, pectet viginti solidos ad quereloso. Et qui fregerit oculum aut brachium aut dentem, pro vnoquoque membro pectet centum solidos ou aligado : Et ille det setima ad palacium. Et qui mulierem alienam ferierit ante suum maritum, pectet triginta solidos et setima ad palacium. Et qui moiom alieno in suo ero mudauerit, pectet quinque solidos et setima ad palacium. Et qui linde alieno quebrantauerit, pectet quinque solidos et setima ad palacium. Qui conducteiro alieno mactauerit suos amo colligat homicidio et det setima ad palacium : similiter de suo ortolano, et de quarteiro, et de suo molleyro, aut de suo solarengo. Qui habuerit vassallos in suo solar aut in sua hereditate non seruiant ad alterum hominem de tota sua fazenda nisi ad dominum de solar. Milites de sancta maria de Terena sint in iudicio pro podestades et infanzones de portugal : Clerici uero habeant mores militum. Pedones sint in iudicio pro caualeyros villanos de altera terra. Qui venerit vozeiro ad suo uicino pro homine de foris de uilla, pectet decem solidos et setima ad palacium. Ganado de sancta maria de Terena non sit montado in nulla terra. Et homine qui se naufragauerit suo adestrado quamuis habeat alium sedeat excusado usque ad caput anni. Mancebo qui mactauerit hominem foras uille et fugerit, suos amo non pectet homicidium. Por todas querelas de palacio iudex sit uozeiro. Qui in uilla pignorar cum sayom et sacudiuerit ei pignos outorguet et sayom et prenda concilio de tres collaciones et pignoret pro lx^a solidos, medios al rancuroso et medios ad concilium. Barones de sancta Maria de Terena non sint dados em prestamo. Et si homines de sancta Maria de Terena habuerint iudicium cum hominibus de alia terra, non currat inter eos firma, sed currat per esquisam aut reto. Et omnes qui quesierint pousar cum suo ganato in terminos de sancta maria de Terena, prenda de illis montado, de grege das oues quatuor carnarios, de busto das uacas vnam uacam. Et omnes milites qui fuerint in fossado aut in gardia, omnes caualeyros qui se perdiderint in algara uel in lide, primo ereptis eos sine quinta, et postea detis nobis quintam directam. Et toto homine de sancta maria de Terena qui inuenerit homines de aliis ciuitatibus in suis terminis taliando uel leuando madeyram de montes prenda eis totum quod inuenerint sine calumpnia. De azarias et de gardias date nobis quintam partem sine vlla offrecione. Quicumque ganatum domesticum pignorauerit uel rapere fecerit pectet lx^a solidos ad palacium et duplet ganatum ad dominum suum. Concedimus et firmamus perhenniter ut quicumque pignorauerit mercatores uel uiatores christianos, judeos, siue mauros, nisi fuerit fideiussor vel debitor quicumque fecerit pectet lx^a solidos ad palacium, et duplet ganatum quod prenda domino suo et insuper pectet centum morabitanos pro cauto quod fregerit : Et dominus habeat inde medietatem et concilium medietatem. Et siquis ad nostram uillam venerit per vin cibos aut aliquas res accipere, et ibi fuerit mortuus vel percussus non pectet pro eo aliquam calumpniam nec suorum parentum homicide habeantur. Et si cum queyrome de illo venerint ad dominum uel ad alcayde pectet centum morabitanos, medietatem domino et medietatem concilio. Mandamus et concedimus quod si aliquis fuerit latro et si jam per vnum annum aut per duos furare vel rapere dimisit si pro aliqua re repetitus fuerit quam comisit saluet se tanquam latro : Et si latro est et latro fuit omnino pereat et subiaceat penam latronis. Et si aliquis repetitur pro furto et non est latro nec fuit respondeat ad suos foros. Et si aliquis homo filiam alienam rapuerit extra suam voluntatem donet eam ad suos parentes et pectet illis trecentos morabitanos et setimam ad palacium et insuper sedeat homicida. De portagine de foro : de troxel de caualo de panos de lana ou de lino, vnum solidum : De troxel de lana, vnum solidum : De troxel de fustaes, quinque solidos : De troxel de panos de color, quinque solidos : De carrega de piscato, vnum solidum : De carrega de asino, sex denarios : De carrega dos christianos de conelios, quinque solidos : De carrega de mauris de conelios, vnum morabitanum : Portagem de caualo quem vendiderint in azougue, vnum solidum : De mulo, vnum solidum : De asino, sex denarios : De boue, sex denarios : De carneyro, tres mealias : De porco, duos denarios : De foron, duos denarios : De carrega de pane aut de uino, tres mealias : De carrega de peom, vnum denarium : De mauro quem vendiderint in mercato, vnum solidum : De mauro qui se redimerit, decimam partem : De mauro qui se taliat cum suo domino, decimam : De corio de uaca aut de zeura, duos denarios : De corio de ceruo, aut de gamo, tres mealias : De carrega de cera, quinque solidos : De carrega de azeyte, quinque solidos. Istam portaginem supradictam retinemus nobis et omnibus successoribus nostris integram. Et retinemus nobis regalengos et matham quos regalengos et quam matham pro ad nos iam filiaimus in ipsa hereditate. Et retinemus nobis molendina et fornos et azougues et montadum de tota predicta hereditate et portaginem et montadum debemus habere et recipere de hominibus de foris et de populatoribus predictae hereditatis nostre non debemus recipere montadum nec portaginem. Et ego donus egidius martini vna cum vxore mea dona maria Joannis et cum filiis et filiabus nostris, hanc cartam de foro vobis populatoribus Sancte marie de Terena concedimus et confirmamus et eam sigilli mei munimine roboramus in testimonium huius rei. Quicumque hanc cartam obseruauerit sit be-

nedictus a deo patre omnipotente : Et quicumque eam irrumpere voluerit sit maledictus et excommunicatus et cum juda traditore in inferno dampnatus. Facta carta mense februarii. Era Millessima Trecentessima. Qui presentes fuerunt, Donus Egeas episcopus Colimbriensis, Donus Joannes petri prior Monasterii sancte crucis Colimbriensis, Joannes Suerii decanus portugalensis, Gonsaluus gonsalui Cantor portugalensis, Dominicus petri clericus Domini regis port., test. : Rodericus falfiaz, Stephanus de freytas, test. : Santius petri de barbosa, Suerius petri de baruosa, Donus Menendus fernandiz de merloo, testes : Martinus moreira, Martinus petri, Martinus lobeira, Martinus stephani presbiter, testes.

CAUTUM S. MAMETIS DE RIPA DE TUA

S. MAMEDE DE RIBA-TUA

1262

Ex apographo authentico saeculi XV, olim in scrinio archiepiscopali bracharensi, nunc in Archivo Publico servato, deprompsimus. Non aliud nobis cognitum manet exemplar.

In dei nomine. Nouerint vniversi presentem scripti seriem inspecturi quod nos Martinus dei promissione bracharensis Archiepiscopus cum consensu et autoritate capituli nostri vobis populatoribus Santi Mametis et omnibus sucessoribus vestris facimus cartam de foro perpetuo de ipso nostro Cauto Santi Mametis de Ripa de tua cum omnibus suis terminis novis et antiquis excepta eiclesia cum hereditatibus et pertinenciis suis et excepta piscaria que vocatur Cachus de lagenas malas quas nobis retinemus. Damus autem et concedimus vobis ipsum captum tali condicione et pacto videlicet quod vos exceptis hereditatibus quas habet eiclesia et quas de jure debet habere faciatis viginti quatuor quarellas de illis hereditatibus que iam sunt facte siue rrote de illis vero hereditatibus que nondum sunt facte siue rrote faciatis viginti quinque partes. Et de istis viginti quinque partibus detis inde vnam partem eiclesie : de aliis autem viginti quatuor partibus non rrotis et de quairelis predictis per totum debent fieri viginti quatuor quairele et non plus. Et de qualibet quairelle vos et omnes subcessores vestri nobis et subcessoribus nostris pro foro dare debetis anuatim vnum quartarium de tritico et alium quartarium de secunda et duos pucales de vino et unam teigam de ligumine et qui non abuerit legumen det pro illo vnam teigam de pane. Item debetis dare nobis de qualibet quairela vnum vincilium plenum de lino sico de tendal et vincilium debet esse ita longum sicut tres feure de lino in longum porrecte quas maiordomus terre inuenerit maiores in ipso capto. Item debetis dare nobis lunbos de venatis : et pro colecta omnes insimul debetis nobis in quodlibet anno siue veniamus ibi siue non, carnem uel piscatum quod valeat nouem libras de çera, uel ipsas nouem libras de çera quod istorum nos maluerimus : et libra debet esse de sedecim vnciis. Item de qualibet quairella dabitis pro ipsa colecta vnum alqueire de tritico et alium alqueire de centeno siue in pane cocto siue in grano quod nobis magis placuerit, et vnum almude de ordeo et vnum almude de vino : et tam panis quam vinum et ordeum predictum totum debet esse per menssuram quomodo currit in feira de constantim. Item de omni piscato marisco nobis dare debetis quartam partem et de qualibet quairela debetis dare sex geiras in quodlibet anno in labore eiclesie ipsius ville siue cum bobus siue alio modo et si aliqua de ipsis quairellis non fuerit populata, Concilium debet inde nobis facere predictum forum : et si aliquis uestrum acceperit ferrum contra alium debet pectare nobis quinque modios et omnes alie calupnie quas feceritis iudicentur secundum consuetudinem terre de panoniis per iudicem ipsius Cauti quem nos ibi posuerimus pro iudice de consilio vestro : Et nos habeamus inde medietatem et Concilium habeat aliam medietatem : et vnus ex vobis debet esse noster maiordomus et seruicialis in ipso Cauto quem nos elegerimus et nos debemus ci dare voluntates ... quibus coligat panem et vinum nostrum. Item d..... apilidum et in mandatum nostrum ita quod in ipsa die possitis reddere ad domos uestras : et non debetis dare luctossam nec maniadigo. Et si aliquis uestrum voluerit vendere vendat patri aut matri uel filiis uel germanis siue fratribus patrum et matrum et filiis fratrum et sororum qui sunt de illa avolenga : et si isti noluerint emere vendat eiclesie bracharensis uel eiclesie ipsius Cauti : et si eiclesia bracharensis uel eiclesia ipsius Cauti noluerint emere tunc vendat alicui de genere suo, uel alicui alii qui moretur in ipso cauto : Et faciat inde nobis predictum forum. Item non debetis ibi mittere filium uel filiam de algo nec aliquo modo hereditare ipsos uel aliquod religiosum : et nullus debet ibi habere hereditatem nisi illo qui moratus fuerit in ipso Cauto. Et non debetis habere alium dominum nisi Archiepiscopum bracharensis. Habeatis igitur vos et omnes subcessores vestri predictum Cautum cum prefato foro jure hereditario perpetuo possidendum. Siquis autem tam ex parte uestra quam nostra contra cartam istam venire presumpserit pectet alteri parti centum modios carta ista nichilominus in ssuo rrobore perdurante. Et si aliqua alia carta super hoc aparuerit nulius

sit momenti. Facta carta per manum Johannis petri tabelionis bracharensis ciuitatis decimo sexto kalendas aprilis. Era millessima trecentessima.

Julianus — Martinus — Dominicus —, test. — Dominus petrus garsie Archidiaconus — Dominus geraldus archidiaconus —, test. : — Johannes peris — Stephanus pelagii —, canonicos.

Michaelis ihoanis iudex bracharensis, test. — Petrus rroderici, test. — Stephanus garcia (?), test. — Martinus ihoanis, test. — Johannes gunssalui, test. — Petrus fernandi, test.

TOLOSA

TOLOSA

1262

Foralis de Tolosa autographum exemplar, ab antiquo in Archivo Publico seruatam, nobis textum, quod hic edimus, praebeuit.

In Nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti amen. Ego don A. petri prior de portugal de ordin do espital una cum conuentu nostro uolumus populare Tolosa : Damus uobis populatoribus tam presentibus quam futuris foros et costumes docrate : ut duas partes dos caualeiros uadant in fossado, et tercia parte remaneat in ciuitate : et una uice faciant fossado in anno : Et qui non fuerit ad fossado pectet v solidos pro fossaderia. Et pro homicidio pectet c solidos ad palatium. Et pro casa derota cum armis, scutis, et spatibus, pectet ccc solidos et vii.^a ad palatium. Et qui furtauerit, pectet pro uno noue, et habeat intentor duos quiniones et vii.^a partes ad palacio. Et quem mulier forciar et illa clamando dixit quod ab illo est aforcia, et ille negauerit, det illa autorgamento de tres homines tales qualis ille fuerit, ille iuret cum xii : Et sy non habuerit outorgamento iuret ipse solus : Et sy non potuerit iurare pectet ad illam ccc solidos et vii.^a ad palatium. Et testimonia mentiroso, et fidele mentiroso, pectet lx.^a solidos et vii.^a ad palatium, et duplet o auer. Et qui in concelo ou en mercado aut in ecclesia feriret, pectet lx.^a solidos, medios ad palatium, medios ad concilium : Et de medio de concilio, vii.^a ad palatium. Et omo qui fuerit gentile aut herdador que non seat meirio. Et qui in uilla pignos affalando aut fiador que a monte fuerit penorar, duplet a penora, et pectet lx solidos et vii.^a ad palatium. Et qui non fuerit a sinal de iudice, et pignos sacndiret a ssaion, pectet i solidum ad iudicem. Et qui non fuerit a apilido canalerios et pedones, etsceptis hiis qui sunt in seruicio alieno, milles pectet x solidos, peon y solidos ad uicinos. Et qui habuerit aldeam et unum iugo de bois, et xxx oues, et unum asinum, et dous leitos compare caualo. Et qui quebrantauerit sinal cum sua muliere, pectet i solidum ad iudice. Et mulier qui leixauerit suum maritum de beneditione, pectet ccc solidos et vii.^a ad palatium : Et qui leixauerit mulierem suam pectet i denarium ad iudicem. Et qui cauallum alienum caualgauerit pro uno die pectet i carneiro et sy magis pectet as angeiras, pectet pro die vi denarios, et una nocte i solidum. Et qui feriret de lancea aut despada pola entrada pectet x solidos : Et si introierit ad alia parte, pectet xxi solidos aut quereloso (*sic*). Et qui quebrantauerit oculum aut brachium aut dentem pro unoquoque membro pectet c solidos a sinaado, et ille det vii.^a ad palatium. Qui mulierem alienam ante suum maritum ferire, pectet xxx solidos et vii.^a ad palatium. Qui conduteiro alienum mataret suo amo non colligat omicidium, et det vii.^a ad palatium : similis de suo ortolano, et de quarteiro, et de suo molneiro, et de suo solarengo. Qui mouron alieno in suo ero mudaret, pectet v solidos et vii.^a ad palatium. Qui lindem alienum quebrantauerit, pectet v solidos et vii.^a ad palatium. Qui habuerit uasalos in suo solar aut in sua hereditata (*sic*) non seruiat ad alium hominem de tota sua fazenda nisi ad dominum de solar. Tendas molinos et fornos de omees de tolosa sint liberi de foro. Milites de tolosa sint in iudicio pro podestades et infanzoes de port. : Clerici uero habeant mores militum. Pedones sint in iudicio pro caualariaiis uilanos de alia terre. Qui uenerit uozeiro ad suum uizinum pro ominem de foras uilla, pectet x solidos et vii.^a ad palatium. Ganado de tolosa non sit montado nulla terra. Et homo a qui se anafragaret suum adestrado quamuis habeat alium sedeat excusatum usque ad capud anny. Mancebu qui mataret hominem foras uille et fugerit suo amo non pectet homicidium : per totis querelis de palatio iudex sit uozeiro. Qui in uilla penorar cum saion et sacudiret ei pignores outorge o saion et prendat concilio de tres collationes et prindet pro lx solidos, medios ad concilium et medios ad rancuroso. Baroes de tolosa non sint in prestamo dati. Et sy homines de tolosa habuerint iudicium cum hominibus de alia terre non curat inter illos firma, sed currat per esquisia aut repto. Et omnes qui quiserem pousar cum suo ganato in termino de tolosa, prendant deles montadigo de grege de ouibus iiii carneiros, et de bosto das uacas i uaca : illud montadigo est de concilio. Et homines milites qui fuerint in fosado uel garda omnes caualos qui se perdi-

derint en algara uel in lide primo erectis eos sine quinta et postea detis nobis quinta directam. Et totus homo de tolosa quod inuenerit omnes de aliis ciuitatibus in suis terminis talando aut leuando madeira de montes premdat totum que innenerit sine calunia. De azarias et de gardas quinta parte nobis date sine ulla offrectione. Quicumque ganatum mistico pignorare uel rapere fecerit pectet lx solidos ad palatium et dupplet ganatum suo domino. Testamus uero et perhenniter firmamus quod quicumque pignorauerit mercatores uel uiatores christianos, judeos, siue mouros, nisi fuerit fideiussor uel debitor quicumque fecerit pectet lx solidos palatio, et dupplet ganatum quod prendiderit ad suum dominum : et insuper pectet c morabitanos pro couto quod fregerit, Prior et conuentus habeat metatem, et concilium medietatem. Syquis ad uestram uillam uenerit per uim cibos aut aliquam res accipere, et ibi mortuus uel percussus fuerit, non pectet pro eo aliquam calumpniam nec suorum parentum homicidia habeantur. Et si cum querimonia de ipso ad priorem uel ad dominum terre uenerit, pectet c morabitanos, mediatatem priori et conuentu, et mediatate concilio. Mandamus et concedimus quod si aliquis fuerit latro et si iam per unum annum uel duos furtari uel rapere dimiserit, si pro aliqua repetitus fuerit quam comisit saluet se tanquam latro : Et si latro est et si latro fuit omnia pereat et subbeat penam latronis. Et si aliquis repetitur pro furto et non est latro neque fuit respondeat ad suos foros. Si aliquis homo filiam alienam rapuerit extra suam uoluptatem donet eam ad suos parentes et pectet eis ccc morabitanos et vii.^a ad palatium, et insuper sit homicida. De portagem de foro : de troxel de cauallu de pannis de lana uel de lino, i solidum : De troxel de lana, i solidum : De troxel de fustaes, v solidos : De troxel de panos de color, v solidos : De carrega de pescado, i solidum : De carrega de asino, vi denarios : De carrega de christianis de coniliis, v solidos : De carrega de mauris de coniliis, i morabitanum. De portagem de caualo que uenderem en mercado, i solidum : De mulo, i solidum : De asino, vi denarios : De boue, vi denarios : De carneiro, iii mealias : De porcu, ii denarios : De furon, ii denarios : De carrega de pam et de uino, iii mealias : De carrega de peon, i denarium : De mouro que uendiderit in mercado, i solidum : De mouro que se redimerit, decimam : De mouro qui taliat cum suo domino, decimam : De corio de uaca ou de zeura, ii denarios : De corio de ceruo uel de gamo, iii mealias : De carrega de cera, v solidos : De carrega dazeite, v solidos. Istud portagem est de homines foras uille, tercia de suo hospite et duas partes de priore et conuentu.

In dei nomine. Conozuda a cousa sega a tudos aqueles que esta carta presente uirem, que eu Frei affonso petri homildoso Priul dospital em portugal em ssenbra con o nosso cabidoo, Damos aos poboadores de tolosa a pobrar huma nossa herdade in a ribeyra de soor en o termo do crato a qual herdade ficou por nosso sesmo, quando ssesmamos con o concelo do crato, saluuo aquela herdade que era da grania de santarem : E a uinha com sseus farregeaes, e com ssas da grania que foy do crato, as quaes filamos pera nossas searas. Todalas outras cousas e herdades subditas damos aa tal foro a esses poboadores, conuem a ssaber, que elles dem a nós (?) ii dizimas : a huma sseer de pam, e de uinho, e de lino, per rrazom daquela herdade : E deuem a dar outra dezima á eygleia de todas as cousas que ouuerem assi como perteence á santa eygleya. E deuemos a auer vi domas do ano de relego em essa uila de to . . . : E o azougue deue a sseer nosso se o nós y fezermos. E aos que y tallarem ou uenderem deuem a nós a fazer tal foro que fazem ora os do Crato ao concelo. E esses poboadores subditos deuem a laorar ou dar a laorar essas herdades em maneyra que nós ende aiamos o nosso de-reyto assi como é de sub scripto. E sse pela uentura da terra ende alguu ou alguus se quizer ir deuem leyxar essas herdades a quem nas pobre, e a quem nas fruiteuiege. E sse pela uentura essa herdade alguu ou alguus que quizer ou que quiserem uender uendam o que quiserem uender a todo homem : Saluuo ende outra ordim ou clerigo ou caualeyro. E esses a que a uenderem fazam tal foro qual nós fazemos : E aequal nom deuem uender nem doar, aiam eles e os que depos eles ueerem essa herdade pera todo tempo : E fazam ende este foro sobre-dicto ao spital : E en todas as outras cousas que aqui nom ssom : E fazam e aiam costumes do crato. Facta carta in mensse Maii. Sub era m.^a ccc.^a annos. Rege alfonssus in Portugalie Regnante.

Quem contra este feito uier-sega maldito e iaca su iudas no inferno, e sega escomungado : he esta carta ro-boçamos e confirmamos en cabidoo geeral.

Frei don ioham garcia — Frey don Pelaio moniz — Frei don Ruiz martiins — Frei mendo martiins — Frei don martim fagundiz — Frei Fernam petri.

Frei Gil — Frei Lourenço garcia — Frei S. petri — Frei Joham çarapecus — Frei Martim lourenço — Frei Joham lourenço capelam.

Frei Petro de muga — Frei Joham fernandiz — Frei Martim suariz — Frei Gomez — Frei Domingos — Frei P. pelaio.

Frei Lopo affonso — Frei S. eanes — Frei Martim carnaz — Frei Joham uicente — Frei Nicolao lobo — Frei Rui petro.

Joham steuaiz de santaren — Laurencius iohannis — V. Martim dos pees, alcalde — P. albocaz, alcalde — P. eanes, alcalde — P. deuora alcalde.

BERINGEL**BERINGEL****1262**

Textum hujus foralis decerpsimus ex charta autographa ejusdem, quae in scrinio monasterii Alcobaciae servabatur, nunc vero in Publico Archivo invenitur.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Sciant omnes homines tam presentes, quam futuri, quod nos frater S. dictus Abbas et Conuentus Alcobacie damus et firmiter concedimus hereditatem nostram de beringel populatoribus sub tali conditione, quod ipsi populatoribus persoluant nobis et omnibus successoribus nostris sine fraude, contentione et diminutione quintam partem totius panis, vini, et lini : panem uidelicet in area, vinum in torculari, et linum in tendal. Et ipsi populatoribus debent colligere panem cum suis hominibus, et comedere de suo : et si necesse habuerint operarios ad ipsum panem colligendum, si pro pane conducti fuerint, de communi area sunt pagandi, secundum quod pagauerint sui uicini. Et si aliquis populatoribus panem de suo non habuerit ad comedendum, debet metere et dibulare et comedere de communi agro, per mandatum maioris domi uel cellerarii, et postea persoluere monasterio partem suam. Et ipsi populatoribus debent fructificare ipsam hereditatem ut monasterium semper habeat directum suum. Et si forte aliquis eam uendere uoluerit, vicinis suis habitantibus in ea uendat : sed si uoluerit eam uendere alii habitanti extra ipsam hereditatem, primo interroget cellerarium qui ibi fuerit ex parte monasterii, et si eam uoluerit tantum pro tanto debet eam comparare. Et cellerarius et fratres non debent in ipsam hereditatem mittere porcos suos, nisi de consensu et beneplacito ipsorum populatoribus. Et ipsi populatoribus non possunt nec debent uendere ipsam hereditatem clerico, uel militi seculari, uel religioso, uel alicui alii per quem redditus monasterii alienari possint uel etiam impediri, nec sit eis licitum filium uel filiam alicuius militis uel nobilis enutrire. Preterea ipsi populatoribus transactis decem annis debent habere relogum, secundum forum et consuetudinem de begia. Omnes autem populatoribus et heredes ipsius hereditatis nostre de beringel debent habitare intus in ipsa hereditate. Et si aliquis de ipsis populatoribus habuerit equum uel equam concedimus ei quod possit facere ferragenalem de una teeyga, pro ad ipsum equum : et si forte uenderit ipsum ferragenalem, persoluat monasterio partem suam : et si ad faucem peruenerit similiter det monasterio partem suam. Et exceptis istis foris supra scriptis, ipsi populatoribus debent habere forum secundum quod scriptum est in karta ubi scriptum est forum de begia. Et ut hec compossicio maioris roboris obtineat firmitatem, fecimus inde fieri duas karta per alphabetum diuisas, quarum una nos abbas et conuentus retinemus, et aliam ipsi populatoribus retinent. Et quare nos conuentus proprium sigillum non habemus, apositione sigilli abbatis nostri abbas karta fecimus roborari. Facta Alcobacie sub Era m.^a ccc.^a, vii.^o idus sebtentris.

PORTEL**PORTEL****1262**

Hoc forale in codice, saeculo XIV exarato, qui titulum Livro dos Bens de D. João de Portel prae se fert, et in Archivo Publico ab antiquo servatur, invenitur. Lectiones varias ex alio exemplari saeculi XV, quod in ipso extat archivo, omisimus, eo quod ex illo codice descriptum fuisse euidenter patet.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Sabuda cousa seia a todos aqueles que esta presente carta uirem que eu don Joham perez davoym, e mha molher donna Maria affonso en senbra com nosso fillo Pedro eanes, damos e outorgamos a todolos pobradores do nosso Castello de Portel e de sseus termhos assi aos presentes come aos que am de uiir foros e custumes da Cidade devora e de seus termhos foras ende os dereitos dos joyzes e de seus andadores que nós deuemos a auer e todollos nossos successores que despos nos ueerem : Conuem a ssaber : Tal é o foro devora : Que as duas partes dos caualeiros uaam en flossado, e a terça parte remaesca no Castello : e huma uez façam fossado no ano. E quem nom for no fossado peite por foro v soldos por fossadeira. E por omizio peite c soldos ao senhor da terra. E por casa derrota cum armas e cum scudos e cum spa-

das peite ccc soldos e a vii.^a parte ao senhor da terra. E quem furtar peite por hum noue, e aia o rancuroso dous quinões, e as vii partes o Senhor da terra. E quem molher afforçar, e ela chamando disser que daquel est afforçada, e el negar, dê ela outorgamento de iii homens taes quacs aquel for, e el iure com xii : e se nom ouer outorgamento iure el soo, e se nom poder iurar peite a ela ccc soldos e a vii.^a parte ao senhor da terra. E testemoya mentirosa e fiel mentiroso peite lx soldos e a septima parte ao senhor da terra, e dobre o auer. E quem en Concello ou en mercado ou en Egleia ferir peite lx soldos, ameyadade ao senhor da terra, e ameyadade ao Concello : e dos medios do Concello a septima parte ao senhor da terra. E tododem que for gentil ou onradoiro nom seia meirino : e quem en villa penhores achar e fiador e ao monte for penhorar dobre a penhora e peite lx soldos e a vii.^a parte ao senhor da terra. E quem nom for a sinal do Joyz e penhores sacudir ao sayom, peite i soldo ao senhor da terra. E quem nom for en apelido caualeiros e peões saluo aquelles que forem in seruiço aleno, o caualeiro peite x soldos, e o peyon v soldos aos uezinos. E quem ouer aldeya e hum jugo de boes, e xxx^a ouelhas, e hum asno, e ii leitos compare caualo : e quem quebrantar sinal com sa molher peite i soldo ao senhor da terra. E moller que leixar seu marido de beençom, peite ccc soldos e a vii.^a parte ao senhor da terra : e quem leixar sa moller peite i dinheiro ao senhor da terra. E quem caualo aleno caualgar por i dia peite i carneiro, e se maes peite as angueiras, por hum dia vi dinheiros, e por huma noite i soldo. E quem ferir de lança ou de spada, pola entrada peite x soldos : e se passar da outra parte peite xx ao quereloso. E quem quebrantar ollo ou braço ou dente por cada uum membro peite c soldos ao quereloso, e el dê a vii.^a parte ao senhor da terra. Quem moller alena ante seu marido ferir peite xxx soldos e a vii.^a parte ao senhor da terra. Quem marco aleno in sa herdade mudar, peite v soldos e vii.^a ao senhor da terra : quem linde aleno britar peite v soldos e vii.^a ao senhor da terra. Quem condoiteiro aleno matar, seu amo colha omezio e dê a vii.^a ao senhor da terra : outrossi de seu örtolam e de seu quarteiro e de seu molneiro e de seu solarengo. Quem ouer vassallos en seu solar ou en sa herdade nom sirua a outro homem de toda ssa fazenda, senon ao senhor do solar : tendas e moynos e fornos de homens de Portel seiam liures de foro. Caualeiros de Portel seiam in joyzo de podestades e de Infanções de Portugal. E outrossi os clerigos aiam custume de caualeiros. Peones seiam en joyzo por caualeiros uilhãos doutra terra. Quem uenr uozeiro a seu vezino por homem de fóra da vilha, peite x soldos e a vii.^a ao senhor da terra. Gaado de Portel nom seia montado en nenhuma terra. E homem a que se danar seu caualo amacar aia outro seia scusado até a cabeça do ano. Mancebo que matar homem fóra da villa e fugir, seu amo nom peite omizio. Por todas querelas do paaço, o joyz seia uozeiro. Quem en villa penhorar com sayom e sacudirem a el os penhores, outorgue o sayom, e prenda concello de iii freeguesias e penhore por lx soldos, ameyadade ao senhor da terra e ameyadade ao Concello. Barones de Portel nom seiam in prestamo dados. E se homens de Portel ouerem iuyzo com homens doutra terra, nom corra antreles firma mas corra per enquisa ou en reto. E se en termhos de Portel exir montadigo, o senhor da terra aia ameyadade e o Concello ameyadade. E todolos caualeiros que forem in fossado ou in guarda todolos caualeros que se perderem en algara ou en lide, primeiramente seiam cobrados sen quinta e depois seia dada a quinta ao senhor da terra dereitamente. E todomen de Portel que achar homens doutras villas en seus termhos tallando ou leuando madeira de montes filhem todo quanto lhis acharem, sen nenhuma cooyma. De azarias e de guardas a quinta parte seia dada ao senhor da terra sen nenhuma embargo, e sen nenhuma ofreçom. Quemquer que gaado casandeiro penhorar ou fezer arabinar peite lx soldos ao senhor da terra, e dobre o gaado a seu dono. Testamos e firmamos pera senpre que quemquer que mercadores ou viadores christianos ou judeus ou mouros penhorar se nom for fiador ou deuidor quemquer que o faça peite lx soldos ao senhor da terra, e dobre quanto filhar a seu dono : e sobre todesto peite c marauidis por couto que britou, e o senhor da terra aia ameyadade e o Concello ameyadade. E se alguem a uossa villa uener filhar comeres ou outras cousas per força e y morto for ou ferido nom peytem por el nenhuma cooyma, nem aiam por omiziães seus parentes : E se en for com queissime ao senhor da terra, peite c marauidis, ameyadade ao senhor da terra e ameyadade ao Concello. Mandamos e outorgamos que se alguem for ladrom e se iá per hum ano ou per dous leixou afurtar ou arrabinar se por alguma cousa for demandado daquelas cousas que a fazer soya asaluesse assi come ladrom : E se ladrom est e ladrom foy de todentodo desperesca e padescas pena de ladrom. E se alguum for demandado por furto e nom est ladrom nem foy resposta a seus foros. E se alguum homem filha alhena arabinar contra ssa uoontade dê ela a sseus parentes e peite a eles ccc marauidis, e a vii.^a parte ao senhor da terra, e sobre todesto seia omiziam. Este est foro de portagem : De troxel de caualo de panos de lãa ou de lino, i soldo : De troxel de lãa, i soldo : De troxel de fustanes, v soldos : De troxel de panos de color, v soldos : De carrega de pescado, i soldo : De carrega dasno, vi dinheiros : De carrega de christianos de conelos, v soldos : De carrega de mouros de conelo, i marauidi : De portagem de caualo que uenderem en mercado, i soldo : De muu, i soldo : De asno, vi dinheiros : De boy, vi dinheiros : De carneiro, iii mealhas : De porco, ii dinheiros : De forom, ii dinheiros : De carrega de pam ou de vino, iii mealhas : De carrega de peon, i dinheiro : De mouro que uenderem in mercado, i soldo : De mouro que se remiir, dezima : De mouro que talia com seu dono, dizima : De corio de vaca e de zeura, ii dinheiros : De corio de çeruo e de gamo, iii mealhas : De car-

regas de çera, v soldos : de carregas dazeite, v soldos. Esta est portagem domeens de fóra da villa, e a tertia parte est de seu hospede e as duas partes do senhor da terra. E todas as outras cousas que nom sum scritas en esta karta seiam usadas per foro e per custume devora. E todos os moradores de Portel e de seus termhos assi os presentes come os que am de uuir, deuem a seer nossos vassallos e obedecerem a nós e a todos os nossos successores assi come a senhor : e depoes que ouuerem as herdades uengadas, uendanas a quem lhys prouguer : Mas nom uendam elas nem doem a homees que aiam moor poder ca nós nem que nossos successores : nem recebam filhos nem filhas nem padre nem madre que moor poderio aiam ca nós nem ca nossos successores : nem criem filhos nem filhas aenos que moor poderio aiam ca nós nem ca nossos successores. E se per uentura alguum ou alguus fezerem ou fezer alguma destas cousas ou todas nom ualha. E eu dauandito don Joham periz davoym in senbra com ma molher dona Maria afonso e com nosso filho Petreanes esta carta de suso scripta e este foro damos e outorgamos a uos todos os moradores de Portel e de seus termhos assi aos presentes come os que am de uuir perdurauilmente. E que esta nossa confirmaçom perdurauilmente seia senpre confirmada esta nossa carta com nossas mãos proprias reuoramos e confirmamos perante moytos boons homens, e ela in testemoyo desta cousa de nosso seelo fezemos seelar. Feita a carta in Evora primo dia de Dezenbro. In Era m.^a ccc.^a E todos aqueles que este nosso feito outorgarem aiam a beençom de deus e da beenta uirgem sancta Maria e de toda a corte celestial e a nossa e seiam quenoceros con os amigos de deus no seu sancto Reyno. E quemquer que contra este nosso feito queira uuir ou esta carta queira contradizer seia maldito de deus e de sancta Maria sa madre e de toda a corte celestial e aiam galardom que deus deu a Judas scarioth e sobre todesto aiam a nossa maldiçom.

PADORNELOS
PADORNELOS**1263**

Ex Lib. I Donationum Alphonsi III hoc decerpsimus forale. Aliud exemplar authenticum saeculi XV, quod in Publico Archivo servatur, ex ipso libro regestorum Alphonsi III descriptum esse videtur.

A. dei gratia Rex Port. vniuersis presentem cartam inspecturis, Notum facio quod ego mandauit fieri inquisitionem per Iudicem et Tabellionem de barroso super eo quod Rodericus petri quondam Iudex de Padornelos dixit mihi pro hominibus de Padornelos quod ipsi homines de Padornelos perdiderant suam cartam de foro quam rex donnus Sancius auus meus dederat eis : per quam cartam habebant suos terminos diuisatos et demarcatos et per quam populabant ipsum meum regalengum de Padornelos, et faciebant inde mihi meum forum : et inueni per ipsam inquisitionem quam ego inde super hoc recepi clausam et sigillatam sigillis predicti Iudicis et Tabellionis, quod quicumque homo habuerit unum jugum bouum debet mihi et successoribus meis dare omnibus annuatim unum quartarium de pane et qui habuerit unum bouem debet dare mihi et omnibus successoribus meis unum sestarium de pane pro jugada : et qui habuerit quayrelam debet dare unum sestarium de pane pro jugada : et postquam habuerit eam per unum annum debet eam uendere uel donare si uoluerit tali homini layco qui faciat inde mihi et omnibus successoribus meis meum forum plene et sine impedimento. Et similiter inueni per ipsam inquisitionem quod homines de padornelos non debent pectare nisi tres calumpnias, videlicet rausum, homicidium de homine mortuo, et stercus positum in ore : et quod pro furto debent dare pro uno nouem : et quod pro rauso et pro homicidio de homine mortuo et pro stercore posito in ore pro quolibet eorum debent dare mihi et omnibus successoribus meis c.^m modios planos : et istud debet ante probari per bonos homines : et predictis panis et calupnie debent esse date per iudicem de ipsa villa de padornelos : et similiter inueni per predictam inquisitionem quod quicumque habuerit caballum uel equam et scutum et lanceam non debet dare jugadam nec luctosam nec portagium in toto meo regno : nec debet ire in apelido nec in fossado nisi quod eadem die qua exiuerit de casa sua possit redire ad suam casam : et quod prestimonarius nec maiordomus non debet hospitari in sua villa : et quod ipsi homines de Padornelos debent mittere iudicem et seruicalem et Maiordomum et clericum et quod isti non debent dare jugadam et quod nullus debet eos pignorare nisi pro intentione predictae ville : et quicumque uoluerit recedere de ipsa villa debet ire in saluo cum tota sua sustancia, et nullus debet eum inpedire. Et similiter inueni per predictam inquisitionem quod termini de padornelos sunt isti, videlicet Laranquino, et Sendin, et sancta Crux. Et quicumque male fecerit hominibus de padornelos debet pectare mille solidos de bona moneta. Vnde ego uisa ipsa inquisitione et diligenter inspecta et habito concilio super ea concessi et concedo hominibus de padornelos supradictum forum tali uidelicet pacto quod ipsi faciant

mibi et omnibus successoribus meis supradictum forum plene et in pace. In cuius rei testimonium dedi hominibus de Padornelos istam meam cartam. Datum Colimbria, v.º die Octobris, Rege mandante per domnum Johannem de auoyno maiordomum Curie, et per Cancellarium, et per Martinum dade, et per Alfonsum suerii superiudicem. Vincentius fernandi notuit. Era m.ª ccc.ª iii.ª

SILVE

SILVES

1266

Ex Lib. I Donationum, ut aiunt, Alphonsi III, textum descripsimus. Non aliud invenimus exemplar.

In dei nomine et eius gratia. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, Quod ego A. dei gratia Rex Port. una cum vxore mea Regina domna Beatrice illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus domno Dionisio et domno Alfonso et domna Blanca et domna Sancia facio cartam de foro uobis populatoribus de Silue, videlicet do et concedo uobis populatoribus de Silue presentibus et futuris forum usus et consuetudines ciuitatis Vlixbone excepta iugada de pane quam uobis in perpetuum quito : et retineo mihi et omnibus successoribus meis in perpetuum omnes furnos panis et omnes salinas constructos et construendos constructas et construendas in Silue et in terminis suis, et omnes tendas de Silue quas reges sarraceni tenebant tempore sarracenorum. Item retineo mihi et omnibus successoribus meis quod non uendatur aliud sal in villa de Silue nec in terminis suis nisi meum sal. Item retineo mihi et omnibus successoribus quod vicinus de Silue qui uinum uoluerit sacare de Silue uel de suis terminis soluat mihi de quolibet tonello medium morabatinum de uino quod comparauerint : et ille qui non fuerit vicinus, de uino quod sacauerit soluat de quolibet tonello 1 morabatinum. Et propter hoc quito uobis et illis qui uinum sacauerint de Silue et de suis terminis illos almudes de uino quos dant in vlixbona de portagio de uino quod sacant per mare saluo iure relegarii in tempore trium mensium de relego. Item retineo mihi et omnibus successoribus meis molendina de Oydaradi et omnes regalengos de Lacuna et de Arroge1 et omnes figueyredos meos quos sarraceni de me tenent. Item retineo mihi et omnibus successoribus meis açougues et fanegas, et balnea de villa et de termino de Silue. Item retineo mihi et omnibus successoribus meis ius patronatus omnium ecclesiarum de Silue et de terminis suis constructarum et construendarum et ballenationem : et in omnibus aliis rebus preter supradicta, Do et concedo uobis forum usus et consuetudines ciuitatis Vlixbone, quod forum tale est : Do itaque uobis pro foro ut qui publice coram bonis hominibus casam uiolenter cum armis ruperit pectet vº solidos, et hoc sit sine uozeiro : et si infra domum ruptor occisus fuerit occisor uel dominus domus pectet 1 morabatinum, et si uulneratus fuerit ibi, pectet pro eo medium morabatinum : similiter pro homicidio et pro rauso publice facto pectet vº solidos : pro merda in buca lx solidos pectet testimonio bonorum hominum : furtum cognitum testimonio bonorum hominum nouies componatur. Qui relegum vini Regis rumperit, et in relego suum uinum uendiderit et inuentum fuerit testimonio bonorum hominum primo pectet v solidos, et secundo v solidos : et tercio si iterum inuentum fuerit testimonio bonorum hominum, uinum totum effundatur et arcus de cupis uel de tonellibus incidantur. De uino de fora dent de unaquaque carrega 1 almude et uendatur aliud in relegum. Et habitatores de Silue habeant libere tendas suas et furnos ollarum saluis mihi supradictis meis tendis : et de furnis de tegula dent decimam. Qui hominem extra cautum occiderit, pectet lx solidos. Et qui uulnerauerit hominem extra cautum, pectet xxx solidos. Qui in platea aliquem armis uulnerauerit pectet medietatem homicidii. Qui armam per iram denudauerit uel a domo ea extraxerit per iram et non percusserit, pectet lx solidos. Et homines de Silue habeant hereditates suas populas : et illi qui in eis habitant pectent pro homicidio et rauso noto et merda in buca lx solidos, medietatem scilicet regi, et medietatem domino hereditatis : et eant in apelido regis et nullum aliud forum faciant regi. Et almotaçaria sit de Concilio, et mittatur almotace per alcaydem et per Concilium ville : et dent de foro de vacca 1 denarium, et de zeuro, 1 denarium, et de ceruo, 1 denarium, et de bestia de piscato, 1 denarium, et de barca de piscato, 1 denarium, et de iudicato similiter, et de alcauala, m denarios : De ceruo et de zeuro, et de vacca et de porco, 1 denarium : Et de carnario, 1 denarium : Piscatores dent decimam : De equo uel de mula uel de mulo quem uendiderint uel emerint homines de fora a decem morabatinis et supra dent unum morabatinum, a x morabatinis et infra, dent medium morabatinum : De equa uendita uel comparata, dent ii solidos : et de boue, ii solidos, et de vacca 1 solidum, et de asina uel de asino, 1 solidum : de mauro uel de maura, medium morabatinum : De porco uel

de carnario, ii denarios : De caprone uel de capra, i denarium : De carrega de azeyte uel de coriis boum uel zeurorum uel ceruorum dent medium morabatinum : De carrega de cera, medium morabatinum : De carrega de anil uel de pannis uel de pellibus coneliorum uel de coriis uermeliis uel albis uel de pipere uel de grana, i morabatinum : De braçale, ii denarios : De uestitu de pellibus, iii denarios : De lino uel de alliis uel de cepis, decimam : De piscato de fora decimam : De concas uel de uasis lineis decimam. Et pro omnibus hiis carrigis quas uendiderint homines de fora et portagium dederint, si alias proprias emerint non dent portagium ex eis. De carrega panis uel salis quem uendiderint uel emerint homines de fora, de bestia caualari uel mulari dent iii denarios, de asinari iii medalias. Mercatores naturales ville qui soldadam dare uoluerint recipiatur ab eis : Si autem soldadam dare noluerint dent portagium. De carrega de piscato quam inde leuauerint homines de fora, dent vi denarios. Pedites dent octauam vini et lini. Balistarii habeant forum militum. Mulier militis que uidauerit habeat honorem militis usque nubat, et si nuxerit pediti, faciat forum peditis. Miles qui senuerit uel ita debilitauerit quod exercitum facere non possit stet in honore suo. Si autem mulier militis uiduata talem filium habuerit qui cum ea in domo contineatur et caualariam facere potuerit, faciat eam pro matre. Almocreue qui per almocrauariam uixerit, faciat forum suum semel in anno. Miles uero qui equum suum aut bestias suas ad almocrauariam miserit nullum forum de almocrauaria faciat. Coneliarius qui fuerit ad sogeyram et illuc manserit det solem unius conelii, et qui illuc moratus fuerit octo diebus uel amplius det unum conelium cum pelle sua. Et coneliarius de fora det decimam quociens uenerit. Mercatores de Silue qui panem suum uel uinum uel ficus uel oleum in aliis locis habuerint et ad Silue illud ad opus sui duxerint et non ad reuendendum non dent inde portagium. Qui cum aliquo rixauerit et post rixam domum suam intrauerit et ibi inito consilio acceperit fustem uel purrinam et eum percusserit pectet xxx solidos : Si autem inconsulte et casu accidente percusserit, nichil pectet. Inimicus de fora non intret villam super inimicum suum nisi per treguas aut pro directo illi dare. Si equus alicuius aliquem occiderit dominus equi pectet aut equum aut homicidium, quod horum domino equi placuerit. Et clericus habeat forum militis per totum et si cum muliere inuentus turpiter fuerit maiordomus non mitat manum in eum, nec aliquo modo eum capiat, sed mulierem capiat si uoluerit. De madeyra que uenerit per aquam dent decimam. De atalaya de villa debet rex tenere medietatem, et milites medietatem suis corporibus. Miles de Silue cui meus diues homo benefecerit de terra sua uel de habere suo per quod eum habeat ego eum recipiam meo diuiti homini in numero suorum militum. Maiordomus uel sagio eius non eat ad domum militis sine portario Pretoris. Et meus nobilis homo qui Silue de me tenuerit non mitat ibi alium alcajde nisi de Silue. De casis quas mei nobili homines, aut freyres aut hospitalarii, aut monasteria in Silue habuerint faciant forum ville, sicut ceteri milites de Silue. Ganatum perditum quod maiordomus inuenerit teneat illud usque ad tres menses, et per singulos menses faciat de eo preconem dari : ut si dominus eius uenerit detur ei. Si autem dominus eius dato preconem usque ad tres menses non uenerit, tunc maiordomus faciat de eo comodum suum. De caualgada de alcajde nichil accipiat alcajde per uim, nisi quod ei milites amore suo dare uoluerint. De caualgada seyraginta militum et supra diuidant mecum in campo. Faber aut çapatarius aut pilitarius qui in Silue casam habuerit et in ea laborauerit non det de ea ullum forum. Et qui maurum fabrum aut çapatarium habuerit et in domo sua laborauerit non det pro eo forum. Qui autem ministeriales ferrarii uel çapatarii fuerint et per officium suum uixerint et casas non habuerint ueniant ad tendas meas, et faciant mihi meum forum. Qui equum uendiderit aut comparauerit uel maurum extra Silue ubi eum comparauerit uel uendiderit ibi det portagium : et pedites quibus suum habere debuerint dare dent inde decimam maiordomo, et maiordomus det ei directum pro decima : et si pro decima eis dare directum noluerit tunc pretor faciat eis directum dari per portarium suum. Et homines qui habitauerint in hereditatibus Siluensis si furtum fecerint ut supradictum est componatur medietatem regi et medietatem domino hereditatis. Moratores de Silue non dent luytosam. Adaliles de Silue non dent quintam de quinione suorum corporum. Milites de Silue non teneant çagam in exercitu regis. Panatarie dent pro foro de xxx panibus unum. Portagia uero et forum et quinte sarracenorum et aliorum ita persoluantur sicut consuetudo est, exceptis hiis que superius scripta sunt, et uobis relinquo. Et pro alcajdaria de una bestia que uenerit de fora cum piscato, det duos denarios, et de barca de piscato minuto, ii denarios, et de toto alio piscato dent suum forum. Hec itaque omnia prescripta uobis pro foro do et concedo : Et ad hec eat maiordomus testimonio bonorum hominum, et non alia. Milites de Silue testificentur cum infançonibus de portugali. Siquis igitur hoc factum meum uobis firmiter seruauerit benedicionibus dei et mei repleatur : Qui uero illud frangere uoluerit maleditionem dei et mei consequatur. Qui eciam aliquem calcaribus percusserit et testimonio bonorum hominum conuictus fuerit pectet v° solidos. De nauigio uero mando ut alcajde et duo spadalarii et unus petintal habeant forum militum. Concedo eciam uobis ut nunquam intrent in nauigium meum pedites de Silue contra suam uoluntatem sed in eorum sit beneplacito uenire per terram aut per mare ad obsequium meum. Facta carta in vlixbona Mense Agusti Rege mandante. Era m.ª ccc.ª iiii.ª domnus Gonsaluus garsje alferax Curie, conf. domnus Johannes de auoyno maiordomus Curie, conf. domnus Alfonsus lupi tenens Sausam, conf. domnus Didacus lupi tenens Viseum, conf. domnus Petrus poncii tenens Vaugam, conf. Petrus iohannis tenens Trasserram, conf. Stephanus iohannis tenens Chauias, conf. Petrus iohannis

de Portel tenens Algarbium, conf. Nuno martini meyrinus tenens Braganciam, conf. Johannes suerii conelius, Martinus dade Pretor Sanctaren., Fernandus martini curutelo, Petrus martini petarinus, Fernandus fernandi cogominus, Alfonsus nouaes, Alfonsus suerii superiudex, test. : domnus Martinus Archiepiscopus Bracarensis, domnus Egeas Episcopus Colimbriensis, domnus Vincencius Episcopus Portugalensis, domnus Petrus Episcopus Lamecensis, domnus Matheus Episcopus Visensis, domnus Rodericus Episcopus Egitanensis, domnus Matheus episcopus Vlixbone, domnus Martinus Episcopus Elborensis, domnus Garsias Episcopus Siluensis, confirmant : domnus Stephanus iohannis Cancellarius Curie, conf. Vincentius fernandi notarius Curie fecit.

GARVAM

GRAVÃO

1267 VEL ANTEA

Ex codice saeculi XIII, in quo consuetudines (costumes) oppidi de Gravão collectae fuerunt, hoc forale, quod in ipso codice consuetudinibus antecedit, descripsimus. Non aliud invenimus exemplar.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti amen. Hec est carta de foro quam iussi fieri ego Domnus Pelagius petri dei gratia Magister Ordinis Milicie sancti Jacobi, vna cum Jhoanne Reymundi comendator de Merthola, et cum Conuentu eiusdem loci, Vobis populatoribus de garuam tam presentibus quam futuris : Damus siquidem uobis forum et custume de alcaçar : Forum tale est, uidelicet ut due partes militum uadant in fossatum, et tertia pars remaneat in uilla, et una uice in anno faciant fossatum : et ille qui non iuerit ad fossatum, pectet pro foro v solidos pro fossadeira. *De homezio.* Et pro homicidio pectet c solidos ad palacium. *De casa derota.* Et pro casa disrupta cum armis sentis spatibus pectet ccc solidos et septima ad palacium. *De quem furta.* Et qui furatus fuerit pectet pro uno nouem, et intentor habeat duos quiniones, et vii^{em} partes ad palacium. *De quem forciar moller.* Et qui mulierem fforcianerit et illa clamando dixerit quod ab illo est afforcianta, et ille negauerit, det illa autorgamentum de tribus hominibus qualis ille fuerit, et ille iuret cum xii^{em} : et si non habuerit auctorgamentum, iuret ipse solus : et si non potuerit iurare, pectet ad illam ccc solidos et septima ad palacium. *De testimonia mentirosa.* Et testimonia mentirosa et fiel mentirosus pectet lx^a solidos et vii^a ad palacium, et duplet ipsum habere. *De qui ferir in mercado ou in ecclesia ou in concelo.* Et qui in concilio aut in mercado aut in ecclesia feriuerit, pectet lx^a solidos, medietatem ad palacium, et medietatem ad concilium, et de medietate de concilio vii^a ad palacium. *De foro de meirino.* Et homo qui fuerit gentilis aut herdeiro non sit meirinus. *De quem penorar sem dereito.* Et qui in uilla pignora inuenerit et fideiussorem, et ad montem iuerit pignorare, duplet ipsa pignora, et pectet lx solidos, et vii^a ad palacium. *De quem nom for a sinal de juiz.* Et qui non iuerit ad sinal de iudice, et pignora abstulerit ad saionem, pectet i solidum ad iudicem. *De quem nom for a apelido.* Et qui non fuerit ad apeliendum caballarii, et pedones, exceptis hiis qui sunt in seruicio alieno, miles pectet x solidos, et pedes v solidos ad uicinos. *De foro de caualo.* Et qui habuerit aldeiam et unum iugum boum, et xxxx oues, et unum asinum, et duos leitos comparet caballum. *De quem quebrantar sinal.* Et qui crebantauerit sinal cum sua muliere pectet i solidum ad iudicem. *De moler que lezar seu marido.* Et mulier qui lexauerit suum maritum de benedictione, pectet ccc solidos et vii^a ad palacium. *De homem que lezar sa moller.* Et qui lexauerit mulierem suam pectet i denarium ad iudicem. *De quem fillar caualo alleo.* Et qui caballum alienum caualgauerit, pro uno die pectet unum carnarium, et si magis pectet las angueiras, pro uno die vi denarios, et pro una nocte i solidum. *De quem chagar.* Et qui percusserit de lancea, aut de spata, pro intrada pectet x solidos : et si transierit ad alteram partem pectet xx solidos ad querelosum. *De nembro tolleito.* Et qui crebantauerit oculum aut brachiium, aut dentem, pro unoquoque membro, pectet c solidos ad lisiado, et ille det vii^a ad palacium. *De quem ferir ante seu marido.* Qvi mulierem ante suum maritum percusserit, pectet xxx solidos, et septima ad palacium. *De quem mudar marco alleo.* Qui moion alienum in suo ero mutauerit, pectet v solidos, et vii ad palacium. *De quem quebranta linde alleo.* Qvi linde alienum crebantauerit, pectet v solidos ad palacium. *De quem matar cozineiro aleo.* Qvi conducteiro allienum maclauerit, suus amus colligat homicidium, et det vii^a ad palacium. Similiter de suo hortolano, et de quarteyro et de molneiro, et de suo solarenguo. *De foro de vassalos.* Qvi habuerit uassallos en seu sollar ou en sua hereditate, non seruiant ad alterum hominem de tota sua facienda nisi ad dominum de solar. Tendias et mollinos et fornos de hominibus de Garuam sint liberi de foro. *De foro de Caualleiros.* Milites de Garuam sint in iudicio pro podestades et enfançones de portugal. *De clerigos.* Clerici uero ha-

beant mores militum. Pedones sciam in iudicio pro caballariis de altera terra. *De quem destoruar seu vizino.* Qui uenerit uozeiro ad suum vicinum pro homine de foras ville, pectet x solidos et vii.^a ad palacium. *De gaado de Garuam que nom seia montado.* Ganatum de Garuam non seia montado en nulla terra. *De quem se dana seu cauallo.* Et homo cui se anafragauerit suus caballus, pero habeat alium, sit excusatus usque ad caput anni. *De mancebo alleo que matar homem.* Mancipium qui nactauerit hominem foras ville et fugerit suus amicus non pectet homicidium. *De uozeiro de paaçio.* Pro totis querellis de palacio, iudex sit uozeiro. *De quem toller penor a seyon.* Qui in villa pignorauerit cum saione, et abstulerint ei pignora, auctorguet sayon et accipiat concilium de tribus collacionibus et pignoret pro lx^a solidos, medios ad concilium, et medios ad rancurosum. *Que os de Garuam nom seiam dados en aprestamo.* Barones de Garuam non sint in prestimonio dati. *De juyzo cum homees doutra terra.* Et si homines de Garuan habuerint iudicium cum hominibus de alia terra, non currat inter eos firma nec retro (*sic*), sed currat per exquisam. *De montadigo.* Et homines qui uoluerint pausare cum suo ganato in terminis de Garuan, accipiant de illis montadigo, de grege de ouibus m^{or} carneiros, et de busto de vaccis vnam uacquam. Istum montadigum est de concilio. *Dos cauallos que se perderen.* Et omnes millites qui fuerint in fossatum, uel en guardam, omnes caballi qui se perdiderint in algara uel in bello, primo erectetis eos sine quinta, et postea detis nobis quintam directam. *De quem tallar no termino de Garuam.* Et omnis homo de Garuam qui inuenerint homines de aliis ciuitatibus in suis terminis tallando uel leuando madeira de montibus, accipiant eis totum quod inuenerint sine calumpnia. *De foro das quintas.* De açarias et de guardias quintam partem nobis date sine offrecione. *De quem pignorar gaado de casa.* Quicumque ganatum domesticum pignorare uel rapere fecerit, pectet lx^a solidos ad palacium et duplet ganatum ad suum dominum. *De quem pignorar mercatores.* Testanus uero et perhemniter firmamus ut quicumque pignorauerit mercatores, uel uiatores christianos, judeos, siue mauros, nisi fuerint fideiussores, uel debitores, quicumque fecerit, pectet lx^a solidos ad palacium, et duplet ganatum ad suum dominum, et insuper pectet c morabitanos pro cauto quod fregit : Ordinem habeat medietatem, et concilium medietatem. *De quem fezer força en Garuam.* Siquis ad villam uestram uenerit per força de mangiaries ou doutras cousas fillar, et ibi mortuus fuerit uel percussus, non peitent pro eo aliquam calumpniam, nec suorum parentum homicide habeantur : et si cum querimonia de ipso ad Regem uel ad dominum terre uenerit, pectet c morabitanos, medietatem ordini et medietatem concilio. *De foro de ladron.* Mandamus et concedimus uobis quod si aliquis fuerit latro, et si iam per unum annum, uel per duos furari uel rapere dimisit, si pro aliqua re repetitus fuerit quam comisit, saluet se tanquam latro : Et si latro est et latro fuit omnino percat, et subsubeat pena latronis. *Da quem apoeñ furto.* Et si aliquis repetitur pro furto, et non est latro neque fuit, respondeat ad suos foros. *De quem rousar filla allea.* Si aliquid homo rapuerit filiam alienam extra suam uoluntatem, donet eam ad suos parentes, et pectet illis ccc morabitanos, et vii.^a ad palacium, et insuper sit homicida. *De portagem.* De portagio forum : De trossel de caballo de pannis de lana uel de lino, i solidum : De trossel de lana, i solidum : De trossel de fustanes, v solidos : de trossel de pannis de colore, v solidos : De carrega de piscato, i solidum : De carrega de asino, vi denarios : De carrega de coniliis de christianis, v solidos : de carrega de coniliis de sarracenis, i morabitinum : De caballo quem uendiderint in azougue, i solidum : de mulo, i solidum : De asino, vi denarios : De carneiro, iii mealias : de porco, ii denarios : De furon, ii denarios : De carrega de pane et de uino, iii mealias : De carrega de peon, i denarium : De mauro quem uendiderint in mercato, i solidum : De mauro qui se redimit, decimam : De mauro qui taliauerit cum suo domino, decimam : de corio de uaca, et de zeura, duos denarios : De corio de ceruo et de gamo, iii mealias : De carrega de cera, v solidos : De carrega de azcite, v solidos : Istud portagium de hominibus foras uille, tercia pars de suo hospite, et due parte de ordine.

* Super lineam caualarios

MURÇA ET NOURA

MURÇA E NOURA

1268

Forale primum duorum oppidorum Murça et Noura, a Sancio II, vel ejus nomine, concessum, jam alibi (pag. 600) juris publici fecimus. Edimus hic alterum ab Alphonso III datum, quod ex Lib. I Donationum ejusdem regis deprompsimus. Non aliud nobis cognitum manet exemplar.

In dei nomine. Nouerint vniuersi presentem cartam inspecturi, Quod ego Alfonsus dei gratia Rex Portugalia cum uxore mea Regina domna Beatrice illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris

M. L. Tom. I.

178

Infantibus domno Dionisio, domno Alfonso, domna Blanca, domna Sancia, do et concedo uobis populatoribus de Muça et de Noura ipsas villas de Muça et de Noura cum suis terminis nouis et antiquis ad forum : videlicet quod pro omnibus uocibus et calumpniis et pro collecta et pro maiordomatu et pro anuduua, et pro omnibus meis directis tam de pane quam de vino quam de omnibus aliis rebus meis de ipsa terra et pro toto foro regali quod inde debebatis facere excepta inde oste quam mihi et omnibus successoribus meis debetis facere, et excepta iusticia quam ego aut meus meirynus debemus facere in ipsa terra si per uos deffecerit, detis mihi et omnibus meis successoribus in quolibet anno ad tercias anni centum et quinquaginta morabitos quales currerint in Panoayas, de vsuali moneta, videlicet unam terciam pro prima die Madii, et aliam terciam pro prima die Septembris, et aliam terciam pro prima die Januarii : et usque ad octo dies post unumquemque predictorum terminorum non sit eis eyxeco : et si forte post istos octo dies transactos mihi aut Riquo homini aut prestamario qui tenuerit ipsam terram non persolueritis dictos morabitos ad tercias anni sicut superius dictum est, debetis persoluere mihi aut ipsi Riquo homini aut prestamario ab ipsis octo diebus transactis in antea cotidie unum morabitum de pena cum tercia predictorum morabitorum quam tunc debueritis persoluere. Et si ego aut Riquus homo aut prestamarius qui ipsam terram tenuerit pro ipsa tercia predictorum morabitorum non miserit post istos octo dies transactos, uos non debetis soluere morabitum de suprascripta pena, sed tamen persoluat alios suprascriptos morabitos ad tercias anni prout superius est expressum : et similiter si in predictis terminis frontaueritis cum dictis morabitis quod uultis eos pagare apud ecclesiam de feyra de Costantim presentibus Iudice et Tabeillione si ibi fuerit aut alter eorum et aliis bonis hominibus de feyra de Constantim, non persoluat dictam penam. Et Riquus homo meus et prestamarius non debent uobis intrare nec pausare in uestris villis de Muça et de Noura nec in suis terminis nec debet ibi conduytum nec aliquid aliud filiare nec etiam demandare. Et insuper uos non debetis respondere de apustilia : si quis uero contra istud meum factum uenire temptauerit seu presumpserit, non sit ei licitum, sed pro sola temptatione incurrat iram dei et santissime matris sue, et maledictionem meam habeat in eternum. Quicumque uero hoc factum meum integrum et illibatum atque intantum seruauerit, benedictionem dei omnipotentis et matris sue et meam habeat in eternum. In cuius rei testimonium do uobis suprascriptis populatoribus istam meam patentem cartam mei sigilli plumbei munimine consignatam. Datum apud Sanctarenam x.^a die Januarii Rege mandante per domnum Johannem de auoyno maiordomum Curie, et per domnum Stephanum iohannis Cancellarium, et per Johannem suerii conelium, et per Rodericum garsie de Pauya, et per Nunum martini meyrinum maiorem, et per Fernandum fernandi cogomino, et per Petrum martini petarium, et per Alfonso suerii superiudicem. Jacobus iohannis notuit. Era m.^a ccc.^a vi.^a

PENA REGINE

PENA DA RAINHA

1268

Ex Lib. I Donationum. sic dicto, Alphonsi III desumpsimus. Non aliud antiquum nobis cognitum manet exemplar.

In dei nomine et eius gratia. Nouerint vniversi presentem cartam inspecturi, Quod ego Alfonsus dei gratia Rex Port. et Algarbii, una cum vxore mea Regina domna Beatrice regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus domno Dionisio domno Alfonso domna Sancia facio cartam de foro uobis populatoribus de popula de pena Regine tam presentibus quam futuris, videlicet : In primis concedimus uobis quod non detis pro homicidio nisi trecentos solidos in apreciatura, et de illis trecentis solidis detis inde septimam ad palacium per manum iudicis. Et in aliquo preyto uel in aliqua calumpnia non intret meus meyrinus nisi iudex de uestro Concilio. Et tercia pars de uestro Concilio faciat fossatum, et alie due partes stent in ipsa popula de pena Regine. Et de illa tercia parte que debuerit facere fossatum ille qui ibi non iuerit, pectet pro fossadaria quinque solidos in apreciatura : et non faciatis fossatum nisi cum domino uestro una uice in anno, nisi fuerit per beneplacitum uestrum : Et clerici et pedones non faciant fossatum. Et non intret ibi nuço nec manaria de aliquo homine de ipsa popula de pena Regine. Et qui in termino de ipsa popula filiam alienam rapuerit contra suam uoluntatem, pectet ad palatium m^e solidos et exeat pro homicida. Et si aliquis inter uos in mercato aut in ecclesia aut in Concilio pregonato percusserit suum vicinum pectet sexaginta solidos ad Concilium, et sit inde septima de palatio per manum iudicis : et de quolibet furto, dominus furti recipiat suum cabum, et alias octo partes diuidat cum iudice per medium. Et ille qui domum fecerit, aut vineam, aut hereditatem suam honorauerit et in uno anno in illa se-

derit si postea in aliam terram habitare uoluerit, seruiat ei sua hereditas ubicunque habitauerit : Et si illam uoluerit uendere uendat cui uoluerit per forum de ipsa popula. Et homines de ipsa popula de pena Regine qui debuerint facere iudicium aut ayuntam cum hominibus de aliis terris, habeant illud in capite suorum terminorum. Damus uobis pro foro quod miles de ipsa popula de pena regine stet pro infancione de toto meo regno in iudicio et in iuramento, et uincat ipsum cum duobus iuratoribus : Et pedes stet pro milite uillano de totis nostris terris in iudicio et in iuramento, et uincat cum duobus iuratoribus. Et homines qui de suis terris exiuerint cum homicidio aut cum muliere rousada uel cum alia qualibet calumpnia excepto quod non ducat mulierem alienam de benedicionibus et fecerit se vassallum de aliquo homine de ipsa popula de pena Regine, sit liber et defensus per forum de ipsa popula. Et si homo de qualibet alia terra uenerit cum inimicia aut cum pignora posquam in termino de ipsa popula de pena Regine intrauerit, si inimicus eius post ipsum intrauerit et ei pignus abstulerit aut aliquod malum ei fecerit pectet domino qui tenuerit ipsam populam quinque solidos, et duplet pignus ei cui abstulerit, et liuores quos fecerit. Et qui hominem de ipsa popula de pena Regine pignorauerit et ante eum non pecierit ad directum in Concilio uestro pectet ad palatium sexaginta solidos, et duplet pignoram illi cui abstulerit. Et homo de alia terra qui militem de ipsa popula de pena Regine descaualgauerit, pectet sexaginta solidos : Et homo de ipsa popula qui militem de alia terra descaualgauerit, pectet quinque solidos : et si homo de alia terra apprehenderit hominem de popula de pena Regine et eum in prisione miserit, pectet trecentos solidos. Et si homo de ipsa popula de pena Regine apprehenderit hominem de alia terra, pectet quinque solidos. Et si homo de popula de pena Regine pro aliqua fideiussoria per medium annum non fuerit requisitus, sit liber de illa : Et si mortuus fuerit, mulier uel filii eius sint liberi de illa. Et homines de ipsa popula de pena Regine non soluant pignora pro domino de ipsa popula, neque meyrino, nec sint pignorati pro suo vicino. Et milites de popula de pena regine et mulieres uidue non dent pausatam per forum de ipsa popula, nisi pedones per manum iudicis usque ad terciam diem. Et homines de uestris terminis uel de ipsa popula de pena regine qui sederint in uestris hereditatibus aut in uestris solaribus et domini eorum non fuerint ibi, ueniant ad signum iudicis et dent fideiussores quod respondeant ad directum quando uenerint domini sui : si fecerint calumpniam pectent eam dominis suis, et septimam ad palatium : et non seruiant ad alium hominem nisi ad dominos suos in quorum solaribus sederint. Et senare et vinee domini habeant tale forum quale senare et uinee uestre habuerint. Et qui vicinum suum occiderit et in domo sua fugerit qui post eum intrauerit et ibi eum mactauerit, pectet trecentos solidos. Et qui mulierem aforciauerit et ipsa mittendo uoces uenerit si ipse cum duodecim non potuerit se saluare, pectet trecentos solidos. Et qui mulierem alienam percusserit pectet ad suum maritum triginta solidos et septimam ad palatium. Et homo de ipsa popula de pena Regine qui fideiussores dare uoluerit pro intentione de qua eum inquietauerint et dederit duos homines et ipse tercius, si ille qui eum inquietauerit uoluerit (*sic*) recipere fideiussores et postea eum matauerit totum Concilium pectet homicidium suis parentibus. Et palatium domini Regis, et palatium Episcopi habeant calumpniam : Et tota ipsa popula habeat unum forum. Et homo de ipsa popula de pena regine qui pro fideiussore intrauerit si contemptor cum non liberauerit, qualem fideiussoriam fecerit talem pectet : Et si habuerit illum suum intentorem mittat illum pro se, et exeat ipse de fideiussoria. Et de suspecta de decem solidos ad minus, iuret cum uno vicino qualem habuerit : Et de decem solidis ad supra, iuret cum duobus uicinis. Et homo de ipsa popula de pena Regine qui se tornare uoluerit ad alium dominum ut ei beneficiat sua casa et sua hereditas et sua uxor et sui filii sint liberi et soluti per forum de ipsa popula. Damus eciam uobis pro foro quod non habeatis alium dominum nisi me Regem et uxorem meam et filios nostros. Et homo de ipsa popula de pena Regine qui fuerit exheredatus et per manum suam non pectauerit suam hereditatem uadat illam accipere sine aliqua calumpnia. Et totus homo de popula de pena Regine qui habuerit hereditatem in alia terra non faciat fossatum, nisi per forum de ipsa popula. Et homo de ipsa popula de pena Regine qui habuerit mulierem ad benediciones si eam leyxauerit pectet unum denarium ad iudicem : Et si mulier leyxauerit suum maritum quem habet ad benediciones pectet trecentos solidos, medietatem ad palatium, et medietatem ad suum maritum. Et qui disrunperit casam cum lanceis et cum scutis dela porta a dentro pectet trecentos solidos, medietatem ad dominum de ipsa casa et medietatem ad palatium. Et qui percusserit suum vicinum cum lancea, et exiuerit de una parte ad aliam pectet viginti solidos et septimam ad palatium : Et si non exiuerit ad aliam partem, pectet decem solidos. Et de plaga unde ossa exiuerit, pro unoquoque osso pectet decem solidos et septimam ad palatium : Et alia plaga, quinque solidos et septimam ad palatium. Et pro tota pignora siue de palatio siue de Concilio, recipiant fideiussores pro ad forum. Et concedimus uobis quod non habeamus defensam nec montem nec pelagum, nisi de toto Concilio. Et montadigo de extremo de ipsa popula de pena Regine, accipiant illud milites de ipsa popula cum domino suo, et habeant inde terciam partem : Et nullus accipiat montadigo de ganatis de ipsa popula de pena Regine. Et homines de ipsa popula de pena de Regina non dent portaticum in toto nostro Regno. Et de carrega de portadigo de peon, tres mealas : et de caualo, 1 solidum : et de mulo, 1 solidum : et de houe, sex denarios : Et de toto portatico qui uenerit ad populam de pena Regine hospes ubi pousauerit habeat inde terciam partem, et portarius accipiat inde duas partes. Nenguno uizino non respondeat sine rancuroso. Totas is-

tas intentiones iudicent alcaldes de ipsa popula de pena Regine per suam cartam, et alias intentiones iudicent secundum suum sensum sicut melius potuerint. Et damus et concedimus uobis quod noster Riquis homo nunquam pauset in ipsa popula de pena Regine nec in suo cauto. Et quod pro portatico et pro calumpniis et pro omnibus meis rendis et foris et directuris detis in quolibet anno nobis et nostris successoribus quatuorcentos morabitinos, et non magis, quales currerint in ipsa terra de pena de Regina de usuali moneta : et detis eos ad tercias anni extra ipsam populam de pena Regine, videlicet primam terciam pro prima die Septembris, et secundam terciam pro prima die Januarii, et aliam terciam pro prima die Madii. Et uos non debetis in ipsa popula de pena Regine recipere nec retinere homines meos forarios, nec homines de meis regalengis de extra iudicatum de pena Regine. Et si aliquis vicinus seu habitator de ipsa popula de pena Regine habuerit aliquam hereditatem extra ipsum iudicatum, ille qui habitauerit in ipsa hereditate de extra ipsum iudicatum de pena Regine, pectet uocem et calumpniam et det et faciat alios foros et directuras, quos et quas solebant dare de ipsa hereditate mihi et successoribus meis uel illi qui de me tenuerit ipsam terram in qua est ipsa hereditas de extra ipsum iudicatum de pena Regine : et non se defendat per istum forum supradictum. Et homines qui habitauerint in cautis uel in onrris uel in aliis hereditatibus de iudicatu de pena regine qui in rrenda de supradictis quatuorcentis marabitinis intrare et pagare uoluerint teneantur et deffendantur per supradictum forum. Et si predicta rrenda intrare et pagare noluerint, pectent nobis supradictis populatoribus de popula de pena regine calumpnias et faciant et dent nobis alios foros et directos quos mihi debebant aut consuauerunt facere atque dare. Insuper retineo mihi et omnibus meis successoribus ius patronatus omnium ecclesiarum mearum in ipso iudicatu et in supradicta popula constructarum et construendarum. In cuius rei testimonium dedi uobis populatoribus istam meam cartam apertam, meo sigillo plumbeo sigillatam. Datum Vlixbone, iiii die Julii, Rege mandante. Era m.^a ccc.^a vi.^a

Domnus Gonsaluus garsie tenens Neuiam, conf. — Domnus Johannes de auoyno Maiordomus Curie, conf. — domnus Alfonsus lupi tenens ripam Minii, conf. — Domnus Didacus lupi tenens terram de Lameco, conf. — domnus Petrus iohannis tenens terram de Beria, conf. — Domnus Menendus roderici tenens Mayam, conf. — domnus Petrus poncii tenens terram de Vouga, conf. — domnus Petrus iohannis de Portello tenens Sintriam et Leyrenam, domnus Stephanus iohannis tenens Chaues, conf. Johannes suerii conelius, Rodericus garsie de Pa-uya, Fernandus fernandi cogominus, Petrus martini petarinus, Alfonsus suerii superiudex, Martinus petri, Dominicus petri, Johannes fernandi, Alfonsus iohannis, test.

Magister Stephanus archidiaconus Bracarensis, Magister Fernandus, Magister Petrus fisicus, Stephanus petri de Ratis, Dominicus uincetii clerici domini Regis, test.

Domnus Martinus Archiepiscopus Bracarensis conf. — domnus Vincencius Episcopus Portugalensis conf. — domnus Petrus Episcopus Lamecensis conf. — Ecclesia Visensis uacat, Ecclesia Colimbriensis uacat, Ecclesia Egitanensis uacat, domnus Matheus Episcopus Vlixbonensis conf., domnus Durandus Episcopus Elborensis conf., domnus Bartholameus Electus Siluensis conf. domnus Stephanus iohannis Cancellarius Curie conf. — Jacobus iohannis notarius Curie, notuit.

AGUIAR

AGUIAR

1269

Ex apographo mutilo, sed authentico, saeculi XV, quod in Archivo Publico ab antiquo seruatur, textum hujus foralis desumpsimus. Lectiones varias, quas adiecimus, et ea quae deerrant, ex libro regestorum ejusdem archiui, qui titulum Livro IV da Chancellaria de D. João I prae se fert, deprompsimus.

In nomine patris et filii et spiritu sancti amen. Seia conhecida cousa a todos aquelles que esta carta vi-rem e ouirem que Eu Steuam rodrigues caualeiro em seenbra com mba¹ molher Marina² martins e em seenbra com nossos filhos e com nossas filhas em nossa vida e em nossa saude e de nossa boa uoontade, damos e outorgamos a vos pobradores daguiar asy aos presentes, come³ a³ todollos³ outros³ que han⁴ de viir, damos-lhes os costumes de⁵ santarem, os quaes foros e costumes deuem sseer dados a vos e a todollos vossos ssoçeb-

1 minha
2 Maria
3 como aos

4 ham
5 da uilla de

ssores⁶ : os quæes foros e custumes ssom taaes : damos a vos por foro, quem conçelheiramente dauante homeens boons casa rronper forçosamente com armas peite dous soldos, e esto seia ssem vozeiro : e se dentro o rronpedor na casa matarem, o matador ou o⁷ senhor da casa peyte huum marauedi, e se hi for chagado⁸ peyte meio⁹ marauedi. Outrosy per omizio e rrouso consseheiramente feito peite dous soldos : por merda em boca peyte saseenta soldos, e esto sseer prouado per homeens boons : furto conheçudo¹⁰ per proua de homeens boons, o¹¹ furtador a nouiaz¹². Quem rrelego de vinho do senhorio rronper e en¹³ rrelego sseu vinho vender e achado for e prouado per homeens boos da primeira vez peyte ao senhor da villa ciinquo soldos : e se outra vez lhe tal¹⁴ aveer¹¹ peite ciinco soldos : e se a terçeira vez em tal cousa for achado e for¹⁵ prouado per homeens boons todo homem lho deite no chãao e talhem¹⁶ os arcos aa cuba. Do vinho de fóra dem ao senhor de cada carrega¹⁷ huum almude e outro sseia vendido no rrelego. Pobradores daguiar nom dem jugada de nenhuma rrem¹⁸. E moradores daguiar ajam liures tendas e fornos de pam e de louça doleiros¹⁹ : E de fornos de telha dem dizima. Quem fóra da villa homem matar em seu termo peyte ssaseenta soldos. E quem fóra chagar²⁰ homem em sseu termo peyte triinta soldos. E quem na rrua alguem com armas chagar peyte ameyadade²¹ do omizio. Quem armas per ssanha ssacar, ou quem armas de casa tirar per ssanha peyte saseenta soldos. E os homens daguiar aiam ssas herdades pobradas e aquelles que em ellas morarem peytem per omizio e per rrouso e per merda em boca saseenta soldos : e ameyadade²² sseia do senhor da villa e ameyadade²³ sseia do senhor da herdade : E vaa em apellido do senhor daguiar e nom faça outro foro ao senhor. E almotaçaria sseia do Concelho, e metam almotaçe per consseelho do alcaide e per consseelho da villa : e dem de foro da vaca huum dinheiro : e do²⁴ zeuro²⁴ huum dinheiro : e de çeruo huum dinheiro : de²⁵ besta de pescado huum dinheiro : e da barca de pescado huum dinheiro : de judicato similiter : de alcaualla tres dinheiros : e de cerno e de vaca hum²⁶ dinheiro²⁶ e de porco hum²⁷ dinheiro²⁷ : e de carneiro hum dinheiro : pescadores dem dizima : de besta cauallar ou muar quem vender ou comprar a homem de fóra de dez marauedis a ssuso dem hum marauedi, e de dez marauedis a juso dem hum meio marauedi : e de egua²⁸ vendida ou comprada dem dous soldos : e de boi dous soldos : e de vaca hum soldo : e dasno hum soldo : e²⁹ dasna²⁹ hum²⁹ soldo²⁹ : e de mouro ou de³⁰ moura meio marauedi : de porco e de carneiro dous dinheiros : de³¹ cabrom³¹ e de cabra huum dinheiro : De carrega dazeyte ou de coiros de bois ou de zeuruuns³² ou de ceruos dem meio marauedi : De carrega³³ de çera meio marauedi : de carrega³⁴ danil ou de panos ou coelho, ou de coiros uermelhos ou brancos³⁵ ou de pimenta ou de graa huum marauedi : De bragal dous dinheiros : de vestido de pelles tres dinheiros : De linho e alhos e çebollas dem dizima : de pescado de fóra dem dizima : De cuncas e³⁶ de vasos de madeiro³⁷ dem dizima. E por todas outras³⁸ carregas³⁸ as quæes venderem homeens de fóra e³⁹ portagem⁴⁰ dessem⁴⁰, sse outras cousas comprarem nom dem portagem dellas. De carrega de panos⁴¹ ou de ssal que uenderem ou comprarem homeens de fóra, da⁴² besta cauallar ou muar dem tres dinheiros, e da⁴³ asnal⁴³ tres mealhas. Mercadores naturaes da villa que ssoldada quiserem⁴⁴ dar, a esses seia filhada : Se per ventuira soldada nom quiserem dar, dem portagem : de carrega⁴⁵ de pescado que hi leuarem homeens de fóra sseis dinheiros. Beesteiros ajam foro de caualeiros. Molher de cavaleiro que viuuar aja honrra de caualleiro ataa que case : e se casar com peyam⁴⁶, faça foro de peyam⁴⁷. Caualleiro que emuelheçeer ou em tal guisa enfraqueçer que nom possa fazer fossada, estê em ssua honrra : e se per ventuira⁴⁸ molher de caualeiro esteuer⁴⁹ viuua⁴⁹ e ouer filho que com ella mantenha casa, a cauallaria pode fazer, fazella polla madre. Almocreue que per almocreuaria ssooen⁵⁰ a viuer, faça fora⁵¹ huma vez no ano. Caualeiro que ssuas bestas meter a almocreuaria nom faça foro dalmocreue. Coelho que for a ssuageira e allá meer, dê huma pelle de coelho : E quem llá⁵² esteuer⁵² viii^o dias ou mayz dê huum coelho com ssa⁵³ pelle. O⁵⁴ coelho de fóra dê dizima per quantas vezes veer⁵⁵. Moradores daguiar que sseu pam ou sseu vinho ou seu azeyte ou sas fructas teuerem em outros loga-

6 sucesores
7 deest
8 achado
9 huum meio
10 conhecido
11 pague o
12 noueado.
13 o
14 a tal auier
15 deest
16 talhe
17 carga
18 cousa.
19 de oleiros.
20 achar
21 ametado
22 ametado
23 ametado
24 de coyro
25 o de
26 deest
27 deest
28 carga
29 desunt
30 deest

31 e de cabram
32 zeuruas
33 carga
34 carga
35 de brancos
36 deest
37 madeira
38 as outras cargas
39 deest
40 desem portagem
41 pam
42 de
43 de asnal dem
44 querem
45 carga
46 piom
47 piom.
48 uentura
49 stiuer ueuua
50 sooe
51 foro
52 allá steuer
53 sua
54 E
55 vier.

res, e os aduserem a aguiar e os nom rreunderem, nom dem portagem. E quem com⁵⁶ alguem⁵⁶ baralhar e poys⁵⁷ em baralha em ssa casa entrar e filhar porra ou páao e firir com el peyte triintá soldos : E sse per ventura nom conçelheiramente per caiom⁵⁸ alguem firir nom peyte. O⁵⁹ omiizado⁵⁹ de fóra nom entre na villa ssem tregoa ssobre sseu imiigo⁶⁰. E se o cauallo⁶¹ dalgem⁶¹ homem matar o senhor do caualo peyte o cauallo ou o⁶² omizio⁶² qual quiser o senhor do cauallo. E crerigo⁶³ aia em todo foro de caualeiro : e se achado for com molher ssandamente, o moordomo nom ponha em el m̃ao nem o mande filhar, mais filhe a molher sse quiser e esto sseia prouado per homeens boons. De madeira que veer⁶⁴ pollo rrio onde dauam oitaua dem dizima. E a atalaya da villa deue⁶⁵ o⁶⁵ senhor⁶⁵ da⁶⁵ villa⁶⁵ teer ameyatade⁶⁶ e os caualleiros ametade⁶⁷ com seus corpos. Moordomo ou ssayam della nom vaa a casa de caualeiro ssem porteiro do alcaide. A todo homem (*sic*) que de nós teuer aguiar, nom meta hi dous alcaides ergo vizinho daguiar : de casas que todollos outros homeens caualleiros ou freires ou abadias em aguiar ouuerem façam fóra (*sic*) da villa como caualeiros daguiar. Gaado perdudo⁶⁸ que o moordomo achar tenha o ataa tres mezes e faça o apregoar cada mes, e se sseu dono veer demlho : se em este tempo nom veer faça del o moordomo sa uontade : de caualgada do alcaide nom filhe rem per força senom o que lhe derem os caualeiros per seu prazer : de caualgada de noue caualeiros a suso parta comnosco em campo. Ferreiro ou çapateiro ou pelliteiro⁶⁹ que em aguiar casa ouuer e em ella trabalhar nom dê della foro. E quem mouro ferreiro ou çapateiro ouuer e em ssa⁷⁰ casa⁷⁰ trabalhar nom dê por ella foro : quem mestiraaes ferreiros ou çapateiros forem e per este ofiçio viverem e casas nom ouuerem venham aas minhas tendas e façam a mim meu foro. Piooes que sseu auer deuerem a dar dem dizima ao moordomo : e o moordomo dê a⁷¹ elles⁷¹ direito por a dizima : e⁷² se⁷² por⁷² a⁷² dizima⁷² a elles direito nom quiser dar o alcaide faça a elles dar direito polló seu porteiro : e homens que morarem em herdades daguiar, sse frũto fazerem como ssuso dito he, componham ameyatade⁷³ ao senhor da villa e ameyatade⁷⁴ ao senhor da herdade. Moradores daguiar nom dem luitosá. Adaiis daguiar nom dem⁷⁵ quinta dos quinhões de seus corpos. Caualeiros daguiar nom tenham çaga e tenham deanteira no fossado do Senhor. Paadeiras dem por foro de triinta p̃aes huum. Portageens e foros e quintas dos outros mouros pagensse⁷⁶ como he foro e custume de sanctarem, exite aquellas cousas que ssuso ssom escriptas e a⁷⁷ vos leixamos : e polla alcaidaria de huma besta que veer de fóra com pescado dem dous dinheiros, e de barca com pescado mehudo dous dinheiros e de todo outro pescado dem sseu foro. Aquestas cousas que ssuso ssom scriptas a vos por⁷⁸ foro damos e outorgamos : E aaquestas vaa o moordomo e a⁷⁹ outras⁸⁰ nom. Caualleiros daguiar testificentur com infanções de portugal⁸¹ : quem alguem com esporão⁸² firir e for prouado per homeens boons peyte x soldos : do navio mandamos que o alcaide e⁸³ dous⁸³ espadalleiros⁸³ e huum pitintal e dous proeiros ajam foro de caualleiros. Outrosi⁸⁴ damos e outorgamos a⁸⁵ vos⁸⁵ vossa⁸⁶ almotaçaria e fazede della vosso prazer : e mandamos outrosi que nem nosso alcaide da villa nem nosso moordomo nem aluaziis nem outrem ouse forçar nenhuum homem daguiar ou de fóra de seu pam nem de seu vinho nem de seu pescado nem de ssas⁸⁷ carnes nem de ssas⁸⁸ outras cousas. Ainda⁸⁹ mandamos que nossos moordomos nom uãao fóra da villa prender homeens nem rroubar nem forçar mais se fizerem⁹⁰ cooymas⁹⁰ façamnos chamar pollo porteiro e alcaide ante o alcaide e ante os aluaziis e sane a elles o que fizerem asy como mandarem o alcaide e os aluaziis⁹¹. E o conçelho canbhem⁹² seus aluaziis cada ano. E⁹³ exete a questo mandamos que o padre nom peyte cooyma por seu filho, mays o filho a peite se a fizer : E se nom ouuer per que a sane⁹⁴ sanena⁹⁴ pello corpo. Mandamos outrosi de mouros e de judeos firidos que sse venham queixar ao alcaide e aos aluaziis como he custume de santarem. Ainda mandamos que nom penhorem⁹⁵ moordomos⁹⁵ nenhuum homem daguiar ataa que o chamem⁹⁶ a conçelho ante o alcaide e ante os aluaziis. Mandamos ainda pollo vosso⁹⁷ amor que se alguem penhorar ssem nosso moordomo ou sem seu sayam ou ssem porteiro do alcaide peyte tanto por quanto penhorar⁹⁸ e nom mais. Se alguem a queste nosso feito a⁹⁹ vos firmemente aguardar sseia cheo das beenções de deus e das nossas : e quem el quiser quebrantar comsiga a maldiçom de deos e¹⁰⁰ a¹⁰⁰ nossa¹⁰⁰. Feita a carta em Euora segunda feira dez dias andados de junho

56 *deest*
57 depois
58 cajam
59 Homeziado
60 enmigoo.
61 caualleiro dalguem
62 homezio
63 ho clerigo
64 nenha
65 *desunt*
66 ametade
67 ametade
68 perdido
69 peleteiro
70 ella
71 dellas
72 quem
73 *deest*
74 ametade
75 *deest*
76 paguemse
77 *deest*
78 que o

79 *deest*
80 outros
81 portugal :
82 spada
83 dos seus spadalleiros
84 E outrossy
85 *deest*
86 nossa
87 suas
88 suas
89 *deest*
90 forem conhecidos
91 juizes.
92 scolha
93 *deest*
94 peite sernaa
95 penhore mordomo
96 homem uaa
97 nosso
98 o penhorar
99 *deest*
100 *deest*

era de mil m^o e sete. E¹⁰¹ eu de ssuso dicto Steuam rodrigues e Maria martins aqueesta carta a qual mandamos sseer feita rroboramos e confirmamos e em ella fazemos sseer confirmada do nosso proprio sello no¹⁰² testemunho desta cousa. E nós de ssuso dictos porque¹⁰³ entendemos¹⁰³ que era prol do Concelho daguiar asy dos presentes come de todollos outros que despoys ham de viir, vimos¹⁰⁴ por bem dacrecentar¹⁰⁵ hi¹⁰⁶, conuem¹⁰⁶ a ssa-ber, todo vizinho¹⁰⁷ daguiar que herdade ouuer lograda e a vender quiser nom aia poder de a¹⁰⁸ uender a homem dhordem¹⁰⁹ nem a caualeiro nem a homem poderoso mais vendaa a sseu vizinho, ou a tal homem que faça o foro ao senhor da terra, asy como o¹¹⁰ fazia aquell que a¹¹¹ vendeu. Item mandamos que neuhum vizinho daguiar nom crii¹¹² filho de caualeiro nem dhomem¹¹³ poderoso se nom for filho do senhor da herdade. Testemunhas, Joham perez e Rodrigit deuora e . . . ne¹¹⁴ rodriguez caualeiro, e Rodrigo rodrigit¹¹⁵ caualeirò, e Johane anes caualeiro, Sueiro¹¹⁶ saluadorez juizes¹¹⁷, e Nuno rodrigues caualeiro, e Joham perez caualeiro, e Martim rodrigues caualeiro, e¹¹⁸¹¹⁸ creuigudo¹¹⁸ (?), e Martim anes crerigo¹¹⁹, e joham mateos crerigo¹²⁰, e domingos perez crerigo¹²¹, e Martim affonso ferreiro, e Joham saluadoriz, e migeel¹²² çapata, e Steuam domingos caro¹²³, e Apariço gonçalues, e palos¹²⁴ domingos mercador, e domingos pacheco, e Lourenço benedicto, e Joham perez cabeceira, e pero lourenço tabelliam.

101 *deest*
102 *em*
103 *por entendermos*
104 *ouemos*
105 *de acrecentar*
106 *desunt*
107 *homem vizinho*
108 *deest*
109 *de hordem*
110 *deest*
111 *o*
112 *cree*

113 *de homem*
114 *Joham*
115 *rodrigues*
116 *Rodrigo*
117 *juiz*
118 *deest*
119 *clerigo*
120 *deest*
121 *clerigo*
122 *mignel*
123 *carro*
124 *pallos*

SILVE, TAVIRA, LOULE, SANCTA MARIA DE FAARON

MAURORUM IBI LIBERE DEAGENTIUM FORALE

FORAL DOS MOUROS FORROS DE SILVES, TAVIRA, LOULÉ E SANTA MARIA DE FARO

1269

Algarbiensibus mauris, Algarbio ab Alphonso III adquisito, forale conceditur, quod mauris Olisiponis alliorumque locorum jam concessum fuerat. Textum nobis suppeditavit Lib. I Donationum Alphonsi III. Ex Lib. IV Inquisitionum ejusdem regis lectiones varias hausimus.

In dei nomine et eius gratia. Nouerint vniuersi presentem cartam inspecturi quod ego A. dei gratia Rex Port. et Algarbii, vna cum vxore mea Regina domna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus domno Dionisio domno Alfonso domno Fernando domna Branca domna Sancia facio cartam de foro et¹ firmitudine vobis Mauris qui estis fori² in³ Silue et in⁴ Taura⁵ et in⁶ Loule et in sancta Maria de Faaron⁷. Mando quod nullus meus christianus neque judeus habeat potestatem faciendi vobis malum nec forciam⁸, sed ille qui fuerit uester pretor ipsemet iudicet uos. Et hoc facio ut⁹ uos reddatis mihi in unoquoque anno singulos morabitanos ex singulis capitibus uestris ex quo tempore uictui necessaria¹⁰ gaanhare¹⁰ potueritis¹⁰. Et ut detis mihi alfitria¹¹, et azeque, et totam decimam de uniuerso labore uestro. Et omnes vineas meas preparatis et tapetis eas et colligatis meum vinum sicut eum¹² colligunt¹³ mei mauri forri vlixbone : et in omnibus aliis debetis facere et usare¹⁴ sicut usant¹⁵ et faciunt mei mauri forri vlixbone. Hec igitur carta semper¹⁶ firmum habeat robur et nullus eam¹⁷ uobis¹⁷ audeat frangere neque foros uestros. Et ego supradictus Rex Alfonsus vna cum vxore mea et filiis et filiabus meis predictis qui hanc cartam iussi fieri eam roboro et confirmo : et a¹⁸ maioris rei euidentiam feci presentem cartam meo sigillo plumbeo communiri. Facta carta apud Vlixbonam XII.^a die Julii. Era m.^a ccc.^a vii.^a Qui presentes fuerunt, Johannes suerii conelius, Rodericus garsie de pauya, Fernandus

1 *deest*
2 *forri*
3 *deest*
4 *deest*
5 *tauire*
6 *deest*
7 *faaram*
8 *uim*
9 *uobis quod*

10 *ganare potueritis necessaria.*
11 *alfitra*
12 *deest*
13 *colligunt nunc*
14 *uti*
15 *utuntur*
16 *deest*
17 *uobis eam*
18 *ad.*

fernandi cogominus. Petrus martini¹⁹ petarinus¹⁹, Alfonsus suerii superiudex, Martinus petri, Dominicus uincen-
tii, Dominicus petri, Johannes fernandi, Stephanus de ratis, Vincencius iohannis clerici domini Regis, testes :
domnus Gonsaluus garsie alferaz²⁰ tenens terram de Neuia, domnus Johannes de auoyno²¹ maiordomus curie,
domnus Alfonsus lupi tenens terram de ripa Minii, domnus Didacus lupi tenens terram de Lameco, domnus Pe-
trus iohannis tenens terram de Beria, domnus Menendus roderici tenens terram de Maya, domnus P. poncii te-
nens terram de vouga²², domnus Stephanus iohannis tenens terram de Clauis, domnus Petrus iohannis de Por-
tel tenens Sintriam²³ et Leyrenam, confirmant : domnus Martinus archiepiscopus Bracarensis, domnus Vincen-
cius episcopus portugalensis²⁴, domnus Petrus episcopus Lamecensis²⁵, Ecclesia Visensis uacat, Ecclesia Colim-
briensis uacat, Ecclesia²⁶ Egitanensis uacat, domnus Matheus Episcopus Vlixbonensis, domnus Durandus Epis-
copus Elborensis, domnus Bartholameus²⁷ Episcopus Siluensis, confirmant : domnus Stephanus iohannis Cancel-
larius Curie confirmo, Vincencius fernandi notarius curie fecit.

19 deest
20 alferaz
21 auoinho
22 nauia
23 sintream

24 portuensis
25 lamacensis
26 deest
27 bertolomeus

ALIGOO

ALIJÓ

1269

Ex codice qui Liber 1 Donationum Alphonsi III dicitur hoc secundum forale de Alijó decerpimus. Unicum exemplar hoc inuenimus.

Nouerint uniuersi presentem cartam inspecturi quod ego A. dei gratia Rex Port. et Algarbii una cum vxore
mea Regina domna Beatrice illustris Regis Castelle et legionis filia, et filiis et filiabus nostris infantibus domno
Dionisio domno Alfonso domna Branca et domna Sancia, do et concedo uobis populatoribus de aligoo ipsam ter-
ram de aligoo cum suis terminis nouis et antiquis quos consueuistis habere et possidere quos habere et uincere
poteritis per directum, uidelicet tali pacto quod detis mihi et omnibus meis successoribus annuatim ad tercias
anni septuaginta morabitanos quales currerint in terra de feyra de Costantim, scilicet pro omnibus rrendis et ca-
lumpniis et homicidiis et collectis quas de ipsa terra ego habebam et debebam habere. Et uos debetis ipsos mo-
rabitinos dare ad tercias anni in feria de Costantim iudici de Panoyas quod det eos mihi uel illi qui de me te-
nuerit ipsam terram, uidelicet unam terciam pro prima die Januarii, et aliam terciam pro prima die Madii, et
aliam pro prima die Septembris. Et si uos istos denarios eidem iudici non dederitis ad istas tercias anni ut su-
pra dicitur, et probatum fuerit perante iudicem et tabellionem debetis eos ex tunc dare cum uno morabitano co-
tidie de pena. Et meus Riquis homo uel prestamarius uel suus maiordomus debet nos pignorare tam pro ipsis mo-
rabitinis quam pro dicta pena. Et si uos eos dare uolueritis iudici de panoyas ad tercias anni et ipse iudex eos
noluerit recipere, uos non debetis cadere in pena. Et meus Riquis homo nec sui vassalli nec prestamarius nec
suus maiordomus non debet pausare in ipsa villa de aligoo nec in suis terminis. Et si uos ibi aliquos populato-
res uobiscum recipere uolueritis recipiatis illos dummodo non sint mei forarii : et uos debetis ibi mittere iudicem
qualem uolueritis. Et si aliquis homo intrauerit in ipsam villam aut in suos terminos per rationem ibi male fa-
ciendi et uobis dampnum fecerit sanet uobis in duplum dampnum quod uobis fecerit. Do et concedo insuper uo-
bis cum ipsa villa de aligoo aldeyam de Prazennaes et aldeyam de sancta Ogenia, si eas uincere per directum
poteritis : et si ipsas duas aldeyas uel qualibet earum uincere per directum non poteritis non debetis proinde
leyxare dare mihi et omnibus successoribus meis predictos morabitanos ad predictas tercias anni, ut superius est
expressum. Et si eas uel qualibet earum uinceritis non debetis proinde dare maiorem rendam. In cuius rei testi-
monium dedi uobis istam cartam meo sigillo sigillatam. Datum Sanctarene, xv.^a die Nouembris, Rege mandante
per domnum Johannem de auoyno, et per Cancellarium, et per Rodericum garsie de pauya et per Alfonsum suerii
superiudicem, et per Martinum iohannis de uinali, et per Petrum martini caseual, et per fratrem Geraldum do-
minici de ordine fratrum Predicatorum. Vincencius fernandi notarius Curie fecit. Era m.^a ccc.^a vii.^a

VILLAVIÇOSA

VILLA VIÇOSA

1270

In charta autographa ab Alphonso III concessa insertum hoc nobis superest forale; sed valde mutilum. Ex ipsa charta textum hausimus. Quae decrant ex Lib. I Donationum Alphonso III addidimus.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Ego Alfonsus dei gratia Rex Portugaie et Algarbii vna cum vxore mea Regina domna Beatrice illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus domno Dionisio, domno Alfonso, domna Blanca, domna Sancia, villam que uocatur villauçosa populaui, et retentis in ea mihi meis regalengis eam vobis meis hominibus et vasallis et alumpnis ad habitandum iure hereditario tribui cum omnibus suis terminis et pertinenciis, sicut diuidit per caput de Cornado per vbi diuidit cum Elbis et cum Jurumenia, et de ipso capite sicut uadit pelos arifes ad caput de Fatalom ubi positus est unus marcus, et deinde sicut uadit ad Semedeyro de Machos, et deinde sicut uadit per ipsum Semedeyrum directè ad caput de Machos, et deinde sicut uadit directe ad Ydialuiauet per quos terminos diuidit cum Jurumenia et cum Alandroal : Item sicut diuidit cum Stremoz per caput de machos et deinde sicut uadit directe ad caput de Auhado quod stat supra fontem de Bencatel, et de ipso capite de Auhado sicut uadit ad caput ubi stant due Souerarie que stant super corte de pretore, et de ipso loco sicut uadit ad unam cabeçam paruam que stat citra fontem de Archal, et ficat ipse fons contra Boruam, et de ipso loco sicut uadit ad cimam de capite de Atalaya, et de ipso capite sicut uadit ad portum de Borua per ubi uadit caminum de Borua pro ad Jurumenam, et de ipso portu sicut uoluit sursum ad super pedem directe ad focem de Grou, et deinde sicut uadit directe ad currale de Ourelado, et deinde sicut uadit directe ad Acecam, et deinde ad super pedem sicut uadit ad illum locum qui uocatur Malecomedisti, et de ipso loco sicut uoluit directe ad Turigiam, et deinde sicut uadit directe ad cautum de casa Stephani alfonsi vbi stetit Souerariam quam alia vice Magister Vincencius et Johannes Stephani milites Sanctarenensis assignauerunt ibi pro marco, et de ipso loco sicut uadit ad caput de Cornado vbi inceperunt diuidi termini supradicti. Et placuit mihi libenti animo et spontanea uoluntate dare et concedere uobis tam presentibus quam futuris ibidem permansuris forum de Monte saraz, quod a me peçistis per quod forum regalia iura inferius plenarie scripta mihi et meo generi a uobis et a uestris successoribus persoluantur, per quod eciam forum quito uobis iugadas quas mihi dant in Sanctarena : et quito uobis illud forum quod faciunt mihi in Sanctarena de meo carrecato de foris, in relego quod nichil inde detis. Et quito uobis relegum ab isto festo sancti Johannis proximo uenturo usque ad quinque annos proximo uenturos, et non magis. Et eciam quito et mando quod vicinus de villauçosa non det portaginem in meo regno. Mando eciam et quito quod almocreues de villauçosa non faciant mihi carrariam quam consueuerunt mihi facere almocreues in Sanctarena. Quito et mando quod vicinus de villauçosa non det montadum : et istas causas quito uobis de gratia im perpetuum, et successoribus uestris quod uos nec ipsi nichil inde detis nec faciatis mihi nec successoribus meis. Do itaque uobis pro foro ut qui publice coram bonis hominibus casam uiolenter cum armis ruperit, pectet quingentos solidos, et hoc sit sine uozeyro : et si infra domum ruptor occisus fuerit, occisor uel dominus domus pectet unum morabitinum, et si ibi uulneratus fuerit pectent pro eo medium morabitinum. Similiter pro homicidio et rauso publice facto, pectet quingentos solidos : pro merda in bucca sexaginta solidos pectet testimonium bonorum hominum. Furtum cognitum testimonio bonorum hominum nouies componatur. Qui relegum uini regis ruperit, et in relego suum uinum uendiderit, et inuentum fuerit testimonio bonorum hominum, primo pectet quinque solidos, et secundo quinque solidos : et si tercio inuentum fuerit iterum testimonio bonorum hominum, uinum totum effundatur et arcus cuparum incendantur. Et relegum accipiatur anuatim prima die Januarii. Et habitatores de villauçosa habeant libere tendas et fornos panis, scilicet et ollarum. Et de fornis de tegula dent decimam. Qui extra cautum hominem occiderit, pectet sexaginta solidos. Et qui uulnerauerit hominem extra cautum pectet triginta solidos. Qui in platea aliquem armis uulnerauerit pectet medietatem homicidii. Qui arma per iram denudauerit uel a domo ea extraxerit per iram et non percusserit, pectet sexaginta solidos. Et homines de villauçosa habeant hereditates suas populatas : et illi qui in eis habitauerint, pectent pro homicidio et rauso noto, et merda in boca, sexaginta solidos, medietatem scilicet regi, et medietatem domino hereditatis : et eant in appellidum Regis et nullum aliud forum faciant Regi. Et almotaçaria sit de Concilio, et mitantur almotazes per pretorem et Concilium uille. Et dent de foro de uaca unum denarium : et de zeuro, 1 denarium : et de ceruo, 1 denarium : Et de bestia de piscato, unum denarium : Et de iudicato similiter : et de alcauala tres denarios : De ceruo et de zeuro et de uaca et de porco

et de carnario, unum denarium : Piscatores dent decimam : De equo uel de mulo uel de mula quem uendiderint uel emerint homines de fora, a decem morabitanis et supra dent unum morabitanum, et a decem morabitanis et infra dent medium morabitanum : De equa uendita uel comparata dent duos solidos : et de boue, duos solidos et de vaca unum solidum : et de asino unum solidum : et de asina similiter unum solidum : De mauro et de maura, medium morabitanum : de porco uel de carnario, ii denarios : De caprone et de capra unum denarium : Et de carrega de azeite uel de coriis boum uel zeurorum uel ceruorum dent medium morabitanum : De carrega de cera medium morabitanum : de carrega de anil uel de pannis, uel de pellibus coniliorum uel de coriis uermellis uel albis uel de pipere uel de grana unum morabitanum : De bragale duos denarios : De nestitu de pellibus, tres denarios : De lino uel de alliis uel de cepis, decimam : De piscato de fora, decimam : De concas uel de nasis ligneis, decimam : et pro omnibus hiis carregis quas uendiderint homines de fora et portagium dederint, si alias proprias emerint non dent portagium ex eis. De carrega panis uel salis quam uendiderint uel emerint homines de fora, de bestia caualari uel mulari dent tres denarios, de asinari tres medaculas : De carrega de piscato quam inde leuauerint homines de fora dent sex denarios. Balistarii habeant forum militum. Mulier militis que uidauerit habeat honorem militis usque nubat : et si nuxerit pediti, faciat forum peditis. Miles qui senuerit uel debilitauerit quod exercitum facere non possit, stet in honore suo : Si autem mulier militis uiduata talem filium habuerit qui cum ea in domo contineatur, et caualariam facere potuerit, faciat eam pro matre. Miles uero qui equum aut bestias suas ad almocrauariam miserit nullum forum de almocrauaria faciat. Coniliarius qui fuerit ad sogetram et illuc manserit det unum solem conilii : Et qui illuc moratus fuerit octo diebus uel amplius det unum conilium cum pelle sua. Et coniliarius de fora det decimam quociens uenerit. Moratores de villauçosa qui panem suum uel uinum uel ficus uel oleum in Elborâ uel in Monte maiori habuerit uel in aliis locis, et ad villam uçosam illud ad opus sui duxerint non dent portagium inde. Qui cum aliquo rixauerit, et post rixam domum suam intrauerit et ibi inuito consilio acceperit fustem uel porrinam et eum percusserit, pectet triginta solidos : Si autem inconsulte et casu accidente eum percusserit nichil pectet. Inimicus de fora non intret in villam super inimicum suum nisi per treugas aut pro directo illi dare. Si equus alicuius aliquem occiderit dominus equi pectet aut equum aut homicidium quod horum domino equi placuerit. Et clericus habeat forum militis per totum : et si cum muliere inuentus turpiter fuerit, Maiordomus non mitat manum in eum nec aliquo modo eum capiat, sed mulierem capiat si uoluerit. De madeyra que uenerit per flumen unde dabant octauam dent decimam. De atalaya uille debet Rex tenere medietatem, et milites medietatem suis corporibus. Militem de villauçosa cui meus diues homo benefecerit de terra sua, uel habere suo per quod eum habeat, ego recipiam eum meo diuiti homini in numerum suorum militum. Maiordomus uel sagio eius non eant ad domum militis sine portario pretoris. Et meus nobilis homo qui uillam uçosam de me tenuerit non mitat ibi pretorem nisi de villauçosa. De casis quas mei nobiles homines aut freyres aut hospitalarii aut monasteria in uillam uçosam habuerint, faciunt forum ville sicut ceteri milites de villauçosa. Ganatum perditicium quod maiordomus inuenerit teneat illud usque ad tres menses, et per singulos menses faciat de eo preconem dari, ut si dominus eius uenerit, detur ei. Si autem dominus eius preconem dato usque tres menses non uenerit tunc maiordomus faciat de eo comodum suum. De caualgada pretoris nichil accipiat pretor per uim, nisi quod ei milites amore suo dare uoluerint. De caualgada sexaginta militum et supra, diuidant mecum in campo. Faber aut çapatarius aut pelitarius qui in uillam uçosa casam habuerit et in domo sua laborauerit non det de ea ullum forum. Et qui maurum fabrum aut çapatarium habuerit et in domo sua laborauerit non det pro ea forum. Qui autem ministeriales ferrarii uel çapatarii fuerint, et per officium istud uixerint et casas non habuerint ueniant ad tendas meas et faciant mihi meum forum. Et pedites quibus suum habere dare debuerint dent inde decimam maiordomo, et Maiordomus det eis directum pro decima : et si pro decima eis dare directum noluerit, tunc pretor faciat eis directum dari per portarium suum. Et homines qui habitauerint in hereditatibus de uillam uçosa si furtum fecerint ut supradictum est componatur, medietatem Regi et medietatem domino hereditatis. Moratores de uillam uçosa non luytosam dent. Adaliles de uillam uçosa non dent quintam de quinionibus suorum corporum. Milites de uillam uçosa non teneant çagam et teneant deanteiram in exercitu Regis. Panatarie dent pro foro de triginta panibus unum. Portagia uero et forum et quinte sarracenorum et aliorum ita persoluantur sicut consuetudo est, exceptis hiis que superius scripta sunt et uobis relinquo. Et pro alcaydaria de una bestia que uenerit de fora cum piscato dent duos denarios : et de barca de piscato minuto, ii denarios : et de toto alio piscato, dent suum forum. Hec itaque omnia prescripta uobis pro foro do et concedo : et ad hec eat Maiordomus testimonio bonorum hominum, et non ad alia. Milites de uillam uçosa testificentur cum infancionibus de Portugali. Qui eciam calcaribus aliquem percusserit et testimonio bonorum hominum conuictus fuerit, pectet quingentos solidos. De nauigio uero mando ut pretor et duo spadalarii et duo pronarii et unus petintal habeant forum militum. Preterea do uobis et concedo ut uestram almotaçariam habeatis et eam pro uoluntate uestra disponatis. Mando eciam ut meus pretor ville nec Maiordomus nec aluaziles nec aliquis alius audeant aforciare ullum hominem de uillam uçosa, uel de fora de suo pane, nec de suo piscato, neque de suo uino, nec de suis carnibus neque de aliis rebus suis. Adhuc mando ut mei Maiordomi non uadant extra uillam apre-

hendere homines nec raubare neque aforciare : sed si fecerint calumpnias faciant eos uocari per portarium pretoris coram pretore et aluazilibus, et sanent eis sicut pretor et aluaziles mandauerint. Et Concilium cambiet suos aluaziles annualim. Preterea mando ut pater non pectet calumpniam pro filio suo, sed filius pectet illam si eam fecerit : Et si non habuerit per quod sanet eam per corpus suum sanet illam. Mando eciam de mauris, et de judeis percussis ut ueniant se conqueri pretori et aluazilibus sicut fuit consuetudo tempore patris mei. Adhuc mando ut Maiordomi non pignorent ullum hominem de villauçosa donec uocent eum ad Concilium coram pretore et aluazilibus. Addo adhuc amore uestro ut siquis pignorauerit sine meo maiordomo, aut sine suo sagione aut sine portario pretoris pectet tantum pro quanto pignorauerit et non plus. Preterea mando et concedo, quod de molendinis et de pisonibus et de azeniis constructis et construendis in villauçosa et in terminis suis, quod illi qui ipsos molendinos et piones et azenias fecerunt et fecerint, quod faciant et dent inde mihi et omnibus meis successoribus tale forum quale dant de molendinis, et de azeniis et de pisonibus constructis in Stremoz et in suis terminis. Siquis igitur hoc factum meum uobis firmiter obseruauerit benedictionibus dei et mei repleatur : Qui nero illud frangere uoluerit, maledictionem dei et mei consequatur. Et ego Alfonsus predictus Rex una cum vxore mea Regina domna Beátrice et filiis et filiabus nostris domno Dionisio et domno Alfonso et domna Blanca, domna Sancia presentem cartam quam iussi fieri roboro et confirmo. Facta carta apud Vlixbonam v.º die Junii. Era m.º ccc.º viii.º

Domnus Gonsaluus garsie alferaz tenens Neuyam — domnus Johannes de Auoyno Maiordomus Curie — domnus Martinus alfonsi tenens Montem maiorem ueterem — domnus Alfonsus lupi tenens rippam Minii — domnus Didacus lupi tenens terram de Lameco — domnus Menendus roderici tenens Mayam — Petrus iohannis de Portello tenens Leyrenam — Petrus poncii tenens terram de vauga — Petrus iohannis tenens transserram — Stephanus iohannis tenens Chaues —, conf.

Rodericus garsie de Pauya — Fernandus fernandi cogomino — Martinus iohannis de vinali — Petrus martini casenal — Alfonsus petri farina —, test.

Alfonsus suerii — Rodericus gomecii, superiudices — Petrus iohannis Magister scholarum Siluensis — Stephanus petri de Ratis — Magister Petrus phisicus canonicus Elborensis —, test.

Domnus Martinus Archiepiscopus Bracharensis — domnus Vincentius Episcopus Port. — domnus Petrus Episcopus Lamecensis — Frater Valascus Episcopus Egitaniensis —, confirmant. — Ecclesia Visensis uacat — Ecclesia Colimbriensis uacat — domnus Matheus Episcopus Vlixbonensis — domnus Durandus Episcopus Elborensis — et domnus Bartholomeus Siluensis Episcopus — confirmant.

Domnus Stephanus iohannis Cancellarius Curie confirmat — Jacobus iohannis notarius Cancellarie notauit.

FABAYOS

FAVAIOS

1270

Forale de Favaios alterum (nam primum alibi, pag. 554, jam editum est) hic juris publici facimus. Ex charta autographa, quae in Archivo Publico seruator, textum deprompsimus.

Nouerint vniuersi presentem cartam inspecturi, Quod Ego A. dei gratia Rex Port. et Algarbii una cum vxore mea Regina domna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus domno Dionisio, domno Alfonso, domna Blanca, domna Sancia, do et concedo uobis populatoribus de Fabayos ipsam terram de Fabayos cum suis terminis nouis et antiquis quos consueuistis habere et possidere quos habere et uincere poteritis per directum : uidelicet tali pacto, quod detis mihi et omnibus meis successoribus annualim ad tercias anni viginti morabitanos quales currerint in terra de feyra de Constantim : scilicet pro omnibus reudis et calumpniis et homicidiis et collectis quas de ipsa terra Ego habebam et debebam habere. Et uos debetis ipsos morabitanos dare ad tercias anni in feyra de Constantim Judici de Panoyas quod det eos mihi uel illi qui de me tenuerit ipsam terram : uidelicet unam terciam pro prima die Septembris, et aliam terciam pro prima die Ianuarii, et aliam terciam pro prima die Madii. Et si uos istos denarios eidem Judici non dederitis ad istas tercias anni ut supra dicitur, et probatum fuerit perante Judicem et Tabellionem, debetis eos ex tunc dare cum uno morabitano codie (*sic*) de pena. Et meus Riquis homo uel prestamarius uel suus Maiordomus debet uos pignorare tam pro istis morabitanis quam pro dicta pena. Et si uos eos dare uolueritis Judici de Panoyas ad tercias anni, et ipse Judex eos noluerit recipere, uos non debetis cadere in dicta pena. Et meus Riquis homo nec sui uassalli

nec prestamarius nec suus Maiordomus non debet pausare in ipsa villa de fabayos nec in suis terminis. Et si uos ibi aliquos populatores recipere uobiscum uolueritis, recipiatis illos dummodo non sint mei forarii. Et uos debetis ibi mittere Judicem qualem uolueritis. Et si aliquis homo intrauerit in ipsam villam aut in suos terminos per rationem ibi male faciendi et uobis dampnum fecerit, sanet uobis in duplum dampnum quod uobis fecerit. In cuius rei testimonium dedi uobis populatoribus de fabayos istam meam cartam, meo sigillo plumbeo sigillatam. Datum Vlixbone x.^a die Julii; Rege mandante. Jacobus iohannis notuit. Era m.^a ccc.^a octaua.

SEDA

SEDA

1271

Hujus foralis textum desumpsimus ex charta autographa ejusdem, quae ab antiquo in Archivo Publico seruat.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Ego frater Simeon suerii dei gratia Magister Auisii una cum comendatore eiusdem loci domno I. roderici, et cellerario P. fernandi, et Conuentu ipsius loci, ad honorem dei et sancte Marie semper uirginis et omnium sanctorum, Damus uobis concilio de Seda forum de Auis, tam presentibus quam futuris : ut duas partes dos caualeiros uadant in fossado, et tertia pars remaneat in uilla : et una uice faciant fossado in anno : ille qui non fuerit pectet pro foro v solidos pro fossadeira. Et pro homicidio pectet c solidos ad palatium. Et pro casa derota cum armis scutos et spadas pectet ccc solidos et septima ad palatium. Et qui furtaret pectet pro uno nouem, et habeat intendor duos quiniones et septem partes ad palatium. Et qui mulier aforciaret et illa clamando dixerit quod ab illo est afotciata, et ille negaret, det illa autorgamento de tres homines tales qualis ille fuerit, ille iuret cum duodecim, et si non habuerit autorgamento iuret ipse solus : et si non potuerit iurare pectet ad illam ccc solidos et septima ad palatium. Et testimonia mentirosa, et fidele mentiroso pectet lx^a solidos et septima ad palatium, et duplet el auer. Et qui in concilio, aut in mercado, uel in ecclesia feriret, pectet lx solidos, medios ad palatium, et medios ad concilium : Et de medios de concilio, septima ad palatium. Et homine qui fuerit gentile aut erodoro, non sedeat merino : et qui in uilla pignos afflando et fiador, et ad montem fuerit pendrar dupplet la pendra, et pectet lx^a solidos et septima ad palatium. Et qui non fuerit a sinal de iudice et pignos sacudiret ad sayon pectet i solidum ad iudicem. Et qui non fuerit ad apelido, caualeiros et pedones exceptis his qui sunt in seruicio alieno, miles pectet x solidos, pedon v solidos ad uicinos. Et qui habuerit aldeam et uno iugo de boues, et xxx^a oues, et uno asino, et duos lectos comparet caualo. Et qui crebantauerit sinal cum sua muliere pectet i solidum ad iudicem. Et mulier que deleixauerit maritum suum de benedictione pectet ccc solidos et septima ad palatium : Et qui leixauerit mulierem suam pectet i denarium ad iudicem. Et qui caualo alieno caualgaret, pro uno die pectet unum carnerium, et si magis pectet las angeiras, pro uno die vi denarios, et pro una nocte i solidum. Et qui feriret de lança aut de spada pola entrada pectet x solidos : et si trociret ad alteram partem, pectet xx solidos ad quereloso. Et qui crebantauerit oculum aut brachium aut dentem pro unoquoque membro pectet c solidos ad aliado, et ille det septima ad palatium. Qui mulier ante suum maritum feriret pectet xxx^a solidos et vii.^a ad palatium. Qui moion alieno in suo ero mudaret pectet v solidos et vii.^a ad palatium. Qui conduteiro alieno matauerit suus amus colligat homicidium, et det vii.^a ad palatium : similiter de suo ortolano, et de quartario, et de suo molheiro, et de suo solarengo. Qui linge alieno crebantauerit pectet v solidos et vii.^a ad palatium. Qui habuerit uasalos in suo solar aut in sua hereditate non seruiant ad alterum hominem de tota sua facienda nisi a domino de solar. Tendas et mulinos et fornos de homines de Seda sint liberi de foro. Milites de Seda sint in iudicio pro potestates et infançones de portugal. Clerici uero habeant mores militum. Pedones sint in iudicio pro caualeiros uilanos de altera terra. Qui uenerit uozeiro ad suum uicinum pro homine de foras uille, pectet x solidos et vii.^a ad palatium. Ganado de Seda non sit montado in altera terra. Et homine qui se anafragaret suo adextrado quamuis habeat alium sedeat excusato usque ad caput anni. Mancebo qui mactaret hominem foras uille et fugerit, suo amo non pectet homicidio. Por totas querelas de palatio el iudice sedeat uozeiro. Qui in uilla pendrar cum saione et sacudirent ei pignos autorgue el saion, et prenda concilio de iii collationes et pindret pro lx^a solidos, medios ad concilio, et medios al rancuroso. Barones de Seda non sedeant in aprestamo dados. Et si homines de Seda habuerint iudicium cum homines de alia terra non currat inter illos firma : Et currat per inquisa aut reto. Et homines qui quesierint pousar cum suo ganato in terminos de Seda prenda de illis montadigo, de grege de oues iii carneiros : Et de busto das

uacas, una uaca : Isto montadigo est de concilio. Et omnes milites qui fuerint in fossado uel in guardia omnes caualos qui se perdidierint in algara uel in lide, primo eretis eos sine quinta, et postea detis nobis quintam directam. Et toto homine de Seda quod inuenerint homines de aliis ciuitatibus in suis terminis tallando aut leuando madeira de montes, prendant totum quod inuenerint sine calupnia. De azarias et de guardias quintam partem nobis date sine ulla offrecione. Quicumque ganatum domesticum pignorare uel rapere fecerit, pectet lx solidos ad palatium, et duplet ganatum a suo domino. Testamus uero et perhemniter firmamus ut quicumque pignorauerit mercatores uel uiatores christianos, iudeos, siue mouros, nisi fuerit fideiussor uel debitor, quicumque fecerit pectet lx solidos ad palacium, et duplet ganatum quod perdidit (*sic*) a suo domino : Et insuper pectet c morabitanos pro couto quod fregit : Dominus Magister habeat medietatem, et concilium medietatem. Siquis ad uillam uestram uenerit per uim cibos aut aliquas res accipere, et ibi mortuus uel percussus fuerit, non pectet pro eo aliqua calupnia, nec suorum parentum homicide habeentur : Et si cum querimonia de ipso ad dominum terre uenerit, pectet c morabitanos, medietatem Magistro, et medietatem concilio. Mandamus et concedimus uobis quod si aliquis fuerit latro, et si iam per unum anum uel duos furari uel rapere dimisit, si pro aliqua re repetitus fuerit quam comisit saluet se tanquam latro : et si latro est uel latro fuit, omnino pereat et subeat pena latrones. Et si aliquis repetetur pro furto, et non est latro neque fuit respondeat ad suos foros. Si aliquis homo filiam alienam rapere extra suam uoluntatem donet eam ad suos parentes, et pectet illis ccc morabitanos et vii.^a ad palatium, et insuper sedeat homicida. De portadigo : foro de troxel de caualo de panos de lana uel de lino, i solidum : De troxel de lana, i solidum : De troxel de fustaes, v solidos : De troxel de panos de coor, v solidos : De carega de piscato, i solidum : De carega de asino, vi denarios : De carega de christianios de conelios, v solidos : De carega de mouros de conelios, i morabitanum : Portagem de caualo quem uendiderint in açouge, i solidum : De mulo, i solidum : De asino, vi denarios : De carneiro, iii medaculas : De porco, ii denarios : De foron, ii denarios : De carega de pane et de uino, iii medaculas : De carega de pedom, i denarium : De mauro quem uenderint in mercado, i solidum : De mauro qui se redemit decimam : De mauro qui taliat cum suo domino decimam : De corio de uaca et de zeura, ii denarios : De corio de ceruo et de gama, iii mealhas : De carega de cera, v solidos : De carega de azeite, v solidos. Ista portagem de homines faras (*sic*) uille, tercia de suo hospite, et duas partes de domino Magistro. Ego Frater Simeon suerii magister Auisii, una cum comendatore, et cellerario, et conuentu eiusdem loci hanc cartam confirmamus, et roboramus. Quicumque hanc cartam isrumpere uoluerit non sit ei licitum, et insuper sit maledictus. Amen. Et ut hoc factum nostrum in perpetuum firmissimum robur obtineat, precepimus fieri istam cartam et eam fecimus nostris sigillis propriis pendentibus communiri, Magistri et conuentus. Datum in Auis, Feria ii.^a xviii^o dias andados do mes de Mayo, in Era m.^a ccc.^a ix.^a annos.

EVORAMONTE
EUORAMONTE**1271**

Forale de Evoramonte, quod hic edimus, in Lib. i Donationum Alphonsi III inuenimus. Apographum authenticum ejusdem foralis quod in Archivo Publico seruatur, ex ipso codice decerptum fuisse noscitur. Ex quo, lectiones varias, quas suppeditabat, omisimus.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Nouerint uniuersi presentem Cartam inspecturi, Quod ego Alfonsus dei gratia Rex Port. et Algarbii vna cum vxore mea Regina domna Beatrice illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus nostris Infantibus donno Dionisio, domno Alfonso, domna Blanca et domna Sancia, facio Cartam de foro vobis omnibus populatoribus de mea villa que uocatur Evoramonte, et eidem ville pro terminis confero et assigno, videlicet quomodo partitur ex una parte cum Estremoz per Teram, deinde cum Alandroal, et per Aluiciues, deinde quomodo diuidit cum termino de Terena, et cum Monsaraz, per aquam de Alcoruisca, quomodo intrat ipsa aqua in paredeelas, et de Paradeelas ad infestum per aquam de Alarucha, et deinde quomodo uadit ad fontem de figueyra, et de ipso fonte quomodo uadit ad aquam de Carualio, et deinde quomodo uadit ad aquam de Çafargela, quomodo uadit ad Teram. Do et concedo uobis predictam villam ad habitandum iure hereditario per forum per quod iura regalia inferius plenarie scripta michi et successoribus meis, a uobis et a successoribus uestris persoluantur. Do itaque uobis pro foro ut qui publice coram bonis hominibus casam uolenter cum armis ruperit, pectet quingentos solidos, et hoc sit sine uozeyro : et si infra domum ruptor occisus fuerit, occisor uel dominus domus pectet unum morabitanum, et si ibi uulneratus fuerit, pectet pro eo medium mo-

rabinum. Similiter pro homicidio et raso publice facto, pectet quingentos solidos : pro merda in bucca sexaginta solidos pectet testimonio bonorum hominum. Furtum cognitum testimonio bonorum hominum, nouies componatur. Qui relegum vini Regis ruperit et in relego uinum uendiderit et inuentum fuerit testimonio bonorum hominum primo pectet quinque solidos, et secundo quinque solidos : Et si tercio inuentum fuerit testimonio bonorum hominum, uinum totum effundatur et arcus cuparum inscindantur. De uino de fora de unaquaque carrega unum almude, et uendatur aliud in relego. De iugada uero hoc mando, ut usque ad Nathalem domini trahatur : et de unoquoque iugo boum dent unum modium milii uel tritici quale laborauerint : et si de utroque laborauerint, de utroque dent per alqueire directum ville : et sit quartarius de quatuordecim alqueriis, et meciatur sine brachio curuato, et tabula supraposita. Et parceyro de caualeyro qui boues non habuerit non det iugatam. Et habitatores de Euoramonte habeant libere tendas furnos panis scilicet et ollarum : et de furnis de telia, dent decimam. Qui hominem extra cautum occiderit, pectet sexaginta solidos : et qui uulnerauerit hominem extra cautum, pectet triginta solidos. Qui in platea aliquem armis uulnerauerit, pectet medietatem homicidii. Qui arma per iram denudauerit uel a domo ea extraxerit per iram et non percusserit, pectet sexaginta solidos. Et homines de Euoramonte habeant hereditates suas populatas : et illi qui in eis habitauerint pectent pro homicidio et raso noto et pro merda in buca sexaginta solidos, medietatem scilicet Regi, et medietatem domino hereditatis : et cant in apelum Regis et nullum aliud forum faciant Regi. Et almotaçaria sit de Concilio, et mittatur almotace per pretorem et Concilium ville : et dent de foro de vacca unum denarium, et de zeuro, unum denarium, et de ceruo, unum denarium, et de bestia de piscato, unum denarium, et de iudicato similiter, et de alcauala, tres denarios : de ceruo et de zeuro et de vacca et de porco, unum denarium, et de carneyro unum denarium. De equo uel de mula uel de mulo quem uendiderint uel emerint homines de fora a decem morabitanis et supra, dent unum morabitanum, et a decem morabitanis et infra, dent medium morabitanum : De equa uendita uel comparata, duos solidos : Et de boue, n^o solidos : Et de vaca, 1 solidum : et de asino, 1 solidum, et de asina, 1 solidum. De mauro et de maura, medium morabitanum : De porco uel de carneyro, duos denarios : De caprone uel de capra, unum denarium : De carrega de azeyte uel de coriis boum uel zeurorum uel ceruorum dent medium morabitanum : De carrega de cera, medium morabitanum : De carrega de anil uel de pannis uel de pellibus coniliorum uel de coriis uermeliis uel albis uel de pipere uel de grana, unum morabitanum : de bracali duos denarios : De uestitu de pellibus, tres denarios : De lino uel de alliis uel de cepis, decimam : De piscato de fora decimam : de concas uel de uasis ligneis, decimam : et pro omnibus hiis carrigis quas uendiderint homines de fora et portagium dederint si alias proprias emerint, non dent portagium ex eis. De carrega panis uel salis quam uendiderint uel emerint homines de fora, de bestia caualari uel mulari dent tres denarios, de asinari, tres medalias. Mercatores naturales ville qui soldadam dare uoluerint, recipiatur ab eis : si autem soldadam dare noluerint, dent portagium : de carrega de piscato quam inde homines de fora leuauerint, dent sex denarios. Caon si laborauerit triticum, det unam talegam, et si laborauerit milium, similiter : et de geyras de bobus, unum quartarium de tritico uel de milio quod laborauerit. Pedites dent octauam vini et lini. Balistarii habeant forum militum. Mulier militis que uidauerit, habeat honorem militis usque nubat, et si nupserit pediti, faciat forum peditis. Miles qui senuerit uel ita debilitauerit quod exercitum facere non possit, stet in honore suo : si autem mulier peditis uiduata talem filium habuerit qui cum ea in domo contineatur et caualariam facere potuerit faciat eam pro matre. Almocreue qui per almocrauariam uixerit faciat suum forum semel in anno. Miles uero qui equum suum aut bestias suas ad almoquauariam miserit, nullum forum de almoquauaria faciat. Coniliarius qui fuerit ad sogeyram et illuc manserit, det unam pellem conelii : et qui illuc moratus fuerit octo diebus et amplius, det unum conelium cum sua pelle. Conilarius de fora det decimam quociens uenit. Moratores de Euoramonte qui suum panem uinum uel ficus uel oleum in aliis locis habuerint et ad Euoramonte illud ad opus suum duxerint et non ad reuendendum, non dent inde portagium. Qui cum aliquo rixauerit et post rixam domum suam intrauerit ibi in iusto consilio acceperit fustem uel porrinam et eum percusserit pectet triginta solidos : si autem inconsulte et casu accidente percusserit, nichil pectet. Inimicus de fora non intret uillam super inimicum suum nisi per treugas uel pro dare illi directum. Si equus alicuius aliquem occiderit dominus equi pectet aut equum aut homicidium quod horum domino equi placuerit. Clericus habeat forum militis per totum : et si cum muliere inuentus turpiter fuerit, non mittat Maiordomus in eum manus nec aliquo modo capiat eum, sed capiat mulierem si uoluerit. De atalaya de villa debet rex tenere medietatem et milites medietatem suis corporibus. Militem de Euoramonte cui meus Riquus homo benefecerit de terra sua uel de suo habere per quod eum habeat, ego eum recipiam meo Riquo homini in numero suorum militum. Maiordomus uel eius sagio non uadant ad domum militis sine portario pretoris : et meus nobilis homo qui Euoramonte de me tenuerit, non mittat ibi alium pretorem nisi de Euoramonte. De casis quas mei nobiles homines aut freyres aut hospitalarii uel monasteria in Euoramonte habuerint, faciant forum ville sicut ceteri milites de Euoramonte. Ganatum perditicium quod Maiordomus inuenerit, teneat illud usque ad tres menses, et per singulos menses faciat de eo preconem dari ut si dominus eius uenerit, detur ei : si autem dominus eius dato preconem usque ad tres menses uenerit (*sic*) tunc Maiordomus faciat de eo suum commodum. De ca-

ualgada pretoris nichil per uim pretor accipiat, nisi quod milites ei amore suo dare milites uoluerint : de caualgada sexaginta militum et supra, diuidant mecum in campo. Faber aut çapatarius uel pelitarius qui in Euoramonte casam habuerit et in ea laborauerit, non det de ea ullum forum : et qui maurum fabrum aut çapatarium habuerit et in domo sua laborauerit, non det pro eo forum. Qui autem ministeriales, ferrarii uel çapatarii fuerint et per officium istud uixerint et casas non habuerint, ueniant ad meas tendas et faciant michi meum forum. Qui equum uendiderit uel comparauerit uel maurum extra villam ubi eum uendiderit uel comparauerit, ibi det portagium. Et pedites quibus dare debuerint suum habere, dent inde decimam maiordomo, et maiordomus det sibi directum pro decima : et si pro ea noluerit sibi dare directum, tunc pretor faciat eis dari directum per suum portarium. Et homines qui habitauerint in hereditatibus de Euoramonte, si fecerint furtum ut supradictum est, componatur, scilicet medietas regi et medietas domino hereditatis. Moratores de Euoramonte non dent luytosam. Adayles de ipsa villa non dent quintam de quinionibus suorum corporum. Milites ipsius ville non teneant çagam, sed teneant deanteayram in exercitu Regis. Panetarie dent pro foro de triginta panibus unum. Portagia uero et forum et quinte sarracenorum et aliorum ita persoluantur sicut consuetudo est, exceptis his que supra scripta sunt, et uobis relinquo : et pro alcaydaria de una bestia que uenerit de fora, dent duos denarios. Hec itaque omnia prescripta uobis do pro foro et concedo : et ad hec uadat Maiordomus testimonio bonorum hominum, et non ad alia. Milites de euoramonte testificentur cum infantionibus de portugalia. Quis eciam aliquem calcaribus percusserit et testimonio bonorum hominum conuictus fuerit, pectet v° solidos. Do itaque uobis ut nostram almotaçariam habeatis et eam pro uoluntate uestra disponatis. Mando etiam quod nec meus pretor ville nec maiordomus nec aluaçiles nec aliquis alius audeat forciare nullum hominem de Euoramonte nec de fora de suo uino, nec de suo pane, nec de suo piscato, nec de suis carnibus, nec de aliis rebus suis. Adhuc mando quod mei maiordomi non uadant extra villamprehendere homines nec roubare, nec forciare : sed si fecerint calumpnias, faciant eos uocari per portarium pretoris, coram pretore et aluazilibus, et sanent eis quod fecerint sicut mandauerint pretor et aluaziles. Et concilium cambiet suos aluaziles annuatim. Preterea mando ut pater non pectet calumpniam pro filio suo, sed filius pectet eam si illam fecerit : et si non habuerit per quod sanet eam, sanet illam per suum corpus. Mando etiam quod de mauris et iudeis percussis ueniant se conqueri pretori et aluazilibus sicut fuit consuetudo patris mei. Adhuc mando quod maiordomi non pignorent ullum hominem de Euoramonte donec uocent eum ad concilium coram pretore et aluazilibus. Addo etiam adhuc amore uestro ut si aliquis pignoraue- rit, et non plus. Siquis igitur hoc meum factum uobis firmiter seruauerit benedictionem dei et meam habeat in eternum : Qui uero illud frangere uoluerit maledictionem dei et meam in perpetuum consequatur. Datum Vlixbone, xxiiii.ª die Maii, Rege mandante. Era m.ª ccc.ª ix.ª Domnus Gonsaluus garsie alferaz, domnus Jo. de auoy- no maiordomus curie, Alfonsus suerii superiudex, conf. Rodericus garsie de pauia, Jo. suerii conelius, Fernan- dus fernandi cogominus, test. Martinus iohannis de uinali, Petrus martini petarinus, Petrus martini caseual, test. domnus S. iohannis Cancellarius conf. Martinus iohannis notarius cancellarie notuit.

PETROSO
PEDROSO**1271**

Unicum et autographum exemplar diplomatis, quod hic edimus, olim in conimbricencis Academiae servabatur scrinio, ex quo in Publicum Archivum nuper delatum est. Si uerbum forale primigeniam constitutionem municipii tantum significaret, charta haec uerum forale censenda non esset. Sed, cum antiqua oppida, a nouo forali nouis privilegiis decorata, nouisue obligationibus onerata frequenter inueniamus, statuta, quibus incolarum de Pedroso, iam antea, ut uidetur, in municipali coetu constitutorum, tum vectigalia, tum privilegia augentur, inter foralia adnumerare et juris publici facere non dubitauimus.

In Era m.ª ccc.ª viii.ª anos : In die sancti Iohannis bap- tiste. Sciant omnes tam presentes quam futuri, Quod ego Dominicus stephani Abbas de Petroso et Dominicus iudex et homines bonos qui morant in Couto de Petroso : Fecit et statuit ipse Dominicus stephani Abbas de Petroso per consilium de ipso iudice, et de ipsos homines bonos de couto, statuit decretum in suo Couto. In primo posuit domnus Abbas decretum quod nullus homo non extraet cultellum nec aliam armam de ferro contra alium hominem per iram, et si hoc fecerit pectet lx solidos

ad Domnus Abbas : et si percuxerit aliquem hominem cum unam de istas armas desuper nominatas, pectet a domno Abbati c solidos. Item posuit domnus Abbas decretum ut nullus homo tollat ganatum a uicino suo uel a uicina, si ei fecerit damnum sine pignore, aut sine fideiuxore : et si tolleret ipsum ganatum a uicino suo, uel a uicina pectet ad Domnus Abbas c solidos : et si ipse homo non uult dare ipsum ganatum quod fecerit damnum pro pignore, uel pro fideiuxore, pectet ad domnus Abbas c solidos. Item posuit domnus Abbas ut nullam mulierem contra aliam mulierem mittat manum per iram : quod si fecerit pectet ad domnus Abbas xx solidos. Item posuit domnus Abbas ut nullus homo non ponat focum sine mandato uicinis sui : quod si non fecerit ita, et posuerit ipsum focum, pectet a domno Abbati c solidos, et faciat emendatione et correptione de malum quod fecerit ipsum focum. Item posuit domnus Abbas, ut nullus homo nec mulier mittat ganatum maiorem uel minorem scilicet boves, aut uacas, uel capras, in defessam : quod si ibi mitterint, pectent a domno Abbati, per caput unius, v solidos : et sic faciant per totas capitas, tantum pectent v solidos. Item posuit domnus Abbas ut nullus homo non amputet quercum in nullam defessam, nec in riparium nullam rem sine mandato Abbati uel procuratorem suum : quod si non fecerit ita et tallauerit sine mandato, pectet v solidos, et remaneat ligna ad Monasteria. Item si aliquis homo obierit in suo Cauto, et non sibi mandauerit sepelire in Monasterio de Petroso, et mandauerit se sepelire in aliam ecclesiam, apprehendat domnus Abbas luytosam de ipso mortuo pro Monasterio. Item posuit domnus Abbas quod si aliquis fecerit seruicium ad nullum militem pectet a domno Abbate x morabitanos, et alia die exeat de hereditate Monasterii cum suo corpore, et cum suo habere, quomodo si dies fuerit sancti Johannis bapstiste. Item posuit domnus Abbas, si aliquis homo rixauerit cum suo uicino, uel alio homine, primo ueniat a domno Abbati dicere : quod si ita non fecerit, pectet ad domnus Abbas c solidos : et si ad domnus Abbas dixerit, et domnus Abbas non fecerit corrigere ad illum, non pectet ipsos denarios. Item posuit domnus Abbas ut nullus homo capiat pisces in fluuios Monasterii, nisi per mandatum Abbatis, aut de suo uicario, uel de Abbate : quod si aliter fecerit, et ibi pisces apprehenderit, pectet a domno Abbati iii libras, et alia die exeat de hereditate Monasterii si ibi morauerit sicut si dies fuisset sancti iohannis bapstiste : et alium hominem qui non morat in hereditate Monasterii, pectet a domno Abbati iii libras : et si morauerit extra cautum Monasterii, pectet a domno Abbati iii libras. Item posuit domnus Abbas in suo Cauto, ut nullus homo non capiat perdices, nec alias aues, nec coellos, sine mandato Abbati, uel de suo vicario : quod si apprehenderit eas, pectet a domno Abbati iii libras, et alia die exeat de hereditate Monasterii cum suo corpore, et cum suo habere.

Insuper Ego Dominicus iohannis Abbas Monasterii de Petroso, confirmo hoc decretum quod Dominicus stephani Abbas in suo tempore fecit, per mandatum iudex Dominicus petri quia iam mortuus est, et per homines bonos de nostro Cauto : et Ego Dominicus iohannis Abbas Monasterii de Petroso, do inde istum decretum ad Dominicus suarii iudice de Cauto de Petroso, ut teneat eum : et Ego Dominicus iohannis Abbas tenebo inde alium decretum, in testimonium. Insuper ego Dominicus iohannis Abbas pono, quod si aliquis homo, aut mulier uult tollere pignoras a M... domo Monasterii, pectet a domno Abbati c solidos. Hoc decretum fuit confirmatum in tempore dono Dominico iohannis Abbati Monasterii de Petroso. Item insuper ego Dominicus iohannis Abbas Monasterii de Petroso, pono ut nullus homo non portat nullam armam per Cauto, nec in die, nec in nocte : et si pectet a domno Abbati lx solidos. Qui presentes fuerunt plaiz test. Vincencius iohannis test. Fernando dominici de City. Petro iohannis clericus. Dominicus iohannis de vilar. Dominicus iohannis de Feaes de cauto : donus Dominicus de fosin. Martinus stephani. Dominicus iohannis de sancto Laurencio Johannes gonçaluz. Martinus martiniz. Stephanus suarez. Petro diaz. Laurencio iohannis de zamphalus. Dominicus martini dicto de sacs. Martinus petri. Dominicus petri. Pelagius petri. Johannes dominici. Stephanus petri. Duram dominici. Johannes duraez. Johannes petri. Martinus iohannis de Paradela. Petrus menendi de ygoo. Fernando menendi. Dominicus gonçaluz de villaçoua. Judex de Guienda. Dominicus gonçaluz de Ameixedo. Vincencius diaz. Petro de Lebe. Johannes michaellis. Martinus gonçaluz. Fernando martiniz. Dominicus ceruelo de Barro. Dominicus caphio. Martinus uillar de Boreles. Dominicus casaldirigo. Petro menendiz. Gyrardo de sancto iohanne.

Ego Dominicus iohannis Abbas, In ista Era m.^a ccc.^a xvi.^a anos, In die sancti iohannis bapstiste posui ad totos homines meos qui morant in Cauto de Petroso totas dereyturas intregas, et geyras, et seruicia. Item posuit decretum quod nullus homo uendat porcum nec carnarium, nec capones, nec gallinas, nec cabritos, nisi a suo proposito uel a suo maiordomo dixerint : et si ipse propositus uel maiordomus non uolunt eos emere, ipse uendant ubicunque uoluerit : quod si ita non fecerint, pectent domno Abbati i morabitanum. Item posuit domnus Abbas ut dent homines de hereditate Monasterii, de roycuras (?) et cabedal ... mydida dereyta usada do Couto. Item posuit domnus Abbas ... nullus homo uel mulier mitant ganatum in panes suos nec nec lezent ibi ambulare soltum sine pastorem : et si ita non fecerint peytent domno Abbati pro ganato maiori singulos solidos, et pro minor ganatum scilicet capras oues porcos Item posuit domnus Abbas decretum quod si aliquis homo uenerit contra suum Maiordomum uel suo iudice et mitterit in eos manus per iram, aut de suo homine ... suo Monasterio peytet domno Abbati quinhentos solidos.

MUGADOYRO**MOGADOURO****1272**

Textum primi foralis de Mogadouro in Lib. i Regestorum Alphonsi III descriptum tantum invenimus. Incolis ejusdem loci concedit rex zamorense forale, cujus statuta pene vel penitus ignorata (Collecç. de Fueros y Cartas-Pueblas, por la R. Académia de la Hist., pag. 295) hic addere nobis non licuit.

Nouerint vniuersi presentem cartam inspecturi, quod ego A. dei gratia Rex Port. et Algarbii una cum uxore mea Regina domna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus domno Dionisio, domno Alfonso, domna Blanca, et domna Sancia, do et concedo uobis populatoribus de Mugadoyro et de suis terminis presentibus et futuris, forum de Çamora, tali pacto quod uos fatiatis mihi et omnibus meis successoribus quantas et quales foros et custumes moratores de Çamora faciunt Regi Castelle tam in pedidis quam in martinega quam in moneta quam in omnibus aliis foris. Et quantum est o pedido si Rex domnus Fernandus illud leuanit de Castella aut de Legionem, in usibus aut in custumes, ego et successores mei debemus illud de uobis leuare. Et super hoc saluo et retineo mihi et omnibus meis successoribus quantum freyres de Templo tenebant ad suam manum in Mugadoyro et in terminis suis. In cuius rei testimonium do uobis istam meam cartam meo sigillo sigillatam. Datum Sanctarene, vi.º kalendas Januarii, Rege mandante. Jacobus iohannis notuit. Era m.ª ccc.ª x.ª Domnus Johannes de Auoyno maiordomus conf. domnus Stephanus iohannis Cancellarius conf. domnus Martinus alfonsi conf. Domnus Petrus poncii conf. : testes, Rodericus garsie de pauya, Martinus dade pretor Sanctaren. Alfonsus suerii superiudex, Rodericus menendi superiudex, Frater Geraldus dominici, Petrus martini caseual, Dominicus iohannis iardus clericus, testes.

Item eadem die et Era dedit dominus Rex consimilem cartam de foro populatoribus de penaroyas et de terminis suis.

PENAROYAS**PENARROIAS****1272**

Ex additione in libro regestorum Alphonsi III facta forali de Mogadouro, superius edito, scitur forale de Zamora oppido de Penarroias ipso die concessum fuisse. An de eodem loco Pena-ruiva cujus forale juris publici alibi fecimus (pag. 550) agatur, ambigimus. Franklin (Memoria dos Foraes) Pena-rubea et Pena-royas diversa credidit esse oppida.

AZAMBUYA**AZAMBUJA****1272**

Ex libro regestorum Livro dos Bens dos Proprios dos Reis e das Rainhas, in Publico Archivo servato, textum descripsimus. Accedunt lectiones variae ex Livro dos Foraes Velhos de Leitura Nova.

En nome de deus amen. Conhuçuda coussa seya assy aos presentes como¹ aos que am de uiir que eu Roy fernandiz alcaide da villa dazanbuia² em sembra com mha molher Eluira esteues³ e com toda nossa voz e de

¹ como² da azambuia³ steuair

nossas vontades poemas e outorgamos por foro a todollos vizinhos dazanbuia⁴ de outorgamento e de consentimento desses vizinhos dazambuya⁵. Em primeiramente poemas e outorgamos que nenhuum vizinho dazanbuya⁶ nom dê portagem ao alcaide dazanbuya senom os que a preyteiarom ou dêss⁷ aaquy⁷ en⁷ diante⁷ a preyteiareem, ou os que som juigados de a darem. E poemas e outorgamos que na villa dazanbuya os filhos e as filhas herdem os padres e as madres come elles herdam os filhos e as filhas. Poemos e outorgamos que todolos vizinhos dazanbuya comprem e uendam e ajam taces foros come sse fossem francos e⁸ pemos⁸ e outorgamos que nenhuum vizinho dazanbuya nom possa vender nem dar a elRey nem a ordem nem a caualeiro nem a outro homem per que o alcayde possa auer mal parado sseu dereyto. E poemas e outorgamos que o alcaide aja cada anno tres do- maas do mes de janeiro de rellego e deue filhar esse relego primeiro⁹ dia desse mes de janeiro. E poemas e outorgamos que se alguum vizinho dazanbuia morer¹⁰ e nom ouuer semell¹¹ ou parentes seu auer mouill e nom mouill seia do alcaide saluo sa terça que por salmaa¹². E pemos¹³ e outorgamos que o alcayde nom possa deytar nenhuum vizinho da villa dazanbuia se lhe¹⁴ ante¹⁴ nom prouar ante os aluaziis alguma rrazom dereyta por que o deue¹⁵ de¹⁵ deytar fóra. E poemas e outorgamos que o mordomo do alcaide¹⁶ se prender alguum vizinho dazanbuia que o dê por fiador. E poemas e outorgamos que se alguem matar homem peyte mill soldos ameatade¹⁷ ao alcaide e ametade¹⁸ aos prouincos¹⁹ do morto. E poemas e outorgamos que se alguum a outro²⁰ britar olho, ou mñao, ou pee, ou lho fizer perder peyte quinentos²¹ soldos ametade²² ao alcaide e ametade²³ áquell a que o britar ou lho fizer perder. E poemas e outorgamos que se áquell que homem matar os ssobredictos dinheyros nom puder auer seya enforcado. E poemas e outorgamos que se alguum homem meter álguem merda en boca peyte mill soldos, ametade²⁴ ao alcaide e ametade²⁵ ao rancuroosso. E poemas e outorgamos que todo vizinho dazanbuia seia penhorado por hum dinheiro. E poemas e outorgamos que se alguem rousar molher peite mill soldos, ametade²⁶ ao alcaide e sse os dar nom puder enforano²⁷. E poemas e outorgamos que se alguum homem talhar a outro dedo polegar peite duzentos soldos, ametade²⁸ ao alcaide : e doutro dedo quallquer cem soldos, ametade²⁹ ao alcaide. E poemas e outorgamos que de dente quebrado tres marauidiis, ametade³⁰ ao alcayde. E poemas e outorgamos que se alguum homem tirar ferro mudo³¹ per ira esse ferro seya do alcaide : E o que o ferro per bira tirar peyte x soldos, ametade³² ao alcaide e ametade³³ contra quem esse fero³⁴ tirar. E pemos³⁵ e outorgamos que se alguum homem chagar meçam a chaga assy como quisser o chagado ou de longo ou dalto : E de cada huma polegada vi soldos ametade³⁶ ao alcaide. E dementre que esse jouuer chagado dessa chagua aquell que o chagou deue a ell dar cada diia hum ssoldo. E depouys que esse chagado andar e nom puder fazer seruiço delhe cada diia vi dinheyros atees que possa fazer seruiço. E deuelle de³⁷ dar todallas³⁸ coussas que esse chagado der a³⁹ ho³⁹ mestre³⁹ que o ssaar. E poemas e outorgamos que se alguum homem desmintir outro ou lhe disser parauoa que nom seja honrrada que veiam homeens boons que nom seja honrada peyte vi soldos, ametade⁴⁰ ao alcaide e ametade⁴¹ ao rancuroosso. E poemas e outorgamos que se alguum home outro ferir e o ferido cair ou se o per cabellos filhar ou⁴² en terra o deytar peyte xii soldos, ametade⁴³ ao alcaide e ametade⁴⁴ ao rancuroosso : E todas estas coussas deuem sseer prouadas per testemunhas. E poemas e outorgamos que se alguum homem ferir outrem⁴⁵ com palma ou com punho ou com peé por cada huma d'estas coussas peite vi soldos, ametade⁴⁶ ao alcaide e ametade⁴⁷ ao rancuroosso. E poemas e outorgamos que se alguem prenderem com furto o senhor do furto escolha vi soldos, ou por hum noue : E desto⁴⁸ deue o alcaide auer ametade⁴⁹ : e sse o ladrom for justicadoyro justicemno. E poemas e outorgamos que se alguma bestha⁵⁰ matar homem essa bestha⁵¹ seya do alcayde. E poemas e outorgamos que filho ou filha que nom for legitimo⁵² nom aya boa de sseu padre. E poemas e outorgamos que em quall lugar quer que o alcaide seja presente se alguem fizer coimha⁵³ dante elle peyte a coimha⁵⁴ dobrada⁵⁴ aquell que a fizer. E poemas e outorgamos que se alguem ouuer rreuora e uir sa⁵⁵ herdade lauorar, ou

4 da çabuia
5 da açabuia.
6 da azambuia
7 desaqui adiante
8 E poemas
9 o primeiro
10 morrer
11 seme
12 sa alma.
13 poemas
14 lhante
15 deua a
16 alcayde
17 ameyadade
18 ameyadade
19 propinquos
20 outri
21 quinhentos
22 ameyadade
23 ameyadade
24 ameyadade
25 ameyadade
26 ameyadade
27 emforqueno.
28 ameyadade
29 ameyadade

30 ameadade
31 muudo
32 ameyadado
33 ameyadade
34 ferro
35 poemas
36 ameadade
37 deest
38 todas aquellas
39 ao meestre
40 ameadade
41 ameadade
42 e
43 ameadade
44 ameadade
45 outro
46 ameadade
47 ameadade
48 disto
49 ameyadade
50 besta
51 besta
52 legitimo
53 coomba
54 coomba dobrada
55 a ssa

possuir a outrem⁵⁶ e sse callar per huum anno e huum diia se a depouys quiser demandar, nom lhe ualha ssa demanda. E poemas e outorgamos que se alguum homem firir outro e o ferydo se sse depouys per ssey yingar quisser⁵⁷ perca todo seu dereyto e sace a⁵⁸ outro todallas⁵⁹ aquellas coussas que lhe fizer. E poemas e outorgamos que quem cassa⁶⁰ romper peyte LX soldos ametade⁶¹ ao alcaide⁶² e ametade⁶³ ao senhor da cassa⁶⁴. E poemas e outorgamos que se alguem ouuer himizade⁶⁵ contra sseu vizinho o alcaide o deue costranger⁶⁶ que requeira de reyto se lhe achar per que ho constranga⁶⁷. E poemas⁶⁸ e outorgamos que se alguem britar a outro⁶⁹ olho, ou lho fizer perder ou m̃ao ou pee ou dente ou dedo polegar ou outro dedo quallquer se o alcaide nom puder costranger⁷⁰ esse que o dapno⁷¹ requeira que uenha amizade⁷² o alquayde⁷³ nom perca por em seu dereyto e sse das outras coymbas⁷⁴ o alcaide nom fizer os homeens amigar nom aja em nemigualha e sse per uentura elles depouys amigarem antre ssey fora fora (*sic*) da villa dem ao alcaide todo sseu dereyto. E poemas e outorgamos que de toda falssa medida e de toda outra falsidade peite ao alcaide v soldos. E poemas e outorgamos que se alguum homem nom quer fazer dereyto segundo o foro da villa deue sseer degradado e deytareno fóra da uilla : e dementres alla⁷⁵ andar peyte ao alcaide cada dia tres soldos. E sse alguem assy de nós come de nossos prouincos come destranhos esta nossa carta este foro firmamente pera senpre guardar⁷⁶ aja a beyçom⁷⁷ de deus e de santa Maria ssa madre e de todollos santos e a nossa. E sse alguem assy de nós come de nossos prouincos come dos estrayos⁷⁸ contra este nosso feito e contra esta nossa carta e contra este⁷⁹ foro viir quisser e o nom quisser aguardar nom lhe seya⁸⁰ outorgado e polla ssoo tentaçom⁸¹ aja a bira⁸² e a maldiçom de deus e de santa Maria ssa madre e de todollos santos e a nossa. Este nosso feyto de todo en todo seya⁸³ firme pera senpre. E nós vizinhos dazanbuya⁸⁴ esta carta, este foro outorgamos e louuamos. E que este feito seya⁸⁵ maiis firme e nom possa depouys viir en duuidança, Eu ssobredicto Roy fernandiz e mha molher Eluira esteuez⁸⁶ esta presente carta aos vizinhos dazanbuya⁸⁷ fizemos fazer per m̃ao de martim gill tabaliom dazanbuya⁸⁸ e sshellar dos sellos de mym Roy⁸⁹ fernandiz e do conçello⁹⁰ dazanbuya⁹⁰. Esto⁹⁰ foy feito na villa dazanbuya⁹¹ xvii diias andados do mes de mayo. Era m.ª ccc.ª x.ª annos. Que forom presentes gonçaleannes pachacho⁹² caualeiro, esteuam gonçaluiz clerigo de sam giam⁹³ de santarem, vicente rrobim clerigo, franxisque⁹⁴ anes clerigo dazanbuya⁹⁵, fernam gill escudeyro, fernam rrodriguiz escudeyro, miguell perez⁹⁶ vizinho dalanquer, pero⁹⁷ dominguez⁹⁷ datalaa⁹⁷ martim gomez escudeyro de penella, pero⁹⁸ jugrall⁹⁸ corcoua⁹⁸ vicente anes moedeyro de coimbra, gill fernandiz, Lourenço esteuez⁹⁹ escudeyro do casal¹⁰⁰ duram mendez¹⁰¹ de uila uerde, garçia periz escudeyro naturall de mouriz¹⁰² gill periz sseu hirmãao, martim esteuez¹⁰³ escudeyros, Joham periz dalanquer, Joham esteuez¹⁰⁴ escudeyro, pero¹⁰⁵ ermigiz¹⁰⁵ gonçalo martiiz de riba de minho, Fernam gonçaluez coruo, e¹⁰⁶ Vaasco migueez¹⁰⁷ e¹⁰⁸ pero¹⁰⁹ rrodriguez¹⁰⁹ martim castanheiro¹¹⁰ gonçallo perez dasna, Joham gill, e¹¹¹ pero¹¹² mateus¹¹² almocreue, dom viuiam, gill gonçaluez¹¹³ e Joham esteuez em esse tempo aluaziis dazanbuya¹¹⁴. Eu martim gill pubrico¹¹⁵ tabaliom¹¹⁵ dazanbuya¹¹⁵ rrogado a todas estas coussas foy¹¹⁶ presente e de rogo e doutorgamento dos sobredictos Roy fernandiz eluira¹¹⁷ esteuez¹¹⁷ ssa molher e dos vizinhos dazanbuya¹¹⁸ esta carta escrepy¹¹⁹ e em ella este meu signall poiis¹²⁰ en¹²⁰ testimunho d'estas coussas.

56 outri
57 quer
58 ao
59 todas
60 casa
61 ameadade
62 alcaide
63 ameadade
64 casa.
65 emmizade
66 costronger
67 costranga.
68 poemas
69 outri
70 costronger
71 dano
72 amizade
73 alcayde
74 coombas
75 ala
76 aguardar
77 beemçom
78 estranhos
79 este nosso
80 seja
81 tentaçom
82 yra
83 seja
84 dazambuja
85 seja
86 steuaz
87 dazambuja
88 dazambuja

89 Rui
90 concelho dazambuja. Isto
91 dazambuja
92 pachaco
93 Joam
94 francisque.
95 dazambuja.
96 piriz
97 Pedro dominguiz da taala,
98 Pedro jograr corcoba,
99 steuaz
100 casal,
101 meendiz
102 mourit,
103 steuaz
104 steuaz
105 Pedro ermigit,
106 deest
107 migeet,
108 deest
109 Pedro rodrigit,
110 castineyro,
111 deest
112 Pedro matheus
113 gonsaluiz,
114 dazambuja.
115 publico tabelliom dazambuja
116 fui
117 e eluira steuaz
118 dazambuja
119 screui
120 poy em

FREYXEO

FREIXO

1273

Oppidum de Freixo a rege Alphonso I forale habuit, quod jampridem editum est (pag. 378). Postulato postea forali de Mogadouro, vel zamorensi, Alphonsus III id oppidanis concessit. Litterae a curialibus de Freixo regi de eo negotio missae (quas hic subjungimus) et concessio foralis in Lib. I Donationum ejusdem regis inveniuntur.

A. dei gratia Rex Port. et Algarbii vniuersis presentem cartam inspecturis notum facio quod ego recipi unam procuracionem sigillo Concilii de freyxeo sigillatam per quam iudices et Concilium de freyxeo fecerunt Saluatorem dominici et Michaellem pelagii suos procuratores ad recipiendum forum quod ego dedi Concilio de Mogadoyro : et isti procuratores nomine suo et eorum quorum procuratores erant pecierunt mihi predictum forum et receperunt et ideo ego predictus Rex vna cum vxore mea Regina domna Beatrice, Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus domno Dionisio domno Alfonso domna Blanca domna Sancia, do et concedo populatoribus de freyxeo et de suis terminis presentibus et futuris forum de Camora quod dedi Concilio de Mogadoyro, tali pacto quod ipsi faciant mihi et omnibus successoribus meis quantas et quales foros et custumes moratores de Camora faciunt Regi Castelle tam in pedidis quam in martinega quam in moneta quam in omnibus aliis foris. Et quantum est o pedido si Rex domnus Fernandus illud leuauit de Castella aut de Legionem in usibus aut in custumis, Ego et successores mei debemus illud leuare de populatoribus de freyxeo et de suis terminis. In cuius rei testimonium do populatoribus de freyxeo et de suis terminis istam cartam. Datum Sanctarene, xx.^a die Ianuarii, Rege mandante : Jacobus iohannis notauit. Era m.^a ccc.^a xi.^a Rodericus garsie de pauya, Johannes suerii Conelius, Martinus iohannis de vinali, Fernandus fernandi cogomino, et Dominicus iohannis iardus clericus, testes.

MONTE ALEGRE

MONTALEGRE

1273

Ex Lib. I Donationum, sic dicto, Alphonsi III hoc descripsimus forale. Non aliud, nobis cognitum, manet exemplar.

Nouerint vniuersi presentem cartam inspecturi quod ego A. dei gratia Rex Port. et Algarbii una cum uxore mea Regina domna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus nostris Infantibus domno Dionisio, domno Alfonso, domna Blanca, domna Sancia, do et concedo uobis omnibus populatoribus qui habitaueritis in mea popula de terra de Barroso que uocatur a Monte alegre omnes meas rendas et omnes meos directos de terra de Barroso et de suis terminis nouis et antiquis, scilicet de illis terminis quos uincere et habere poteritis per directum, tali uidelicet pacto quod detis mihi et omnibus meis successoribus in quolibet anno ad tercias anni tres mille et quingentos morabitanos, scilicet unam terciam pro prima die Octobris et aliam terciam pro prima die februarii et aliam terciam pro prima die Junii, excepta mea hoste, et mea moneta, et excepto iure patronatus omnium ecclesiarum de ipsa terra de Barroso et de suis terminis, et de predicta popula ibidem constructarum et eciam construendarum : quas res retineo mihi et omnibus meis successoribus et si uos mihi aut cui

* Nouerint vniuersi presentem cartam inspecturi, quod Concilium de freyxeo misit suam cartam apertam de suo sigillo sigillatam domino Regi cuius tenor talis est : A. dei gratia Rex Port. et Algarbe, Nós Concelo e juyzes de freyxeo beyiamos uossos pees e uossas mahoos e ha terra ante uos come a senhor de mercee. Senhor sabhades que nós enuiamos a uos Saluador diogo e Martim paez portadores desta carta pera receber o foro que nos mandastes qual dades a hos do Mogadoyro : estes son outorgados ambos pera receber a mercee, que ly uos fezerdes ou Concelo, e por tanto ly damos nossa carta seelada de nosso seelo pendente que seiam creudos.

ego mandauero predictos denarios ad predictos terminos aut in ipsis terminis non pagaueritis, debetis eos mihi dare cum decem morabitis cotidie de pena : et uos populatores debetis mihi dare ad placitum meum unum militem filium de algo, meum naturalem, qui uindictet quingentos solidos, qui faciat mihi menaginem de meo alcazar, quando ego ibi illud fecero : et ipse miles debet ibi esse pretor uester, dum mihi placuerit : et ipse pretor debet facere iusticiam cum iudicibus de ipsa popula : et uos debetis ibi mittere annuatim duos iudices naturales de Port. : et si uos ipsum militem cambiare uolueritis, ego debeo uobis recipere alium loco sui, quodocunque ipsum cambiare uolueritis : et ipse miles quod mihi pro ad istud dederitis, debet esse filius de algo, et meus naturalis, qui uindictet quingentos solidos : et quando meus Riquis homo iuerit ad terram debet comedere pro suis denariis : et non debet uobis aliquid filiare per forciam nec facere ibi malum, nec pausare in aldeis de ipsa terra nec facere ibi forciam : saluo quod si passauerit per terram, debet ibi pausare, et ubi pausauerit, non debet ibi aliquid filiare per forciam nec facere ibi malum : et istud quod ibi Riquis homo comederit, debet illud comparare pro suis denariis, sicut in dicta popula : et homines de terra de piconia debent morari in suis hereditatibus, et debent uobis facere totos foros et totos directos quos mihi faciunt : et uos debetis defendere et adiuuare illos, sicut uicinos. Et meyrinus non debet uobis intrare in ipsa terra de Barroso, nec in ipsa popula : et insuper uos predicti populatores debetis mihi dare ad placitum meum unum militem filium de algo et meum naturalem qui uindictet quingentos solidos, qui faciat mihi menaginem de Piconia, et qui teneat eam ad uestram custam : et si uos ipsum militem cambiare uolueritis, ego debeo uobis alium recipere loco sui, quodocunque ipsum cambiare uolueritis : et ipse miles quem mihi pro ad istud dederitis, debet esse filius de algo et meus naturalis, qui uindictet quingentos solidos. Et mando et concedo quod habeatis feyram et faciatis eam in quolibet mense : et incipiat fieri secunda die post kalendas mensis, et duret per tres dies : et nullus sit ausus qui pignoret aliquem qui uenerit ad ipsam feyram, ratione uendendi uel emendi pro aliquo debito in illis octo diebus in quibus uenerit, et illis octo diebus in quibus recesserit de ipsa feyra. Et quicumque malum fecerit hominibus qui uenerint ad ipsam feyram ratione uendendi uel emendi, pectet mihi sex mille solidos, et duplet illud quod filiauerit domino suo. Et mando et concedo quod non detis portaginem in toto meo regno nisi in illis locis in quibus habuerint cartas per quas debeant eam ibi filiare. In cuius rei testimonium dedi uobis istam meam cartam meo sigillo sigillatam. Datum Vlixbone ix.^a die Junii, Rege mandante. Era m.^a ccc.^a xi.^a Dñmus Gonsaluus garsie alferaz tenens Neuiam, domnus Johannes de Auoyno maiordomus tenens ultra tagum, domnus Alfonsus lupi tenens ripam minii, domnus Didacus lupi tenens terram de lameco, domnus Petrus iohannis tenens terram de trasserra, domnus Petrus iohannis de Portello tenens leyrenam, domnus Menendus roderici tenens Mayam, confirmant : Magister Petrus iuliani electus Bracarensis, domnus Vincentius Portugalensis Episcopus, domnus Dominicus Lamecensis electus, Frater Valascus egitaniensis episcopus, Ecclesia Visensis uaccat, Ecclesia colimbriensis uaccat, domnus Mathaeus Vlixbonensis episcopus, domnus Durandus Elborensis episcopus, domnus Bartholameus Siluensis episcopus, confirmant : Rodericus garsie de pauya, Fernandus fernandi cogominus, Martinus iohannis de vinali, Alfonsus snerii, Rodericus menendi, Rodericus gomecii, superiudices, test. : domnus Stephanus iohannis Cancellarius curie confirmat. Jacobus iohannis notarius Curie notuit.

ELBORA

MAURORUM IBI LIBERE DEGENTIUM FORALE

FORAL DOS MOUROS FORROS D'EUORA

1275

Quanquam foralibus maurorum Extrematurae provinciae Algarbique antea jam editis (pag. 396, 715) simile sit quod nunc edimus, lectiones varias tamen continet non contemnendas. Extat in Lib. I Donationum Alphonsi III et in Lib. IV Inquisitionum ejusdem regis.

In dei nomine amen. Nouerint vniversi presentem cartam inspecturi, quod ego A.¹ dei gratia Rex Port. et Algarbii, una cum vxore mea Regina domna² Beatrice illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris infantibus domno Dyonisio domno Alfonso domna Blanca domna Sancia, facio cartam fidelitatis et firmi-

¹ alfonsus² deest

tudinis uobis Mauris qui estis forri in³ Elbora⁴ : ut in mea terra nullum malum iniuste recipiatis : et ut meus christianus neque judeus super uos habeant nocendi potestatem sed ille quem uos⁵ de⁵ gente et fide uestra⁶ super uos pro⁷ alcaide⁷ elegeritis in⁸ primum⁸ iudicet uos et hoc facio⁹ ut uos reddatis mihi in unoquoque anno singulos morabitanos ex singulis capitibus uestris ex quo tempore uictui necessaria gaanare¹⁰ potueritis : et ut detis mihi in alfitria¹¹, azequi et totam decimam de uniuerso labore uestro. Et omnes vineas meas preparetis : et uendatis meas ficus, et meum oleum quomodo uendiderint habitatores ville¹², tercia parte de meis minus¹³. Et insuper faciatis mihi alios foros et usus et custumes¹⁴ quos mihi faciunt et fecerint¹⁵ Mauri forri Vlixbone. Hec igitur carta semper¹⁶ firmum¹⁶ habeat¹⁶ robur, et nullus uobis eam audeat frangere, neque uestros foros. Insuper¹⁷ do uobis pro foro, ut nullus pauset¹⁸ in uestris domibus contra uestram uoluntatem. Et ego supradictus Rex una cum uxore mea et filiis et filiabus meis supradictis uobis Mauris hanc cartam quam fieri uobis iussi, roboro et confirmo. Facta fuit ista carta apud¹⁹ Vlixbonam, xvi die²⁰ Agusti, Rege mandante. Era m.^a ccc.^a xl.^a Domnus Gonsaluus garcie²¹ alferaz²¹ tenens Neuyam, domnus Johannes de auoyno maiordomus tenens ultra Tagum, domnus Martinus alfonsi tenens Chaues²², domnus Alfonsus lupi tenens rippam²³ Minii, domnus Didacus lupi tenens lamecum, domnus Menendus roderici tenens Mayam, domnus Petrus iohannis tenens transserram, domnus Petrus iohannis de Portello tenens Leyrenam²⁴, domnus Petrus poncii, Laurencius suerii tenens ripam de Vauga²⁵, Rodericus garsie de Pauya, confirmant : Alfonsus petri farina, Johannes suerii conelius, Martinus iohannis de Vinali, Fernandus fernandi cogomyno²⁶, test., Ecclesia Bracharensis uacat, domnus V. Port.²⁷ episcopus, domnus D.²⁸ electus Lamecensis, Ecclesia Colimbriensis uacat, Frater Valascus Egitaniensis Episcopus, domnus Matheus Vlixbonensis Episcopus, domnus Durandus Elborensis²⁹ Episcopus, Frater Bartholameus Siluensis Episcopus, Alfonsus suerii, Rodericus gomecii, Rodericus menendi, superiudices, confirmant : domnus Stephanus iohannis Cancellarius confirmat. Jacobus iohannis notuit.

3 deest
4 elbore
5 de uestra
6 deest
7 desunt
8 inpuniatur ipse
9 deest
10 ganare
11 alfitra et
12 terre
13 uinis
14 mores
15 fecerunt
16 semper habeat firmum

17 et insuper
18 pauset
19 apud
20 diebus
21 garsie alferaz
22 clauis
23 ripam
24 leronam
25 uouga
26 cogominus
27 portuensis
28 didacus
29 elborensis

MONTE FORTI DE RIO LIVRE

MONFORTE DE RIO LIVRE

1273

Ex charta autographa in Publico Archivo servata textum hujus foralis sumpsimus.

Nouerint vniuersi presentem cartam inspecturi quod ego A. dei gratia Rex Port. et Algarbii, una cum uxore mea Regina domna Beatrice illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus domno Dionisio, domno Alfonso, domna Branca, domna Sancia, do et concedo hominibus populatoribus de villa mea de Monte forti de Rio liure omnes meas hereditates forarias et regalengas quas habeo in Rio liure et in terminis suis, et omnes meas rendas et meos directos de ipsa terra, et de suis terminis nouis et antiquis, scilicet de illis terminis quos ego ibi habeo et uincere et habere potueritis per directum, excepto quod uadatis in mea hoste, et excepto iure patronatus, quas res retineo mihi et omnibus meis successoribus, tali uidelicet pacto : quod detis mihi et omnibus meis successoribus annuatim ad tercias anni sexcentos marabitanos ueteres in saluo, scilicet unam terciam pro festo sancti Martini, et aliam terciam pro prima die Marcii, et aliam terciam pro prima die Iulii. Et uos populatores debetis mihi dare unum militem filium de algo meum naturalem ad placitum meum qui uendicet quingentos solidos, qui faciat mihi menagium de meo alcaçar quando illud ibi fecero. Et ipse miles debet ibi esse pretor uester dum mihi placuerit : et ipse pretor debet facere iusticiam cum iudicibus de ipsa villa. Et uos debetis ibi mittere annuatim duos iudices de Portugalia de uestris vicinis. Et si uos ipsum pretorem mutare uolueritis, ego debeo uobis pro ipso recipere alium loco sui quandocumque ipsum mutare uolueritis. Et ipse miles quem mihi pro ad istud dederitis, debet esse filius de algo et meus naturalis qui uindicet quingentos

solidos. Et quando meus Riquus homo iuerit ad terram debet comedere pro suis denariis : et non debet uobis aliquid filiare per forciam nec facere ibi malum, nec pausare in aldeys de ipsa terra, nec facere ibi forciam : saluo quod si passauerit per terram debet ibi pausare, et ubi pausauerit non debet ibi aliquid filiare per forciam, nec facere ibi malum : et illud quod ibi Riquus homo comederit, debet illud comparare pro suis denariis. Et meyrinus non debet uobis intrare in ipsa villa nec in suo termino. Et mando et concedo quod habeatis feyram et faciatis eam quolibet mense : et incipiatur fieri viii.º kalendas cuiuslibet mensis et duret per duos dies. Et nullus sit ausus qui faciat malum nec pignoret aliquem qui uenerit ad ipsam feyram ratione uendendi uel comparandi, pro aliquo debito in illis quatuor diebus in quibus uenerit et in illis quatuor diebus in quibus recesserit de ipsa feyra. Et quicumque malum fecerit hominibus qui uenerint ad ipsam feyram ratione uendendi uel emendi, pectet mihi sex mille solidos, et duplet illud quod filiauerit domino suo saluo pro debito facto in ipsa feyra. Et mando et concedo quod non detis portaginem in toto meo Regno, nec uadatis ad apuduam. Mando insuper et concedo quod habeatis inter uos forum de Bragancia saluis omnibus supradictis. In cuius rei testimonium do uobis istam meam cartam de meo sigillo plumbeo sigillatam. Datum Vlixbone iii.ª die Septembris, Rege mandante. Era m.ª ccc.ª vndecima.

Domnus Gonsaluus guarsie alferaz conf. — domnus Johannes de Auoyno maiordomus conf. — Domnus Martinus alfonsi tenens Chaués conf. — domnus Alfonsus lupi tenens ripam Minii conf. — domnus Didacus lupi tenens Lamecum conf. — domnus Petrus iohannis tenens trasserram conf. — domnus Menendus roderici tenens Mayam conf. — domnus Petrus iohannis de Portello tenens Leyrenam conf.

Magister P. iuliani electus Bracarensis conf. — domnus Vincencius Episcopus Portugalensis conf. — domnus Dominicus electus Lamecensis conf. — Frater Valascus Episcopus Egitanensis conf. — Ecclesia Visensis vacat — Ecclesia Colimbriensis vacat — domnus M. . . Episcopus Vlixbonensis conf. — domnus Durandus Episcopus Elborensis conf. — domnus Bartholomeus Episcopus Siluensis conf.

Rodericus garsie de pauia — Fernandus fernandi cogominus — Johannes suerii conelius — Alfonsus petri farina — Petrus alfonsi de Camora, test.

Alfonsus suerii superiudex — Dominicus iohannis iardus clericus —, test.

Rodericus menendi — Rodericus gomecii, superiudices — test.

Domnus Stephanus iohannis Cancellarius conf. — Johannes petri notarius Curie notuit.

MOGADOYRO

MOGADOURO

1273

Forale alterum de Mogadouro, post illud primum de Zamora ipsi oppido concessum, foralibus aliorum locorum provinciae ultraduriensis illa tempestate datis simile est. Forte onera et privilegia in ipsis foralibus singulatim descripta a zamorensi charta expressa erant ut dubia solverentur, novumque forale nihil aliud praeterquam antiquum fuit, quod tamen asserere non audeamus. Textum nobis praebuit autographum exemplar in Publico Archivo servatum.

In dei nomine et eius gratia. Nouerint vniuersi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Port. et Algarbii una cum uxore mea Regina domna Beatrice illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus nostris, Infantibus domno Dionisio, domno Alfonso, domna Branca, domna Sancia, do et concedo uobis hominibus populatoribus presentibus et futuris ad forum quod subsequitur villam meam de Mogadoyro cum suis terminis nouis et antiquis per ubi eos melius habere potueritis per directum, saluo iure patronatus quod retineo pro ad me, tali uidelicet pacto et conditione : quod uos et successores uestri detis mihi et successoribus meis annuatim quilibet uestrum viginti quatuor seldos Legionenses de moneta branca uel de alia moneta que comuniter currerit in ipsa terra, saluis uilaribus et aliis locis qui nondum sunt populati : de quibus populatores eorum quando fuerint populati debent dare mihi et successoribus meis annuatim viginti solidos quilibet populator, et in aliis debent esse vicini de Mogadoyro et habere inde forum. Mando etiam quod populator dictorum locorum qui non habuerit ualiam de decem marabitanis, quod non det aliquid : et si forte habuerit herdamentum quod ualeat predictos decem marabitanos det mihi et successoribus meis annuatim duodecim solidos. Et populator qui fuerit herdarius et habuerit ualorem de viginti marabitanis et supra det mihi et successoribus meis annuatim predictos viginti quatuor

soldos : saluis orphanis qui non faciant forum nisi unum cum suo patre uel cum sua matre, dum fuerint solitarii, et postquam fuerint casati, faciant singulos foros si habuerint dictam ualiam : et saluo iugeyro et mancipio alieno qui non debent facere forum nisi iugarius habeat dictam ualiam in herdamento, et si habuerit ualiam faciat forum : Et saluis duobus iudicibus de Mogadoyro qui non debent facere forum predictum, dum fuerint iudices, proinde quod non habent aliud prestimonium de me. Et Concilium de dicta villa mittat suos iudices ad meum placitum et successorum meorum. Do etiam eis pro foro quod in domibus iudicum dicte ville et viduarum non pausent milites, nec aliquis alius contra eorum uoluntatem. Do et concedo uobis quod uocem et calumpniam et portaginem detis mihi et successoribus meis per forum de Camora : et istos denarios supradictos de foro debetis mihi pagare et successoribus meis annuatim, uidelicet medietatem pro festo sancti Martini, et aliam medietatem pro festo pasche. Et non debetis mihi facere nec successoribus meis aliud forum de dicta villa et de suis terminis, nisi ut superius est expressum. In cuius rei testimonium do inde uobis istam meam cartam apertam, de meo sigillo sigillatam. Datum Sanctarene xviii.^a die Nouembris, Rege mandante. Era m.^a ccc.^a vndecima.

Domnus Gonsaluus garsie alferaz conf. — Domnus Johannes de Avoyno maiordomus conf. — Domnus Martinus alfonsi tenens Chaues conf. — domnus Alfonsus lupi tenens ripam Minii conf. — Domnus Didacus lupi tenens Lamecum conf. — domnus Petrus iohannis tenens trasseram conf. — domnus Menendus roderici tenens Mayam conf. — domnus Petrus iohannis de Portello tenens Leyrenam conf.

Ecclesia Bracarensis uacat — domnus Vincencius Episcopus Portugalensis conf. — domnus Dominicus Electus Lamecensis conf. — Frater Valascus Episcopus Egitanensis conf. — Ecclesia Visensis uacat. — domnus Matheus Episcopus Vlixbonensis conf. — domnus Durandus Episcopus Elborensis conf. — domnus Bartholameus Siluensis Episcopus conf.

Rodericus garsie de pauia — Fernandus fernandi cogominus — Johannes suerii conelius — Martinus iohannis de uinali — Dominicus iohannis clericus —, test.

Domnus Stephanus iohannis Cancellarius Curie conf. — Johannes petri notarius Curie notuit.

PENAROYAS

PENARROIAS

1275

Quod de forali altero de Mogadoyro nuper adnotauimus de hoc etiam dicendum est. — Descriptus ex autographo exemplari in Publico Archivo seruato.

In dei nomine. Amen. Nouerint vniuersi presentem cartam inspecturi quod ego Alfonsus dei gratia Rex Port. et Algarbii, una cum uxore mea Regina domna Beatrice illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus nostris Infantibus domno Dionisio, domno Alfonso, domna Branca, domna Sancia, do et concedo uobis hominibus populatoribus presentibus et futuris ad forum quod subsequitur villam meam de Penaroyas cum suis terminis nouis et antiquis per ubi eos melius habere poteritis per directum, saluo iure patronatus quod retineo pro ad me, tali uidelicet pacto et conditione : quod uos et successores uestri detis mihi et successoribus meis annuatim quilibet uestrum viginti quatuor solidos legionenses de moneta branca uel de alia moneta que cumuniter currerit in ipsa terra, saluis uilaribus et aliis locis qui nondum sunt populati : de quibus populores ex quo quando fuerint populati, debent dare mihi et successoribus meis annuatim viginti solidos quilibet populator : et in aliis debent esse vicini de Penaroyas et habere inde forum. Mando etiam quod populator dictorum locorum qui non habuerit ualiam de decem morabitanos quod non det aliquid : et si forte habuerit herdamentum quod ualeat predictos decem morabitanos, det duodecim solidos. Et populator qui fuerit herdarius et habuerit ualorem de viginti morabitanis et supra, det mihi et successoribus meis annuatim predictos viginti quatuor solidos : saluis orphanis qui non faciant forum nisi unum cum suo patre uel cum sua matre, dum fuerint solitarii, et postquam fuerint casati, faciant singulos foros, si habuerint dictam ualiam : et saluo iugeyro et mancipio alieno qui non debent facere forum, nisi iugarius habeat predictam ualiam in herdamento, et si habuerit ualiam faciat forum : et saluis duobus iudicibus de Penaroyas qui non debent facere dictum forum dum iudices fuerint, proinde quod non habent aliud prestimonium de me. Et Concilium de dicta villa mittat suos iudices ad meum placitum uel successorum meorum : do etiam eis pro foro quod in domibus iudicum dicte ville et viduarum non pausent milites, nec aliquis alius contra eorum uoluntatem : do etiam et concedo uobis quod uocem calumpniam et portaginem detis mihi et

successoribus meis per forum de Çamora. Et istos denarios de foro supradictos debetis mihi pagare et meis successoribus annuatim videlicet medietatem pro festo sancti Martini, et aliam medietatem pro festo Pasche. Et aliud forum non debetis mihi facere nec successoribus meis de dicta villa nec de suis terminis, nisi ut superius est expresum. In cuius rei testimonium do inde uobis istam meam cartam de meo sigillo sigillatam. Datum Sanctarenæ xviii. die Nouembris, Rege mandante. Era m.^a ccc.^a vndecima.

Domnus Gonsaluus guarsie alferaz conf. — domnus Johannes de auyno maiordomus conf. — domnus Martinus alfonsi tenens Chaues conf. — domnus Alfonsus lupi tenens Ripam Minii conf. — domnus Didacus lupi tenens Lamecum conf. — domnus Petrus iohannis tenens trasseram conf. — domnus Petrus iohannis de portello tenens Leyrenam conf. — domnus Menendus roderici tenens Mayam conf.

Ecclesia Bracarensis uacat — domnus Vincencius Episcopus Portugalensis conf. — domnus Dominicus Electus Lamecensis conf. — domnus Durandus Episcopus Elborensis conf. — domnus Matheus Episcopus Vlixbonensis conf. — Frater Valascus Episcopus Egitaniensis conf. — domnus Bartholameus Episcopus Siluensis conf. — Ecclesia Colimbriensis uacat — Ecclesia Visensis uacat.

Rodericus guarsie de pauia — Fernandus fernandi cogominus — Johannes suerii conelius — Dominicus Johannes clericus dictus Jardus —, test.

Domnus Stephanus iohannis Cancellarius conf. — Johannes petri notarius Curie notuit.

ANHOURA

ANOBRA

1275

Ex Lib. I Donationum Alphonsi III desumpsimus. Exemplaris alterius, in Publico Archivo seruari, lectiones varias omisimus, quia ab ipso codice descriptum fuisse noscitur.

In dei nomine amen. Nouerint vniuersi presentem cartam inspecturi, quod ego A. dei gratia Rex Port. et Algarbii vna cum vxore mea Regina domna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus meis Infantibus domno Dionisio, domno Alfonso, domna Branca, domna Sancia, facio cartam de foro vobis hominibus populatoribus de Anhoura presentibus et futuris. In primo do uobis pro foro ut de pane quem habueritis de palude, detis mihi et omnibus successoribus meis quartam partem, et de monte sextam partem et ante partitionem de meo et de uestro unusquisque uestrum det unam taligam tantum in cornariam : Et similiter ex meo et uestro pro unoquoque modio, v alqueires in alquier, et duos de ceuada. Et unusquisque habitator uille qui in terminis eius laborauerit pro uno jugo boum det in eyradigam i quartarium milii : et si duo uel tria uel quatuor uel plura juga habuerit, non plus det in eyradigam, quam pro uno jugo boum. Sed si alii extranei in terminis ipsius ville laborauerint ita quod habitatoribus placeat, det duos quartarios milii in eyradigam. De uino uero statuo ut postquam vinee quinque annos habuerint, dent mihi et omnibus meis successoribus octauam partem uini, et licenciam habeant uendendi uel donandi vineas quibuslibet qui mihi et meis successoribus predictum forum inde faciant : qui uero ibi duos domos habuerint et exinde ut in alio loco moretur recesserit, potestatem habeat uendendi unam tantum, et aliam mihi relinquat : et si unam tantum habuerit medietatem uendat, et medietatem michi relinquat. Et qui molendinum ibi habuerit, quartam partem de lucro et de tota utilitate quam deus ibi dederit, mihi et successoribus meis pro foro inde reddat, et potestatem habeat uendendi uel donandi cuilibet qui faciat supradictum forum. De arale uero ville qui circumdatus uallo fuerit uel sepe in quo seminatum fuerit ordeum uel fabe, aut linum, uel cepe, aut alia uel cetera legumina nichil inde detur, set sit uestrum proprium. De lino uero de palude dent mihi et omnibus successoribus meis quintam partem, et unum manipulum in cornaria, et alium de eyradiga communiter, pro quibus accipiat laborator alios duos. Et de leguminibus de paludis quartam partem. Et de homicidio et rauoxo, et merda in boca, lx solidos, minus terciam. Et minores culpas inter se emendent, et nichil dent. Et si aliquis homo feminam alterius ville rapuerit qui uirum non habuerit, recipiant illum, et inimicos suos de villa pulsent, et vir suam mulierem honorificet sicut mos est. Et si homo istius ville contra hominem alterius partis errauerit, non faciat ei iudicium, nisi in sua villa : Et si emendare noluerit culpam, tunc habeat intencor potestatem pignorandi, sed non pignoret nisi in abscondito. Et si aliquis uiderit eum et uoces dederit super eum et pignos leyxare noluerit, tunc pectet pignorator lx solidos. De equo et de equa et de alia bestia, et omni ganato, nullum dent forum, neque de montaria. Et si ibi aliquod uenatum mortuum

fuert postquam homines extranei cucurrerint habitatores ville accipiant medium et cursores medium : De piscatione autem nichil dent. Si aliquis homo figatus uenerit ante inimicos suos, recipiant eum et ad rectum iudicium teneant illum. Et collecta et alie res que hic non sunt scripte, utentur sicut in Peraria sunt usate. Et uos non debetis uendere nec donare nec atestare nec helemosinare nec cambiare nec emplazare, nec alienare modo aliquo, hereditates nec possessiones alias de ipso loco, ordini nec prelato, nec militi nec scutifero, nec domine generose, nec alicui persone religiose : Sed si eas uolueritis uendere uel donare uendatis uel donetis eas talibus hominibus qui faeiant mihi et omnibus meis successoribus predictum forum completum. In cuius rei testimonium do uobis istam cartam. Datum Vlixbone viii.^a die Julii, Rege mandante. Jacobus iohannis notuit. Era m.^a ccc.^a xiii.^a

CASTROMARIM

CASTROMARIM

1277

Ex Lib. I Donationum Alphonsi III descripsimus. Non aliud inuenitur exemplar.

In dei nomine et eius gratia. Amen. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, Quod ego A. dei gratia Rex Port. et Algarbii vna cum vxore mea Regina domna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia, et filiis et filiabus meis Infantibus domno Dionisio, domno Alfonso, domna Blanca, et domna Sancia, facio Cartam de foro uobis populatoribus de Castromarim presentibus et futuris : videlicet do et concedo uobis forum usus et consuetudines Ciuitatis Vlixbone, excepta jugata de pane quam uobis im perpetuum quito : et retineo michi et omnibus meis successoribus in perpetuum, omnes furnos panis, et omnes salinas constructos et construendos constructas et construendas, in Castromarim et in suis terminis, et meas tendas. Item retineo michi et omnibus meis successoribus quod non uendatur aliud sal in Castromarim nec in suis terminis, nisi meum sal. Item retineo michi et meis successoribus quod uicinus de Castromarim qui uinum uoluerit sacare de Castromarim uel de suis terminis soluat michi de quolibet tonello medium morabatinum de uino quod comparauerint : Et ille qui non fuerit uicinus, de uino quod sacauerit soluat de quolibet tonello i morabatinum. Et propter hoc quito uobis et illis qui uinum sacauerint de Castromarim et de suis terminis, illos almudes de uino quos dant in Vlixbona de portagio de uino, quod sacant per mare, saluo iure relegarii in tempore trium mensium de relego. Item retineo mihi et meis successoribus molendina et azenias et pisones factos et faciendos, et regalengos meos tam in hereditatibus quam in uinariis et casariis quam in aliis rebus, et figueiredos et açougues, et fanegas, et balnea de villa et de termino de Castromarim, et ballenationem. In omnibus alijs do et concedo uobis forum usus et consuetudines Ciuitatis Vlixbone, quod forum tale est : Do itaque uobis pro foro ut qui publice coram bonis hominibus casam uiolenter ruperit cum armis, pectet quingentos solidos, et hoc sit sine uozeiro : et si infra domum ruptor occisus fuerit, occisor uel dominus domus pectet i morabatinum, et si ibi uulneratus fuerit, pectet pro eo medium morabatinum. Similiter pro homicidio et pro rauso publice facto, pectet quingentos solidos : pro merda in buca lx solidos pectet testimonium bonorum hominum. Furtum cognitum testimonio bonorum hominum, nouies componatur. Qui relegum uini regis ruperit et in relego suum uinum uendiderit et inuentum fuerit testimonio bonorum hominum, primo pectet v solidos, et secundo v solidos : et tercio si iterum inuentum fuerit, testimonio bonorum hominum, uinum totum effundatur, et arcus de cupis uel de tonellibus incendantur. De uino de fora dent de unaquaque carrega unum almude, et uendatur aliud in relego. Et habitatores de Castromarim habeant libere tendas suas, et furnos ollarum saluis mihi meis tendis factis et faciendis : et de furnis de tegula dent decimam. Qui hominem extra cautum occiderit, pectet lx solidos. Et qui uulnerauerit hominem extra cautum, pectet xxx solidos. Qui in platea aliquem armis uulnerauerit pectet medietatem homicidii. Qui arma per iram denudauerit, uel a domo ea extraxerit per iram et non percusserit, pectet lx solidos. Et homines de Castromarim habeant hereditates suas populatas et illi qui in cis habitauerint pectent pro homicidio et rauso noto et merda in buca lx solidos, medietatem scilicet Regi, et medietatem domino hereditatis, et cant in apelido Regis, et nullum aliud forum faciant Regi. Et almotaçaria sit de Concilio, et mittatur almotace per alcayde et per Concilium ville : et dent de foro de vacca i denarium, et de zeuro, i denarium, et de ceruo, i denarium, et de bestia uel de barca piscati, i denarium, et de iudicato similiter, et de alcauala, iii denarios : De ceruo, et de zeuro, et de uaca, et de porco, i denarium : Et de carnario, i denarium : Piscatores dent decimam : de equo uel de mula uel de mulo quem uendiderint uel emerint homines de fora a decem morabatinis et supra, dent i morabatinum, et a decem morabatinis et infra, dent medium morabatinum : De equa uendita uel comparata, dent ii solidos : et de boue, ii solidos, et

de uaca 1 solidum, et de asino uel de asina, 1 solidum : De mauro uel de maura, medium morabatinum : De porco uel de carnario, 11 denarios : De caprone uel de capra, 1 denarium : De carrega de azeyte uel de coriis boum uel zeurorum uel ceruorum dent medium morabatinum : De carrega de cera medium morabatinum : De carrega de anil uel de pannis uel de pellibus coneliorum uel de coriis uermeliis uel albis, uel de pipere uel de grana, 1 morabatinum : De bragale, 11 denarios : De uestitu de pellibus, 111 denarios : De lino uel de alliis uel de cepis, decimam : De piscato de fora decimam : De concas uel de uasis ligneis decimam. Et pro omnibus hiis carregis quas uendiderint homines de fora et portagium dederint, si alias proprias emerint non dent portagium ex eis. De carrega panis uel salis quam uendiderint uel emerint homines de fora, de bestia caualari uel mulari, dent 111 denarios : De asinari, 111 medalias. Mercatores ville naturales qui soldadam dare uoluerint, recipiatur ab eis : Si autem soldadam dare noluerint, dent portagium. De carrega de piscato quam inde leuauerint homines de fora, dent 111 denarios. Pedites dent octauam uini et lini. Balistarii habeant forum militum. Mulier militis que uidauerit habeat honorem militis usque nubat : et si nupserit pediti, faciat forum peditis. Miles qui senuerit uel ita debilitauerit quod exercitum facere non possit, stet in honore suo. Si autem mulier militis uiduata talem filium habuerit qui cum ea in domo contineatur et caualariam facere potuerit, faciat eam pro matre. Almocreue qui per almocrauariam uixerit, faciat forum suum semel in anno. Miles uero qui equum suum aut bestias suas ad almocrauariam miserit, nullum forum de almocranaria faciat. Coneliarius qui iuerit ad sogeyram et illuc manserit det folem unius conelii : et qui illuc moratus fuerit octo diebus uel amplius, det unum conelium cum pelle sua. Et coneliarius de fora det decimam quociens uenerit. Moratores de Castromarim qui panem suum uel uinum uel ficus uel oleum in aliis locis habuerint et ad Castromarim illud ad opus sui duxerint et non ad reuendendum, non dent inde portagium. Qui cum aliquo rixauerit et post rixam domum suam intrauerit, et ibi inito consilio acceperit fustem uel purrinam et eum percusserit, pectet xxx solidos : si autem inconsulte et casu accidente percusserit, nichil pectet. Inimicus de fora non intret villam super inimicum suum nisi per treugas aut pro directo illi dare. Si equus alicuius aliquem occiderit dominus equi pectet aut equum aut homicidium, quod horum domino equi placuerit. Et clericus habeat forum militis per totum, et si cum muliere inuentus turpiter fuerit, Maiordomus non mittat manum in eum, nec aliquo modo eum capiat, sed mulierem capiat si uoluerit. De madeyra que uenerit per aquam, dent decimam. De atalaya de villa debet Rex tenere medietatem et milites medietatem suis corporibus. Miles de Castromarim cui meus diues homo benefecerit de terra sua uel de habere suo, per quem eum habeat, ego recipiam eum meo diuiti homini in numero suorum militum. Maiordomus uel sagio eius non ad domum militis uadat, sine portario pretoris. Et meus nobilis homo qui Castrummarim de me tenuerit, non mittat ibi alium alcayde nisi de Castromarim. De casis quas mei nobiles homines, aut freires, aut hospitalarii, aut monasteria in Castromarim habuerint faciant forum ville sicut ceteri milites de Castromarim. Ganatum perditum quod maiordomus inuenerit, teneat illud usque ad tres menses et per singulos menses faciat de eo preconem dari, ut si dominus eius uenerit detur ei : Si autem dominus eius dato preconem usque ad tres menses non uenerit, tunc Maiordomus faciat de eo comodum suum. De caualgada de alcayde nichil accipiat alcayde per uim, nisi quod ei milites amore suo dare uoluerint. De caualgada sexaginta militum et supra, diuidant mecum in campo. Faber aut çapatarius aut pilitarius qui in Castromarim casam habuerit et in ea laborauerit, non det de ea ullum forum. Et qui maurum fabrum aut çapatarium habuerit et in domo sua laborauerit non det pro eo forum. Qui autem ministeriales ferrarii uel çapatarii fuerint, et per officium suum uixerint et casas non habuerint ueniant ad tendas meas et faciant mihi meum forum. Qui equum uendiderit aut comparauerit uel maurum extra Castromarim ubi eum comparauerit aut uendiderit ibi det portagium. Et pedites quibus suum habere debuerint dare dent inde decimam maiordomo, et Maiordomus det eis directum pro decima : et si pro decima eis dare directum noluerit, tunc pretor faciat eis directum dari per portarium suum. Et homines qui habitauerint in hereditibus de Castromarim si furtum fecerint, ut supradictum est, componatur, medietatem regi et medietatem domino hereditatis. Moratores de Castromarim non dent luytosam. Adaliles de Castromarim non dent quintam de quinione suorum corporum. Milites de Castromarim non teneant çagam in exercitu regis. Panetarie dent pro foro de triginta panibus unum. Portagia uero et forum et quinte sarracenorum et aliorum persoluantur sicut consuetudo est, exceptis hiis que superius scripta sunt et uobis relinquo. Et pro alcaydaria de una bestia que uenerit de fora cum piscato det duos denarios : Et de barca de piscato minuto, 11 denarios : et de toto alio piscato, dent suum forum. Hec itaque omnia scripta uobis do pro foro, et concedo : et ad hec eat Maiordomus testimonio bonorum hominum, et non ad alia. Milites de Castromarim testificentur cum Infançonibus de Portugali. Qui eciam aliquem calcaribus percusserit et testimonio bonorum hominum conuictus fuerit, pectet quingentos solidos. De nauigio uero mando ut alcayde et duo spadelarii et unus petintal habeant forum militum. Concedo eciam uobis ut nunquam intrent in nauigium meum pedites de Castromarim contra suam uoluntatem, sed in eorum sit beneplacito uenire per terram aut per mare uenire ad obsequium meum. Siquis igitur factum meum istud uobis firmiter seruauerit benedictionibus dei et mei repleatur : Qui uero illud frangere uoluerit maledicionem dei et mei consequatur. Facta carta in Vlixbona viii.^a die Julii, Rege mandante. Era m.^a ccc.^a Quintadecima.

Comes domnus Gonsaluus garsie alferaz tenens Neuiam, conf. —domnus Johannes de Auoym Maiordomus tenens Elboram, conf. —domnus Alfonsus lupi tenens Ripam Minii, conf. —domnus Didacus lupi tenens terram de Lameco, conf. —domnus Martinus alfonsi tenens Chaues, conf. —domnus Martinus egidii tenens Elbas, conf. —domnus Menendus roderici de briteyros tenens Mayam, conf. —domnus Petrus poncii conf. —domnus Petrus iohannis de portel tenens Leyrenam, conf. —domnus Petrus iohannis tenens trasserram, conf. —domnus Martinus iohannis de vinali tenens Panoyas, conf. —domnus Alfonsus petri farina —Martinus dade pretor Sanctaren.—, test. —Rodericus gomecii —Rodericus menendi—, superiudices. —Petrus pelagii uicesuperiudex conf. —Petrus martini caseual test. —Stephanus petri de Ratis —Dominicus iohannis iardus— clerici domini Regis, test. —domnus Ordonius Archiepiscopus Bracharensis conf. —domnus Vincentius Portugalensis Episcopus conf. —Ecclesia Colimbriensis uacat conf. —Ecclesia Visensis uacat conf.

Domnus Matheus Vlixbonensis Episcopus conf. —domnus Durandus Elborensis Episcopus conf. —Frater Valascus Egitanensis Episcopus conf. —Frater Bartholameus Siluensis Episcopus conf. —domnus Stephanus iohannis Cancellarius conf. —Jacobus iohannis scribanus domini Regis notuit.

LOULE

LOULÉ

(ABSQUE ANNO)

Ex Lib. I Donationum Alphonsi III desumptum. Non aliud invenimus exemplar.

In christi nomine et eius gratia. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego A. dei gratia Rex Port. una cum vxore mea Regina domna Beatrice illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus domno Dionisio, et domno Alfonso et domna Blanca et domna Sancia, facio cartam de foro vobis populatoribus de Loule : videlicet do et concedo uobis populatoribus de Loule presentibus et futuris, forum, usus, et consuetudines Ciuitatis Vlixbone, excepta iugata de pane, quam uobis in perpetuum quito. Et retineo mihi et omnibus successoribus meis omnes furnos panis, et omnes salinas, constructos et construendos, constructas et construendas in Loule et in terminis suis, et omnes tendas de Loule, quas reges sarraceni tenebant tempore sarracenorum. Item retineo mihi et omnibus successoribus meis quod non uendatur aliud sal in Loule nec in terminis suis, nisi meum sal. Item retineo mihi et omnibus successoribus meis quod uicinus de Loule qui uinum uoluerit sacare de Loule uel de suis terminis soluat mihi de quolibet tonello de uino quod comparauerit medium morabitinum : Et ille qui non fuerit uicinus soluat de uino quod sacauerit de quolibet tonello unum morabitinum. Et propter hoc quito uobis et illis qui uinum sacauerit de Loule et de suis terminis, illos almudes de uino quos dant in Vlixbona de portagio de uino quod sacant per mare, saluo iure relegarii in tempore trium mensium de relego. Item retineo mihi et omnibus successoribus meis omnia molendina de Quarteyra constructa et construenda : Et pisones uel azenias si eas fecerint. Et similiter retineo omnes hereditates de Quarteyra pro meo regalengo. Item retineo mihi in Loule quadraginta arençadas de vineis prout sunt demarcate pro meis regalengis, per illos qui eas pro ad me acceperunt. Item retineo mihi ortam quam solebat tenere domnus Martinus egidii, et casas et apotecam et lagare, quod solebat tenere Dominicus ruyz : Et apotecam quam solebat tenere Decanus Bracarensis, et ficulnetum quod solebat tenere Dominicus ruyz. Item retineo mihi et omnibus successoribus meis açougues et fanegas, et balnea, de Loule, et totum jus patronatus ecclesiarum constructarum et construendarum in Loule et in suis terminis : Et ballenationem. Et in omnibus aliis preter supradicta, do et concedo uobis forum, usus, consuetudines Ciuitatis Vlixbone, quod forum tale est : Do itaque uobis pro foro, et cetera que superius sunt expressa in supradicta carta registrata de foro de Silue.

SANCTA MARIA DE FAAROM

FARO

(ABSQUE ANNO)

Ex Lib. I Donationum Alphonsi III desumpsimus. Non aliud invenimus exemplar.

In christi nomine et eius gratia. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, Quod ego A. dei gratia Rex Port. vna cum vxore mea Regina domna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus domno Dionisio, et domno Alfonso, et domna Blanca, et domna Sancia, facio cartam de foro vobis populatoribus de Sancta Maria de faarom : videlicet do et concedo uobis populatoribus de Sancta Maria de faarom presentibus et futuris, forum, usus, et consuetudines Ciuitatis Vlixbone, excepta jugada de pane quam uobis im perpetuum quito. Et retineo mihi et omnibus successoribus meis omnes furnos panis, et omnes salinas, constructos et construendos, constructas et construendas, in Sancta Maria de faarom et in terminis suis. Item retineo mihi et omnibus successoribus meis casas et apotecam quas ego solebam tenere ex quo tempore accepi villam sarracenis : et retineo mihi vineas quas solebat tenere Dominicus ruyz, et omnes ficulnetos de Marim : Et omnes sedes ueteres que fuerunt de azeniis pro ad faciendum ibi azenias, uel pysones, uel molendinos. Item retineo mihi et omnibus successoribus meis omnes tendas quas Reges sarraceni solebant tenere tempore sarracenorum. Item retineo mihi et omnibus successoribus meis, quod non uendatur aliud sal in Sancta Maria de faarom nec in suis terminis, nisi meum sal. Item retineo mihi et omnibus successoribus meis quod vicinus de Sancta Maria de faarom qui vinum uoluerit sacare de sancta Maria de faarom uel de suis terminis soluat mihi de quolibet tonello de vino quod comparauerit medium morabatinum : Et ille qui non fuerit vicinus soluat mihi de vino quod sacauerit de quolibet tonello unum morabatinum. Et propter hoc quito uobis et illis qui uinum sacauerint de sancta Maria de faarom uel de terminis suis illos almudes de vino quos dant in Vlixbona de portagio de vino quod sacant per mare, saluo iure relegarii in tempore trium mensium de relego. Item retineo mihi et omnibus successoribus meis açougues, et fanegas et balnea de sancta Maria de faarom : Et ballenationem, et totum ius patronatus ecclesiarum constructarum et construendarum in sancta Maria de faarom et in suis terminis. Et in omnibus aliis preter supradicta, do et concedo uobis populatoribus de sancta Maria de faarom, forum, usus, et consuetudines Ciuitatis Vlixbone quod forum tale est : Do itaque uobis pro foro, et cetera sicut superius sunt expressa in supradicta carta registrata de foro de Silue.

TAVYRA

TAUIRA

(ABSQUE ANNO)

Ex Lib. I Donationum Alphonsi III descripsimus. Non aliud invenimus exemplar.

In christi nomine et eius gratia. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego A. dei gratia Rex Port. una cum vxore mea Regina domna Beatrice Illustris Regis Castelle et Legionis filia et filiis et filiabus nostris Infantibus domno Dionisio et domno Alfonso et domna Blanca et domna Sancia facio cartam de foro uobis populatoribus de Tauira presentibus et futuris, forum, usus et consuetudines Ciuitatis Vlixbone (*sic*), excepta jugata de pane quam uobis in perpetuum quito. Et retineo mihi et omnibus successoribus meis omnes furnos panis et omnes salinas constructos et construendos constructas et construendas in Tauyra et in suo termino, et omnes tendas quas reges sarraceni tenebant tempore Sarracenorum. Item retineo mihi et omnibus successoribus meis quod non uendatur aliud sal in Tauyra nec in suis terminis nisi meum sal. Item retineo mihi et omnibus successoribus meis quod vicinus de Tauyra qui vinum uoluerit sacare de Tauyra uel de suis terminis soluat michi de quolibet tonello de vino quod comparauerit medium morabatinum : et ille qui non fuerit vicinus soluat de vino quod sacauerit de quolibet tonello unum morabatinum. Et propter hoc quito uobis et illis qui uinum sacauerint de Tauyra uel de suis terminis illos almudes de vino quos dant in Vlixbona, de portagio de vino quod sacant per mare, saluo iure relegarii in tempore trium mensium de relego. Item retineo mihi et omnibus succes-

soribus meis casas que fuerunt de Abenffalilia, et apotecam de Alfeyçam, et ortam que fuit de abenfalilya, et aliam ortam quam solebat Episcopus tenere, et omnes ficulnetos et vineas quas et quos acceperunt pro meis regalengis, prout sunt demarcati et demarcate, et azenias de ponte, et omnes molendinos de Aceca constructos et construendos, et pysones, uel azenias si ibi eos uel eas fecerint, exceptis molendinis quos solebat tenere Dominicus ruyz, quos dedi domno Johanni de Auoyno pro suo heredamento per meam cartam plumbatam. Item retineo mihi et omnibus successoribus meis açougues, et fanegas et balnea de Taura, et ballenationem et totum ius patronatus ecclesiarum constructarum et construendarum in Tauyra et in suis terminis : et in omnibus aliis preter supradicta, do et concedo uobis forum, usus, et consuetudines Ciuitatis Vlixbone quod forum tale est : Do itaque uobis pro foro, et cetera sicut superius sunt expressa in supradicta carta registrata de foro de Silue.

COSTUMES E FOROS.

OU

DIREITO CONSUECUDINARIO MUNICIPAL

Concluída a impressão dos *Foraes* anteriores ao reinado de *D. Diniz*, segue-se, em conformidade do plano adoptado pela *Academia* para a publicação dos *Monumentos Historicos* do nosso paiz, trazer á luz publica os *Costumes* ou direito consuetudinario particular dos antigos municipios portuguezes.

Como observámos já na advertencia preliminar que precede os *foraes*, ao passo que estes se podem reputar, em geral, como pequenos e incompletos codigos de direito publico, regulando, na maior parte dos seus preceitos, as relações dos habitantes ou vizinhos dos respectivos concelhos com o estado ou com os senhores do territorio, os *Costumes*, quer escondendo a sua origem na noite dos tempos ou filiando-se no direito civil romano, germanico, ou arabe, quer estabelecidos por posturas ou resoluções dos magistrados ou dos comicios municipaes destinadas a occorrer á falta de regra n'esta ou n'aquella relação da vida civil, devem considerar-se como corpos mais ou menos rudes e imperfeitos de direito privado, direito applicavel apenas a um ou alguns logares, norma exclusiva para os julgamentos municipaes, mas que influiu successivamente nas leis geraes, revelando não raro as fontes d'ellas e sendo, portanto, assumpto necessario de estudo, não só para conhecer o viver intimo de nossos maiores, mas tambem para a exacta investigação das origens do direito patrio.

Entre todas as nações modernas nascidas da dissolução do imperio dos cesares o direito consuetudinario representa um papel importante na historia dos primeiros seculos da existencia d'ellas; mas nas *Hespanhas* esse direito tem ainda maior importancia. Nos estados além dos *Pyreneus* influiam na transformação da sociedade dous elementos oppostos, o romano e o germanico, a civilização corrompida e a barbaria organizada: na *Peninsula*, porém, uma causa nova vinha modificar os resultados da lucta e da fusão da sociedade latina com a germanica: era o elemento arabe, elemento incomparavelmente mais extranho, mais opposto aos dous que se tinham confundido, do que estes o eram entre si. Todas as raças da *Europa*, quer meridional, quer septentrional, remontavam ás primitivas migrações da *Asia*, ás tribus arias ou ás suas congêneres. *Celtas*, latinos, scandinavos, germanos eram na essencia a mesma familia: á identidade radical das linguas que falavam devia corresponder e correspondia a identidade radical de indole,

de idéas simples e de costumes, embora a differença de desenvolvimento moral e material dos varios grupos, a influencia dos diversos climas em que viviam, e mil outras causas, actuando por seculos, imprimissem em cada um d'elles caracteres especiaes assás distinctos e, até, repugnantes entre si, que, ainda hoje, tornam difficil de apreciar bem essa origem commum. Nas Hespanhas, porém, a invasão arabe gerava um facto singular. Era a familia semitica encontrando-se, luctando, misturando-se com a familia aria : tudo entre ellas era de indole radical diversa, linguagem, idéas e sua fórma, habitos e usos. Accrescia que na lucta e na fusão romano-germanica, a barbaria dos vencedores ficara em grande parte subjugada pela superioridade de civilisação dos vencidos; isto é, em relação á vida civil, o direito romano tinha não só continuado a persistir entre os subjugados, mas tambem alterado as tradições juridicas, os Costumes dos conquistadores. Na invasão das raças semiticas no extremo meridional da Europa não se dava o mesmo facto. A civilisação dos novos senhores da Peninsula igualava ou, para melhor dizer, sobrepujava a da população romano-germanica, e essa superioridade, influindo em todos os factos sociaes, não podia deixar de produzir effeito nas relações juridicas dos povos submettidos ao poder sarraceno. É o que o estudo, ainda, digamos assim, na infancia, da sociedade mosarabe nos vai diariamente revelando, e o que mais completos estudos nos virão, por certo, plenamente provar.

Os Costumes geraes do nosso paiz durante os dous primeiros seculos da monarchia exprimem, em relação ao direito privado, o resultado d'esses grandes successos, d'essas luctas e conquistas, d'essa acção e reacção das diversas raças; mas nenhum dos monumentos directos ou indirectos do direito consuetudinario d'aquella epocha nos subministra tantas e tão variadas especies como os chamados Costumes dos concelhos.

Os Costumes, ou Foros (como tambem se denominavam tanto os foraes como os costumes, pela fluctuação da linguagem) não consistiam, ás vezes, exclusivamente n'um complexo de regras de direito privado. Os limites precisos entre este e o direito publico eram incertos, ou antes não existiam scientificamente. Não era um methodo, um systema de antemão concebido que os separava : separava-os a natureza das cousas. Quando se fundava um concelho, o que primeiramente occorria era exarar um titulo d'aquella fundação, e determinar as obrigações e os direitos reciprocos do gremio e do estado ou do senhor que creava o gremio; mas, se occorria ou convinha, por qualquer circumstancia, regular no foral um direito ou uma obrigação civil, regulava-se tambem no foral. Assim as provisões da carta de povoação, embora estatuem ordinariamente sobre as relações juridicas que chamamos de direito publico, nem por isso deixam de conter ás vezes disposições de diversa indole. Nos Costumes ou Foros acontece o mesmo em sentido inverso. Vê-se que havia relações de direito publico reguladas unicamente pelo uso. São notavel exemplo d'esse facto os Foros de Thomar e Torres Novas. N'isto, como em tudo, as instituições da idade média fluctuavam, compenetravam-se, porque não derivavam de principios absolutos.

Em geral, os Costumes eram o que a palavra está dizendo : eram a lei tradicional. Depois de regularem na praxe, por mais de um ou de dous seculos, os actos da vida civil nos municipios, é que, porventura, foram reduzidos a escripto. Parte d'essas regras prácticas, variando ou assemelhando-se de territorio para territorio, já vigoravam, até, muito antes da instituição dos concelhos, entre a população solta que vinha depois constituir aquellas novas entidades politicas. É por isso que nos Costumes se acham juxta-postas tradições juridicas romanas, germanicas, arabes e outras de origem desconhecida. Todavia, nas compilações dos Costumes, algumas das quaes parece terem sido feitas no seculo XIV ou nos fins do XIII, achamos, como já tocámos, regras civis que ahi se dizem derivadas de origens menos incertas, porque mais recentes. Taes são as que provieram de deliberações das assembléas populares do municipio : taes as posturas accordadas entre os magistrados para resolver certas questões de ordem civil a que o direito consuetudinario não dava solução, ou dava uma solução que a mudança dos tempos tornara inapplicavel ou obsoleta. Tem outras por base julgamentos ou façanhas (como se lhes cha-

mava na jurisprudencia geral) dos juizes municipaes : outras finalmente sdo transumpto do direito consuetudinario de um concelho mais antigo, cujo foral serviu de typo ao novo concelho, e para o qual, com os mesmos direitos e obrigações publicos, passam as mesmas normas do viver civil. D'estas origens que apontamos procedia, tambem, por certo, parte d'esses costumes tradicionaes transmittidos oralmente de geração em geração até a epocha em que pela primeira vez foram reduzidos a escripto. Nos concelhos que remontavam aos seculos XI e XII, é mais que provavel terem-se já estabelecido, por acôrdo dos vizinhos ou por auctoridade dos magistrados, posturas ou regras para occorrer a questões civis não previstas nos Costumes anteriores. Exemplo d'isto sdo as posturas do concelho de Coimbra na epocha em que ainda se regia pelo seu foral mais antigo.

Na Collecção de Livros Ineditos de Historia Portugueza, onde alguns quadernos de costumes municipaes foram publicados, aliás com pouco esmero, affirma-se (T. IV, pag. 530) existirem ainda no archivo da Torre do Tombo muitos d'estes quadernos ou codices de direito municipal. A verdade é que, nem quando aquella collecção se publicou (1790 a 1824) nem hoje, existiam ou existem alli sendo bem poucos monumentos d'esta especie e que, apesar das diligencias feitas por nós em diversos archivos do reino, nenhuns podémos encontrar que remontassem aos primeiros dous seculos da monarchia. Outros obterdo, talvez, no futuro mais felizes resultados das suas pesquisas.

Apesar, porém, de ser diminuto o numero dos monumentos de direito civil municipal que nos restam, nem por isso elles deixam de ter pertencido a uma vasta porção do territorio habitado nos primordios da monarchia. Uma povoação fundada de novo a que se concedia o foral de um concelho preexistente, o que aliás era mui commum, adoptava naturalmente com a sua carta constitutiva as regras de vida civil usadas e costumadas no concelho prototypo. Já alludimos a essa fonte do direito consuetudinario. Ou a povoação nascente era colonizada com familias vindas do concelho modêlo, ou com familias provenientes de diversos districtos e habituadas a usos não só diversos, mas até, entre si repugnantes. Em ambas as hypotheses, quer fossem os membros do novo gremio que estatuisses sobre o modo de regular as relações civis, quer fosse o instituidor do municipio, o concessor do foral, que ordenasse as leis civis, o mais simples, o mais exequivel era a adopção das doutrinas de direito privado do concelho modêlo. É o que, dos proprios foraes e dos proprios costumes vemos que succedia. Assim, por exemplo, Evora, recebendo de Affonso I o foral de Avila, recebe igualmente os Costumes d'aquella cidade, facto que se reproduz em todos os concelhos a cujo foral serviu de typo o de Evora ou de Avila. O concelho de Torres-Novas, fundado e constituído com o foral de Thomar, manda indagar os usos e costumes d'esta ultima villa e adopta-os para o seu regimen interno. Esses costumes, que foram reduzidos a escripto e que vão incluidos n'esta collecção, são um specimen curioso da confusão que o tempo introduzia na jurisprudencia municipal, em relação ás fontes do direito e á indole das disposições. Acham-se ahi os Costumes trazidos de Thomar, providencias legislativas tomadas pelo concelho de Torres-Novas ou pelos seus magistrados, modificações de costumes em resultado de leis geraes, alterações de direito publico municipal em virtude de resoluções regias ou por terem caído em desuso as respectivas disposições do foral e, enfim, costumes e posturas puramente administrativos. Ás vezes, um concelho constituído pelo typo de outro ia colligir os seus costumes não só no concelho que lhe servira de modêlo, mas tambem em outros de typo commum, cujos magistrados os do mais recente concelho mandavam consultar quando surgiam questões não resolvidas pelos Costumes até ahi recebidos. Os Foros de Gravdo subministram especies notaveis a semelhante respeito.

Entre os monumentos historicos que melhor nos fazem conhecer, além das relações juridicas da vida civil, as usanças, habitos e idéas, o grau de civilização moral e material do primeiro periodo da nossa idade média, são, porventura, os Costumes os mais importantes em geral, embora outros sejam de maior valia para o estudo especial d'este ou d'aquelle aspecto da sociedade. De todos os corpos, porém, de legislação municipal que nos restam d'aquellas primitivas eras, nenhum iguala em

extensão e importancia os codigos dos concelhos do Cima-Coa, codigos cujo conteúdo nunca foi bem conhecido, porque pela primeira vez vê a luz publica na presente collecção. N'elles vamos encontrar um sem numero de especies desconhecidas para a historia da civilisação, não só de Portugal, mas tambem da antiga monarchia leoneza. Vêem tambem pela primeira vez a luz publica as posturas do concelho de Coimbra de 1145 anteriores á definitiva constituição do municipio pelo foral de 1147. São principalmente relativas a materias economicas. Acham-se inseridas a fol. 221 do Livro Preto da Sé de Coimbra.

Os Foros ou Costumes que nos restam das terras do Cima-Coa ou Riba-Coa são quatro : o de Castello-bom, o de Alfaiates, o de Castello-Rodrigo e o de Castello-melhor. Os dous primeiros estão escriptos no latim barbaro do seculo XIII, e os outros em vulgar. Os quatro codices onde se contém e que se conservam no Archivo Nacional parecem remontar ao seculo XIII ou aos principios do XIV. O de Alfaiates mostra ser o exemplar primitivo por onde se regiam os magistrados municipaes, tendo-se aproveitado o verso da ultima folha para ahi se lançarem varias ementas de pleitos intentados perante elles, em que se memoram os nomes dos respectivos fiadores da causa. Uma d'estas ementas tem a data de 1261. No verso da ultima folha dos Foros de Castello-bom tambem se descreveram os direitos reaes que pesavam sobre o concelho, mas em linguagem portugueza do seculo XIV e em caracteres que condizem com a mesma epocha. Publicámos essa nota porque se liga com as instituições municipaes. É de crer que alli se descrevessem aquelles direitos depois da conquista dos castellos situados ao oriente do Coa feita por D. Diniz. Postoque o dialecto portuguez prepondera nos Foros de Castello-Rodrigo, o codice onde se copiaram parece anterior áquella conquista, ao passo que no que contém os de Castello-melhor, obviamente mais moderno, predomina o dialecto castelhano. Fundados estes logares no territorio de Ledo ao começar o seculo XIII, embora aquelles dous codigos de costumes se devam reputar versões dos primitivos, que, como os de Alfaiates e de Castello-bom, seriam em latim barbaro, a preponderancia de cada um dos dous dialectos parece indicar que Castello-Rodrigo foi povoado com colonos de áquem do Coa, ao passo que Castello-melhor se povoava com gente leoneza.

Que o territorio onde estes concelhos se fundaram pertencia no principio do seculo XIII a Ledo é facto que n'outra parte exuberantemente provámos. E de feito, os dous codices vulgares mencionam não só que os foros e costumes n'elles contidos foram concessão de Affonso IX, mas tambem assignalam a data e o logar da concessão. Ambos os latino-barbaros se attribuem áquelle principe postoque não com tanta individuação e clareza. Tendo os que nos restam só em verso a data expressa de 1209, o mais crível é que os dous que restam no texto original remontem á mesma epocha.

Nas quatro compilações de direito consuetudinario de que tractamos predominam em geral as mesmas doutrinas, mas com differenças assás importantes, não só na indole de algumas disposições e no mais ou menos incompleto d'ellas, mas tambem na ordem das materias e na redacção dos artigos. Entendemos, por isso, conveniente dal-os separadamente na sua integra. Pela infinidade de variantes, pela incessante referencia dos logares dos outros tres codices ao logar paralelo do que se tomasse por typo, longe de facilitar o estudo comparado d'essa interessante legislação municipal, não fariamos, talvez, sendo confundil-o, substituindo o nosso trabalho de editor pelo que incumbe ao historiador das instituições sociaes.

Ácerca dos outros Costumes já publicados pela Academia e aqui impressos com mais esmero do que se fez na edição dos Ineditos, podem ver-se ácerca dos codices d'onde foram transcriptos os prologos que os acompanham n'aquella edição.

* HERCULANO, *Hist. de Port.*, vol. II, nota final 1.

POSTURAS MUNICIPALES DE COIMBRA

1145

Correctio morum colimbricæ a ciuibus omnibus statuta

In dei nomine. Sub Era m. c. lxxxiii, xvi kalendas iulii, statutum est ab omnibus baronibus bonis tam maioribus quam minoribus ciuitatis colimbricæ, concedente domino rege ildefonso quemadmodum foros et consuetudines ad communem utilitatem omnium ciuium corrigerent et meliorarent. In primis interdictum est nullus audeat alicui uendere ferrum nisi ferrario qui illud laborauerit, nec alius emat ferrum nisi ferrarius. Item ferradure mozamedes caballares, pro iii denarios : et medalia unum par uendatur : asinorum uero, non plus duobus denariis. Eisada et ferrum de aratro quod pesanerit vi^o arratales pro decem et octo denariis unumquodque illorum : azeca et seca de uesadoiro, iii denarios arratal. Sachio de duobus arratalis pro iii denarios. De ferro aguiar quodcunque ferrum fuerit, iii denarios pro uno arratal. Vnum par desporis staniadas pro vi denarios. Frenum stagnatum, pro xv denarios.

Item de zapataris

Item statutum est ut quantum corium uel corios bouinos aut cuiuscumque manerie animale fuerint, que fuerint de algazaria tam de christianis quam de iudeis iam uenerint ad mercatum ciuitatis intus, non uendatur alicui nisi zapatario qui eos laborauerit. Et ipsi zapatarii non sint ausi uendere aliquod corium curtidum aut siccum alicui mercatori foras ciuitatis. Zapatos bonos uacaris cum bonas pezas untados et de bonas seffiutas, pro xii denarios. Zapatos zebrunos et bezerrunos untados pro x denarios : et de aqua, pro vii denarios. Auarcas bene bonas muzas uel acutas pro vi denarios : Non tales pro iii denarios. Zapatos bonos ceruunos, pro xviii denarios : et non tales, pro xv denarios. Zapatos bonos caprunos de corrigia liados, pro xv denarios : et non tales pro x denarios : et carneirunos pro viii denarios. Osas nigras et zapatas phadadas bene bonas queque illarum pro medio de nno morabidi. Osas bonas gudemiciz, pro 1^o morabitino : et zapatas fadadas et zapatones uermelios de bono corio, pro medio unius morabitini. Zapatos uermelios et de cordouan de corrigia pro xx denarios : decolladas pro uno soldo. Suffiutas bonas, iii denarios : et suffiutar, pro v denarios : Et cum rostaes pro vi denarios. Suffiutas non tales, pro iii denarios : et suffiutar, pro iii denarios.

Item de carnizaria

Item de algazaria. Carnearii dent duos arratales de carne de uaca grossa pro i denario : De macra uero et de zeuro et de ceruo de omnibus istis, iii aratales pro 1^o denario. De gamo duos arratales pro i denario : de carnario grosso arratal et medium pro 1^o denario : non tal ii^o arratales. De porca grossa arratal et quarta pro 1^o denario, tam de foras quam de intus : quarta de cordeiro bono pro iii denarios : et de non tal pro ii denarios. Duos columbinos pro i denario. Perdix, pro i denario. Conelius, i denario. Gallina pro iii denarios. Octo oua, pro i denario. Anas domestica, iii denarios. Anas montesina pro ii denarios. Auetauda pro vi denarios. Gryes pro vi denarios. Turtures, iii pro i denario. Et si aliquis uenator occiderit aliquod uenatum in monte, et noluerit uendere illum ad algazar caueat ne uendat alicui pro ganancia : et ipse uenator uendat illum per se per talem mensuram per qualem uenderent illum algezares in algazaria.

Item de piscatoribus

Nvllus homo que ferire ad iudeum, peche le ii morabitanos, si firmare potuerit cum ii uicinos et i christiano aud cum ii^o christianos et i iudeo : et si fecerit liuores, pectet iiii morabitanos, si firmare potuerint, sin autem iuret ille solus et sit creditus.

Carnicero que crebantare coto

Toto carnicero que crebantare coto de concilio pectet ii morabitanos et non uenda carne in ipso anno, et si neguare, iure cum ii^o uicinos. El iudex que intrauerit pague la soldada a los porteros de sa quinta de primo que cogiere, et si non, dê lo de sua casa : el alfaqueque prenda del captiuo que exierit, usque in xx morabitanos medio morabitano de xx arriba i morabitanum et non plus.

Ferrero que non quisiere laborar a destaiadas

Toto ferrero que non quisier laborare a destaiadas calce la reia per duos dineros et aguze per i denarium, et reia nenguna non perda uez : Et si uez perdiere, pecte la opera, assi comodo manda la carta in alio loco. Et qui magis dier aud magis pecierit pectet quomodo manda la carta.

Alfaqueque que entrare a terra de moros

Toto alfaqueque que entrare ad terram de mauros saccar captiuos tome del christiano et de moro el dezimo et tome i morabitanum en panatgo. Et captiuo que salir cabeza per cabeza tome i morabitanum et suo panatgo.

Tota bestia mayor

Tota bestia maior que uiniere de mauros cum carga det medium morabitanum in portatico, et de la ida i^a quarta de morabitano. Et el asno que uaia i^a octaua et de uenida i^a quarta. Et de las bestias mayores que leuaren a uender dent singulas octauas de morabitano. Et de asino ad sua razon : cauallo de siela i morabitanum : de las uacas tomen singulas octauas. De carneros tomen de l^a i carnero.

Tota bestia maior dê iiii denarios

Tota bestia maior det iiii denarios et la menor ii denarios.

M. L. Tom. I.

Recua que uiniere

Tota recua que ueniere de portugal cum azcite aut cum trapos aud cum pescado, tota carga de bestia maior dè 1^a quarta de morabitino, si aqui uendier, et de bestia menor 1^a octaua, et si passar, dè 1^a octaua.

Carga que uinier de otra parte

Tota carga que uinier de otra parte, foras de plazencia dent ut supra dictum est.

Toto mercham que uinier de otra parte

Toto mercham que uinier de alia parte et mercar et uendier de 1 morabitino det iii denarios. Toto conceiro que uinier de alia parte de cada collera dent ii pelles. Toto moro que salir de captiuo dè a la porta 1 morabitinum et dez el diezmo a los seniores, et toto aquesto tome el ospede la tercia parte ó posare.

Ad isto est conceio auinido quod nullus homo de castel bono non sea tan osado que saque almoeda super conceio que de fora uenga, sen al feser, peitará xx morabitinos, los meos a los alcaydes e los meios ad conceio.

Estes som os direitos que ElRey ha em Castel boo. Primeiramente portagem que se tira por esta guisa :

de toda carega de sò corda, a saber : panos de coor e marçaria e azeite

e pez e coelho e cera da maior

do coleiro do homem

da carega mayor do pam e do vinho, da mayor

da casa muuda

vii soldos e meyo e da meor tres soldos e noue dinheiros :

xxii dinheiros e mealha :

vi dinheiros e da meor iii dinheiros :

xv soldos, saluo se for vizinho que pague em finta, e ainda que non uendam pagam todos de pasada :

pam e sal ha retorno e as outras cousas nom. E ao domingo nom paga nenhuum que venha ao mercado, saluo se for de pasada pera outra terra :

do omem finado que per hi tragam dhuma terra pera outra pagaram xv soldos por el :

de todo rebanho de carneyros que per hi pasarem pagaram

de 1 carneyros 1 carneyro :

todo coelheiro que veer a outra parte hade pagar duas pelles :

todo mouro que say de catiuo paga

xv soldos de portagem mays a dizima ao senhor da terra, e desto ha dauer o ospede onde pousar a terça parte pollo recadar :

todo homem que ueer de fóra parte á vila nom hade tirar a moeda sobrello concelho, e se a tyrar pagará

xv libras :

de todo cauallo e mua e muu e outras bestas que pasarem pela dita vila, da mayor

xv soldos, da meor vii soldos e meyo e do asno iii soldos e ix dinheiros :

ElRey ha dauer de todas eigreyas da dita vila e termo a terça do pam vinho e lynho e lhãa e gaados e leite manteiga mel çera e das outras cousas de que se pagam dizimo, e desta terça dElrey ha dauer a eigreya huma terça pera frabica della :

á ElRey na dicta villa o tabaliado que rende em cada hum ano

.... libras que o tabaliam paga por dia de Sam Johanne.

COSTUMES E FOROS DE ALFAIATES

1188-1230

**In dei nomine et eius gratiata ad honorem dei R. A.
et de concilio dalfaiates**

Totus homo qui rancuram habuerit de alio accipiat unum uicinum de sua collatione aut de sua calle unde debitor est, et pignoret in primo die unam paleam et in secundo die unum stacum et in tercio die accipiat fidel de illis qui sunt in carta, et petat bestiam : et si non miserit eam, in alio die accipiat fidel de ipsa collatione unde fuerit debitor et pignoret ei pignus de morabitino : et si in sua casa non habuerit pignus de morabitino de casa ubi habeat pignora de morabitinum, et nisi dederit, accipiat eum absque calumpnia : et super pigno primum et secundo demonstrat ei plazo, et si non demonstrauerit ei, in tercio die primero mittat la bestia, si petierit ea. Et quando miserit ea accipiat homines bonos de ca.... uel de collatione ubi mittat bestia : et demonstrat plazo aut ille aut sua mulier aut ille qui accipit bestiam demonstrat plazo ut uadat in alero die ad unam collationem bestiar ubi alcaldem habeat, et si non fuerit illuc ille qui mandat ad exitum misse matutinalis, det la bestiam, et si dixerit ille qui mandat —ad aliam collationem habeo plazo— det ueritatem quod ita est et uadat alter illuc : et si illuc uoluerit (*sic*) ire ille qui mandat, det la bestiam, et si non dederit, et illuc transnoctauerit, det eam dupplatam.

Qui debuerit bestiam mittere

Totus homo qui ad illum debuerit bestiam mittere et dixerit —timeo bestiam meam perdere— det hominem super quem quod non se alcet cum illa : et si non dederit ei, non mittat ille bestiam. Et cui demonstrauerit plazo ut uadat ad aliquam collationem et dixerit —plazo habeo iudicato de alcalde ad aliam collationem— det ueritatem quod ita est et uadat illuc : et si non dederit, uadat ad aliam collationem ubi demonstrauerit ei plazo. Et si non fuerit, soltet la prinda : et si non soltauerit et illuc transnoctauerit, det eam dupplatam.

Toto homine cui demonstrauerit

Toto homine cui demonstrauerit fiel, et fiel ille dixerit —fiel sum— et noluerit ire ante alcaldem pectet i morabitinum : et el fiel de los scriptos de la carta : et uadat ante alcaldem, et si noluerit ire ipse fiel ante alcaldem, pectet medium morabitinum ad illum cum quo non uult ire.

Muller maridada non uada ad fiel neque ullus

Mulier maridada non uadat ad fidel neque ullus ad illam accepto (*sic*) ad radicandum : sed demonstrat ei plazo, et illa similiter : et non leuet hominem super se sinon homo de suo pane. Et cui debuerit bestiam mittere et non miserit, alio die accipiat fiel et pignoret pignus de morabitino, et el fiel teneat illos usque viii dies, et si usque ix dies demonstrauerit ei fiel de carta quod uadat al plazo, super pignora baraiar, ad collationem cognominatam ubi alcaldem habeat, mortificem se, et det fiador de keda : et si se alçare de la uila non se mortificent sed respondeant pro illis.

Totus homo qui non pignorauerit usque viii dias

Totus homo qui non pignorauerit usque viii dies, per quem non uenit a fiel, aut pro bestia que non misit, non pignoret eum magis pro ipsa calumpnia : et si dixerit —ad domum suam fui et non inueni ibi pignora— firmet cum tribus testibus quod illuc fuit ante viii dies et non inuenit ibi pignora, et pectet ei sua calumpnia.

La bestia ó la pendra que allealde

La bestia ó la pendra que alcalde mandauerit soltar et non soltauerit dupple la, foras bestias de hereditate otorgada : iste non sint solute nisi per iudicium m^{or} alcaldes.

Totus homo qui ante alcayde baralar

Totus homo qui ante alcalde baraiar, et alcalde per iudicium mandauerit bestia mittere, et non miserit eam, pectet i morabatinum. Similiter qui bestia debuerit mittere per iudicium de alcalde aut de alcaldes et conuenidores et se alçare altero die mittat bestiam, et cotidie mittat bestiam : Et quantas bestias non miserit tantos morabitanos pectet.

Totus homo qui se alzare

Totus homo qui se alçare a la carta, et el alcalde lo uetauerit, et mandauerit ei bestiam mittere, non la mittat, et si tenuerit eam non la soltet : et si propter hoc pignoraerit, tornet la prenda dupplata cum vi morabitanis. Similiter qui se alçare a la karta det eis fiel alcalde, et uideat la karta : et si dixerit illud la karta quod iudicauit alcalde, mittat la bestia in mane, et ibi iaceat la bestia usque accipiat iudicium de la karta per el iudicium : qui se alçare a la karta, et la uetauerit el alcalde pectet iii morabitanos. Et in portielo si se emparare, postea quod exeat de alcaldia respondeat.

Totus homo qui miserit bestiam

Totus homo qui miserit bestiam sine sogam pectet i morabatinum : et si la bestia comederit illam, petat illi aliam sogam, et dedit (*sic*) ei ueritatem quod sua bestia comedit illam, et det ei aliam sogam in ipso die : et si non dederit, pectet i morabatinum : et sit sogam de una braçada. Similiter si quolibet homo qui uetauerit comer alia bestia ante tercio die, aut tenuerit eam in discooperto, firmet cum tribus testibus, et duplet illam. Qui bestia debuerit mittere mittat bestiam de enguera, et si talem non miserit, pectet i morabatinum : Et si noluerit eam saccare, pectet i morabatinum, et ille in cuius domo morierit sacet eam absque calumpnia.

Nullus homo non paret fiel

Nullus homo non paret fiel ad hominem qui steterit iactando (*sic*) aut lauandum capud suum aut uestiendo aut calciando, paret illi fiel per alterum diem, ad exitum misse matutinalis, ad collationem ubi habeat alcalde : et si uoluerit radicare illum, expectet eum, quamdiu uiderit fiel quod possit esse iactatus (*sic*), uel lauatus, uel uestitus, uel calciatus : et si noluerit ire cum illo ante alcalde, accipiat eum sine calumpnia : et illi qui laborando steterit simili modo.

Qui adduxerit hominem cum fiel

Qui adduxerit hominem cum fiel ad curral, si non miserit intus, uadat se absque calumpnia : et curral de mercoles et de sabbato nullus non cadat per iudicium de curral, nisi per curral de mercoles et sabbato : et iudicent alcaldes in corral de mercoles iudicia uille, et in sabbato de lcs desafiados : et si aliter fecerint, sit illis in periurio.

Totus homo qui pignoratus fuerit

Totus homo qui pignoratus fuerit et postea se fuerit de uilla, si firmare potuerit quod postquam la palea prindauit in uilla testificauit eum, las bestias ibi iacendo, adducant eum.

Quilibet homo qui exido fuerit in carrera cum

Quilibet homo qui exido fuerit in carrera cum armis aut cum sarceno non ueniat ad fiel, si potuerit dare ueritatem quod ita est et absque malo ingenio : sin ante (*sic*) ueniat.

Nullus homo non paret fiel

Nullus homo non paret fiel nisi post missam matutinalem dictam usque ad uesperas, excepto ad radican- dum.

Nullus homo bis pin..

Nullus homo qui bis pignoraerit in die aut parauerit fiel suo contemptori pectet i morabatinum.

Muller uidua pignore

Mulier uidua pignoret paleam et stacum et petat bestiam ut supra notatum est : et non leuet hominem super se, si non fuerit homo de suo pan.

Clerici pignorent

Clerici pignorent paleam et stacum, sed cum clerico et laico, et laici simili modo ad illos.

Et iudei pignorent paleam et staco

Et iudei pignorent paleam et staco et petat bestiam cum iudeo et christiano, et christiani similiter ad illos.

Quilibet ad rancura habuerit de

Quilibet ad rancuram habuerit de alio, det hominem super quem sit quod non se alçe : et si non uult dare, accipiat illum sino calumpnia, et cognomet suam rancuram, et det ueritatem quod ipsam rancuram habet de illo : et si non dederit, non leuet illum super se, nec accipiat illum : et si super hoc acceperit illum pectet m^{or} morabitanos et dimittat illum : et si noluerit illum dimittere, et miserit eum sub tecto, pectet illi vi morabitanos : et si miserit eum in cepto (*sic*) aut in ferros, pectet xx morabitanos : et quantos dies alá trasnoctauerit, tantos xx morabitanos pectet, medios quereloso et medios ad illum qui leuabat eum super se : et si hoc potuerit firmare, sin autem iuret sibi quinto : et si ueritatem uoluerit dare, et non habuerit qui leuet cum super se, accipiat eum absque calumpnia. Et si debuerit accipere pignore de morabitanis cognomet usque iii uicinos qui leuent eum super se, et dicat de quantos penos habet rancuram, et det ueritatem quod ita est. Et per istam supercabaduram si non pignorauerit aut parauerit fiel ante unum mensem, non respondeant ei amplius : et si parauerit fiel aut pignorauerit ante mensem, respondeat ei usque annum et non amplius.

Qui leuauerit hominem super se

Totus homo qui leuauerit hominem super se, pendrar penos de morabitano, et si non pignorauerit usque viii dies, non pignoret eum amplius : et si pignorauerit, det illos dupplatos.

Aldeanus qui casa habuerit in uilla

Totus aldeanus, qui casa habuerit in uilla sedeat uicino, si la tenuerit populatam cum filiis aut cum muliere las duas partes del anno, et dê al tercero recabdo per totas suas postas : et si hoc non fecerit, non sit uicinus.

Qui rancuram habuerit de aldeano

Qui rancuram habuerit de aldeano paret illi fiel cum uno uicino de aldeia aut cum uicino de uilla, ut ueniat ad suam portam ad m^o die, et si ambos fuerint aldeanos a la fenestra de sancta maria, et det hominem qui det pignus pro eo : et si al plazum non uenerit pectet i morabitanum si hominem non dederit qui det pignus pro eo, et si inuenerit eum in uilla paret illi fiel per ad alterum diem exida de missa matutinala ad suam portam : et quando dederit hominem qui det pignus pro eo demonstret plazo per ad altero die ubi alcalde habuerit, et si plazo no li enseñare mittat bestiam in altero die ipse aut mulier sua, primitus mittat bestiam postea demonstret ei fiel al nostro foro et cada die tercio mittat bestia si non parar fiel super la primera. Et si dixerit — non demonstrasti mihi fiel—, firme lo cum illo qui fuit fiel et pectet i morabitanum suo contemptori : et si dixerit — non fui fiel—, iuret cum i^o uicino quod non fuit fiel et accipiat suos penos cabales. Et qui fiel demonstraerit et ad plazo non uenerit, ille aut sua mulier, aut si mulierem non habuerit, suo celerizo pectet i^o carnero. Et si uno aldeano ad altero in uilla parare fiel altera die ueniant ambos a la fenestram sancte marie exida de missa et faciant suo directo ut supra notatum est.

Muller aldeana ueniat ad fiel

Mulier aldeana ueniat ad fiel aut pectet i morabitanum.

M. L. Tom. I.

Qui dixerit ad alium —eas fidel—

Nvllus homo qui dixerit ad alium —eas fidel— et alter non vult ire cum illo, accipiat absque calumpnia si baladi fuerit aut aldeano : et si fuerit radicatus in uilla cum casa populata pectet i morabatinum.

De tota retro parte

Totus homo qui ad retro parte pendrare aut parar fidel, si potuerit ei firmare, pectet i morabatinum : et primitus colligat sua calumpnia et eat uocem suam in antea.

De toto iudicio arrancado

Totus homo qui iudicio rancado renouauerit, si ei firmare potuerit, pectet iii morabitanos et perdat la uoce.

Qui percusserit aut messauerit

Qui percusserit aut messauerit uicinum de uilla pectet xii morabitanos : et si fecerit liuores pectet xx morabitanos, si firmare potuerit, sin autem iuret cum iii uicinos et ille quintus. Si potuerit firmare quod tornauit super suo caput, non pectet calumpnia, et si liuores fecerit, pectet media calumpnia : esta calumpnia al quereloso la pechem.

Qui percusserit aut messauerit qui non fuerit uicino

Qvi percusserit aut messauerit a morador qui non fuerit uicino pectet ii morabitanos : et si fecerit liuores, pectet iii morabitanos : Si firmare cum iii tales cum illo est, et si potuerit (*sic*) firmare, iuret cum uno morador.

Qui liuores fezler super salua fe

Qvi percusserit aut messauerit aut (*sic*) uicinum si liuores fecerit super salua fide, duplet la calumpnia si potuerit firmare, sin autem iuret cum xii uicinos al uicino, et al morador cum sex moradores.

Qui s'encieret el quereloso

Qui percusserit aut messauerit faga'l testigos que se encierre, el quereloso inserret se statim : et si non se enserrare, quantos dies lo testificare cum tres fideles de carta, aut cum ii alcaldes, tantos x morabitanos pectet : et si lo messare aut lo feriere non pectet calumpnia.

Filli et fille de uicino

Mulier de uicino, filii aut filie de uicino, parente uel parenta de uicino qui cum suo parente morar sui soldar habeat foro sicut uicino.

Qui a morador firmar

Qvi ad morador habuerit a firmare, firmet cum moradores aut cum uicinos quales habuerit : Et cognominet, et si mortuo cognominare, leuent lo los duos super se que firmarian tanto quomodo illos.

Qui percusserit aut messare super concilio facto

Qui percusserit aut messare ad uicinum super concilio facto, iuret sibi quinto, et si non potuerit complere de la iura, aut iurare noluerit aut de plazo ceciderit, pectet xxiiii morabitanos et al morador vi morabitanos. Et força et uirtu et super concilio facto de tribus hominibus ad deuant est aut de duobus in deuant.

Qui hominem lisiauerit

Qui hominem lisiauerit tale iuditium faciat quomodo per mortem hominis, et de tali lisione de oculo, de nares, de rostro, de manu, de pissa, de coiones, aut pede, aut teta de muliere : aut qui taiare oreias, aut dedos

taiare de uicino, tantos xx morabitanos pectet, et quantos dentes de uicino delant crebantare aut saccare, tantos xx morabitanos pectet : et al morador qui non fuerit uicino pectet medietatem de ista calumpnia et exeat inimico.

Totus homo qui ferir

Totus homo qui firiere aut messare el quereloso fatiat illi testes de tres uicinos ó de dós alcaldes si alter dixerit — non te feri nec te messê— iuret lo el quereloso quod propter hoc mandat ei enserrar que lo ferio aut messó, et si iurare non se enserrare, pectet la calumpnia ut supra scriptum : et al primero corral si non fecerit quanto mandarent los alcaldes, mittat altera die bestias de corral a corral : et el corral est dicto de tercero dia a tercero dia : mittat suas bestias, aut bestia de qual guisa habuerit ad mittere.

Qvi caualero uicino descaualgare

Qui caualero uicino descaualgare pectet x morabitanos et teneat stribera. Qui aldeano descaualgare pectet n morabitanos, et si ambo fuerint aldeanos teneat stribera et pectet n morabitanos.

Quilibet homo qui mactauerit hominem

Qvilibet homo qui mactauerit hominem inforquen lo, si res uera fuerit, sin autem lidiet. Si ceciderit, inforquen lo et non pectet : et si non potuerint eum habere, pectet ccc morabitanos per uicinum et exeat inimico : et per morador pectet xx morabitanos, et exeat inimico : et si ita non fecerit, perdat omnia que habet : et quanto dederint omnia bona sua, iurent quinque de suos parentes meliores quod plus bona non habet, et dent illum ut sit inimicus : esta calumpnia pectet la a los filios del muerto ó a sus parientes si filios non ouiere

Qvi muller uelada forçlare

Qui muliere uelada forçare enforquen lo : et si altere mulieri forçauerit qui sê uicina pectet cccc morabitanos et exeat inimico : et si fuerit morador pectet xx et exeat inimico : et hoc iudicium de omnibus illis qui cum raptore in adiutorio fuerint. Si uero aliquis illorum qui post eos fuerint aliquem de raptoribus occiderit proinde non pectet calumpniam nec exeat inimicus.

Per mortem hominis et per lisionem

Per mortem hominis et per lisionem et pro muliere forçada desfidet in concilio dominica die, aut martes cum duobus alcaldes.

Qvi mactauerit hominem super salua fide

Qui mactauerit hominem super salua fide pectet dc morabitanos. Similiter qui mulierem miserit sub se per fodet, iuret cum duodecim, et si non iurare exeat inimico.

Muller que alette fecerit

Mulier que aleue fecerit parentibus suis maien la et matent la sine calumpnia, si firmare potuerit : et ista firma non recudat a rrepto.

Qvi inuenerit hominem cum sua m..

Qui inuenerit hominem cum sua muliere aut cum sua parenta, usque ad secundam, mactet illis ambobus absque calumpnia neque exeat inimicus : et si occiderit uirum et non mulierem pectet el coto et exeat inimico.

Nullus homo pro tota demanda..

Nvllus homo pro tota demandantia tam de muliere forçada quam de morte hominis et de furto quam de qual demandantia quesierit, de furto a deuant de m morabitanis aut de quinque morabitanis arriba dê manquadra : depost que lidie demandare la manquadra, cum m^{or} uicinis dê la, et qui noluerit alçe se domino rege : de xx^o morabitanis ariba alçe se.

Mulier que ad solas sine

Mulier que ad solas sine parentibus acceperit maritum sit exhereditata : et qui acceperit eam sit inimicus.

Vidua accipiat maritum

Vidua accipiat maritum qualem uoluerit cum suis parentibus, et si ita non fecerint, pectet x morabitanos qui acceperit eam parentibus illius.

Manceba orphana

Manceba orphana los parentes de ambas partes la casen. Et se parentes ex una parte la casaren, qui eam casauerit exea inimicus, et pectet el copto aliis parentibus quomodo si eam occidisset.

Totus homo qui mulierem

Totus homo qui mulierem uelada aut arrada, et uestidos aut fiadores aut penos dederit ad illam uel parentibus suis, et ab hoc seculo transierit, prestant parentibus illius uestimenta sua aut suos penos que ad illam inpennarent prestat suis parentibus : et si uir suus obierit, si pregnata fuerit, teneant illam los parentes de ambas partes usque pariat.

Uidua non faciat boda in die dominico

Uidua non fatiat boda in die dominico, nec uadat caualera, nec accipiat maritum ante de anno : et si aliter fecerit, pectet ut supra dictum est : et non caualguet ulla mulier cum la nouia nisi sola madrina.

Qui mulierem dimiserit

Qui mulierem dimiserit et eiecerit extra domum et postea si uoluerit eam accipere det illi boda et arras, et accipiat eam. Et si ipsa dimiserit uirum suum, sit exheredata, et qui ampararet eam pectet x morabitanos cada tres dies que transnoctauerit in demo parentis.

Qui demandar adforciadura

Qui demandauerit aforciadura de muliere, et alter dixerit — non feci istud nisi per suum uelle aut per suum auere — et per isto manifesto non litiget nec pectet coto : et per lo demais neget aut manifestet et faciant quantum iudicauerint alcaldes : et la manquadra quam dederit mulier talis sit, iuret cum m et illa v^a de suos parentes, et si parentes non adduxerit, complat cum m uicinos quod in ipso die contigit ei primitus et non per suam uoluntatem nec per auer : Et ut litiget uel n^t iuret cum xii, quale uoluerit el quereloso : et si non iurauerit manquadra, non respondeat ei : et postea si uoluerit alce se al rege, alce se et mittat penos de n morabitanis, et alter de n morabitanis : et ille qui ceciderit det n morabitanos fidelibus et alius nichil det, et fideles teneant los penos.

Qui dixerit — a las armas —

Qui dixerit — a las armas — pectet x morabitanos, et hoc si lo falarent exquisita de m bonos omnes qui hoc dicant ante eum in ueritate.

Totus homo qui percusserit uici..

Totus homo qui percusserit uicino uel morador de cutello uel de porra aut de pedra uel cum aliqua causa que feridas fuerint de morte, in cepto iacendo pectet suam calumpniam : et si non habuerit unde pectet usque viii dies, corten le li la mano los andadores.

Nullus homo ad quem demandarent

Nullus homo ad quem demandarent mortem hominis, non lo den los alcaldes de manu si eum potuerint capere, sed mittant eum in cepto (*sic*), et usque in tercio die teneant illum : et si fuerit demforcare per exquisita de m

alcaldes uel magis, inuenerint de bonis hominibus qui non querant ei malum, quomodo inuenerint faciant iusticiam, et si ita non fecerint sint alcaldes periurii.

Totus homo qui infirmare

Totus homo qui infirmare et mandare pro sua anima et post alia uice mandauerit, ipsa manda postremera ualeat.

Totus homo qui obierit

Totus homo qui obierit dent equum suum filio maiori et suas armas : et si filium non habuerit, dent las et el caualo pro sua anima sine participatione (*sic*) : et alii filii non accipiant integra.

Qui sine lingua obierit

Qui sine lingua obierit dent el quinto de mobile pro sua anima. Et qui obierit cum lingua sua usque ad medietatem mandet si uoluerit de suo auere de eo quod possidet : et lo demais non prestat, et prestat usque ad medietatem.

Toto homine cui sua mulier

Toto homine cui sua mulier obierit saque ante participatione (*sic*) unam bestiam qualem uoluerit de las quas habet : et mulier saque ante de particione totos suos uestidos quos in uita mariti habuit factos. Et maritus suas armas saque et suo cauallo et suos uestidos quos habuit factos in uita sua mulieris : et si cauallo non habuerit saque unam bestiam, ut supra dictum est.

Siquis uir aut mulier

Siquis uir aut mulier qui unitatem fecerint faciant illam in die dominico ad exitum misse matutinalis in collatione de uilla aut sabbato ad uesperas et prestat : si aliter fecerint non prestat.

Manda que mandauerit

Manda que mandauerit uir mulieri sue aut mulier uiro suo usque ad medietatem cum ipsa manda et alias mandas prestat, et lo demais non prestat.

Mulier que ante annum

Mulier que ante annum acceperit uirum pectet iii morabitinos : et si cum mandato de los iuncteros fecerit, pectet ii morabitinos. Et si pregnata acceperit uirum sit deheretata, et accipiant medietatem tam de mobili quam de radice parentes mortui et alia medietas ponatur in profecto concilii : et ille qui acceperit eam, si infans mortuus fuerit, pectet la calumpnia et exeat inimicus.

Nullus homo qui plus mandauerit

Nullus homo qui plus mandauerit uno filio uel ad netos quam aliis non prestat.

Toto homo qui obierit non

Homo qui obierit non respondeant suo filii nec sua mulier neque parentes ipsius pro nulla fiadura quam fecit quando uiuus erat, et per sua debita respondeant qui sua bona hereditate (*sic*).

Totus homo qui obierit in aldea aut in mor..

Totus homo qui obierit in aldea aut in monte aut foras de uilla firmet cum quales cabeçales habuerit, et si in uilla firmet a nostro foro cum uicinis. Et si clericus ibi fuerit firmet in manu clerici per uno cabeçal, et si clericum non habuerit, firment alii.

Muller que uiduitate

Mulier que uiduitatem uoluerit tenere accipiat domum unam de XII cabriadas et unam terram de II cafizes de trige seminatura ubicumque uoluerit et unam arançadam de uineam ubicumque uoluerit et unam uicem in molino uel in azenia ad XV dies una hora et una bestia asnar et una mora aut uno moro et uno lecto cum guenabe uel cum alfalmar et uno fietro et uno cabeçal et duas sauanas et una caldera et duos boues et XII oueias et una porca : et de isto toto lo que ouicre prenda et non prenda integra in alia causa. Et accipiat hoc de auer de ambos : et si habuerint ambos, accipiat medietatem de auer dambos : et si non habuerint ambos, accipiat medietatem de auer illius. Et que istud acceperit leuet in die dominico et in die lunes bodiuo et dinero et cirio : et quantos dies non leuauerit tantos morabitanos pectet parentibus mortui. Et postquam acceperit hoc et id dimiserit uel maritum acceperit de lo dupplato.

Nulli homines qui fuerint cabezales

Nvlli homines qui fuerint cabezales hominis quando obierit per manda que mandare non respondeat a repto ni s'alze al rey.

Siquis uir aut mulier obierit

Siquis uir aut mulier obierit et filios et filias habuerint, et uir acceperit mulierem aut mulier uirum et non habuerint partido cum filiis suis et post alios filios fecerint et post obierit ille aut illa, cum filiis primis parten primero illa herentia aut moble quod illis pertinet et postea parta cum aliis filiis. Et in aliquam rem mentirent (*sic*) pater aut mater de auer de aquellos qui sunt sine patre et sine matre in opus sui de herentia et fuerit ad deuate partem filii aut filie cum patre aut matre illud auer quod fuit de suo auer aut parentes quibus pertinet : et post parta sua herentia et suo moble que ganarum ambos in unum los alteros filios, ille aut illa cum suis filiis aut filias partant, et de toto suo auer adsi partant.

Quilibet homo qui hereditatem suam

Quilibet homo qui hereditatem suam uoluerit uendere dicat aut (*sic*) parentibus suis qui debent bonam suam hereditate (*sic*) : et ad illos uendet illam : et si aliis uendiderit, saquet qualicumque modo eam uoluerit et det eam parentibus suis : et si firmare potuerit quod fecit illi testes quod uolebant eam uendere eam cui uoluerit, et iste firme non recudant a repto, et iuret cum 1º uicino quia tantum dabant illi pro sua hereditate : et si noluerint eam emere uolunt eam, paguent usque ad IX dies el tercio et ad alteros IX dies el tercio et ad alteros IX dies el tercio : et ad istos plazos pagauerint teneat illud quod tenet et uendat libere eam cui uoluerit.

Qui hereditatem alienam intrauerit

Qui hereditatem alienam intrauerit et uictus in iudicio pro ea det eam dupplatam et cum VI morabitanis.

Qui boues elecerit de ero

Qui boues elecerit de ero ubi erant uel saccauerint la criauilla aut disturbauerint quod non arent, si potuerit ei firmare, pectet VI morabitanos, sin autem iuret cum uno uicino.

Mulier que arrumperit in hereditate

Mulier que arrumperit in hereditate uiri sui aut uir in hereditate mulieris sue intret in lo quarto. Et si fecerit molino aut azenia aut casa uel uinea uel almunia accipiat el quarto de hereditate et hoc si fecerit de nouo totam herentiam : et si fecerit ibi casas cum muliere, aut mulier cum uiro, accipiat medietatem de labore, si de illa aut de illo fuerit el solar et remaneat el solar quibus pertinet.

Totus homo comparauerit herencia (*sic*)

Totus homo qui comparauerit herentia aut oues uel qualicumque causa uoluerit cum sua muliere de suo

auer intret la mulier in medietatem postquam fuerint uelados. Similiter si illa comparauerit uel uendiderit illa aut ille aliquam causam de suo auer, intret uir in medietatem aut si camiarent aliquid similitef.

Totus homo qui posuerit uineam

Totus homo qui posuerit uineam ad medias, et non laborauerit illam sicut pertinet usque in iii annos dimittat sua herentia quibus pertinet.

Ad orphanum qui non habet xv annos

Ad orphanum qui non habet xv annos et ad catiuo non se parent tras anno et si el catiuo magis habet de anno que exiuit non le respondeant.

Filios ad (sic) filias

Filios aut filias qui orphanos remanserint qui non habent xv annos sui parentes mittant sua bona in almoneda cum patre aut cum matre : et qui magis eis benefecerit ipse accipiat illos, et tanto pro tanto pater aut mater tencat eos si uoluerit, et moble stet in moblem, et hereditas in hereditatem : et si a cabo dano non uenit mittere in almoneda el auer et dar la ganantia, mittat bestia cada tertio die usque lo adugat : et non exeat inde per ferias neque per solturas.

Totus homo qui demandauerit hereditatem

Totus homo qui demandauerit hereditatem et potuerit firmare quod super annum tenet eam cum labore cum quo pertinet ad eam habeat eam omnino, nec se alçe a rege, non recuda a rriepo. Et si aliter dixerit ante de anno demandauit istam hereditatem, firme lo quod ante de anno demandauit illam, et respondeat illa pro ea. Et ista demandantia talis sit pignorando et apretando et baraiando ante alcaldem : et pro ualia de x (sic) morabitanis firme cum i alcalde et pro x morabitanis cum ii alcaldes et pro xv morabitanis firme cum iii alcaldes et deinde arriba cum iii alcaldes.

Qui laborauerit exido

Qui laborauerit exido de aldea pectet x morabitanos et lexe el exido, medios ad concilium et medios ad que-
relosos. Qui super laborem alienam intrauerit aut eam disrumperit pectet vi morabitanos et dimittat illam, et tali labore ut recte pertinet, ut ueniat sulcu ad sulcum.

Totus homo qui hereditatem

Totus homo qui hereditate orrogare (sic) ibi det fiador super la hereditatem qui ualia habeat de hereditate duplata, et si talem fiadorem non dederit per hi cadat.

Qui hereditatem debuerit adtorg..

Qui hereditatem debuerit adtorgare super hereditatem otorguet. Et quando otorgare alio die mittat bestia et cada ttercio die mittat bestia. Et si rancado fuerit duplet la hereditate. Et si fiel fiador otro non habuerit unde pectet el fiador lo pectet suas bestias ibi iacendo : et per isto non mittat hominem in manus nec se alçe al rege : et qui debuerit otor a dare per hereditatem ad ix dies lo dè, et non transeat magis de tercero otor.

Totus homo qui hereditatem

Totus homo qui hereditatem demandauerit unus ad alterum ante alcalde uadant exterminare per mandatum dalcalde cum suis fieles altera die exida de missa matutinal, et ueniant tertia die ante los alcaldes, et ille qui non fuerit ad exterminare cum suo fiel al plazo quomodo tenuerit iudicato de alcalde pectet medios morabitanos suo contemptori, et pendre ille qui tenuerit pignos por el medios morabitanos logu sine calumpnia, et ille qui non uenerit postquam fuerit exterminare ante alcalde cum suo fiel mittat bestias toto al foro, et quantas bestias non miserit tantos morabitanos pectet usque ueniat ad directum.

Qui obierit sua mulier

Qui obierit sua mulier neque filii aut qui sua bona hereditate (*sic*) non respondeant pro fiadura quam fecit in uita sua non respondeant nisi pro suo debito. Et qui tenuerit parentes orphanos cum sua bona respondeat, et non se paret tras anno neque tras ferias. Per tota demandantia de i morabatinum arriba dê manquadra, et por tota debita que demandarent super homine mortuo non duplet, et dê lo cabal si firmar potuerit, et de x morabitinis arriba recudat a repto aut usque ad xx morabitinios.

Qui dampnum fecerit in uinea

Qui dampnum fecerit in uinea pro unaquaque uite qui fuerit pacida pectet v solidos et deinde arriba usque ad x morabitinios sit calumpnia de pascedura de uinea. Et debuerit calumpnia pectar a conta de x solidis morabitino pectet : et qui ibi acceperit porcos aut oues uel capras aut ganado alguno, excepto cabeça maior, mate n si uoluerit et non tome altera calumpnia de porcos de ceua de ouibus nec de capras nec de aliquo ganado excepto cabeça maior.

Totus homo qui intrare uinea

Totus homo qui taiare uineam alenam ad sapiendas aut kemare aut almunia aut casa tale iuditium habeat quomodo pro morte hominis.

Qui canem habuerit in uilla

Qui canem habuerit in uilla uel in aldea ubi habuerit uineas, et ad uineas fuerit et ibi domnus uinee acceperit aut uiderit pectet dompnus canis v solidos et, si non, mittat el can in manus del dono de la uinea : et dixerit dompnus canis — non intrauit meus canis in uinea tua — iuret solus quia in sua uinea accepit et, si non iuue-re (*sic*), et pectet la calumpnia et, si non, mittat el can in manu del quereloso en tiempo duuas maduras. Et el can teneat garuato de v palmos in longuo et n in coruo, et si istud non tenuerit pectet dompnus canis colare bonum, si lo testificarent n homines, sine garuato de foro.

Totus homo qui uuas

Totus homo qui uuas furauerit in nocte si pesquisa inuenerint super eum los alcaldes enforquen lo et si negarent iuret cum iii uicinos, et si non potuerit iurare pectet iii morabitinios.

Quilibet homo quilibet qui uinea

Quilibet homo quilibet qui uineam habuerit in pago inter alias uineas et eam non laborauerit per duos annos uel tres non habeat forum uinee.

Qui uindimiare

Qui uindimiare uinea ante festum sancti michaelis pectet iii^{or} morabitinios excepto de termino ad alá quomodo est scriptum si potuerit firmare, sin autem iuret cum iii^{or} et ille quintus. Et cui inuenerint uuas aut agrazes pectet i morabatinum.

Qui rancauerit uineam aut arborem

Qui rancauerit uineam aut arborem pro unaquaque uite pectet v morabitinios, pro arbore qui steterit in uinea aut in orto antequam faciat fructum pectet v morabitinios et postquam fecerit fructum pectet x morabitinios.

Totus homo qui rancare

Totus homo qui rancare aut taiare arborem qui steterit in prado defesado al fuero aut in ero pectet v morabitinios pro unaquaque arbore.

Istos sount cotos in quos

Istos sunt cotos in quos non intrent greges porcorum aut ouium de cabanas nec uacas nec cabanas in la deffessa. De unaquam gregem porcorum accipiant v porcos, de ouibus x carneros, de uaccas n. Quilibet homo

qui inuenerit eas in istos terminos morador de uilla aut uicino accipiat istas calumpnias. Qui tota ista calumpnia acceperit iuret sibi v.º quod in istos terminos inuenit el ganado, et si minus accipere uoluerit accipiat et non cadat proinde.

Totus homo qui uo..

Totus homo qui uoluerit facere filio uel filia filios uel filias fatiat illos ad exitum misse matutinalis in dominico die aut sabbato ad uesperas in collatione de uilla et prestet, et si aliter fecerit non prestet, et aldiani similiter fatiant.

Toto homine que filia et filio

Toto homine que filia et filio ouiere non aia poder de fazer filio aieno.

Tota uinea habeat xxⁱⁱ stadales

Tota uinea habeat xx stadales in coto, et qui inuenerit porcos in coto accipiat inde duos, de ouibus ii carneros, tam de uinea uindemiata quam pro uendimiare. Et minus de quarta non habeat foro nisi fuerit in pago. Et pro cabeça maior qui in uinea intrauerit aut in prado pectet decima de morabitino. Et pro omni calumpnia mittat dampnador in manus, sin autem pectet la calumpnia.

Prado aut uinea aut orto si fuerit

Prado aut uinea aut orto si fuerit redrado xx stadales de la delantera casa del aldea unde est habeat orto (*sic*): similiter in uilla. Et si minus fuerit redrado non habeat coto nisi habuerit parete de v palmos in alto, aut ualadar de v palmos in alto super terram et iii in amplo de redor: et ad illos de alia aldea habeat coto.

Todos los uindimiadores

Totos los uinaderos qui las uinas custodierint det dompnus uinee pro soldada colodra de mosto, et si in multas partes habuerit uineas de la inter totos, et el uinadero in concilio lo coiant in die martis aut dominico, et si ita non fecerit non prestet, et messeguro similiter.

Totus homo qui inuenerit porcos

Totus homo qui inuenerit porcos aut capras aut oues in suo restroio ubi habuerit gaiellas aut treznales, aut in uinam uindemiata, tomet ii carneros aut duos porcos et non tome carnero cencerrado: et si carneros non amdieron in las oues (*sic*): et non thome marueco, et si lo thomare de lo duplado: similiter carnero cencerrado, de lo. Et de porcos accipiat ii et de restroio ii porcos, de ouibus ii carneros, de capris ii et de cabrones ii et non accipiat aliam calumpniam. Et de istis calumpniis el aldeano accipiat medietatem. Et si dixerit ut dampnus (*sic*) alter ganado— non accepisti eos in tuo restroio ubi treznales aut gaiellas habuisset aut in tua uinea uindemiata— iuret ille cum (*sic*) eo accepit cum uno uicino quod in suo labore aut de suo domino los uidit et fuit post illos et accepit illos, et si non potuerit iurare tornet illud quod accepit duplado et pectet ii morabitinos. Et si maurus hoc accepit eius dominus iuret pro eo.

Qui intrauerit in labore alieno

Qui intrauerit in labore alieno cum fructu, caualero aut de pede, pectet i solidum.

Qui fructum alienum acceperit

Qui fructum alienum acceperit si potuerit firmare pectet ii morabitinos, sin autem iuret cum i uicino, excepto uinea, et alter iuret la manquadra.

Qui pacierit fructum quod ad ortum pertinet quod

Qui pacierit fructum quod ad ortum pertinet aut colgonbral pro unaquaque radice pectet iii denarios si potuerit firmare, sin autem iuret pro quanto fuerit sua petitione dompnus de labore, aut iuret alius.

Qui prado quemare aut uinea ó uerto ó colmenar

Qui prado quemare ó uinea ó uerto ó colmenar uel azena uel molino pectet quanto su dueno lo fiziere et hoc si potuerit firmare, sin autem iuret cum m^{or} et ille la manquadra : et per tota demandantia de i morabitino arriba dê manquadrada.

Qui dampnum fecerit in messe pro

Qui dampnum fecerit in messe pro cabeça maiore pectet i^a octaua et pro porco et pro quinque ouibus aut capris i^a octaua et pro v ansares i^a octaua et pro porco de muradal i^a octaua : de quali fructu comederit de tali pectet et logo quod comederit pectet : et per tota demandantia si potuerit firmare, sin autem iuret alius usque ad morabatinum minus i^o denario per suum capud et deinde quomodo dicit in alio loco : et qui in era de nocte, per cabeça maiore et pro porco i^a octaua, et per oues et per capras aut ansares pro v i^a octaua. Et ganado que andare a pastor et dampnum fecerit in era de die non pectet, et ille qui non habet pastorem pectet ut supra dictum est.

Has terras quas germanas debent

Las terras quas germanas debent esse midant et heguent illas pro ut debent habere, et non se pare tras anno qui eas comparauerit : et qui linde crebantauerint aut moion arrancauerit pectet ii morabitanos et restaurat illud quod dampnauit.

Qui dampno fecerit in lino

Qui dampno fecerit in lino per la entrada pectet i solidum et pro quanto dampno fecerit adprecien lo quasi sano et pectet alius tanto.

Qui dampnum fecerit in labore alieno

Qui dampnum fecerit in labore alieno ibi det pignus si ei petierint et si los reuelauerit ueniat ad domum suam et pignoret cum uicino aut cum morador : et si pignus ei reuelauerit pectet i morabatinum si firmare potuerit. Et si el ganado tenuerit in corte del illo por penos : et si non dederit illo et illuc transnoctauerit det lo duplado : et die primo tome penos quales illi dederint et altera die tome penos de morabitino usque se integret.

Qui homine expollauerit ad corium

Qui homine expollauerit ad corium pectet ii morabitanos.

Qui fecerit dampnum

Qui fecerit dampnum sapiendo pectet iii morabitanos si potuerit ei firmare, sin autem iuret sibi tercio, et alter iuret manquadra : et si manquadra non iurauerit, alter iuret solus.

Prado moionado quarta

Prado moionado quarta usque vi arençadas habeat foro : eo quod minus fuerit aut maius non habeat foro excepto si fuerit in pago de prados alius aut de uineas, et isto in unaquaque aldea et uila.

Los iugueros accipiant

Los iugueros accipiant los boues ad v^o et dent unicuique ii kafices et iii octauas de pane, medio tritico et medio centeno, et media octaua de sal et iii pares d'auarcas bonas : et qui magis dederit aut magis pecierit pectet iii morabitanos ad castello. Et dent in anafaga ad unoquoque de iugo de boues cansarent pectet las obras (*sic*). Et si murier de cansadez pectet las obras et el boue. Et los iugueros teneant boues a festo sancti cipriani usque ad eiusdem festum, et faciant quantum mandaret suo senor la cosa que mandaret que sit de labore secundum posse : Et si ita non fecerit pectet cada dia i morabatinum, et si transnoctare foras del suo senor que coma, et porque el amo non tome el quinto respondeant per la rancura que de ille habuerit usque habeat directo, et isto que el senor le mandare facere et non lo fecerit el iugero tal iudicio fatiat quomodo per las operas, et si usque ad na-

tiuitate non lo demandare non le respondeat usque habeat directo. Et si suo senior non dederit ei sua nafaga (*sic*), et si non dederit, non laboret illi nec pectet obras.

Sos iugueros quales baruechos fecerint

Los iugueros quales baruechos fecerint tales seminent illos si placuerit dominis suis, et si hoc noluerit facere pectet unusquisque vi morabitanos. Et si el iugero obierit postquam sementera fecerit det qui barbechet aut tornet el anafaga, et de quinto simili modo.

El iugero semper dê homine

El iugero semper dê homine qui uigilet los boues in agosto et tota uia et siegue et acarce et sua mulier trile : et si ita non fecerit pectet iii morabitanos et el senior det ei collatio que lo adiude in agosto usque sit trilado suo pan.

Totos los iugueros

Totos los iugueros qui obras fecerit perdere, pro unaquaque obra pectet i morabitanum, et si negare iuret per iii obras cum i uicino, et per x obras sibi quinto : et per magis lidiet, et si ceciderit duplet la calumpnia. Et si senior suus fuerit aldeano cum aldeanus iuret. Et si boues de domino suo enguerrare suo iugero nisi in labore domino suo aut per suo mandado duplet los boues si lo firmare, si non iuret sibi quinto : et istud non habeat ferias neque solturas. Et si suo domino dixerit —mateste meo boue— iuret la manquadra, et si iugero sibi v. Qui bouem discornaret aut oculo crebantaret aut perna accipiat illo et det altero tam bono, et de tota bestia simili modo. Qui rancuram habuerit de suo iugero accipiat el quinto usque det ei directo : et el iugero fatiat illi testigos ut recipiat suo directo. Et cognominet collatione de uilla ubi habeat alcaldes, et recipiat suo directo : et si noluerit uenire, mittat bestia cada tercero dia usque recipiat suo directo : et istas non sint solutes (*sic*) neque per ferias neque per solturas. Et toto aportelado de amo simili modo fatiat, et si ita non fecerit non respondeat amplius.

Los ferreros teneant las regas

Los ferreros teneant las regas a festo sancti cipriani usque ad eiusdem festum, viii regas pro i morabitano : deinde a sua conta. Et ferrero qui tenuerit xv regas in aldea sit solutus de postea et de fazendera et de fonsado et de apelido. Et el ferrero de uilla simili modo qui tenuerit xxx regas sit excusatus et fatiat la reia ii ueges de nouo et deinde aguze et calze segur et açadon et azola et escoplo. Et si per sua culpa se perdiderit obra, pro unaquaque obra pectet i morabitanum : et si dixerit quod per sua culpa non perdiderit obra, usque x obras iuret sibi v°, et si minus ad sua conta, et per magis lidiet, et si ceciderit duplet la calumpnia. Et si aliter fecerint pectet iii morabitanos : Et qui magis petierit aut dederit pectet iii morabitanos ad castello.

Totos los ferradores

Totos los ferradores ferrent iii dozenas ad morabitanum : la ferradura que ante de ix dies crebaret aut caderit ferret illi altera sine precio, sin autem pectet i morabitanum. Et los ferreros qui fatiunt ferraduras fatiant tales quales fuerint las calauas de conceio : et si peores clauos aut ferraduras fecerint pectet unusquisque iii morabitanos ad castello. Et si pactum aut iuramentum fecerint contra concelo, pectet unusquisque iii morabitanos : et si negarent quod non fecerint iuret unusquisque sibi v, et fatiant ferraduras pectarent (*sic*) per malas aut per malos clauos el ferrero qui fecit illam duple la al ferrador, sin autem pectet i morabitanum ad tercio die la bestia ibi iacendo, et si non miserit eam pignoret pignos de morabitano : et istud non habeat ferias neque uedamento.

Toto homine qui iudicio habuerit de corral

Toto homine qui iudicio habuerit de corral mittant duō duo uozeros, et magis non, et si magis metirent los alcaldes uazient el corral, et qui ibi steterit super suo coto pectet quarta de morabitano, et si illos la dilexarent sint periurios.

Toto homine qui adduxerit pescado

Toto homine qui adduxerit pescado rezente el lo uendat. Et similiter lepores et coneios et perdizes, et si ad altera uilla lo leuare qui lo falare accipiant illo absque calumpnia : et si recatero tam de gallinas quam de lenia quam de rotam (*sic*) aliam causam ibi andaret pectet i morabitanum al conceio.

Toto tauernero ganet el quarto

Toto tauernero ganet el quarto et non magis, et si magis uendiderit de ista compta, pectet i morabatinum, et si negaret iuret cum uno uizino. Quolibet uicino qui pignorauerit ei, respondeat illi. Los carniceros et las panaderas similiter.

Pan de panadera

Tan (*sic*) de panadera et uino de tauernera, et carne de carnicero, et pescado secco de zacatera, aut de kera qui habuerit dineros ad dar de los a tercero die.

Los zapateros per solar

Los zapateros per solar dent illos iii meagas, morabitino ad x solidos, et si ascenderit accipiat ad sua compta.

Las mulieres intrent in balneum

Las mulieres intrent in balneum in dominico die et die martes, et in die iouis : et los barones intrent in aliis diebus. Toto homine qui intrauerit in balneum in die de las mulieres de sol ad sol pectet i morabatinum al concilio et similiter fatiant las mulieres. Et si el banador los homines miserit in balneo in die de las mulieres aut mulieres in die barones pectet ii morabitinos. Nullus homo non det precium in balneo per escudero. Et homo qui non habuerit escudero leuet pro escudero homine de suo pan, et mulieres similiter faciant. Alcaldes et iudex et escriuano non leuet nisi i escudero, et si mais leurent sit illis periurium. Illi qui non habuerint escudero aut mancebo de suo pan tres leuent unum qui los lauuet et sit excusatus. Iste est precium de balneo : de iii^{or} solidos usque vi una puiesa, et de vi solidis usque ad xii solidos una meaia, et de xii solidis usque ad xx i denarium. Et qui pignus iactauerit in balneo usque ix dies non se mortificent, et si amplius ibi iacuerint mortificent se : et balneator non sit excusatus. Qui suo precio leuauerit pro uino pectet i morabatinum, et si ille acceperit precium de mancebo aut de manceba, aut de tres unum qui debet esse excusatus, pectet i morabatinum.

Qui maurum alienum inuenerit

